SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

MONUMENTA ERPHESFURTENSIA

SAEC. XII. XIII. XIV.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1899.

MONUMENTA

ERPHESFURTENSIA

SAEC. XII. XIII. XIV.

EDIDIT

OSWALDUS HOLDER-EGGER.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1899.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

PRAEFATIO.

Cum Cronicas S. Petri Erfordensem modernam et Reinhardsbrunnensem in Scriptorum tomo XXX. edendas praepararem, oportuit, ut annalium in iis exscriptorum vel cum his quodammodo cohaerentium et auctorum qui eas expilaverunt codices manu scriptos multos adhiberem, ut et textum earum quantum fieri poterat restituerem et quaestiones criticas solverem. Itaque evenit, ut Annales Erphesfurtenses antea in Scriptorum tomis VI. et XVI. et hos quidem non idonee atque imprudentius editos, tum Cronicas Engelhusianas novae editioni iam paene paratos haberem, etiam Libri cronicorum Erfordensis codicum maiorem partem contulissem, cum illae Cronicae typis darentur. Cum igitur statutum esset, ut pretiosa illa Cronica S. Petri moderna in hac collectione iterum ederetur, collecta illa omnia in scriniis nostris latere dolui, quare exsecutus sum, ut hoc volumine omnes annales et chronicorum libri Erfordiae saec. XII. XIII. XIV. conscripti hoc volumine coniungerentur. Quod ut fieret, maximus labor restabat, ut Cronica Minor a quodam fratre ordinis Minorum Erfordensi composita, cuius dimidiam fere partem ante plus viginti annos in Scriptorum tomo XXIV. recensueram, integra cum continuationibus eius recognosceretur; quam operam taedii plenam vel invitus in me suscepi, quamvis hoc opere ab aliis studiis necessariis per annum fere retraherer. Tum Chronici Saxonici universalis continuationem a Ludewico Weiland b. m. editore Thuringicam olim dictam, quam Erfordiae conscriptam esse perspexissem, addidi.

Nova quidem atque inedita adhuc lector paucissima in hoc volumine inveniet, appendices videlicet Cronicae Minoris, Cronicam Engelhusianam I, excerpta Stolliana, denique breves reliquorum librorum partes nullius vel minoris momenti, nec tamen vere edita dici potuit Cronicae Minoris pars prior, quam Io. Pistorius olim ex uno libro mutilo at-

que mendosissimo in lucem dedit, atque notas dedicationum Montis S. Petri in Scriptorum tomo XXX. ex apographo saeculi praecedentis mutilo mendosoque tantum exhibere potui, nunc demum codice Helwici feliciter reperto integras restitui. Cronicam etiam S. Petri modernam cum nova cura retractarem, ut fit, emendavi, non quidem textum eius, sed apparatum criticum et adnotationes ampliavi atque expolivi. Locorum nomina hodierna atque situm eorum in indice solo adnotavi.

Iam multis viris doctis, praesertim Thuringicis et Erfordensibus hunc tomum gratum acceptumque futurum esse spero; quo absoluto memori mente singulares gratias ago serenissimo principi de Oettingen-Wallerstein, illustrissimo comiti de Schönborn-Wiesentheid, clarissimis praefectis bibliothecarum Bremensis civitatis, Briegensis gymnasii, Dresdensis regiae, Gothanae ducalis, Gottingensis universitatis, Ienensis universitatis, Hannoveranae regiae et civitatis, Lipsiensis universitatis, Lugdunensis Batavorum universitatis, Monacensis regiae, Pesthinensis musei publici, Pragensis universitatis, Wiesbadensis regiae, Wirzburgensis universitatis, Wratislaviensis universitatis, archivi Weimarani, magistratui civitatis Erfordensis, viris reverentissimis P. Gabrieli Meier, bibliothecario abbatiae Einsiedlensis, Karolo abbati et P. Eduardo Katschthaler, archivario monasterii Mellicensis, Feldkamm parrocho ecclesiae S. Laurentii Erfordensis, qui concesserunt, ut libri manu scripti evolvendi huc transmitterentur, tum Arthuro Wyss Darmstatensi, qui me petente frustra quidem schedas Schannatinas perscrutatus est, ut apographum Annalium Erphordensium fratrum Praedicatorum reperiret, Wilhelmo Erben Vindobonensi, qui in edenda Cronica Minore me iuvit transmissis iis quae ex codice Matseensi exscripserat, denique sociis et amicis Ernesto Dümmler, Karolo Beyer Erfordensi, Alfonso Müller, Karolo Wenck Marburgensi, Paulo de Winterfeld, qui quaerentem me utilia docuerunt.

Berolini Kal. Iuniis a. MDCCCXCIX.

O. HOLDER-EGGER.

MONUMENTA ERPHESFURTENSIA

SAEC. XII. XIII. XIV.

ANNALES
S. PETRI ERPHESFURTENSES ANTIQUI.

In codice *Pommersfeldensi* *nr.* 2675, *mbr. fol.*[1], *illustrissimi comitis de Schoenborn-Wiesentheid, olim monasterii Montis S. Petri Erphesfurtensis*[2], *post Paterii secundam partem excerptorum ex Gregorii Magni operibus saec. XII. in. scriptam in ima margine f.* 85′, *in quo haec desinunt, et f.* 86—87. *excerpta ex Lamperti Hersfeldensis Annalibus a.* 1062 –1075. *a monacho quodam Montis S. Petri saec. XII. in. scripta sunt*[3], *dehinc in scheda membranacea inter f.* 85. *et* 86. *insuta sive alia manu eiusdem temporis sive priore manu aliis litteris*[4] *usa excerpta Annalium Lamperti a.* 1038—1062, *in longis lineis exarata, suppleta sunt, artissime et multis compendiis*[5] *scripta, ut schedula multa caperet. Haec excerpta omnia ex illo antiquo codice deperdito Annalium Lamperti descripta sunt, quem saec. XII. in. in monasterio Montis S. Petri extitisse constat.*

Tum f. 87′. *tribus columnis institutis manus quaedam saec. XII. in. numeros annorum* 1076—1126. *minio scripsit, unde a.* 1126. *primas notitias horum annalium adnotatas esse conicere potes, quibus prima manus (A) notitias quasdam a.* 1084—1125. *inscripsit, demum secunda manus (B), ut mihi videtur, ad a.* 1078—1088. *nonnulla adscripsit, quorum quaedam quidem cum Annalibus S. Albani conveniunt, neque tamen ex his neque ex exemplari horum proximo Annalium Wirziburgensium-Moguntinorum, quod in Cronica S. Petri moderna exscriptum est, haec sumpta esse*

1) *Cf. 'Archiv' IX, p.* 531. *Sed quae ibi dicta sunt de manibus, quibus hi annales scripti sint, falsa sunt; Lamperti Hersf. opera p.* LIX.
2) *F.* 88′. *manu saec. XIII. scriptum est:* Liber sancti Petri in Erfordia.
3) *Huius partis specimen scripturae datum est tabula Lamperti operibus annexa, in cuius inscriptione corrigas* Pommersfeld. *pro* Tommersfeld.
4) *Similibus earum, quibus cartae ex more scribebantur.* 5) *Ut* Imp̄ nat đ Gost̄ cet̄ = Imperator natalem Domini Goslariae celebravit.

videntur. Cum quidem loci a. 1081. 1082. *cum his ad verbum concordent, reliqui ita ab illis differunt, ut aut ex alio annalium exemplari haec profecta aut ex iisdem quaedam sumpta et cum aliorum annalium locis coniuncta esse censeamus oporteat*[1]. *Quae sententia nescio an praeferenda sit, cum exemplar Annalium Wirziburg.-Moguntinorum medio saec. XII. in monasterio Montis S. Petri fuisse constet*[2]. *Quinque aliae manus eiusdem temporis quaedam ad a.* 1100—1123. *adnotaverunt. Dehinc numeris annorum* 1127—1140. *alia manu minio scriptis*[3] *et alia manu sive aliis manibus numeris annorum* 1141—1149. *additis una manus (H) multa ad a.* 1127—1150. *adnotavit*[4]. *Dehinc multis diversis manibus additi sunt et omnes numeri annorum*[5] *usque ad a.* 1164. *et omnes sequentes notitiae usque ad a.* 1163, *quas statim post res gestas inscriptas esse perspicis.*

Sane in variis manibus, quae hos Annales scripserint, discernendis longe differo ab iis quae G. H. Pertz b. m., qui primus eos SS. XVI, p. 15—22. *edidit, ex apographo Ludowici Bethmann b. m. male retulit, qui ea quae manibus A et B scripta esse cum Bethmanno dixi, uni manui attribuit; quod ideo facilius credi posset, cum et ea quae manus A ad a.* 1084—1096. *adnotavit quodammodo cum Annalibus S. Albani Moguntinis conveniant. Nec sane facile manus monachorum eiusdem temporis eiusdemque coenobii discernuntur. Sed iam ipsi lectores hoc diiudicare poterunt, cum tomo Scriptorum XXX. ad Cronicam S. Petri modernam imaginem paginae codicis Pommersfeldensis, quae fere omnes hos Annales continet, adiungendam curaverim*[6].

Wilhelmum de Giesebrecht et eos qui eum secuti sunt, contendentes horum Annalium partem a. 1078—1150. *ex Cronica S. Petri moderna excerptam esse, refutavi 'N. Archiv' XXI, p.* 542—546. 687—697, *ubi ostendi Annales S. Petri*

1) *Iam non verum puto, quod hac de re SS. XXX, p.* 337. *et 'N. Archiv' XXI, p.* 735. *dixi, ex eodem exemplari Annalium Wirziburg.-Moguntinorum, quod in Cron. S. Petri moderna exscriptum est, hos locos profectos esse. Cf. quae p.* 14 *sq. adnotavi.* 2) *Cf. praef. ad Auct. Ekkeh. infra p.* 23. 3) *Quae numerum mille* I, *non* M *ut prior manus, scripsit.* 4) *Sed dubito, num ea quae ad a.* 1126—1128. *leguntur prima manu (A) an H scripta sint. In qua parte a.* 1127—1150. *a duobus tantum aliis monachis quaedam addita sunt, quorum alter de se diacono (a.* 1130*) et presbytero (a.* 1140*) ordinato retulit, de quo vide quae infra p.* 17, *n.* 1. *dixi.* 5) *Numerus a.* 1150. *extremus est minio scriptus, omnes sequentes numeri nigro atramento scripti.* 6) *In cuius inscriptione etiam* Pommersfeld. *pro* Tommersfeld. *corrigendum esse moneo. — Diversa atramenti genera quidem, quae multum faciunt ad manus diversas discernendas, non tam clare ut in ipso codice discerni possunt.*

antiquos et in Cronica S. Petri et in Annalibus brevibus et maioribus infra editis exscriptos esse, et statui eos cum Annalibus Thuringicis a. 1110*(?)*—1149. *in Cronica S. Petri et Annalibus Pegaviensibus exscriptis, quorum pars est Continuatio Ekkehardi a.* 1125—1137. *infra p.* 34 *sqq. edita, nulla necessitudine coniunctos esse. Cum emendatius iam hi Annales iterum edantur, in quibus ut diversas manus recte discernerem, magnam operam dedi, moneo in codice* ę *ubique pro* ae, *quod plerumque scripsi*[1], *positum esse.*

Excerpta horum Annalium exstant in codice Laibacensi, quorum apographum ex schedis Io. Fr. Schannat sumptum ad G. H. Pertz a. 1844. *ex archivo Darmstatensi missum est, et edita sunt a S. A. Würdtwein, Nova subsidia diplomatica II, p.* 238. *Excerpta brevissima eorundem Annalium, ea tantum continentia quae ad monasterium Montis S. Petri spectant, leguntur in codice Galli Stassen monachi S. Petri saec. XVIII, qui magnam collectionem chronicorum huius monasterii continet, p.* 633. *initio Chronici Ioannis Kucher monachi S. Petri, qui circa a. D.* 1630. *vixit, quibus praescriptum est:* Ex Bibliotheca nostra.

Appendicis loco subiunxi his Annalibus series regum et archiepiscoporum Moguntinorum a. 1152. *vel* 1153.[2] *f.* 1 *codicis Pommersfeldensis supra dicti scriptas, quas usque ad a.* 1060. *ex Annalibus Lamperti excerptas esse mihi persuasum habeo. In Annalibus S. Petri antiquis nominibus archiepiscoporum Moguntinorum numeri ordinis in margine additi sunt, quos ex hac serie archiepiscoporum, in qua Heinricus I. numeratus sit XXVIII, computatos et, nesçio an eadem manu quae eam scripserit, suppletos esse censeo. Paulo post has series in tertia columna eiusdem paginae episcopi Moguntini qui ante Bonifatium fuerunt scripti sunt*[3], *qui et in Auctario Ekkehardi codicis Montis S. Petri, infra p.* 27, *recensiti sunt. Series regum huius codicis, quod sciam, nondum edita est, series archiepiscoporum*

1) *Retinui autem* ę *in nonnullis vocibus, in quibus an scriba* ae *hac littera expresserit, dubitavi.* 2) *Nam seriem regum prima manus scripsit usque ad Fridericum I, seriem archiepiscoporum usque ad Heinricum I. a.* 1153. *Iun.* 7. *depositum, cui eadem manus Arnoldum (a.* 1153. *Iun.* — 1160*) postea demum addidit.* 3) *L. Bethmann, 'Archiv' IX, p.* 531. *dixit eadem manu haec nomina scripta esse, quae Arnoldum in serie archiepiscoporum addiderit. Quod cum eadem manu postea factum esse censeam, qua series archiepiscoporum scripta est, eadem manu etiam haec nomina adiuncta esse opinor. Equidem mihi non adnotavi ab alio viro haec scripta esse.*

te episcoporum iam ter, videlicet Böhmer, Fontes III, p. 139 *sq.; Jaffé, Bibl. III, p.* 2; *SS. XIII, p.* 310. 312 *sq. typis data est.* *O. H.-E.*

Lamp. MXXXVIII.[a] Sanctus Gothehardus Hildinesheimensis[b] episcopus obiit. Cui Ditmarus successit.

MXXXVIIII. Cŏnradus imperator obiit feria II. in pentecosten[c]. Cui Heinricus III[d], filius eius, successit.

MXL. Heinricus rex in Boemiam duxit exercitum. Petrus Ungariorum rex a suis expulsus ad regem[e] Heinricum confugit petens auxilium.

MXLI. Heinricus rex secundo Boemiam ingressus ducem eius in deditionem accepit Prenzlao nomine.

MXLII. Rex prima expeditione in Ungariam facta Ŏban, qui Ungariorum regnum invaserat, fugavit, acceptoque a provincialibus iure iurando in pace remeavit.

MXLIII. Rex secunda expeditione in Ungariam[f] facta predictum Ŏban ad placitam sibi pactionem coegit.

MXLIIII. Rex tercia expeditione in Ungariam facta predictum Ŏban vicit et expulit Petroque regnum restituit. Ditmar Hildinesheimensis[g] episcopus obiit; cui Ezelinus successit.

MXLV. Petrus Ungariorum rex Ŏban emulum atque insidiatorem regni sui captum decollavit.

MXLVI. Rex natalem[h] Domini Goslariae[i] celebravit[k]; ubi et socrus eius de Pictavis aderat. Petrus rex Ungariorum[f] ab Andrea propinquo suo dolo circumventus cecatur. Eggihardus marchio[l] subitanea morte prefocatus interiit.

MXLVII. Rex natalem[h] Domini Romae celebravit, ubi Suitgerum Babenbergensem[m] episcopum vicarium apostolorum constituit. Qui eodem anno defunctus est et Babenberg[n] sepultus est.

MXLVIII. Imperator natalem[h] Domini Polethe[o] celebravit. Ibi legati aderant Romanorum, Suitgeri papae obitum nunciantes. Quibus imperator Bopponem Prisniensem episcopum assignavit.

MXLVIIII. Imperator natalem[h] Domini Frisinge celebravit. Ibi iterum legati Romanorum[p], Bopponis morte nunciata, rectorem Romanae aeclesiae postulabant. Quibus imperator Brunonem Tholose episcopum dedit.

ML. Leo papa, propter componendum statum aecclesiarum et pacem Galliis reddendam Roma egressus, Mogontiae[q] synodum celebravit.

MLI. Imperator pentecosten[r] Podelbrunnin celebravit. Ubi Bardo episcopus Mogontinus[s] ad missam habito sermone obitum suum instare predicens[t]. Qui eodem mense decessit.

MLII. Imperator natalem[h] Domini Polete celebravit. Ubi filio suo Heinrico, adhuc catecumino, principes regni sub iuramento fidem promittere fecit.

a) *sequentia* — 1062. *scripta sunt in schedula affixa, cum primo librarius demum ab a.* 1062. *excerpta Lampertina scripsisset.* b) hildinesh' *c.* c) pentec̄ *c.* d) *numerus eadem manu superscr.* e) rege *c.* f) ungar̄ *c.* g) hilđ ep̄c *eadem manu superscr.* h) nat đ *vel* n. đ *semper c.* i) Gosł *c.* k) cel *vel* c. *vel* celeb' *semper c.* l) *eadem manu superscr.* m) babenƀ *c.* n) baƀ *c.* o) polete *eadem manu* h *superscr. corr.* polethe. p) rom̄ *c.* q) moḡ *c.* r) pentec Podelƀ cel *in loco raso c.* s) mog *eadem manu superscr.* t) *sic c.*

MLIII. Leo papa profectus contra Nortmannos, conserto cum eis prope Beneventum prelio, et fugientibus Longobardis, Teutonici omnes pene ad unum interfecti sunt. *Lamp.*

MLIIII. Leo nonus papa XIII. Kal. Mai beato fine quievit in Domino. Imperatoris filius Heinricus consecratus est in regem Aquisgrani ab Herimano archiepiscopo Coloniensi[a].

MLV. Heinricus imperator perrexit in Italiam et anno integro ibidem commoratus est.

MLVI. Imperator natalem Domini[b] Goslariae[c] celebravit ibique Victorem papam suscepit hospicio. Hermannus Coloniensis[d] episcopus obiit; cui Anno Goslariensis[c] prepositus successit[e]. Heinricus imperator obiit in Botfelden. Cui successit filius eius Heinricus IIII[f], V annorum infantulus.

MLVII. Rex natalem Domini Ratispone celebravit, presente adhuc Victore papa. Cum autem regressus esset in Italiam papa[g], V. Kal. Aug. migravit ad Dominum; [cui[h] successit Fridericus[i] frater Gotefridi ducis].

MLVIII. Piae memoriae Stephanus, [qui[h] et Fridericus[i], in civitate Florentia] IIII. Kal. April. migravit ad Dominum.

Mill.[k] LVIIII. Liupoldus archiepiscopus Mogontinus[l] VII. Idus Dec. obiit, relicto in monimentum sui monasterio sancti Iacobi, quod propriis impensis extruxerat Mogontiae foris murum in monte qui dicitur Speciosus [XXI^us[m]]. Cui successit Sigefridus abbas Fuldensis. Abbatiam Wideradus optinet[n].

MLX. Rex natalem Domini Wormaciae celebravit.

MLXI. Andreas rex Ungariorum, videns Belem quendam propinquum suum regnum affectare et Ungarios a se paulatim ad eum deficere, uxorem suam et filium Salomonem, cui imperator filiam suam, parvulo parvulam, desponderat, cum multis opibus ad regem Heinricum transmisit, petens, ut et sibi misso exercitu subveniret et suos, donec rebus tranquillitas redderetur, servaret. Rex Willehelmum marchionem Thuringorum et Epponem Citicensem episcopum cum duce Boemorum et exercitu Baioarico illuc misit. Sed marchio et episcopus priores Ungariam ingressi, non expectato duce Boemorum, cum Bele signa contulerunt atque infinitam multitudinem Ungariorum peremerunt. Deinde cum omni parte Ungarii ad ferendum suis auxilium frequentes confluxissent, videntes missi regis tantae multitudini se numero et viribus impares esse, finibus hostium excedere volebant. Verum illi loca omnia, per quae exitus esse poterant, occluserant, tum, ne quid cibi aut potus in via reperiretur, providerant. Cumque insuper abeuntes crebra incursione infestarent, et illi semper periculum virtute propulsantes magnas hostium strages darent, tandem diuturna cede exhaustis viribus, Andreas equo forte excussus pugnantium pedibus est conculcatus, episcopus captus. Marchio fame magis[o] quam ferro expugnatus se dedidit. Cuius virtus tantae admirationi apud barbaros fuit, ut Ioas filius Belis, pro illius tum gentis moribus haut desperatae indolis adolescens, ultro patrem exoraret, non modo ut eum iure belli intactum sineret, sed etiam ut affinitate sibi iungeret desponsata ei filia sua, sorore Ioiade.

a) colon̄ *eadem manu superscr.* b) *sic* (đ) *c.;* sanctae Mariae *Lamp.* c) Gosł *c.* d) colon̄ *c.* e) s. *vel* succ̄ *semper pro* successit *c.* f) *numerus eadem manu superscr.* g) *eadem manu superscr.* h) *uncis inclusa altera coaeva manu suppl.* i) fri || ricus, de *abscisum c.* k) *haec in versa pagina schedae affixae scripta sunt.* l) mogont̄ *c.* m) *numerus minio in marg. Liupoldus videlicet* 21. *seriei numeratus est, ut in serie infra p.* 21. *edita.* n) optin̄ *c.* o) fame *iterum add., sed del. c.*

Lamp. MLXII. Willehelmus marchio reversus in Thuringiam, dum redire[a] in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Ŏdalricus marchio Carentinorum, cognatus eius, accepit[b].

MLXII.[c] anno dominicae incarnationis [Willihelmus[d] marchio *f. 85'.* T h u r i n g o r u m obiit]. Marcham Otto frater eius optinuit. Sed is beneficia Mogontini episcopatus aliter optinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et caeteros[e] Thuringos, ut idem facerent, coacturum. Quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius et asserentibus mori se malle quam patrum suorum legitima amittere.

MLXVII. Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum in morte eius omnibus Thuringis, eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum, ut predictum est, decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset et per hoc calamitatem maximam genti suae invexisse videretur. Marcham eius Egbertus patruelis regis suscepit, s e d[f] n o n m u l t o p o s t modica[g] febre pulsatus terminum vitae accepit. Sed marcham adhuc vivens acquisierat filio suo, tenerrimae aetatis infantulo, quem ei vidua ducis Ottonis de Suuinefurt pepererat[h].

MLXXIII. Rex natalem Domini Babenberg[i] celebravit. Ibi A n n o[k] Coloniensis archiepiscopus, offensus his quae plurima preter aequum et bonum fiebant in palacio, petiit a rege vacationem deinceps dari sibi ab rerum publicarum amministratione, causatus in senium iam vergentem aetatem et laboriosis regni negociis minus minusque in dies sufficientem. Quod rex haut difficulter annuit, quia pravis libidinibus suis et iuvenilibus ineptiis iam dudum *animadverterat **f. 86.* eum graviter offendi et plerumque, quantum salva regia dignitate poterat, pro virili portione obniti. Is ergo ubi se in sua recepit, rex tanquam severissimo pedagogo liberatus statim in omnia genera flagitiorum ruptis omnibus modestiae et temperantiae frenis precipitem se dedit. Montes omnes colliculosque Saxoniae et Thuringiae castellis munitissimis extruxit presidiumque imposuit. Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, ut ex proximis villis et agris hostili more predas agerent et ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent et impensas affatim convectare et per se ipsos servili manu desudare. Verum ne manifeste tyrannidis notaretur, si contra innocentes atque in regnum proprium tam barbara crudelitate grassaretur, ut impietatem suam quadam religionis specie palliaret, archiepiscopum Mogontinum modis omnibus instigavit, ut decimationes Thuringiae, sicut ante plures annos instituerat, exigeret, pollicens se ei in exigendo summa ope affuturum[l] et dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturum, ea tamen pactione, ut ipsarum decimationum partem sibi, quae et regiae magnificentiae et tanto labori suo digna foret, tribueret. Ita episcopus vanissima spe animatus synodum indixit in Erphesfurt VI. Idus Martii. Statuto die aderat rex, aderat archiepiscopus, stipatus uterque magno grege phylosophorum, immo sophi-

a) rediret, t *eras. c.* b) *post haec quatuor fere verba erasa.* c) *sequentia altera manu in inferiore parte f.* 85'. *et f.* 86—87. *scripta sunt, ubi* sexag̅ secundo *minio superscr.* d) Will. — daturum *in loco raso scripta, et* Will. — obiit *post deleta sunt, cum librarius eadem iam pleniora in schedula affixa scripsisset.* e) cets *c.* f) sed — pepererat *in imo marg. eadem manu suppl.* g) nodica *c.* h) pepereat *c.* i) Babenb̅ *c.* k) anno *eadem manu superscr.* l) futurū *eadem manu corr.* affut.

starum, quos ex diversis locis summo studio consciverant, ut canones sibi non pro rei veritate, sed pro episcopi voluntate interpretarentur et causam eius, quoniam veris non poterant, sophysticis allegationibus roborarent. Assidebant ergo cum rege et archiepiscopo Mogontino Herimannus Babenbergensis episcopus, Hecel Hildenesheimensis episcopus, Eppo Citicensis episcopus, Benno Osenbruggensis episcopus; qui non ad discutiendam iuxta aecclesiasticas leges causam fuerant evocati, sed ut id quod rex volebat arte dictionis et sententiarum pondere, postremo quaqua possent ratione et consilio optinerent, quamquam plerique eorum id quod rex moliebatur vehementissime improbarent. Sed ne libere quod sentiebant eloquerentur, et regis terrore et privata archiepiscopi amicicia inhibebantur. Habebat preterea rex circa se armatorum copias non modicas, quibus eos, si qui forte negocium interturbare conarentur, militari manu coherceret. Thuringorum spes et fiducia potissimum in abbate Fuldensi et abbate Herveldensi nitebatur, quod hi aecclesias decimales plurimas et predia infinita haberent in Thuringia, et hii si in[a] causa cecidissent, sibi una cadendum esse. Qui publica discussione interpellati pro decimarum redditione primo per Deum rogabant archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis legitima rata inconvulsaque manere sineret, quae et sedes apostolica et veteribus et recentibus scriptis crebro sibi firmasset, et precessores eius Mogontini pontifices, summi ac sanctissimi viri, usque ad Liupoldum episcopum nunquam infringere temptassent. Id atroci responso archiepiscopus repulit, scilicet precessores suos sua aetate pro suo arbitratu aecclesiae Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in fide auditoribus et pene adhuc neophitis lac potum dedisse, non escam, et sapienti dispensatione multa indulsisse, que processu temporis, dum in fide convaluissent, successorum suorum industria resecari vellent; se autem iam adulta vel potius senescente aecclesia spiritualia comparare spiritualibus, nec iam parvulis lac, sed perfectis solidum cibum ministrare atque a filiis aecclesiae leges aecclesiasticas exigere; proinde esse eis aut ab unitate aecclesiae secedendum aut legibus aecclesiae aequanimiter adquiescendum. Tum illi rursus per Deum orare, ut, si in Romani pontificis auctoritate, si in Karoli aliorumque imperatorum privilegiis, si in precessorum eius Mogontinorum pontificum indulgentia nichil sibi presidii aut spei reliquum esset, ipsarum saltem decimarum eam ipse partitionem fieri sineret, quam et canonum scita equam iudicassent, et caeterae per orbem terrarum aecclesiae usitatam haberent, scilicet ut quarta parte ipse pro suo suorumque missorum servitio contentus, tres reliquas portiones aecclesiis, quibus antiquitus attitulatae fuissent, permitteret. Econtra episcopus non ea mente se ait tantum laborem trivisse et iam per decem ferme annos laboriosum hoc saxum volvere, ut tandem aliquando voti compos effectus ultro iure suo cederet et tanto molimine extortas eis decimas ipsis pro libitu suo partiendas addiceret. Primus ac secundus dies[b] in hac concertatione iam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna, utra pars utri cessura foret. Iamque in eo res vertebatur, ut Thuringi improbata synodo sedem apostolicam appellarent. Sed rex sub attestatione nominis divini affirmabat se in eum, si quis id presumpsisset, capitali sententia animadversurum et omnia quae eius essent usque ad internitionem dissipaturum, clademque eius diei multis postea seculis non abolendam. Ita abbas Herveldensis[c] suorum periculo conterritus, quoniam aliud

Lamp. p. 141 sqq.

a) *eadem manu superscr.* b) *bis scr., alterum del.* c) Herueld̃ *c.*

Lamp. p. 143 sq. in artum conclusis rebus non patebat effugium, rem consilio regis permisit, quatenus, prout ipse bonum et equum iudicaret, causam inter se et archiepiscopum terminaret. Diu igitur habita deliberatione in hanc tandem pactionem mediante rege[a] abbas et archiepiscopus consenserunt, ut abbas in decem suis decimalibus aecclesiis duas partes decimarum, terciam archiepiscopus acciperet, in reliquis vero eius aecclesiis dimidia abbati, dimidia archiepiscopo contingere[b]; ubi vero aecclesia decimalis propria archiepiscopi esset, tota illic ei decima cederet; preterea ut omnes dominicales archiepiscopi curtes, in quacumque essent parrochia, ab omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub iugum misso abbate Herveldensi, statim Thuringi omni spe adempta, eo quod in illius prudentia et eloquentia plurimum fiduciae sibi posuissent, non ultra restiterunt, sed decimas in reliquum absque retractatione dare professi sunt. Fuldensis abbas aliquantis postea diebus obstinatus in proposito perstitit. Sed cum nec regis gratiam recipere nec ad sua redeundi licentiam impetrare posset, nisi in communem sententiam concederet, tandem rerum difficultate superatus ad hanc conditionem, non tam consilio quam imperio et metu regis coactus est, ut in cunctis decimalibus aecclesiis suis partem dimidiam decimarum ipse, dimidiam archiepiscopus acciperet, dominicales autem curtes suas sicut archiepiscopus omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Tum rex, sciens haut[c] bene placitura Romano pontifici quae gesta fuerant, sub interminatione gratiae suae utrique abbati precepit, ut neque per se ipsos neque per nuncium neque alio quovis modo pro insimulanda synodo apostolicam sedem interpellarent.

ib. p. 146. *M i l i t e s r e g i s qui in castellis supra memoratis erant graviter **f. 86'.* nimis imminebant populo Saxoniae et Thuringiae. Omnia quae in villis et agris erant in dies eruptione facta diripiebant, tributa et vectigalia silvarum et camporum importabilia exigebant et plerumque sub pretextu decimarum totos simul greges abigebant. Ipsos provinciales et plerosque ex his honesto loco[d] natos et re familiari florentissimos vilium mancipiorum ritu servire[e] sibi cogebant. Filias eorum et uxores consciis et pené aspicientibus maritis violabant. Nonnullas[f] etiam vi in castella sua raptas et, quanto tempore libido suggessisset, impudicissime habitas ad ultimum maritis cum ignominiosa[g] exprobratione remittebant.

R e x c u m m o r a r e t u r G o s l a r i a e, S a x o n e s ad arma *ib. p. 153.* conclam a n t, armati instructique Goslariam contendunt, ibique mediocri a villa intervallo castra locant; statimque efferato animo in eum irruissent et ius suum non iam rethoricis allegationibus, sed bellicis terroribus expostulassent, nisi Bucco Halberstatensis[h] episcopus et pauci admodum qui sanum aliquid sapiebant impetum tumultuantis turbae salubri moderatione inhibuissent. Rex accepto nuncio vicini iamque instantis periculi graviter mente consternatus propere in Hartesburc se contulit eoque secum regni insignia et thesaurorum suorum quantam *ib. p. 155.* in ea trepidatione potuit partem convexit. S a x o n e s v e r o omnes vias, per quas descensus esse poterat de castello, adhibitis custodibus observari statuerunt, summa ope id precavendum estimantes, ne qua ei copia fieret effugiendi et in alias regni partes bellum transferendi.

a) *in loco raso.* b) *sic c.* c) *post* haut *vox erasa.* d) locos, s *eraso.* e) *in marg. suppl.* f) Nonn. — maritis cum *in loco raso.* g) ign. expr. rem. *in marg. suppl.* h) halbst' *c.*

Lamp. p. 155 sq.

Castellum in altissimo colle situm erat et uno tantum itinere ipsoque difficillimo adiri poterat. Cetera montis latera vastissima silva inumbrabat, quae exinde per multa milia passuum continua vastitate in latum extenditur usque ad confinium Thuringiae, et ideo nulla obsidentium diligentia conclusis egressum vel ingressum eripere poterat. Rex collato cum suis consilio frequentes ad eos legatos mittebat pacem postulans et omnium quae illos offenderant emendationem pollicens. In quam actionem intentis suspensisque omnibus et iam propter res bene gestas immatura securitate torpentibus, nocte quadam, cum nichil minus suspicarentur, ipse Bertoldum ducem et duos supra memoratos episcopos et alios plerosque familiares suos secum assumpsit, et premissis ante se in sarcinis regni insignibus et quanta tempus et res patiebantur parte thesaurorum, clam egressus est de castello, dato negocio his qui intus remanebant, ut postera die quanta possent arte presentiam sui simularent et hostium[a] animos a suspicionibus fugae suae avocarent. Triduo per vastissimam silvam ieiuni, ut fertur, gradiebantur angustissimo et paucis antehac comperto tramite, quem venator quidam, dux itineris, qui[b] venandi studio sollertius silvarum abdita rimaretur, deprehenderat, undique circumspectantes gladium et ad quemlibet perstrepentis aure sonitum incursus hostium iamque iugulo incumbentem interitum formidantes. Quarto die inedia, vigiliis ac longi itineris labore usque ad extremam lassitudinem confecti Eskenewege pervenerunt. Ubi cibo somnoque paululum recreati, postero die, id est[c] Idibus Aug., cum iam miles frequentior ad regem confluere cępisset, Herveldiam contenderunt.

ib. p. 158 sq.

Saxones comperto, quod elusis custodibus suis rex in alias regni partes evasisset, vehementer sunt contristati, arbitrantes, id quod res exigebat, nichil sibi deinceps ocii aut remissi habendum, ne[d] pestem hanc ut hactenus intra domesticos parietes cohibendam, sed revelata facie bellum publicum cum hoste publico gerendum; ideoque sibi expedire, ut quantascumque possent gentes et regna adversus regem concitarent. Protinus legatos miserunt ad Thuringos auxilium petere et rogare, ut ipsi pro sua quoque libertate et frequentibus contumeliis, quibus lacessiti fuerant, arma sumere non pigritarentur. Thuringi celeberrimo conventu habito in loco qui dicitur Triteburc, ubi legationem Saxonum audierunt, promptissime assensi sunt, nec ulla unquam legatio laetioribus acclamationibus excepta est. Nec mora ius iurandum dant nusquam se defuturos negocio, communem sibi esse cum eis rebellandi[e] necessitatem, et ideo commune periculum; communem etiam, si Deus annueret, victoriam futuram, seque usque ad extremum spiritum pro communi utilitate dimicaturos. Denunciant preterea abbati Fuldensi et abbati Herveldensi et caeteris principibus, qui in Thuringia prediorum aliquid haberent, ut ad ferendum genti suae auxilium die statuto coniuraturi venirent; nisi id facerent, se bona eorum protinus omnia direpturos. Legati etiam regis supervenerunt, ingentia eis beneficia pollicentes, si fędus Saxonum bellique societatem respuerent. Sed cum gravi contumelia sunt repulsi, in tantum, ut nec manibus in eos furor populi temperasset, nisi paucorum sapientum moderatio propter ius gentium, quo legatis est deferendum[f]. Archiepiscopus Sigefridus[g] Mogontinus[h] Erphesfurd morabatur eo

a) an. h. *corr.* h. an. *c.* b) *sic omnes codd. Lamperti ex Erphesfurtensi profecti;* dum *ed. princ.* c) die id̄ *c.* d) *sic omnes codd. Lamperti ex Erphesfurtensi profecti;* nec *Lamp.* e) rebellendi *c.* f) *sic, sententia abrupta c.* g) Sigef̄ *eadem manu superscr.* h) mog. — tempore *alia coaeva manu in loco raso scripta.*

[*Lamp. p. 159.*] tempore. Hunc adorti in communem sententiam concedere urgebant nec prius regionibus illis excedere passi sunt, donec datis obsidibus fidem suam firmaret, nichil se adversum eos armis aut consilio moliturum. Igitur quoniam in exteras gentes regem persequi consilium non erat, omnem operam suam ad expugnanda castella eius verterunt. [*ib. p. 161 sq.*] Conglobata itaque ex vicinis locis multitudine Thuringi Heimenburc castellum obsederunt paucisque diebus vi et armis oppugnatum ceperunt atque succenderunt. Protinus alii castello quod Asenberg dicebatur exercitum admoverunt. Interea rex videns coniurationem magis magisque in dies convalescere copiasque hostium augeri, conterritus etiam dampno castellorum suorum, quorum alia iam capta, alia summo molimine oppugnari audiebat, rogavit Mogontinum[a] et Coloniensem[b] episcopos, ut Saxones et Thuringos convenirent [*ib. p. 172.*] agerentque cum eis, ut ab oppugnatione castellorum datis saltem ad modicum tempus induciis recederent. Illi quamquam laborem hunc in irritum cessurum haut dubie scirent[c], tamen, quia molestus eis erat, facturos se quod rogabantur promiserunt, statimque missis legatis mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi proxima ebdomada post epiphaniam[d], sicut et antea fecerant VIIII. Kal. Sept.[1], Corbeiae ad colloquium occurrerent.

Hoc anno post exortum bellum Saxonicum nulla deinceps exactio facta est decimarum in Thuringia, gaudentibus Thuringis, quod occasionem invenissent, ut traditas sibi a patribus leges manu militari tuerentur, et dolente rege, quod, dum decimis immoderatius inhiaret, pené regnum cum vita amisisset.

[*ib. p. 173 sq.*] MLXXIIII. Rex natalem Domini Wormaciae[e] celebravit. Mogontinus[f] et Coloniensis[g] archiepiscopi die statuta Corbeiam iuxta condictum venientes, sicut in mandatis a rege habebant, rogabant Saxones, qui ibidem occurrerant, ut ab oppugnatione castellorum exercitum abducerent. At illi nulla racione hoc se facturos responderunt. Preterea vehementer eos obiurgarunt, quod, dum deliberando et modo colloquia, modo inducias expetendo tempus tererent, et regi audaciam auxissent et sibi maximas commoditates vindicandae libertatis corrupissent; proinde recederent nec sibi ultra *verbis pacificis in dolo* illuderent; se in eum locum progressos esse, ubi iam non mulieribus[h] colloquiis, sed militaribus armis res experienda[i] sit. *Vix tandem sedata multitudine ab his qui sapientiores erant, unanimi consensu statuerunt, ut proxima ebdomada post purificationem sanctae Mariae Friteslar convenirent ibique communicato cum caeteris regni principibus consilio periclitanti rei publicae[k] rectorem, qui omnibus placuisset[l], constituerent. Regi quoque mandaverunt, ut, si ita expedire iudicaret, die statuta presto adesset et ius suum non per epistolas aut per internuncios, sed presens ipse viva voce expostularet. Postquam in hanc sententiam digressi sunt, Thuringi tercia dehinc die eos qui in Asenberg erant inedia expugnatos in deditionem acceperunt impunitosque dimiserunt, castellum succenderunt, statimque alii castello quod Spatenberc dicitur[m] exercitum admoverunt. Castellum Vokenrot paucis ante diebus ceptum fuerat obsideri. Et quia regina in eo toto

[**f. 87.*]

a) mogonī *c.* b) coloñ *c.* c) scient *corr.* scirent *c.* d) epipħ *c.* e) Wormaē *c.* f) Mogonī *c.* g) coloñ *c.* h) *sic etiam Lamperti codex B habuisse videtur pro* mulie-bribus. i) *sic etiam Lamperti cod. B 2;* expedienda *reliqui.* k) r. p. *c.* l) placuisset *c.* m) đr *c.*

1) *Cf. Lamp. p.* 162.

tempore belli huius servabatur, iussu regis profectus eo abbas Herveldensis[a], consentientibus Thuringis, eam inde accepit atque Herveldiam adduxit pregnantem et iam de partus vicinitate in dies anxiantem. *Lamp. p. 174 sq.*

Interea rex cum videret, quod paulatim a se principes deficerent, et hostium ferocitas sua magis patientia incrudesceret, pudore compulsus pariter et necessitate statuit extremam fortunae aleam temptare et cum Saxonibus, ubi primum copia fieret, collatis signis dimicare, magis eligens vitam honeste, quam regnum per dedecus amittere. I g i t u r[b] c o n g r e g a t o exercitu VI. Kal. Feb. Herveldiam[a] venit c o n t r a S a x o n e s.

Hildebrandus papa cum episcopis Italiae conveniens iam fre- *ib. p. 198 sqq.* quentibus synodis decreverat, ut secundum instituta antiquorum canonum presbiteri[c] uxores non habeant, habentes aut dimittant aut deponantur, nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam vitamque celibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras literas ad episcopos Galliarum transmittebat, precipiens, ut ipsi quoque in suis aecclesiis similiter facerent atque a contubernio sacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum, hominem plane hereticum et vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait: *Non omnes capiunt hoc verbum; qui potest capere, capiat;* et apostolus: *Qui se non continet, nubat; melius est enim nubere quam uri,* violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, et dum consuetum cursum naturae negaret, fornicationi et immundiciae frena laxaret; quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam coniugium deserere, et tunc visurum eum, cui homines sorderent, unde gubernandis per aecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nichilominus ille instabat et assiduis legationibus episcopos omnes socordiae ac desidiae arguebat, et nisi ocius iniunctum sibi negocium exequerentur, apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Archiepiscopus S i g e f r i d u s[d] Mogontinus[e] sciens non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret atque ad rudimenta nascentis aecclesiae senescentem mundum reformaret, moderatius agebat cum eis; et primo eis in dimidium annum inducias et[f] deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod necessario faciendum sit sponte faciant et tam sibi quam Romano pontifici necessitatem adimant aliquid in eos, quod secus sit, decernendi. Ad ultimum congregata synodo in Erphesfurt mense Octobri pressius iam imminebat, ut relegata omni tergiversatione inpresentiarum aut coniugium abiurarent aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas econtra illi raciones asserebant, quibus instantis perurgentisque improbitatem eludere sententiamque cassare niterentur. Cumque adversus apostolicae sedis auctoritatem, qua se ille ad hanc exactionem preter voluntatem propriam compulsum obtendebat, nichil argumenta, nichil supplicationes, preces proficerent, egressi tanquam ad consultandum, consilium ineunt, ut in synodum non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli etiam confusis vocibus clamitabant melius sibi videri, ut in synodum regressi ipsum episcopum, priusquam execrabilem adversum eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali

a) Heruelđ *c.* b) Igitur *in loco raso,* congr. — Saxones *alio atram., partim in marg. post suppl.* c) prī *c., ut Lamperti codex autogr. pro* pb̄ri *habuisse videtur, cum in ed. princ.* patri *legatur.* d) *eadem manu superscr.* e) mogonī *c.* f) *superscr.*

Lamp. p. 200 sqq. deturbarent et merita morte multato insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem sacerdotali nomini calumniam struere temptaret. Cum ad episcopum relatum esset hoc eos machinari, commonitus a suis, ut tumultum, qui oriebatur, matura moderatione preverteret, misit ad eos foras rogavitque, ut sedato pectore in synodum regrederentur; se, cum primum oportunitas arrisisset, Romam missurum et domnum apostolicum, si qua posset racione, ab hac sententiae austeritate deducturum.

Postero die admissis in auditorium communiter laicis et clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat, et quasi nichil bello Saxonico, nichil actum sit conditionibus, quibus paulo superius in Gerstingun pax convenerat, de integro Thuringos omnes de iniusta decimarum retentatione reos addicere molitur, nec recogitat hanc causam originem seminariumque extitisse omnium calamitatum, quibus per plures iam[a] annos res publica[b] incommodissime vexabatur. Indigne nimis tulerunt hoc Thuringi, utpote qui propter recentem belli successum tumidos adhuc spiritus gerebant, sibique persuaserant, quod post triumphatum regem et acceptum gustum audaciae eorum nullus deinceps futurus esset episcopus, qui eis aliquam super hac re movere molestiam auderet. Primo tamen temperatis responsionibus ei suggerunt non alia se racione in Gerstingun recuperandae paci consensisse, quam ut legitima sua a primis diebus statuta rata sibi in perpetuum atque inconvulsa manerent. Cum haec replicando surdis auribus fabulam narrare viderentur, subito efferata mente se foras proripiunt, ad arma conclamant et ad momentum contracta ingenti multitudine in synodum prorumpunt; et nisi maturius milites episcopi intercessissent et blandiendo racionemque reddendo potius quam repugnando — quoniam viribus impares erant — ferocientis turbae impetum inhibuissent, in ipsa cathedra episcopali episcopum oppressissent. Ita soluta est synodus, tam episcopo quam cunctis qui asse-derant clericis ultima formidine consternatis et passim per omnes aecclesiae angulos latebras sibi quaerentibus. Statim episcopus ab Erphesfurt discedens reliquam partem anni usque ad epiphaniam[c] in Heiligenstat exegit.

MLXXV. Rex natalem Domini Argentorati cȩlebravit. Cumque adessent quam plurimi ex principibus, quos ille dedita opera de toto regno ad diem festum evocaverat, *habuit cum eis misterium consilii sui* et eos modis omnibus ad instaurandum bellum Saxonicum sollicitabat. *cf. ib. p. 217 sqq.* Eodemque anno magnum prelium habuit cum Saxonibus et Thuringis iuxta fluvium Unstrut infra Thuringiam. *ib. p. 242.* Eodem anno II. Non. Dec. Anno venerabilis archiepiscopus Coloniensis migravit ad Dominum.

1078. *Aug. 6.* MLXXVIII. Secundum[d] bellum fuit in Medelrichistat VIII. Idus Aug.[1] *f. 87', col. SS. XVI, p. 16.*

a) *superscr.* b) r. p. *c.* c) epipħ *c.* d) *haec manu B scripta.*

1) *Potius VII. Idus Aug., ut etiam Ann. S. Albani (Wirziburg.), SS. II, p.* 245, *habent. Locum pugnae Mellrichstadt soli Bruno c.* 96. *et Casus monast. Petershus. II,* 35, *SS. XX, p.* 646, *et Gesta episc. Halberstad., SS. XXIII, p.* 99, *habent.*

MLXXX. Tercium[a] bellum[b] in Fladichheim VII. *cf. A. S. Alb.*
Kal. Feb.[1] . . . . . .[c] 1080. *Ian.* 26.
MLXXXI. Heinricus[a] rex natus est, qui vivente ad- *cf. ib.*
huc patre suo regnare cępit[2] . . . . . .[e]
MLXXXII. Herimannus[a] regnum invadit. *cf. ib.*
MLXXXIII. . . . .[d]
MLXXXIIII. Sigefridus[e] [XXII[us] [f]] archiepiscopus 1084. *(Febr.* 16*).*
obiit. Cui Wecel successit[g].
Quartum[a] bellum fuit iuxta Elstra IIII. Idus 1080.
Oct.[h. 3] *Oct.* 12.
MLXXXVI. V[tum] [a] bellum fuit iuxta Wirceburg[i] 1086.
VIII. Idus Iun.[k. 4] *Iun.* 6.
MLXXXVIII. Wecil[e] [XXIII[us] [f]] archiepiscopus[l] 1088. *(Aug.* 6*).*
obiit. Cui Růthardus successit. VI[tum] [a] bellum fuit *cf. ib.*
iuxta Glichin in vigilia natalis Domini[m. 5]. *Dec.* 24.
MXCIIII. Pestilentia[e] gravis hominum fuit. *cf. ib.*
MXCVI. Innumerabilis[e] populus Ierosolimam pro- *cf. ib.*
ficiscitur.
MC. Gisilbertus[n] Erphesfurtensis[o] abbas venit 1100.
Ierosolimam et non multo post ibidem obiit[6]. *(Oct.* 1*).*
p. 17. MCIII. Burchardus[e] abbas factus est in Erpes- 1103.
furt[p] VI[a] Idus Feb.[7], et ab ipso eodem anno fundata *Febr.* 8.
est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli.
Heinricus [V.[q]] filius Heinrici imperatoris regnum 1105.
optinuit.
MCIIII. C$\overset{v}{o}$no[r] comes[8] occisus est. 1103.
MCV. Heinricus[e] [senior[s] IIII[tus]] imperator apud 1106.
Leodium obiit. *(Aug.* 7*).*

a) *haec manu B scripta.* b) bellum *et* VII. k̄ feb̄ *manu B superscr.* c) *duo fere verba erasa.* d) *quinque fere verba erasa.* e) *haec manu A scripta.* f) *numerus in marg. suppl.* g) .s. *vel* succ̄ *semper c.* h) IIII. idus oct̄ *manu B superscr.* i) Wirceƀ *c.* k) VIII. idus iun̄ *manu B superscr.* l) arch'ep̄c *superscr.* m) vig nat̄ đ *c.* n) *haec manu C scripta.* o) erphesf̄ *c.* p) in erpesfurt *in loco raso.* q) *alio atram superscr.* r) *haec manu D scripta.* s) senior IIII. *superscr.*

1) *Potius VI. Kal. Febr. — Ann. S. Albani etiam falso* V. Kal. Febr. *habent et falso ad a.* 1079. 2) *Cf. Auct. Ekk., infra p.* 34. 3) *Potius a.* 1080. *Oct.* 15. (Id. Oct.), *ut etiam Ann. S. Albani habent, hoc proelium commissum est, quod falso hoc loco ad a.* 1084. *positum est.* 4) *Potius Aug.* 11. *hoc proelium prope Pleichfeld commissum est.* 5) *Ann. S. Albani hoc minus recte ad a.* 1089. *habent.* 6) *Cf. Cron. S. Petri a.* 1100 *(infra).* 7) *Consecratus eo die Erfordiae a Ruthardo archiepiscopo; Ann. Pegav., qui hoc male, ut videtur, ad a.* 1101. *habent, SS. XVI, p.* 246. 8) de Bichilingen, *ut in Ann. S. Petri mai. (infra p.* 51*) et in Cron. S. Petri mod. additum est, filio Ottonis de Northeim ducis. Qui iam a.* 1103. *occisus est; Ekkeh. p.* 225.

1109. (Maii 2). MCVIIII. Rűthardus[a] [XXIIII[us b]] archiepiscopus obiit.

1111. MCXI. Heinricus[c] domnum apostolicum[1] captivavit.

MCXII. Ab[c] obitu Karoli Magni imperatoris CCC[ti]
1111. anni transierunt. Adelbertus constitutus est episcopus[2].

1114. (Ian. 7). MCXIIII. Rex[d] Heinricus uxorem[3] duxit.

1115. Febr. 11. MCXV. Bellum[c] fuit in Welfesholz III. Idus Feb.[e]

1116. MCXVI. Burchardus[c] abbatiam amisit. Cui Ripertus successit.

1117. Ian. 3. MCXVII. III.[e] Non. Ian. Terrae motus magnus factus est[4].

1118. MCXVIII. Ecclesia[f] in Oppenheim incensa est. Castellum quod dicitur Cůffese obsessum est.

1121. (Febr. 10). MCXXI. Burchardus[g] amissa abbatia Erpesfurtensi[h] obiit in Loressam[i, 5].

1123. MCXXIII. Heinricus[k] comes de Turingia congregavit exercitum ad bellandum contra Adelbertum archiepiscopum propter exactionem decimarum[l] [in Turingia][6].

1125. (Maii 23). MCXXV. Heinricus[c] [V.[m]] imperator obiit. Cui Lőtharius successit. Sigefridus[n] iunior[o] palatinus comes[7] obiit; cui Willehelmus frater eius successit.

1126. Febr. 18. MCXXVI. Graviter[p] cesus est exercitus Lotharii in Boemia XII. Kal. Marcii. f. 87', c

1127. (Iul. 5). ICXXVII. Ripertus[p] Erfurdensis[q] abbas obiit[r, s]. Cui Wernherus[s] Hirsaugiensis monachus[9] successit. Lůtharius Nurinberg[t] obsedit. p. 18.

1128. ICXXVIII. Lůtharius[p] [rex[u]] obsedit Spiram.

a) *haec manu A scripta.* b) *numerus in marg. suppl.* c) *haec manu A scripta.* d) *haec (manu A?) in loco raso.* e) III. idus feƀ. *(manu A?) superscr.* f) *haec manu D (nigro atram.) scripta.* g) *haec manu E scripta.* h) erpesf̄ *c.* i) loressa *c.* k) *haec manu F ad a.* 1122. *scripta, sed linea rubra ad hunc annum tracta. Vide tabulam. Iis quae in schedis meis adnotaveram deceptus non recte dixi 'N. Archiv' XXI, p.* 689. *haec ad a.* 1122. *scripta esse.* l) *in lóco raso, et* in tur. *superscr., sed erasum videtur.* m) *superscr.* n) *haec manu G (subfusco atram.) scripta.* o) *manu G superscr.* p) *haec manu H (an A?) scripta.* q) erfurđ *superscr.* r) *alio atram. superscr.* s) Wern̄ *c.* t) Nurinƀ *c.* u) *superscr.*

1) *Paschalem II.* 2) *Moguntinus.* 3) *Mathildem.* 4) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 689. 5) *Die IIII. Idus Febr.; Necr. S. Petri, Schannat, Vind. liter. II, p.* 17. *Auctor Cronicae S. Petri linea rubra, de qua n.* k *dixi, haec ad a.* 1123. *tracta esse credidit, quod facile fieri potuisse tabula inspecta videbis, ideoque haec ad a.* 1123. *posuit. Idem quod factum sit in Ann. S. Petri maiorum cod.* 1, *miror.* 6) *Cf. Cron. S. Petri ad. a.* 1123. 7) *Filius Sigefridi de Ballenstedt comitis palatini de Rheno.* 8) *Cf. necrologia Rodolfi et Helwici, quae in 'N. Archiv' XXII, fasc.* 2. *editurus sum, et Schannat l. l. p.* 19. 9) *Cf. SS. XIV, p.* 264.

ĪCXXX. R.[a, 1] d[iaconus] ord[inatur].
ĪCXXXI. r. n.
ĪCXXXII. IIII.[b] Non. Mai. Translatio sancti 1132.
Gotehardi. *Maii 4.*
ĪCXXXIII. Liutheri[b] rex cum Richeza regina 1133.
imperiale nomen suscepit. Eclipsis facta est solis *(Iun. 4).*
IIII. Non. Aug. *Aug. 2.*
ĪCXXXIIII. Heinricus[c] comes de Turingia obiit[2]. 1134.
ĪCXXXV. Nuncii[b] Grecorum venerunt ad impe- 1135.
ratorem Liutherum cum magnis muneribus.
ĪCXXXVI. Lotharius[b] imperator iterum Romam 1136.
perrexit. Aqua ducta est super montem[3].
ĪCXXXVII. Adelbertus[b] [XXV[us d] senior[e]] archi- 1137. *(Iun. 23).*
episcopus obiit. Liutheri imperator in redeundo de
Italia obiit, delatusque Saxoniam in Lůtere sepultus est. *(Dec. 4).*
Meingoz episcopus[e] Merseburgensis[f] obiit. *(Dec. 20).*
ĪCXXXVIII. Cunradus[b] Liuthario in regnum 1138.
successit. Adelbertus[g] [iunior[e]], prepositus Erfurdensis[h],
constitutus est episcopus Magontinus[i, 4]. *Wernherus
abbas Erfurdensis[k] obiit[5]; cui Rudigerus successit.
ĪCXXXVIIII. Heinricus[b] dux, qui fuit gener regis 1139. *(Oct. 20).*
Lotharii, obiit. Otto episcopus[e] Babenbergensis obiit; *(Iun. 30).*
cui Egilbertus successit.
ĪCXL. Lůdewicus[b] provincialis comes Thuringiae[l] 1140. *(Ian. 12).*
obiit. R.[m] pr[esbiter] ord[inatur][6].
MCXLI. Adelbertus[b] [XXVI[us e] iunior[e]] archi- 1141.
episcopus Mogontinus[n] obiit. Cui Marcolfus successit. *(Iul. 17).*
Magna concertacio fuit in Erpesfurt[o] inter cives et
archiepiscopi milites IIII. Kal. Sept. Quidam enim *Aug. 29.*
occisi, multi vero utrimque vulnerati sunt.
MCXLII. Monasterium[b] sancti Petri in Erphes- 1142.
furt[p] exustum est VIII.[q] Idus Mai. Marcolfus [XXVII.[e]] *Maii 8.*

a) R. đ ord' *et* r. n. *ad a.* 1131. *manu I (iuniore quam manus H) scripta.* b) *haec manu H scripta.* c) *haec manu iuniore quam H (nescio an D) scripta,* c. de tur. *eadem manu superscr.* d) *in marg. suppl.* e) *superscr.* f) merseƀ *c.* g) Adelbt⁹ *c.* h) erfurđ *eadem manu H superscr.* i) magonī *c.* k) erfurđ *c.* l) thurinḡ *superscr. c.* m) R. pr̄ ord' *manu I₁ scripta.* n) moḡ *c.* o) pesfurt *alio atram. in loco raso.* p) Erphesf̄ *c.* q) VII *c.*

1) *Sane hic Rodolfus fuisse potest, qui Kalendarium cum notis necrologicis (de quo vide 'N. Archiv' XXII, p.* 503 *sqq.) circa a.* 1140. *scripsit, ut coniectatum est a W. Schum in 'Mitth. d. V. f. d. Gesch. von Erfurt' VI, p.* 260. *Neque tamen hoc constat.* 2) *Nescio, quis hic fuerit; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 691 *sq.* 3) *Scil. S. Petri Erphesfurt.* 4) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXI, p.* 692. 5) *Die Aug.* 12, *ut videtur. Neque tamen certo constat, num hic die Maii* 4, *Wernherus II. (†* 1147*) die Aug.* 12. *obierint. Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 507, *n.* 3. 6) *Cf. supra n.* 1.

1142. (Iun. 9). episcopus Mogontinus[a] obiit. Cui Heinricus prepositus
Mogontinus[b] successit. Rudegerus Erfurdensis[c] abbas
(Apr. 7). obiit[1]. Cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit.

1143. (Nov. 7). MCXLIII. Ekeleich[d] Mersenburgensis[e] episcopus obiit.

1144. (Mart. 15). MCXLIIII. Růdolfus[d] comes Saxonicus[f·2] occisus
Maii 26. est. Magna inundatio aquae fuit in Erphesfurt VII. Kal. Iunii.

1146. MCXLVI. Cǒnradus[d] rex[f] ad Polenos cum exercitu abiit. *p.* 20.

1147. ICXLVII. Cǒnradus[d] rex Ierosolimam proficiscitur.
Dedicatum est monasterium sanctorum apostolorum Petri
Iun. 16. et Pauli[g] in Erfesfurt[h] XVI. Kal. Iul.[3] Wernherus
abbas Erfurdensis[i] obiit[4]. Cui Gelferadus successit.

1148. Febr. 20. MCXLVIII. X.[k] Kal. Marc. Signum circa solem apparuit:



1149. MCXLVIIII. Cǒnradus[d] rex[f] ab Ierosolimis reversus est. *f.* 87'. Bruningus monachus obiit in Folkolderǒde
Apr. 3. III. Non. April. Eodemque anno frater eius Lampertus comes[f·5] longa decoctus egritudine obiit in
Oct. 3. Erfesfurt V. Non. Oct.[1], anno secundo reversionis eius
ab Ierosolimis, sepultusque est in Folcolderode, ubi ipse
(Oct. 6). vitam monasticam instituit[6]. Rudolfus Halberstatensis[m]
episcopus obiit. Cui Ǒdalricus successit. Bucco
(Dec. 6). Wormacensis[n] episcopus obiit.

a) mog̃ *c.* b) mog̃ *eadem manu H superscr.* c) erfurđ *eadem manu H superscr.* d) *haec manu H scripta.* e) mersenƀ *eadem manu H superscr.* f) *eadem manu H superscr.* g) P. *c.* h) fesfurt *alio atram. in loco raso.* i) erfurđ *c.* k) *haec manu K scripta.* l) V̄. N̄ Oct̄ *eadem manu H superscr.* m) halbersť *eadem manu H superscr.* n) wormac̄ *eadem manu H superscr.*

1) *Die VII. Idus April.; cf. necrol. Rodolfi et Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 507. 514. 2) *De Stade. Cf. W. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 396 *sq.* 3) *Vide notitiam dedicationis in appendice Cronicae S. Petri Erford. infra editam.* 4) *Cf. supra p.* 17, *n.* 5. 5) *I. De Gleichen.* 6) *Cum Helinburgi matre sua (cf. Cron. Reinhardsbr., SS. XXX, p.* 530*) a.* 1131. *Cf. L. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p.* 21. 287; *J. H. Möller in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch.' V, p.* 374 *sq.; Reg. Thur. I, nr.* 1249.

ICL. Sigefridus[a] Wirceburgensis[b] episcopus obiit. 1150.
Hiemps[c] dura. (Sept. 16).
ICLI. Fames[d] valida et[e] mortalitas hominum. 1151.
Cůnradus[f] rex fuit in Erfesfurt. (Nov. ex.)
MC⁰L⁰II⁰. Cůnradus rex obiit; cui Fridericus suc- 1152. (Febr. 15).
cessit. Ernestus[g] comes[1] obiit. Fridericus rex 1151.
venit in Erfesfurt[2]. (Dec. 29).

21. MCLIII. Signum[h] in sole apparuit VII. Kal. Feb. 1153. Ian. 26.
Fridericus[i] rex fuit in Erphesfurt[3]. Heinricus [XXVIII.[k]]
Mogontinus[l] archiepiscopus ex precepto papae Eugenii (Iun.)
depositus est, et Arnoldus cancellarius[m] electus est. (Iul. 8).
Sed post paucos dies papa et idem Heinricus defuncti sunt. (Sept. 2).
MCLIIII. XII.[n] Kal. Maii. Translatio sancti 1154. Apr. 20.
Adelharii in Erphesfurt[4]. Eodem anno magna inundatio aquae fuit. Fridericus[o] rex in Italiam proficiscitur. C.[p] d[iaconus?].
MCLV. Fridericus[q] Rome inperator factus est. 1155. (Iun. 18).
Bellum[r] fuit inter Arnoldum archiepiscopum[s] et Hermannum palatinum comitem[5] . . . . . .[t]
MCLVI. Heinricus[u] dux Saxonum perrexit ad bel- 1156.
landum in Fresiam. Herimannus[v] palatinus comes obiit. (Sept. 20).
MCLVII. Cůnradus[w] marchio[6] obiit. 1157. (Febr. 5).
MCLVIII. Fridericus[x] imperator Mediolanum 1158.
cepit. Wernherus[y] Erphesfurdensis monachus[z] factus (Sept. 8).
est abbas Gerrodie.

22. MCLVIIII. Fridericus[a] comes de Bichelingen[b] 1159.
occisus est[7].

a) *haec manu H scripta.* b) wircebͣ *eadem manu H superscr.* c) H. d. *manu L scripta.* d) F. v. *manu M scripta.* e) et m. h. *manu N (vel L) scripta.* f) *haec* — Frid. succ̄ *a.* 1152. *manu O scripta.* g) *haec* — erfesf̄ *manu P scripta.* h) *haec manu Q scripta.* i) *haec* — defuncti sunt *manu R scripta.* k) *numerus minio superscr.* l) mog̃ *c.* m) *eadem manu R superscr.* n) *haec* — aquę fuit *manu S scripta,* XII — anno *in loco raso.* o) *haec manu T vel Q scripta.* p) C. đ *manu TT in marg. suppl.* q) Fr. R. imp. f. est *manu U scripta.* r) *haec manu V scripta.* s) *eadem manu V superscr.* t) *quatuor fere verba erasa. Fortasse ibi scripta erant quae Cron. S. Petri mod. habet:* sed Arnoldus terga vertit, *neque tamen quidquam legi potest.* u) *haec manu W scripta.* v) *haec manu X scripta,* nnus — obiit *in loco raso.* w) *haec manu XX scripta.* x) *haec manu Y scripta.* y) *haec manu Z in loco raso scripta.* z) erph'furd' m̊ *eadem manu Z superscr.* a) *haec* — habuerunt *a.* 1160. *manu α scripta.* b) de Bicheł *eadem manu α superscr. c.*

1) *I. de Gleichen, advocatus monasterii Montis S. Petri. Diem obitus eius indicant Ann. S. Petri breves (infra p.* 56*).* 2) *Mense Maio ex., cum a curia Merseburgensi in Bawariam proficisceretur, procul dubio.* 3) *Inter Apr.* 24. *et Maii* 29. *(St. nr.* 3668. 3669*), cum a civitate Bambergensi in oppidum Heiligenstadt proficisceretur.* 4) *Cf. Cron. S. Petri a.* 1154. 5) *Rheni. Cf. Ottonis et Rahewini Gesta Frid. II,* 43. 46; *Vita Arnoldi, Jaffé, Bibl. III, p.* 614 *sq.; Wibaldi epist. nr.* 436, *ibid. I, p.* 571. 6) *Misnensis.* 7) *Cf. Ann. S. Petri mai., infra p.* 57.

1160. MCLX. Arnoldus [XXVIIII.[a]] Mogontinus archiepiscopus volens bellare contra Magontienses occisus est *Iun. 24.* ab eis in nativitate[b] sancti Iohannis baptistae. Treverensis[c] archiepiscopus[1] et Coloniensis[d] archiepiscopus[2] *(Iul. 25/6).* cum ceteris principibus Erphesfurt conventum habuerunt[3]. Sizzo[e] comes[f] de Thuringia[4] obiit.

1161. MCLXI. Grando et tempestas magna in multis locis fuit. Indictum est concilium Cremonae dominica *Maii 21.* *Vocem iocunditatis*[g. 5], sed quia principes ab exercitu imperatoris absolvi non poterant, idem concilium cele- *Iun. 19.* bratum est in Nova Laude XIII. Kal. Iul., presidente[h] ipso imperatore Friderico cum magna frequentia principum, tam Latinorum quam Teutonicorum. Erant hii precipui: Aquilegiensis patriarcha[6] cum suis multis suffraganeis, Viennensis archiepiscopus[7] cum suis suffraganeis, Ravennas archiepiscopus[8] cum suis suffraganeis. De Theutonia[i]: Treverensis[k] archiepiscopus[1] cum suis suffraganeis, Coloniensis[d] archiepiscopus[2] cum suis suffraganeis. Decem suffraganei Mogontinae sedis. Preterea de Urbe V[que] senatores missi a Romanis erant. Sed et nuncii regis Francorum[9], Anglorum[10], Polonorum[11] presentes aderant fraterque[12] regis Boemiorum[l. 13], aliique quam plures. A quibus omnibus refutatus est Ro̊landus cum suis fautoribus.

1162. *MCLXII. Mediolanum[m] destructa est a Friderico imperatore. Fames valida. *f. 88.

1163. MCLXIII. Fridericus[n] imperator de Italia rediit. Murus Mogontiae[o] destructus est ob necem Arnoldi[p] *Sept. 3.* archiepiscopi. Magna inundatio aquae fuit III. Non. Sept.

ĪCLXIIII.

a) *numerus minio,* mog̃ *eadem manu α superscr.* b) nat̄ .s. ioh̄ ƀ *c.* c) Treuer *c.* d) colon̄ *c.* e) *haec* — fautoribus *a.* 1161. *manu β scripta,* Sizzo — tempestas mag *in loco raso.* f) comes *tribus litteris superscriptis c.* g) ioc̄d̄ *c.* h) *auctor sua manu haec scribens non obedivit Wilhelmo de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 398, *qui iussit eum scribere* presente. i) theuton̄ *c.* k) Trev̄ *c.* l) Boemorum *corr.* Boemiorum *c.* m) *haec manu γ scripta* (Mediol). n) *haec manu δ scripta.* o) mogont̄ *c.* p) arn̄ *c.*

1) *Hillinus.* 2) *Reinoldus.* 3) *Cf. Ann. S. Petri mai., infra p.* 57 *sq.; Cron. S. Petri* 1160. 4) *De Käfernburg et Schwarzburg.* 5) *Cf. epist. Victoris (IV.) papae, Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 14445: dominica qua cantatur 'Vocem iocunditatis' generale concilium Cremone statuimus celebrandum; *Otto Morena, SS. XVIII, p.* 632. 6) *Piligrinus.* 7) *Stephanus II.* 8) *Guido.* 9) *Ludowici VII.* 10) *Heinrici II.* 11) *Boleslai IV. ducis.* 12) *Theopoldus.* 13) *Wladislai II.*

APPENDIX.

SERIES REGUM ET ARCHIEPISCOPORUM MOGUNTINORUM.

Anno ab incarnatione Domini DCC^{0}LX^{0}VIII^0 Bipinus obiit.
Karlus Magnus.
Lůdewigus I.[a]
Lůdewigus II.
Lůdewigus III.[1]
Karlus.
Arnoldus.
Lůdewigus IIII.
Cunradus I.
Heinricus I. Saxo[2].
Otto I.
Otto II.
Otto III.
Heinricus II. Baioarius[2].
Cunradus II.
Heinricus III.
Heinricus IIII. pugnavit cum Saxonibus secus fluvium Unstrut.
Heinricus V, qui pugnavit in Welfisholz anno incarnationis Domini mill. C^{0}XV^{mo}.

Anno ab incarnatione Domini DCCLV^{to} Sanctus Bonifacius obiit.
Sanctus Lullus.
Richolfus.
Haistolfus.
Otgarius.
Rabanus.
Karlus.
Liutbertus.
Sunderolt occisus.
Hatto.
Hereger.
Hiltibertus.
Fridericus.
Willehalmus.
Hatto.
Růpertus.
Willegis.
Erkenbaldus.
Arbo.
BARDO.
Lupoldus.
Sigefridus.
Wecil.
Růthardus.
Adelbertus.

Hii[3] sunt pontifices Mogontinae sedis, antequam archiepiscopatus inibi esset:
Crescens.
Marinus.
Suffronius.
Podardus.
Rutharius.
Aureus.
Maximus.
Sydonius.
Sigemundus.
Leodegarius.
Becelin.
Lanuwaldus.
Laboaldus.
Rigibertus.
Geroldus.
Gewiliob.

a) *hi numeri omnes nominibus superscripti sunt.*

1) *Hoc loco patet hanc seriem ex Annalibus Lamperti excerptam esse; vide a.* 875. 879, *Lamp. opera p.* 28. 30. 2) *Hoc etiam cognomen in Ann. Lamperti.* 3) *Haec series ex Auctario Ekkehardi, infra p.* 27, *sumpta videtur. Sed non certo contendere possum codicem Ekkehardi Montis S. Petri ante hanc seriem scriptum esse, cum neque eodem tempore utrumque codicem viderim.*

Lůtharius.
Cunradus III.
Fridericus.

Heinricus.[a]
Philippus rex occisus.
Otto IIII. imperator[1].

Adelbertus iunior.
Marcolf.
XXVIII^{us}. Heinricus depositus.
Arnoldus[b].

Cůnradus[a, 2].
Sigefridus.

Gerhardus[c, 3]
Heinricus[4].
Wernherus.
Heinricus frater[5].
Gerhardus.

a) *hi altera eademque manu in utraque serie additi.* b) *hic priore manu, sed post praecedentes alio tempore additus.* c) *hi tertia manu additi; sequitur* Herhardus *del.*

1) *In codice Helwici (cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 508 *sq.), in quo f.* 1'. 2. *hae series ex codice Pommersfeldensi manu a.* 1266. *descriptae sunt, additi sunt:* Fridericus II^{us}. Heinricus VII^{us}, qui fuit Turingie lantgravius. Willehelmus I^{us}. Cunradus IIII^{us}. 2) *Nota Christianum omissum.* 3) *Nota Sigefridum III. et Christianum II. omissos. In codice Helwici vera series restituta est, ubi post Arnoldum hi:* Cristanus. Cunradus. Sigefridus. Sigefridus. Cristanus. Gerhardus. Wernherus. 4) *Hic falso insertus.* 5) *Ordinis Minorum.*

S. PETRI ERPHESFURTENSIS AUCTARIUM ET CONTINUATIO CHRONICI EKKEHARDI.

Codex in monasterio Montis S. Petri Erphesfurtensis[1] *medio saec. XII. compluribus simillimis manibus scriptus, qui nunc in bibliotheca ducali Gothana servatur, sign. A* 92, *mbr. fol., continet Chronicon eius recensionis, quam G. Waitz b. m. inter opera Ekkehardi Uraugiensis B* signavit*[2], *Frutolfi videlicet Chronicon*[3] *multis additamentis atque Continuatione a.* 1101—1106. *et Continuatione Ekkehardi a.* 1106. *usque ad a.* 1125. *auctum, qualem codices* 4—11. *editionis Waitzianae operum Ekkehardi praebent*[4]. *Sed in hoc libro Montis S. Petri multa alia additamenta inserta sunt, et pleraque ex Lamperti Annalibus sumpta, descripta ex codice antiquo Montis S. Petri deperdito*[5], *ex quo excerpta codicis Pommersfeldensis profecta esse supra p.* 3. *dixi, tum alia ex Libro pontificali, ex Othlohi Vita Bonifatii, ex Annalibus Wirziburg.-Moguntinis*[6], *qui in Cronica S. Petri moderna a.* 1072—1101. *exscripti sunt, sumpta. Denique etiam monachi Montis S. Petri quaedam ad civitatem Erphesfurtensem et suum monasterium spectantia addiderunt*[7], *quorum quaedam cum additamentis in codicibus Annalium Lamperti ex antiquo illo Erphesfurtensi profectis quodammodo conveniunt.*

1) *Quod probatur versibus f.* 1. *scriptis, 'Archiv' VII, p.* 506. *editis:*

De petra dictus Petrus, hic liber est tibi scriptus.
Erphesfurdenses sint proprietate fruentes.
Clave Petri clausus sit tollere illum maledictus.

2) *SS. VI, p.* 14, *ubi hic codex numero* 5 *signatus est.* 3) *Cf. H. Bresslau, 'N. Archiv' XXI, p.* 198 *sqq.* 4) *Quam recensionem Swarzahensem dicere potes, cum reliqui eius codices plura Swarzahensia, codex Montis S. Petri unum saltem eorum additamentum a.* 815. *praebeant. De codice Reinhardsbrunnensi ex hoc Erfordensi descripto vide 'N. Archiv' XX, p.* 618 *sq.* 5) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 150. 159; *Lamperti opera p.* L. LIX. 6) *A.* 1078. 1081. 1088. 7) *A.* 706. 836. 858. 1079.

Omnia haec additamenta, quae Auctarii Chronici Ekkehardi titulo complexus sum, nondum edita sunt, sed quaedam SS. III, p. 33 *sqq. ad Annales Lamperti adnotata, quaedam in editione Chronici Ekkehardi, SS. VI, p.* 203—207. *exhibita, sed utile fore mihi visum est, ut omnia haec collecta ederentur*[1]. *Quod ut fieri posset, oportuit, ut nonnullis locis verba Ekkehardi*[2], *quibus additamenta inserta sunt, darentur, quae uncis includenda curavi.*

Tum vero in codice Montis S. Petri Continuationi Ekkehardi f. 181—183. *Continuatio a.* 1125—1137. *subiuncta est, quam ex hoc codice primus satis bene edidit G. H. Pertz b. m. SS. VI* (1844), *p.* 535—541[3], *qui eam Annales Erphesfurdenses inscripsit, cum eos a monacho quodam Montis S. Petri compositos esse opinaretur*[4]. *Tum J. Fr. Böhmer, Fontes III* (1853), *p.* 574—581. *eos iterum minus emendate edidit, qui eos Annales imperiales Lotharianos inscripsit*[5], *non male, cum his quidem annalibus Lotharii imperatoris et eius tempore res gestae enarrentur. Sed L. A. Cohn*[6] *ostendit eos partem fuisse maiorum annalium, qui in Cronica S. Petri moderna et Annalibus Pegaviensibus*[7] *iam ab a.* 1115. *exscripti sint et demum a.* 1149. *finem habuerint*[8]; *quos ille quidem in monasterio Montis S. Petri compositos esse opinatus est. Sed ego ostendi*[9] *hoc minime credendum esse, neque omnino demonstrari posse eos in civitate Erphesfurtensi conscriptos esse, cautissime coniectavi in monasterio Reinhardsbrunnensi originem eorum fuisse, certo tantum statui posse clericum vel monachum quendam Thuringicum auctorem eorum fuisse*[10], *unde eos Annales*

1) *Omisi versus in hoc solo codice additos, qui SS. VI, p.* 175, *n.* *1. *editi sunt, et demum ab a.* 703. *codicem Gothanum perquisivi, ut additamenta Erphesfurtensia colligerem.* 2) *Rectius quidem verba Frutolfi dici debuisset, sed cum hic codex Frutolfina et Ekkehardina coniuncta contineat, illud nomen consuetum retinui.* 3) *Specimen scripturae SS. VI, tab. II. extremorum verborum Ekkehardi et initii Continuationis ex hoc codice datum miserrimum est.* 4) *Sane nemo consentiet conicienti Wernherum monachum Montis S. Petri eos composuisse, cum hic cartam donationis Montis S. Petri a.* 1136. *scripserit, Schannat, Vindemiae literariae II, p.* 1 *sq., nr.* 2. 5) *Coniciens eos in monasterio Bosaviensi scriptos esse, partem scilicet fuisse Annalium Pegaviensium, quos in monasterio Bosaviensi scriptos esse tunc omnes credebant. Quod Cohn optimo iure refutavit.* 6) *'Die pegauer Annalen' in 'Mitth. d. Geschichts- u. Alt.-Ges. des Osterlandes' IV, p.* 472—533, *et separatim inde ed. Altenburg* 1858. *p.* 23 *sqq.* 7) *SS. XVI, p.* 253—258. 8) *Quod W. Schum, 'Die Jahrbücher des St. Albansklosters' (Göttingen* 1872) *p.* 127—130. *iterum statuit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 540 *sq.* 9) *'N. Archiv' XXI, p.* 725—735. 10) *Quod Pertz, SS. VI, p.* 536.

Thuringicos inscripsi. A quo anno hi Annales initium habuerint, difficile est cognitu, constat vero eos iam ab a. 1112. *in Cronica S. Petri exscriptos esse*[1]. *Eos demum a.* 1149. *iam pridem desiisse, usque ad quem annum et haec Cronica et Ann. Pegavienses locos eorum contineant, non constat, sed facilius credendum est extremam eorum partem postea demum additam esse, cum ab utroque auctore idem exemplar exscriptum esse videatur, qui multis locis eandem lectionem a codice Montis S. Petri Gothano differentem praebeant*[2]. *Easque lectiones, quibus uterque liber contra hunc codicem convenit, adnotavi, sed variam lectionem alteriusutrius non attuli, praesertim cum annalista Pegaviensis (P) multa mutaverit atque omiserit, Cronica S. Petri (E) infra edita sit*[3]. *O. H.-E.*

AUCTARIUM.

Anno Domini DCCV. Aldfridus rex Nordanimbrorum, filius Oswi fratris sancti Oswaldi regis, obiit. *Lamp. add. S. Petri.*

Anno Domini DCCVI°. . . . Tagobertus rex Francorum christianissimus construxit monasterium in Erphesfurt, in monte qui antiquitus vocabatur Merwigisburc a Merwigo[4] pagano rege Francorum, qui fuit filius Merwigi principis de Thuringia et tritavus eiusdem Tagoberti regis, deletoque paganico nomine eiusdem urbis vel montis, Sancti Petri Montem nuncupavit, ibidemque monachicam vitam, sicuti iam pari modo fecerat in Selsenburg[5], instituit rogatu Adeodati inclusi, qui tempore eiusdem regis secus aecclesiam sancti Blasii, quae sita fuit supra predictam urbem, a Rigiberto Mogontino[a] episcopo fuerat inclusus; et omnia quae habuit in Thuringia sancto Petro fratribusque ibidem Deo servientibus tradidit. *ib.*

a) mogonī *c.*

dixit, auctorem eorum a. 1133. *Lotharii imperatoris in expeditione Romana comitem fuisse, qui a.* 1133. *scripserit:* quoniam et illic *(in Laterano)* regni et aecclesiae, ut cunctis cernentibus liquet, constat esse palatium, *mihi non constat. Nescio an inde concludere liceat auctorem aliquando Romae fuisse, imperatorem in expeditione Romana eum comitatum esse ex his verbis non sequitur.* 1) *Vide quae de hac re 'N. Archiv' XXI, p.* 725. 734. *dixi.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 687 *sq.* 3) *Moneo in codice Gothano ubique* ę *pro* ae, *ut scripsi, positum esse.* 4) *Eadem fabula et nonnulla ad verbum cum hac convenientia leguntur in Dagoberti diplomate spurio, Dipl. (Merow.) I, p.* 197 *sq., nr.* 83. *Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 537 *sq.* 5) *Nemo, quod sciam, adhuc perspexit, quod monasterium hoc nomine indicatum sit. In diplomate spurio Dagoberti laudato legitur:* misi ad monasterium

Lamp. Anno Domini DCCVIII. Cůnrat rex de Brittannia Romam perrexit.

Anno Domini DCCX^{o}. . . . Bippinus maior domus regni Francorum perrexit in Alemanniam.

Anno Domini DCCXII^{o}. . . . Mortuus est Heribertus rex Longobardorum.

Anno Domini DCCXVI^{o}. . . . Karolus pugnavit contra regem Ratbodum. [Gregorius papa LXXXVIIII^{us} sedit annis decem migravit-*L. pont.* que Idus Febr. Hic sanctum Bonifacium ordinavit episcopum] et per eum Germaniae verbum salutis predicavit; et in quadragesimali tempore ut in V. feria ieiunium atque missarum celebrationes fierent, quod non agebatur, instituit. Eius tempore precepit imperator, ut in nulla aecclesia sancti cuiuslibet haberetur imago, quam iussionem despiciens vir pius renuit heresem eius.

Lamp. Anno dominicae incarnationis DCCXVII. . . . Karolus pugnavit contra Francos in dominica die ante pascha.

Anno dominicae incarnationis DCCXVIII^{o}. . . . Karolus vastavit Saxoniam plaga magna.

Anno Domini DCCXVIIII^{o}. Occisio Francorum ad Suessionis civitatem.

Anno Domini DCCXX. Karolus pugnavit contra Saxones.

Anno Domini DCCXXII^{o}. Magna fertilitas facta est.

Anno Domini DCCXXIII^{o}. . . . Karolus infirmatur.

Anno Domini DCCXXV^{o}. . . . Karolus perrexit Andegavis.

Anno Domini DCCXXVII^{o}. [Gregorius papa XC^{us} sedit annos *L. pont.* VIII decessitque IIII. Kal. Decemb.] Hic ex concilio XCIII episcoporum facto constituit, ut, si quis sacrarum imaginum Christi vel eius sanctorum destructor vel blasphemus extiterit, unitate tocius *Lamp.* aecclesiae sit extorris. . . . Sanctus Egbertus migravit ad Christum.

Anno Domini DCCXXVIIII^{o}. Cometae stellae aparuerunt.

Anno Domini DCCXXXI^{o}. . . . [Beda Venerabilis Anglorum presbyter] nobilis et preclarus doctor[1] [obiit]. Karolus vastavit ultra Liguriam.

Anno Domini DCCXXXII^{o}. . . . Karolus pugnavit contra Sarracenos.

Anno Domini DCCXXXIII^{o}. . . . Eclypsis facta est solis.

[Anno Domini DCCXXXV^{o}. Zacharias papa XCI^{us} sedit *L. pont.* annos XVIII]. . . . Hic cum non esset in Urbe ad festum apostolorum, reversus denuo in Urbem natale eorum celebravit.

Lamp. Anno Domini DCCXXXVI^{o}. Inicium Herveldensis monasterii.

Anno Domini DCCXXXVIII^{o}. Karolus pugnavit contra Sarracenos in Gothia.

[Anno Domini DCCXL^{o}. Karolus Saxoniam intrat] et facit eos tributarios[2].

Anno Domini DCCXLI^{o}. . . . Inicium Altahensis monasterii.

Anno Domini DCCXLII^{o}. . . . Karolus Magnus natus est.

Otloh V. Bon. I, 37. Synodalis conventus habetur Karlomanni et Pippini precepto sanctique Bonifacii consilio, ubi multi, qui capitalis criminis macula diffamati fuerant, deponebantur; inter quos episcopus nomine

monachorum, quod simili modo construxi in Wizenburg. *Quod auctorem in mente habuisse puto. In additamento cod. B 2 ad Cronicam Minorem ex hoc loco sumpto legitur SS. XXIV, p.* 179, *n.* * *et infra:* Solsenburg in Alsacia. 1) *Lamp. ad a.* 736. 2) *Lamp. haec ad a.* 739. *habet.*

Gewiliob Mogontinae civitati prelatus ob homicidium palam commissum deponebatur. Quo deposito sanctus Bonifacius a supradictis principibus aecclesiae Mogontiacensi preficitur. Et ut eius dignitas eminentior foret, decreverunt idem principes aecclesiam Mogontiacensem, quae prius Wormatiensi subiecta erat, metropolim omnium in Germania aecclesiarum efficere, moxque legatione facta illud a presule apostolico inpetravere. Hi autem sunt pontifices Mogontinae sedis, antequam archiepiscopatus inibi esset: Crescens, Marinus, Suffronius, Podardus, Rutherius[a], Aureus martyr, Maximus, Sidonius, Sigemundus, Leodegarius, Becelinus, Lanualdus, Laboaldus, Rigibertus, Geroldus, Gewilio[b, 1]. Huic sanctus Bonifacius archiepiscopus successit.* *Otloh V. Bon. I, 37.*

Anno Domini DCCXLVII°. . . . Sanctus Wigbertus migravit ad Dominum. *Lamp.*

[Anno Domini DCCLII°. Pippinus . . . elevatus est in regni solium in Suessionum civitate], et Hildricus rex tonsoratus in monasterium mittitur[2]. . . . . .

[Anno Domini DCCLIII°.] Sthephanus papa electus est atque occisus, et alter[3] [Stephanus papa XCIIus ordinatur seditque ann. quinque, dies XXVIII°].

Anno Domini DCCLV°. . . . [Sanctus Bonifacius] cum sociis [passus est] anno peregrinationis suae XL°. *Lamp. et Add. S. Petri.*

[Anno Domini DCCLX°. . . . Sanctus Othmarus in insulam quae dicitur Stein relegatus] XVI. Kal. Decembris [migravit ad Dominum]. *Ekk.*

[Anno Domini DCCLXV°. . . . Corpora sanctorum Gorgonii Naboris et Nazarii] per Růtgangum episcopum [de Roma translata sunt in Franciam]. *Lamp.*

*) *In marg. manu saec. XV ex.:* Pontifices Mogon[tine] sedis, antequam archiepiscopatus inibi esset, require in presenti folio.

Bonifacius primus	Fredericus.	Adelbertus pre-	Mathias.
archiepiscopus	Wilhelmus.	positus.	Henricus.
ibidem; deinde	Hatto.	Marcolfus.	Gerlacus.
Lullus.	Rubertus.	Henricus.	Adulfus.
Richolfus.	Willigisus.	Arnoldus.	Iohannes Gallicus.
Haistolfus.	Erkenbaldus.	Cristannus.	Conradus.
Oggarius.	Aribo.	Conradus.	Theodericus.
Rabanus.	Bardo.	Sigifridus[4].	Ditherus.
Karlus.	Liutboldus.	Cristanus.	Adulfus.
Liutbertus.	Sifridus.	Gerhardus.	Ditherus.
Sunderoldus.	Wecil.	Wernherus.	Albertus.
Hatto.	Ruthardus.	Henricus Minor.	Bertoldus.
Hereger.	Adelbertus can-	Gerhardus.	
Hildebertus.	cellarius.	Petrus.	

a) *post corr.* Rutharius. b) *sic h. l. c.*

1) *Eadem nomina vide supra p.* 21, *et ibidem n.* 3. 2) *Lamp. haec ad a.* 750. *habet.* 3) *Lamp. ad a.* 751. *haec habet.* 4) *Cf. supra p.* 22, *n.* 3.

Lamp. Anno Domini DCCLXVII°. . . . Victi sunt Sclavi in Weidahaburc a Francis[1].

Anno Domini DCCLXX°. . . . [Berchtrada . . . in Italiam proficiscitur peractoque negotio . . . ad filios regreditur] et Desiderii regis filiam adduxit in Franciam. . . . . .

Anno Domini DCCLXXVII°. . . . Dedicatio aecclesiae in Ordorf a beato Lullo in honore sancti Petri.

Anno Domini DCCLXXVIIII°. . . . Sturm abbas Fuldensis cenobii obiit.

Anno dominicae incarnationis DCCLXXXI°. . . . Karlus divisit terram inter episcopos in Saxonia.

Anno Domini DCCLXXXVI°. . . . Sanctus Lullus archiepiscopus m i g r a v i t; cui Richolfus successit. Multa quoque visa sunt prodigia. Signum enim crucis in vestimentis hominum apparuit, et sanguis e caelo terraque profluxit.

Anno Domini DCCLXXXVII°. . . . Ęclypsis facta est solis.

Anno Domini DCCXCV°. . . . Adrianus papa obiit in nativitate Domini.

Anno Domini DCCXCVIII°. . . . Balthart abbas Herveldensis obiit.

Anno Domini DCCCII°. . . . Amarmurmulus rex Persarum elefantem unum cum aliis muneribus Karolo misit[2].

Anno Domini DCCCXI°. . . . Depositio Liutgeri episcopi.

Anno Domini DCCCXIII°. Richolfus Mogontinus[a] archiepiscopus obiit; cui Haistolfus successit.

Anno Domini DCCCXIIII°. . . . H i c Lůdewicus construxit episcopatum in Hiltensheim.

Anno Domini DCCCXV°. . . . Baugolfus abbas Fuldensis obiit; et preceptum est, ut omnes monachi cantarent cursum sancti Benedicti.

Anno Domini DCCCXVIII°. . . . Lůdewigus imperator in Brittannia Nortmannum regem vicit.

Anno Domini DCCCXXII°. . . . Inchoatio monasterii Novae Corbeiae . . . . . .

Anno Domini DCCCXXIIII°. . . . Lůdewigus contra Wivormacum[b] regem pugnavit et Brittanniam vastavit.

Anno Domini DCCCXXV°. . . . Wivormacus[b] occisus est in domo propria. Haistolfus archiepiscopus Mogontinus obiit; cui Otgarius a r c h i e p i s c o p u s q u i n t u s successit.

Anno Domini DCCCXXVIIII°. . . . Ludewigus imperator depositus est a filiis suis Lothario, Lŏdewico[c], Karolo.

Anno Domini DCCCXXXII°. Coniuratio Lŏdewici contra patrem suum.

cf. Add. S. Petri cod. 2. P. Anno Domini DCCCXXXVI. Otgarius archiepiscopus ossa sancti Severi episcopi sibi delata transtulit in Erphesfurt Thuringiae civitatem et in Alto monasterio reposuit XI. Kal. Novemb.[3]

Lamp. Anno Domini DCCCXXXVII. Coniuratio Lůdewici iterum ad Franconofurt, et conversum est regnum ad patrem eius[4].

Anno Domini DCCCXLII°. Lotharius expulsus est a regno.

a) mog̃ *c.* b) *sic c.* c) lŏdew̃ *c.*

1) *Lamp. haec ad a.* 766. *habet.* 2) *Lamp. haec ad a.* 801. *habet.*
3) *Solus Pistorii codex haec ad a.* 836. *(cf. Lamperti opera p.* 358*)*, *B* 2 *ad a.* 845. *habet. Cf. Transl. S. Severi c.* 5, *SS. XV, p.* 293.
4) *Lamp. haec ad a.* 838. *habet.*

Anno Domini DCCCXLIII⁰. Lotharius, Lodewigus et Karolus pacem fecerunt. *Lamp.*

Anno Domini DCCCXLIIII⁰. . . . Lŏtharius rex regem Sclavorum Gestimulum occidit.

Anno Domini DCCCXLV⁰. Lodewigus venit Hersfelt II. Kal. Novemb. et privilegia monachis dedit suoque sigillo munivit. Monachi quoque eiusdem Herveldensis monasterii reconciliati sunt cum Otgario archiepiscopo de decimis frugum et porcorum ex terra Thuringorum per fideles legatos domni Lŏdewici augusti, episcopos videlicet et presides.

Anno Domini DCCCXLVI⁰. Lodewigus filius Lodewici Pannoniam subegit et Beheimos domum rediens vastavit. Bun abbas Herveldensis[a] obiit; cui Brunwart successit.

Anno Domini DCCCXLVII⁰. Otgarius archiepiscopus obiit; cui Rabanus abbas Fuldensis successit.

Anno Domini DCCCXLVIII⁰. Habito Mogontiae synodali concilio Gotescalc hereticus dampnatus est.

Anno Domini DCCCLII⁰. Translatio sancti Lulli in cena Domini.

Anno Domini DCCCLV⁰. Lůdewigus rex cum magno exercitu perrexit contra Ratzidum regem Maruhensium. Lŏtharius etiam rex tonsuram et monachicum habitum suscepit moriturus in proxima[1].

Anno Domini DCCCLVI⁰. Rabanus archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Karlus successit.

Anno Domini DCCCLVII⁰. Karlus archiepiscopus in Mogontia[b] magnam synodum habuit . . . . . .

Anno Domini DCCCLVIII⁰. . . . Lodewigus rex Lŏdewigum filium suum misit cum exercitu magno ad Abitritos. Karlus archiepiscopus quandam partem de reliquiis sanctae Innocentiae transtulit Erphesfurt. *cf. Add. S. Petri cod. 2.*

Anno Domini DCCCLVIIII⁰. Lodewigus et Karlus atque Lůtharius filius Lŏtharii fratris eorum cum iuramento pacem fecerunt. *Lamp.*

Anno Domini DCCCLXI⁰. Uto, Ernest, Berengerus comites et Waldo abbas Fuldensis honoribus depositi sunt. Tiodo abbatiam suscepit.

Anno Domini DCCCLXIII⁰. Karlus archiepiscopus obiit; cui Liutbertus successit.

Anno Domini DCCCLXIIII⁰. Lŏdewigus rex Ratzidum regem Marahensium sibi subegit.

Anno Domini DCCCXCIIII⁰. Prelium magnum factum est inter Bawarios et Ungarios[2].

Anno Domini DCCCCII⁰. . . . Sclavi vastaverunt Saxoniam.

Anno Domini DCCCCIII⁰. Adelbertus, Eberhart et Heinrich occisi sunt.

Anno Domini DCCCCV⁰. Ungarii vastaverunt Saxoniam[3].

Anno Domini DCCCCVIII⁰. Liutpoldus dux occisus est ab Ungariis.

Anno Domini DCCCCVIIII⁰. . . . Burchardus dux Thuringorum occisus est ab Ungariis.

a) herueld' *c.* b) mogont̄ *c.*

1) Promia *Lamp.* 2) *Haec habet Lamp. ad a.* 893. 3) *Haec habet Lamp. ad a.* 906.

Lamp. Anno Domini DCCCCXIIII. . . . Otto Saxonicus comes obiit.

[Anno Domini DCCCCXV⁰. . . . Hatto archiepiscopus] Mogontinus [obiit; cui Heriger successit] decimus archiepiscopus[1].

Anno Domini DCCCCXVI⁰. Ungarii vastando venerunt usque in Fuldam[2].

Anno Domini DCCCCXXXI⁰. [Heinricus rex Poemiam petit,] Abodritos quoque subegit.

Anno Domini DCCCCXXXII⁰. [Dieto Wirziburgensis episcopus obiit;] cui Burchardus abbas Herveldensis successit.

Anno Domini DCCCCXXXVI⁰. . . . Magna synodus fuit in Erphesfurt[3]. . . . . .

Anno Domini DCCCCXXXVIIII⁰. Hildibertus[a] archiepiscopus obiit; cui Fridericus successit[4].

Anno Domini DCCCCXLV⁰. . . . Nuncii Grecorum ad regem Ottonem venerunt cum magnis muneribus in vigilia omnium sanctorum.

Anno Domini DCCCCXLVIII⁰. . . . Iterum nuncii Grecorum ad regem Ottonem cum preciosissimis muneribus venerunt in memoria omnium sanctorum.

Anno Domini DCCCCLIIII⁰. . . . Fridericus archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Willehelmus filius eius[c] successit.

Anno Domini DCCCCLVI⁰. . . . Hademarus abbas Fuldensis obiit; cui Hatto successit. Růpertus Treverensis archiepiscopus obiit; cui Heinricus successit.

Anno Domini DCCCCLVII⁰. [Liutolfus Adelbertum vincit et ipse eodem anno moritur] in Italia, inde ad Mogontiam portatus et apud cenobium sancti Albani martyris sepultus est.

Anno Domini DCCCCLVIIII⁰. Hagano abbas Herveldensis ob infirmitatem corporis abbatiam reliquit; pro quo Guntherus eligitur.

Anno Domini DCCCCLX. . . . Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem deprecantes, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui ostenderet eis viam veritatis. Qui consensit deprecationi eorum, mittens Adelbertum episcopum fide catholicum. Qui etiam vix evasit manus eorum.

Anno Domini DCCCCLXI⁰. Otto secundus in regem unguitur[d] Aquisgrani.

Anno Domini DCCCCLXIII⁰. . . . Magna synodus facta est Rome. Cui Otto imperator presidebat cum multitudine magna episcoporum, abbatum, sacerdotum, clericorum ac monachorum; ibique deiectus est Benedictus a sede apostolica.

Anno Domini DCCCCLXV⁰. Brun archiepiscopus[e] obiit; cui Folcmarus successit. Imperator de Italia venit.

Anno Domini DCCCCLXVI⁰. Otto imperator tercia vice Romam venit.

Anno Domini DCCCCLXVIII⁰. Willehelmus archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Hatto abbas Fuldensis successit.

Anno Domini DCCCCLXVIIII⁰. . . . Hatto Mogontinus[f] archiepiscopus obiit. Cui Rupertus successit.

a) *manu s. XV. superscr.* mogū. b) mog̅ *c.* c) *sic etiam Lamperti codd. B* 1b. 2. d) *sic c.* e) colonieñ *manu s. XV. superscr.* f) mog̅ *eadem manu superscr.*

1) *Lamp. haec ad a.* 912. *habet.* 2) *Lamp. ad a.* 915. 3) *Lamp. ad a.* 935. 4) *Lamp. ad a.* 938.

Anno Domini DCCCCLXX. Exustum est famosum templum in Dornburg[1]. *Lamp.*

Anno Domini DCCCCLXXII°. Ottoni iuniori imperatori missa est Theophanu[a] de Grecia.

Anno Domini DCCCCLXXIII°. Otto senior cum iuniore Ottone de Italia perrexit in Franciam[2].

Anno Domini DCCCCLXXV°. . . . Eodem quoque anno perrexit imperator contra Haraldum in Scleoswig[3], et conventu habito in Wehmare Beheimos vastavit et concremavit.

Anno Domini DCCCCLXXVI°. Otto imperator perrexit Baioariam, Heinricum expulit, Ottoni duci Baioariam commendavit.

Anno Domini DCCCCLXXVII. Imperator cum magno exercitu perrexit ad Beheimos et maximam partem terrae illius incendio concremavit. Ipse quoque Heinricus cum altero Heinrico invaserant Bazowam. Quod imperator ut audivit, festinato exercitu[b] illo movit urbemque obsedit et Heinricum ducem ad suam gratiam recepit atque in Franciam perrexit.

Anno Domini DCCCCLXXVIII°. . . . Ad imperatorem venit in pascha Bolizlawo. Qui honorifice susceptus magnisque muneribus ab imperatore oneratus rediit domum. Aderat Heinricus cum altero Heinrico. Qui conprehensi in exilium missi sunt. Eodem anno Liutheri rex cum electo numero militum repente invasit Aquisgrani palatium seditque ibi tribus diebus. At imperator Otto festinato cum exercitu insecutus est Lutharium usque in Sigonem fluvium et usque ad sancti Dionisii cenobium, eumque non apprehendit, quia fugiendo evasit.

Anno Domini DCCCCLXXVIIII°. Gero comes a Waldone quodam accusatus dum eum in singulari certamine occidisset, ipse tamen ab imperatore decollatus est.

Anno Domini DCCCCLXXX°. Otto imperator perrexit in Italiam.

Anno Domini DCCCCLXXXII°. Destructus est episcopatus in Merseburg, miraeque magnitudinis edificium cecidit in Magadeburg. Eodem anno Otto imperator valde periculosum in Calabria cum Sarracenis habuit prelium. In quo prelio occisus est Heinricus Augustensis aecclesiae episcopus cum aliis plurimis episcopis. In quo etiam prelio Idus Iul. occisi sunt milites fortissimi, id est Udo, Gebehardus, Guntherus, Berchtoldus cum aliis multis, et Otto dux atque Wernherus abbas Fuldensis. Ipse quoque imperator [occiso a Grecis exercitu de navi exiliens natatibus aufugit] et vita comite vix evasit.

[Anno Domini DCCCCLXXXII°.] Otto secundus imperator Romam post male gestas res regressus[4] [VI. Idus Decemb. moritur ibidemque sepelitur]. . . . Heinricus dux Baioariae regnum invadens a principibus reprobatur.

Anno Domini DCCCCLXXXVI°. Otto rex puer Boemios vastavit, sed Misichonem cum muneribus obviam venientem suscepit.

Anno Domini DCCCCLXXXVII°. Iterum rex Boemiam intravit et eam ad deditionem coegit.

Anno Domini DCCCCLXXXVIII°. . . . Estatis fervor nimius. Ruopertus archiepiscopus Mogontinus obiit; cui Willigisus successit.

a) *post, ut videtur, corr.* theophanii. b) exercitum *Lamp.*

1) *Lamp. ad a.* 971. 2) *Lamp. ad a.* 972. 3) *Haec habet Lamp. ad a.* 974. 4) *Lamp. haec ad a.* 983. *recte habet, secundum Ekk. ad a.* 982. *hoc loco posita.*

Lamp. Anno Domini DCCCCLXXXVIIII°. Theophanu[a] Romam perrexit omnemque illam regionem regi subdidit.

Anno Domini DCCCCXCI°. Theophanu[a] imperatrix obiit. Ignis de Rheno accendit et villas proximas absumpsit. S a n c t u s Gotehardus monachus factus est.

Anno Domini DCCCCXCII°. . . . Otto rex Brandeburg obsedit.

Anno Domini DCCCCXCIIII°. . . . Wolfgangus Ratisponensis episcopus obiit; cui Gebehardus successit. . . . . .

Anno Domini DCCCCXCV°. Maiolus abbas obiit. . . . . .

Anno Domini DCCCCXCVI°. Otto rex contra Crescentium Romam venit, ubi et Brunonem in sede apostolica constituit; a quo et ipse imperator factus est. S a n c t u s Gothehardus abbas factus est in Altaha.

Anno Domini DCCCCXCVII°. Iohannes Placentinus episcopus sedem apostolicam invasit consilio Crescentii. . . . . .

Anno Domini DCCCCXCVIII°. Crescentius ab imperatore decollatus cum XII suis ante Urbem suspenditur. Iohannes pseudopapa cecatur.

Anno Domini DCCCCXCVIIII°. . . . Brun papa, qui et Gregorius, obiit; cui Gerbertus, qui et Silvester, successit. Adelheit imperatrix obiit.

Anno Domini mill. Imperator ossa Karoli Magni Aquisgrani a pluribus eousque ignorata invenit. . . . . .

Anno Domini mill. VIIII°. Aecclesia maior Mogontiae, quam Willigisus construxerat, incensa est ipso die consecrationis suae.

Anno Domini mill. XI. . . . Willigisus archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Erkenbaldus abbas Fuldensis successit.

Anno Domini mill. XII. Aecclesia maior in Babenberg ab Eberhardo primo eiusdem[c] episcopo consecrat u r.

Anno Domini mill. XVI°. . . . Grando magna fuit, et multi fulmine exusti sunt.

Anno Domini millesimo XVII°. Imperator contra Polenos c u m exercitu a b i i t.

Anno Domini mill. XX°. . . . Erkenbaldus archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Aribo successit.

Anno Domini mill. XXI°. . . . Ingens terraemotus factus est in Baioaria.

Anno Domini mill. XXII°. . . . Domnus Bernwardus Hildisheimensis episcopus obiit. Cui s a n c t u s Gotehardus successit.

Anno Domini mill. XXIII°. Gero Magadaburgensis[d] obiit; cui Hunfridus successit.

Anno Domini MXXXIII°. . . . Aribo Mogontin u s archiepiscop u s o b i i t; c u i Bardo abb a s Herveldensi s successit[1].

Anno Domini MXXXVII°. . . . Incensum est monasterium Herveldense.

Anno Domini MXXXVIII°. . . . S a n c t u s Gothehardus episcopus obiit.

[Anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo . . . Eberhardus primus Babenbergensis episcopus obiit;] cui Suitgerus successit.

a) *post mut. in.* Theophanii. b) mog *c.* c) *supple* sedis *ex Lamp.* d) *supple* episcopus *ex Lamp.*

1) *Lamp. ad a.* 1031.

Anno Domini MLI⁰. Imperator pentecosten celebravit Podelbrunnin. Ubi Bardo archiepiscopus Mogontinus, ad missam habito sermone obitum suum instare predicens, orationi fidelium se commendavit. Qui eodem mense decedens [quievit in pace; cui Lůitpoldus prepositus Babenbergensis successit]. *Lamp.*

Anno Domini MLVI⁰. . . . [Heinricus imperator . . . III. Non. Oct. hanc vitam presentem in Deo finivit]. Presentes erant quasi ad officium tanti funeris ex industria evocati Romanus pontifex, Aquileiensis patriarcha, patruus imperatoris Ratisponensis episcopus, item innumerabiles tam laici quam aecclesiastici ordinis dignitates; notatumque est nulla retro maiorum memoria sine publica indictione tot illustres personas in unum confluxisse. Corpus eius Spiram translatum est et celebratis regio more exequiis die natalicio apostolorum Symonis et Iudae, quo scilicet die etiam natus fuerat, sepulturae est traditum. Hermannus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Anno Goslariensis prepositus successit.

[Anno Domini MLX. Liutpoldus archiepiscopus Mogontinus[a] obiit] VII. Idus Dec. relicto in monimentum sui monasterio sancti Iacobi, quod propriis impensis extruxerat Mogontiae foris murum in monte qui dicitur Speciosus; [cui Sigifridus Fuldensis abbas successit, qui postea cum aliis contra dominum suum regem consensit].*

Anno Domini MLXXVIII⁰. . . . Hildolfus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Sigewinus successit[1]. 1079. *(Iul. 20). cf. Ann. S. Alb.*

Anno Domini MLXXVIIII⁰. . . . Hoc etiam anno[2] civitas Erphesfurt exusta est ab exercitu Heinrici regis. Multitudine igitur, ut mos est, in aecclesias confugiente[b], aecclesiae sanctorum incenduntur, inter quas monasterium sancti Severi, quod Altum monasterium dicebatur[3], cum multitudine populi exustum, postea destructum est, et aliud minus in eodem loco reedificatum. In monte quoque eiusdem loci monasterium sancti Petri, quod dudum Tagobertus rex Francorum[c] construxerat[4], incensum est, quod exinde vetustate simul et incendio dilapsum destruitur, et aliud maioris edificatur operis[5]. 1080. *(Ian.)*

*) *Ad initium a.* 1070. *in marg. manu saec. XIV. adnotatum:* Nota ab ista parte incipit cronica moderna. — *Ad finem a.* 1077. *in marg. manu saec. XV. ex. adnotatum:* Hic finitur cronica fratris Lamperti et monachi Hirsfeldensis.

a) mogonī *c.* b) ɔfu::giente *duabus litteris erasis c.* c) constr. franc. *corr.* fr. constr.

1) *Ad verbum haec, ut loci a.* 1081. 1088, *cum Cron. S. Petri mod. conveniunt.* 2) *Immo a.* 1080, *ut Ann. S. Petri breves et maiores infra p.* 48 *sq. habent, quorum Annalium relatio brevis hoc loco ampliata esse videtur. Ad a.* 1079. *hoc etiam in Cron. S. Petri adscriptum est, ut conicio, quia hoc ad hunc annum in Ann. Wirziburg.-Moguntinis adnotatum erat; qui locus etiam hoc loco exscriptus esse videtur. Cf. Bruno c.* 121, *qui, cum civitas haec a.* 1080. *Oct. depraedaretur, eam iam antea succensam esse dicit.* 3) *Cf. supra a.* 836. 4) *Cf. supra p.* 25. 5) *Cf. supra p.* 15, *a.* 1103.

1081. Anno Domini MLXXXI⁰. . . . Monasterium sancti
(Iun. ex.) cf. Ann. S. Alb. Martini Mogontiae cum tribus adiacentibus monasteriis exustum est, et pene omnis civitas exusta est[1]. Heinricus nominis huius quintus, qui patrem regno privavit, natus est[2].
1088. Anno Domini MLXXXVIII⁰. . . . Terraemotus factus
Maii 11. est magnus V. Idus May[3].

CONTINUATIO.

ANNALES ERPHESFURDENSES LOTHARIANI.

Anno Domini MCXXV⁰ . . . .
Anni Lotharii. I. Apud Mogontiam[a] principum conventu SS. VI p. 181
habito Saxonum dux Lotharius in regem electus
1125. LXXXVIIII⁰ loco ab Augusto anno Urbis condite
(Aug. 30). DCCCLXXVI⁰ suscepit imperium et Aquisgrani bene-
(Sept. 13). dictione regali sublimatus regnavit annis XIII[4].

*Otto quidam principatum gerens provintiae quae *p. 5
(Nov.) Merehern dicitur regem Lotharium[b] adiit[c. 5] interpellando, conquerens se ducatu Boemiorum[d] velut hereditaria dignitate iniuste privatum. Rex igitur Ůdalrico[6] Boemiorum[d] tunc temporis duci post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit.

(Dec. 19). Ruggerus Magdaburgensis[e] archiepiscopus obiit, pro quo Nortbertus[f].

1126. II. Anno Domini MCXXVI. Bellum Boemiae inter regem Lotharium[b] et Ůdalricum ducem Boemiorum[d]

a) mogontiū *post corr.* mogontia. b) *deest E. P.* c) int. adiit *E. P.* d) Boemorum *E. P* (*primo* Poemiae). e) magd' *c.* f) constituitur *add. E. P.*

1) *Cf. Marian., SS. V, p.* 562; *Frutolf., Sigeb., SS. VI, p.* 204. 364. *Omnia quae ad a.* 1081. 1088. *leguntur ad verbum in Cron. S. Petri mod. recurrunt.* 2) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 15. 3) *Eadem cum Cron. S. Petri etiam Ann. Saxo, SS. VI, p.* 726, *habet, qui cum Chron. Wirziburgense exscripserit (G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' p.* 34 *sq.) vel annales ex eo profectos, haec etiam ex exemplari Annalium Wirziburg.-Moguntinorum, quod in Cron. S. Petri exscriptum est, profecta esse censebis.* 4) *Haec ex parte mutata sunt ab eo, qui hanc partem Annalium Thuringicorum Ekkehardi Chronico subiunxit, morem eius in enarrandis regum exordiis secuto. Quae illi annales habuerint, vide in Cron. S. Petri mod. et Ann. Pegav.* 5) *Ratisponae; cf. Cosmae Cont. Wissegrad., SS. IX, p.* 132. 6) *Sobezlaus I. dux ab historiographis Germanicis Udalricus vocatur, ut infra p.* 60. *et Sobezlaus II.*

commissum est XII. Kal. Mart.[1], in quo multi nobilium 1126. *Febr.* 18. de exercitu ceciderunt[a] regis. Adelbertus quoque marchio[2] et Lůdewigus comes[3] captivi abducti sunt. Ubi et Otto dux de Merehern occubuit, qui causa totius belli extitit.

III. Anno Domini MCXXVII. Rex Lotharius apud 1127. *Maii* 22. Marseburg pentecosten celebrans Udalricum ducem Boemiorum[b] in amiciciam recepit et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit[4]; et mox castrum Nůrinberg obsidet[1], habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Boemiorum[b]. Devastata itaque omni circumposita regione per tres menses dux predictus cum *(Iun.—Aug.)* suis ad propria revertitur; moxque rex a Cůnrado fratre ducis Friderici fugatur. Unde et Cůnradus idem nimia[c] inflatus superbia contra ius fasque regium sibi nomen *(Dec.* 18*)*. usurpat.

Karolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defensionem iusticiae a suis in templo Dei[5] occiditur; sed *(Mart.* 2*)*. populis inter se dissidentibus duo mox comites loco eius subrogantur, Willihelmus de Anglia et Theodericus de Alsacia. Quibus contra se pugnantibus immensa cede diversisque cladibus Flandrensium devastatur populus.

IIII. Anno Domini MCXXVIII. Rex nativitatem Domini *Dec.* 25. apud civitatem Wirziburg celebrans Embrichonem Erphesfurdensem prepositum eidem civitati prefecit episcopum, eiecto atque dampnato Gebehardo[d], qui per vim iam dudum eundem episcopatum invaserat[6]. Ubi et Cůnradus, qui regium sibi nomen usurpaverat, excommunicatur. Rursum idem Cůnradus a papa Honorio Rome 1128. *(Apr.* 22*)*. excommunicatur[7].

Spira civitas dolo capitur a Friderico duce Suevorum[e] et fratre eius Cůnrado. Rex vero cum exercitu eandem occupat civitatem[1]. Iamque capienda erat civi- *(Aug.* 13*)*. tas, et postulantibus pacem rex dedit dextras, susceptis- 1. *Mach.* 11, 62. 66.

a) regis cec. *E. P.* b) Boemorum *E. P.* c) nimium *E. P.* d) illo *add. E recte.* e) *deest E. (P).*

1) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 16; *'N. Archiv' XXI, p.* 690. 2) *Orientalis de Ballenstedt, cognomine Ursus.* 3) de Lara *(Lohra) addunt Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 255; de Lare *Cron. S. Petri. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 687 *sq.* 4) *Filium Sobezlai rex demum a.* 1128. *in paschate ex fonte sacro suscepit; cf. Bernhardi, 'Jahrb. Lothar v. Suppl.' p.* 121, *n.* 10. 152, *n.* 19. 5) *Brugis in ecclesia S. Donatiani; Galberti Passio Karoli c.* 15, *SS. XII, p.* 569. 6) *Cf. Cron. S. Petri* 1121. 7) *In synodo paschali; Ann. Saxo, SS. VI, p.* 765; *Ann. Magd., SS. XVI, p.* 183.

1128. (Nov.) que[a] ab eis obsidibus discessit dimisso exercitu. Et mentiti sunt ruptoque federe rursum rebellaverunt.

Otto Halberstatensis episcopus a canonicis, qui et regulares dicuntur, Rome de symonia, ut multis visum est, iniuste accusatus, a papa Honorio deponitur.

1129. V. *Anno Domini MCXXVIIII^{0}. Spira civitas a rege *f. 181'. Lothario per novem menses continuos obpugnata capitur.

Dux Gothefridus de Brabantia[1] a rege deponitur, et Pagínus[2] pro eo dux constituitur. Cui scilicet Pagíno ad peragenda ducatus sui officia descendenti Gotefridus cum armatorum multitudine occurrit, sed inito certamine idem Gotefridus fugam iniit[3]. Pagínus vero ducatum a Reno usque ad fluvium Getum victor obtinuit.

In episcopatu Halberstatensi duo episcopi[4] per dissensionem clericorum et regularium[b] statuuntur, sed 1128. a rege et ab episcopo Adelberto[5] ambo reprobantur.

(Dec. 4). Henricus marchio de Stadon obiit[6].

1130. (Mart. 15). Uto comes de Saxonia[7] occiditur.

(Febr. 13). VI. Anno Domini MCXXX^{0}. Honorius papa obiit, et mox duo per dissensionem loco eius constituuntur, scilicet Innocentius, qui et ante[c] Gregorius, et Anacletus, qui et ipse dictus fuerat Petrus; ambo Romae uno die (Febr. 14. 23). electi, uno die consecrati. Sed Anacletus maioris potentiae Romam optinuit, Innocentius vero Galliam fugiendo devenit, ibique ab omni Gallicana aecclesia susceptus, etiam a totius Germaniae episcopis et a rege Lothario papa pronunciatur ac *confirmatur[8]. *p. 538.

In villa Halla occiduntur a civibus Cůnrat de Eichsteti, Adelbertus[d] et Eribo duo fratres cum suis militi-

a) et susceptis *E*; et obs. acceptis *P*. b) re *in loco raso c*. c) antea *E*. d) Adlbertus *c*.

1) *V. dux Lotharingiae inferioris, abhinc dictus I. dux Brabantiae.* 2) *Walramus III, cuius hoc cognomen erat, abhinc dictus dux Limburgensis.* 3) *Cf. de hoc loco Bernhardi l. l. p.* 237, *n.* 8. 4) *Quorum nomina ignorantur, nisi alter fuit Albero, postea archiepiscopus Treverensis, quem Baldricus, Gesta Alb. c.* 10, *SS. VIII, p.* 248, *a clero Halberstatensi electum aufugisse scribit.* 5) *Archiepiscopo Moguntino.* 6) *Iam a.* 1128. *Dec.* 4. *Cf. Ann. Rosenv., SS. XVI, p.* 104. *(Ann. Saxo; Ann. S. Disibodi).* 7) *De Frekenleve, filius patrui praedicti Heinrici, post cuius mortem marchiae septentrionali praefectus est, occisus est demum a.* 1130. *Mart.* 15; *cf. Ann. Saxo, SS. VI, p.* 766. *(Ann. Palid., Magd., S. Disibodi, Rosenv.).* 8) *Nota hoc loco deesse quod Cron. S. Petri et Ann. Pegavienses de Heinrico Raspone comite defuncto referunt.*

bus. Rex vero Lotharius adversus eandem villam cogit[1] *1130.* exercitum. Truncatis aliis, aliisque cecatis, nonnullis diversorum tormentorum generibus excruciatis, multis quoque per diversa fugientibus, reliqui omnes, data infinita pecunia, ingenti rerum suarum dispendio dignas pro commisso scelere penas luunt.

Burchardus comes Lukenheimensis[a] dolo domini sui Hermanni principalis[b] comitis Thuringiae occiditur; ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Lůdewicus pro eo constituitur; moxque Winzinburg castrum memorati comitis Hermanni ab exercitu regis obsidetur, expugnatur, capitur.

VII. Anno Domini MCXXXI⁰. Hermannus comes, regi Lothario II. Kal. Ian. se suaque omnia dedens, *Dec. 31.* captivus abducitur et in castro Blankenberg custodiae mancipatur. Winzinburg vero ad solum usque destruitur. *1131.*

Rex Lotharius congregato exercitu in Daniam proficiscitur propter intestina bella, quae gerebantur in ea. Filius quippe regis Daniae[2] patrui[c] sui filium[3] occiderat[4], *(Ian. 7).* quia hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea rex fuerat[5]. Hinc ergo rex Lotharius ab occisi fratre[6] interpellatus adversus tam immanem impietatem arma corripuit, ad ulciscendum sanguinem innocentem contra partes Daniae exercitum movit. Timore igitur exercitus regis Lotharii omnes Daniae finium populi velut arena maris innumerabiles *2. Reg. 17, 11.* ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis Lotharii, quamvis modicum, sex tantum videlicet milibus instructum, venientem, armorum fulgore splendentem conspiciunt, divinitus perterriti, se suaque omnia dedentes, dextras petunt, utque rex ipsorum proprium regnum a rege Lothario suscipere mereretur,

a) de Saxonia *add. E. P.* b) *nequaquam, ut Stumpf in 'Forschungen' XIV, p.* 622. *censuit,* provincialis *legendum, sed lectia cod., quam et E et P habent, retinenda est; cf. Waitz, 'DVG.' VII, p.* 55, *n.* 1; *infra p.* 64, *l.* 28. c) fil. p. sui *E. P.*

1) *Recte annalista Pegaviensis, SS. XVI, p.* 256, *l.* 10, cogit *in* misit *immutasse videtur, cum Lotharius ipse huic expeditioni non interfuisse videatur; cf. Bernhardi l. l. p.* 263, *n.* 16. 2) *Magnus Nicolai regis filius.* 3) *Knutonem Laward ducem Slesvicensem et regem Obotritarum, filium Erici Egothe regis, fratris Nicolai regis.* 4) *A.* 1131. *Ian.* 7; *cf. Vita Kanuti ducis l.* 8, *SS. XXIX, p.* 16; *cf. ib. p.* 4. 10; *Saxonis Gesta Dan. l. XIII, f.* CXXVII, *ib. p.* 79; *Knytlingasaga c.* 92, *ib. p.* 297; *Ann. Colbaz., ib. p.* 175; *Helmold. I,* 50. 5) *Ericus Egothe vel Bonus a.* 1095—1103. *regnavit.* 6) *Erico Emune.*

1131. exposcunt. Quod et profecto factum fuisset, ni pius rex Lotharius ei cuius erat frater occisus pepercisset, eo quod idem iam dudum raptis fascibus etiam nomen sibi regium usurpasset[1]. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia[2] obsidibus, ad propria cum triumpho glorioso revertitur rex Lotharius[3].

(Mart. ex.) Sinodus apud Leodium civitatem sub papa Innocentio congregatur. Ubi presente rege Lothario, residentibus L episcopis cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto Halberstatensis episcopus, dudum Romae ab Honorio papa depositus[4], rursum Halberstatensi aecclesiae annitentibus cunctis preficitur, rursum episcopali investitura a papa Innocentio donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta canonum illud antiquum, quod semper erit innovandum, presbiteros castos et sine uxoribus esse, missam autem uxorati presbiteri neminem audire debere. Ibi et Adelbertus marchio[5] de Saxonia deponitur, et Heinricus comes[6], qui et ipse Saxo, loco eius[a] marchio constituitur.

1132. VIII. Anno Domini MCXXXII°. Sanctus Gothehardus anno dormitionis sue C° primo[7], ipsius anni die ultimo,
Maii 4. IIII. Non. May in Hildenesheim e terra levatur[8]; cuius signorum admirabili magnitudine omnis Germania illustrata letatur[9].

(Aug.) Rex Lotharius cum regina Richiza Romam *pergit ad visitandum regnum Italicum suoque dominio man- *p. 539.
cipandum, ad restituendum papam Innocentium *in se- *f. 182.
dem[b] apostolicam, ad suscipiendam imperialem benedictionem, modicum quidem pro rerum negocio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos armatorum tantum, sed in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta civitas a regis exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur,

a) pro eo *E. P.* b) apost. sedem *E. P.*

1) *In Scania, paulo postquam Knuto Laward occisus est, Ericus Emune rex creatus est; cf. Hist. Roskild., SS. XXIX, p.* 24; *Saxo l. XIII, f.* CXXVIII, *ed. Müller p.* 645 *sq.; Ann. Colbaz., SS. XXIX, p.* 175; *Lund., ib. p.* 204. 2) 4000 *marcarum. Cf. Bernhardi l. l. p.* 407, *n.* 60. 3) *Auctor non recte expeditionem Danicam ante synodum Leodiensem narravit; Bernhardi l. l. p.* 407, *n.* 60. 4) *Supra a.* 1128, *p.* 36. 5) *Orientalis, cognomine Ursus.* 6) *de Groitzsch.* 7) *Falso. Godehardus obiit a.* 1038. *Maii* 5. 8) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 17. 9) *Cf. Transl. S. Godehardi c.* 2. 3, *SS. XII, p.* 643 *sqq.*

equidem digna satis ultione pro commisso multati scelere, 1132.
quippe qui regem ad se pacifice ingressum nichilque
suspicantem tale bello presumpserint lacessere. Hinc
montes rex transit, omnem Italiam suae dicioni subicit, *(Sept.)*
solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In
eadem expeditione Heinricus marchio de Stadon[1] occi- 1133.
ditur, sed a militibus suis Saxoniam, unde oriundus extitit,
sepeliendus reportatur.

Anni imperii Lotharii. I. VIIII. Anno Domini MC⁰XXXIII⁰. Rex
Lotharius Romam ingreditur. Innocentius *(Apr. 30).*
papa in sede apostolica restituitur, rex quoque ab eo
imperiali benedictione apud Sanctum Iohannem evan-
gelistam Lateranis consecratur ac imperator efficitur. *(Iun. 4).*
Hunc sibi locum ad suscipiendam imperialem benedic-
tionem rex iudicat aptissimum, quoniam et illic regni et
aecclesiae, ut cunctis cernentibus liquet, constat esse
palatium, et in historiis priorum temporum plures inibi
reperiuntur imperatores consecrati[2]. Accessit etiam,
quod Petrus, qui sibi nomen papae et dignitatem usur-
paverat, aecclesiam beati Petri apostoli, ubi imperatores
nostris temporibus benedici consueverant, cum multitu-
dine armatorum, ne rex ibi benedictionem imperialem
consequi posset, preoccupaverat. Qui tamen locus ab
exercitu regis facile poterat expugnari, sed rex pius
hoc prohibuit fieri, ne destrueretur aecclesia beati Petri.
Lotharius autem imperator effectus, cum Roma digre-
diens ad clusas, quae ad civitatem Brixam transmittunt,
venisset, tyrannum quendam Adelbertum cum X milibus *(Aug.)*
transitum prohibentem divina se gratia comitante gloriose
devicit, ipsumque in proprio castro Lodrun dicto, licet
inexpugnabili, ad quod confugerat, cępit, captivum ab-
duxit, sicque letus cum suis ad propria rediit. Eclyp-
sis solis facta est IIII. Non. Aug.[3] mediante hora *Aug. 2.*
diei octava.

X. II. Anno Domini MCXXXIIII⁰. Imperator[a] pente- 1134. *Apr. 15.*
costen[4] Halberstat celebravit, ubi Magnus Nycolay filius

a) Lotharius imp. *E. P.*

1) *Immo Conradus de Plozeke marchio septentrionalis. Heinrici obitus iam supra ad a.* 1129. *notatus est.* 2) *Nemo ibi consecratus reperitur. Cf. de hoc loco scripto, ut defectus et ignominia huius consecrationis tegerentur, Bernhardi l. l. p.* 474. 3) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 17; *'N. Archiv' XXI, p.* 690 *sq.* 4) *Immo pascha; cf. Bernhardi l. l. p.* 539. 541, *n.* 35. 38.

1134. regis Danorum ad acquirendam gratiam eius immensum[a] pondus auri et argenti optulit, eo quod priore anno, Lothario[b] in expeditione Romana occupato, multos Teutonicorum, quos in Daniae partibus repererat, alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis penis et cruciatibus affectos de finibus suis eiecerat, ob iniurias scilicet, quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu regis pertulerat. Quem tamen pius imperator benigne suscipiens regem Danorum esse decernit, et in- *Apr. 15.* posito super caput eius diademate, cum die sancto pentecostes[1] regio cultu vestitus imperator ipse procederet, eum sibi spatarium fecit. Qua ille gloria, licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit; congregataque multitudine armatorum Erichum filium patrui sui[2], cuius ante fratrem[3] occiderat, persequi instituit, et ad civitatem Lundinam, ubi eum cum suis demorari comperit, navibus applicuit[4]. Cumque navibus egressus in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes inmensus, et ut[c] naves, quas Magnus, ne quis forte ex acie ad eas confugeret, a terra fecerat reduci, denuo littori postulabant advehi. At Magnus: 'Quit', inquit, 'timetis, milites fortissimi? Viginti sunt milia virorum fortium exercitus nostri, et si caput mundi Romam adire placuisset, tantae multitudini nullus obsistere potuisset'. Illis econtra nulla consolatione recepta, sed propriae *(Iun. 4).* vitae diffidentibus, David adolescens egregius, Erichi sororis filius[5], in Lundina civitate obsessus, cum CCC[tis] militibus Teutonicis fortissimis egressus adversariorum exercitum comminus fertur in medium, *disturbatisque *p. 54 cunctis atque fugientibus, Magnus in terram prostratus relinquitur solus. Quem superastans David adolescens: 'O', inquit, 'latro sceleratissime et parricida infidissime,

a) ei *add. E;* p. a. et arg. eidem opt. *P.* b) rege Loth. *E.* c) *sic c. et E (ex qua Cron. Reinh., ex hac Hist. Eccard.);* ut *delendum videtur.*

1) *Paschatis potius. Cf. Bernhardi l. l. p.* 541, *n.* 38. 2) *Erici Egothe.* 3) *Knutonem Laward; cf. supra p.* 37, *n.* 3. 4) *In sinu Fotevik, peninsula de Skanör effecto, nunc dicto Höll Viken, qui longius distat a Lund civitate, prope oppidum Hammar. Cf. J. Steenstrup in 'Hist. Tidsskrift' VII. ser., t. IV, p.* 742—747. 5) *Unica soror Erici Emune, filia Erici Egothe, nota est Ragnihildis uxor Haquini, ex quo peperit Ericum Spache vel Lamb, postea a.* 1137—1147. *regem Danorum. Hunc ab hoc auctore nominatum esse David altero nomine ostendit J. Steenstrup in 'Hist. Tidsskrift' VII. series, t. IV, p.* 729—741.

qui avunculum meum, patrui tui osculans interfecisti 1134.
filium, ut Iudas perfidus tradidit Dominum! Nunc te
premunt peccata tua, nunc te Dei persequuntur iudicia! 2. Reg. 16, 8.
Hodie, inquam, accipies quod mereris, et impio capite
tuo cum manibus scelestis absciso pro tui magnitudine
sceleris toto seculo fabula eris'. Quo tali morte per-
empto, rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus
immenso, iamque se et a coessentibus sibi comminus
182'. moriturum suspicatus, *fugiendo cum multitudine arma-
torum iuxta civitatem Sleswich est castra metatus. Cives
autem eiusdem civitatis, in dolo ei pacifice loquentes, Ps. 34, 20. 1. Mach. 1, 32.
episcopum suum[1] cum ceteris primatibus ad eum quasi 7, 10.
pacis obsides emiserunt, et introductum ad se statim
pro foribus aecclesiae positum in oratione peremerunt[2], (Iun. 25).
et loco eius Erichum filium fratris eius, quem Magnus
antea persequebatur, cum omni terrae populo regem
constituerunt.

Imperator[a] cum exercitu adversus ducem Fridericum (Aug.)
et fratrem eius Cůnradum Sueviam ingreditur; villa
Ulma funditus destruitur, castella, municiones plurimae
evertuntur, tantaque clade tota Suevia percellitur, ut
nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur.

XI. III. Anno Domini MCXXXV. Imperator[b] media 1135. Mart. 17.
quadragesima generalem curiam Babenberg habuit, ubi
Fridericus Suevorum dux gratiam imperatoris acquisivit,
et ex sententia imperatoris et unanimi consensu prin-
cipum pax esse decernitur decem annis per regnum
universum, coniurantibus cunctis in id ipsum.

Imperator curiam[c] apud civitatem Marseburg ad Aug. 1.
Vincula sancti Petri[3] habuit. Ubi ex precepto impera-
toris dux Polenorum[4] affuit, qui sepenumero anteriorum
imperatorum impetitus bello, sepe rogatus, sepe suasus
promissionibus, nunquam tamen ad eorum curiam venire

a) Lotharius *add. E. P.* b) Frid. dux Suev. gr. imp. Lotharii acq. Bab. (Bab. acq. *P*) ad curiam m. q. habitam *E. P.* c) Imp. Lotharius curiam suam *E. P.*

1) *Adelbertum in ipsa pugna Fotvicensi graviter vulneratum, teste Hist. Roskild., SS. XXIX, p.* 24 *sq., quem huius historiae auctor, Nicolao favens, infidelem vocat, quo hanc narrationem quodammodo confirmare videtur.* 2) *Die Iun.* 25. *Cf. Necrol. Lund., Langebek, SS. R. Dan. III, p.* 450; *Libri mem. Lund. ed. C. Weeke I, p.* 160. *Praeter Hist. Roskild. cf. ad rem Saxonis Gesta Dan. l. XIII, f. CXXX, Chron. Sialand., Knytlingasaga c.* 98, *SS. XXIX, p.* 84. 212. 301. 3) *Non die Aug.* 1, *sed Aug.* 15; *cf. Bernhardi l. l. p.* 572, *n.* 27. 4) *Boleslaus III.*

1135. consensit vocatus. Affuit etiam dux Boemiorum Ůdalricus, qui cum esset ducis Polenorum infestissimus inimicus, reconciliavit eos invicem imperator Lotharius. Venerunt quoque ad imperatorem eodem tempore dux unus et episcopus a rege missi Gretiae[1] cum legatis ducis Venetiae[2], conquerentes atque iudicium postulantes adversus Růggerum quendam comitem Sicilie, qui et regi Gretiae Affricam, quae tercia pars mundi esse dinoscitur[3], armis expugnando cum paganis abstulit suoque dominio subdidit, ibique diadema regni sibi imponens, regium nomen usurpavit, Veneticos vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum abstulit precium. Sed et de imperio Romano totam Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc igitur promittuntur a legatis ad supplementum exercitus imperatoris naves copiosae, militum legiones innumerae, auri et argenti ad omnem huiusmodi rerum sufficientiam pecuniae. Quantis ac qualibus donis eo tempore Dominus honoraverit imperatorem, quis explicare possit? Aurum, lapides preciosos legati attulerunt[a] Greciae cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis et in hac terra hactenus incognita. Sed et dux Poloniae duxque Boemiae pelles grisas[b] atque mardelinas cum variis auri et argenti aliarumque preciosarum rerum muneribus tanta afferebant copia, ut nullus superesset principum, qui vel ducum illorum vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungariensis[4] nuncii imperatorem cum ceteris principibus letificarunt, qui dominum suum ad omnem imperatoris voluntatem cum suis omnibus paratissimum nuntiarunt.

Sept. 29. Rursum imperator curiam[c] circa festum sancti Michahelis in Thuringia in villa regia Můlehuson habuit, ubi Cůnradus frater Friderici ducis, qui sibi nomen regium usurpavit, gratiam imperatoris acquisivit. Quem imperator benigne suscipiens, omnia quae illius ante fuerant restituit, regiis donis honoravit, ad propria cum gloria redire permisit.

a) Gr. att. *E. P.* b) *sic* 1. *E*; griseas *P.* c) suam *add. E. P.*

1) *Iohanne Comneno. Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 17. 2) *Petri Polani.* 3) *Orosii Hist. I,* 2: Africam . . . cum tertiam orbis partem maiores nostri accipiendam descripserint. 4) *Belae II.*

1135. Ventus vehementissimus et actenus incognitus naves multas submersit, edificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras deiecit, ita ut vix[a] decima pars quarundam remansisset silvarum.

XII. IIII. Anno Domini MCXXXVI⁰. Imperatore[b] *Dec. 25.* nativitatem[c] Domini in Spira civitate celebrante visus est sol in vigilia epiphaniae Domini, 1136. *Ian. 5.* nullis apparentibus *p. 541. nubibus, quasi ex parte preruptus; sed et in *diversis terrarum locis alia non multo post apparuerunt prodigia. Lapis unus magnitudine humani[d] capitis iuxta locum Altesleibon[e], in quo constructa est abbatia, cecidit de nubibus[1], qui et ibidem diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus imperatore in civitate Quitilingiburg existente visum est desuper civitatem in *(Maio-Iun.)* aere quoddam in modum scalae transvolare, niveo quidem corpore, sed rubro rutilare capite. Testati sunt quoque non pauci eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore coruscam de caelo ad terras descendisse et non *f. 183. procul *a terra aliquamdiu in aere pependisse; sed rursus ad caelos remeante, tanta lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspiciendam tamquam solis[f] contra radium visum prevaleret obtendere.

Lůpoldus marchio[2] in venatione occiditur. *(Nov. 15).*

Imperator in Italiam secundo proficiscitur[3] et di- *(Sept.)* vina rerum mirabili prosperitate fretus gratia cum paucis quaquaversum victor progreditur. Apuliam quoque, quam Ruggerus Siculorum dux prius invaserat, 1137. armis cępit eamque iuri sedis apostolicae restituit. In qua expeditione Brun Coloniensis archiepiscopus moritur et *(Maii 29).* apud Barum Apuliae civitatem sepelitur.

XIII. V. Anno Domini MCXXXVII⁰. Adelbertus senior *(Iun. 23).* Mogontinus archiepiscopus obiit[3]; pro quo Adelbertus patruelis eiusdem, Erphesfurdensis prepositus[4], post lon- 1138. *(Maii 28).* gas cleri ac populi dissensiones constituitur.

1137. Monasterium sancti Martini in Mogontia cum magna parte eiusdem civitatis igne crematur.

a) pars *iam h. l. add., sed del. c.* b) Lŏthario imp. *E;* Imp. Lothario *P.* c) naī *c.* d) cap. hominis *P;* cap. unius hominis *E.* e) Oltesleibon *E. P.* f) contra solis *E. P.*

1) *Cf. Canon. Wissehrad.* 1135, *SS. IX, p.* 141 *sq.* 2) *III. Austriae.* 3) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 17. 4) *Cf. ibid. a.* 1138; *'N. Archiv' XXI, p.* 692.

1137. Lotharius imperator de Italia revertitur; sed cum Germaniae fines intraret, dumque principes apud Wirziburg illius prestolarentur adventum, infirmitate correptus (*Dec. 4*). diem clausit extremum, omni regno de morte sua relinquens iusticium[a]. Corpus vero eius a Richza imperatrice Saxoniam reportatur et apud Lůtrensem abbatiam ab ipso constructam presentibus Saxoniae atque Thuringiae *Dec.* 31. principibus II. Kal. Ianuarii regio more sepelitur.

Manu saec. XIV. subscripta sunt f. 183. *cod.:*

1349. *Mart.* 21. Anno[1] Domini M⁰CCC⁰XLIX. in die sancti Benedicti, hoc erat sabato ante dominicam Letare*, Iudei sunt interfecti in Erphordia[b] sine consensu consulum, et multi cum incendio ignis se personaliter interfecerunt; numerus vero Iudeorum XVI sexagene cum Iudeis XVI[2]. Eodem anno plura milia flagellatorum prodierunt in mundum secundum hos versus:

Gens Antichristi, cur signaris cruce Cristi?
Achephalisti tu nequam secta fuisti,
Scismata fecisti, datur huic heresis, puto, sisti.
Clerum sprevisti, lapidare quem voluisti,
Quem sanctum scisti; rogo, dampneris nece tristi.
Quos seduxisti, tecum pereant simul isti.
*Conqueror hoc triste, quod pitzonarius*** iste*
Hos subplantavit, sibi quos Deus associavit,
Sanctum Iohannem matrem Dominique Mariam.

*) *Alia manu saec. XIV. in marg. add.:* id est 21. die mensis Marcii circa horam primam Mars fuit in ascensu[c] cum Saturno, quia illorum [coniunctio[d]?] fuit in Ariete in [carnis]privio, et fuit terminus[e] . . . . .[d] circa diem sancti Benedicti. Scias autem, quod Saturnus signat Iudeos, et Aries est casus Saturni et exaltatio solis et . . . .[d] Martis, et ipse Mars effusor sanguinis et conbustor, sicut dicunt omnes astrologi; quod etiam non obticet p . . .[d] hec Heinr. Solder.
**) *Glossae causa superscr.:* id est flagellarius.

a) mesticiam *P non recte; de lectione E vide SS. XXX, p.* 365, *n.* t *et infra.* b) in erphorđ *eadem manu in marg. suppl.* c) asc̣ *c.* d) *vox detersa legi nequit.* e) tns *c.*

1) *Ad hanc notam cf. Cronicae S. Petri Cont. II. et III, SS. XXX, p.* 463. 470. *et infra.* 2) *Hic numerus* (976) *probabilior videtur quam is quem Cronicae S. Petri Cont. II. et III. indicant, videlicet plus* 3100.

ANNALES S. PETRI ERPHESFURTENSES BREVES ET MAIORES.

Annales S. Petri Erphesfurtenses breves et maiores proximi inter se sunt, utrique enim Lamperti Hersfeldensis Annalibus tanquam horum continuatio in codicibus ex antiquo illo codice Montis S. Petri Annalium Lamperti profectis subiuncti sunt. Apparet igitur sive in hoc codice sive in eius exemplari continuationem subiectam fuisse, cuius maxima pars ex Ann. S. Petri Erphesfurt. antiquis supra editis, qui excerptis Annalium Lamperti subiuncti sunt, descripta sit, nonnullis omissis paucisque additis, ut ostendi 'N. Archiv' XXI, p. 697 *sqq.*

Hic liber paulo post a. 1155. *in exemplar transscriptum est, cuius continuationem Annalium Lamperti a.* 1078—1154 (5). *Annales S. Petri Erphesfurtenses breves inscripsi. Ex hoc libro profectus est codex bibliothecae regiae Dresdensis I.* 50, *chart. fol., circa a.* 1500. *exaratus, in quo f.* 92—94. *hi Annales secunda manu, quae et posteriorem partem Annalium Lamperti f.* 66—92. *scripsit, his subiuncti sunt, priore manu, quae f.* 1—65. *Annalium Lamperti scripserat, quaedam corrigente, quae alter scriba falso legerat* [1].

Ex his Annalibus quaedam a. 1125—1154. *exscripta sunt in Continuatione brevi Chronici Ekkehardi a.* 1125—1169, *infra edita, cuius auctor, si hoc nomine uti licet pro eo, qui hanc Continuationem brevem congessit, exemplari illo Erphesfurtensi paulo post a.* 1155. *scripto usus est* [2].

In altero exemplari Annalium Lamperti, nescimus quo tempore, certe vero ante a. 1340.[3] *scripto, continuatio illa, quae in antiquiore exemplari usque ad a.* 1153. *vel* 1155. *subiuncta erat, usque ad a.* 1181. *producta est, iterum*

1) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 157 *sq.; Lamperti opera p.* LVIII. 2) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 698—700. *Sane constat scribam exemplaris paulo post a.* 1155. *facti saepe* ae *posuisse, ubi codex Dresdensis* e *habet, sed hoc retinui.* 3) *Nam in Cron. Reinhardsbrunn. iam hi Annales exscripti sunt.*

additis quibusdam aliisque omissis. Quam continuationem Annales S. Petri Erphesfurtenses maiores *inscripsi. In his etiam extrema pars Annalium S. Petri antiquorum a.* 1154—1163. *exscripta est. Iam vero etiam in hac parte nova leguntur, quorum nonnulla cum Cronica S. Petri moderna conveniunt, dehinc multa annorum* 1164—1175. *in hac Cronica recurrunt, et ea quae sub a.* 1176. *et prior pars eorum quae sub a.* 1177. *leguntur ad verbum cum illa conveniunt, in narratione vero longa a.* 1178—1181. *paucissima inveniuntur, quae cum illa consentiant. Cum igitur intellexissem Annales S. Petri maiores minime ab auctore primae partis Cronicae S. Petri modernae a.* 1072—1208. *exscriptos esse, continuationem quandam Annalium Lamperti in Monte S. Petri Erphesfurtensi scriptam, quae non exstet, novis additamentis auctam et ultra a.* 1155. *longius productam, ab utroque auctore exscriptam esse censui et ostendi hanc continuationem, cum Annalibus S. Petri maioribus maxime convenientem, in Annalium S. Disibodi Continuatione*[1] *inter a.* 1148. *et* 1156. *adhibitam esse. Tum vero demonstravi ab utroque auctore alios annales, neque in Monte S. Petri neque omnino in civitate Erphesfurtensi compositos, exscriptos esse, ac quidem ab auctore primae partis Cronicae S. Petri maxime inter a.* 1152. *et* 1177, *ab auctore Annalium S. Petri maiorum inter a.* 1176. *et* 1181, *quos a monacho quodam Reinhardsbrunnensi conscriptos esse contendi. Monui etiam difficilius esse cognitu, quae ratio inter Annales S. Petri maiores et Cronicam S. Petri intercedat, cum hi libri in eisdem codicibus coniuncti ad nos pervenerint, in quibus Cronica Annales illos sequatur; unde haud absone conicere poteris sive ab auctore primae partis Cronicae S. Petri sive a quodam qui aliam partem eius conscripserit Annales in hanc, quam habemus, formam redactos esse*[2].

Itaque iidem codices manuscripti, quibus ad Cronicam S. Petri edendam usi sumus[3], *hoc loco recensendi sunt:*

1) *Codex bibliothecae universitatis* Wirziburgensis *Chart. fol.* 129, *olim S. Iacobi Scotorum Wirziburgensis, circa a.* 1500. *scriptus, in quo hi Annales f.* 119′—129. *altera manu, quae et extremam partem Annalium Lamperti f.* 101′—119′. *exaravit, his subiuncti sunt*[4].

1) *SS. XVII, p.* 28 *sq.* 2) *Omnia haec exposui 'N. Archiv' XXI, p.* 697—725. 3) *SS. XXX, p.* 345 *sqq. et infra.* 4) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 152 *sq.; Lamperti opera p.* LI *(B* 1ᵃ*). Haec altera manus,*

2) *Codex bibliothecae universitatis* Gottingensis *Ms. hist.* 88, *chart. fol., in quo hi Annales f.* 119—124. *post Lamperti Annales*[1] *eadem manu scripti sunt, quae f.* 1—380′. *huius codicis a.* 1506. *exaravit*[2]. *Ex hoc codice Annales S. Petri maiores et Cronica S. Petri saec. XVI. ex. vel XVII. transscripti sunt in exemplar, quod servatur in* 2[a]) *codice bibliothecae regiae* Dresdensis *Q* 132, *chart. fol. Ex quo cum Io. B. Menckenius Cronicam S. Petri ederet, locos nonnullos Annalium S. Petri maiorum eiusdem codicis illi adnotavit, SS. rerum German. III, c.* 203—228. *Codici Gottingensi proximus fuit codex ab Hartmanno Schedel bis exscriptus, videlicet*

3[a]) *in codice bibliothecae regiae* Monacensis *Lat. nr.* 593, *chart.* 4°, *a.* 1507. *scripto, ubi f.* 139—141′. *excerpta Annalium S. Petri maiorum post ea Annalium Lamperti et ante ea Cronicae S. Petri modernae scripta sunt*[3];

3[b]) *in codice Io. Pistorii deperdito, ex quo is Rerum German. SS. I, p.* 253—256.[4] *eadem excerpta Annalium S. Petri maiorum et Cronicae S. Petri modernae coniuncta inter se mixtaque edidit, ut nonnullos omitteret locos Annalium S. Petri, quibus eadem tradita erant, quae etiam inter excerpta Cronicae S. Petri legebantur, alios locos utrorumque excerptorum coniungeret*[5]. *Variam lectionem librorum* 3[a] *non plenam et* 3[b] *rarissime adnotavi, cum haec nullius momenti sit, ubi libri* 1 *et* 2 *inter se concordant, sive ab Hartmanno Schedel sive a Io. Pistorio mutata. Perpaucos et brevissimos locos horum Annalium Hartm. Schedel inter excerpta brevissima Annalium Lamperti et Cronicae S. Petri etiam in* 3[c]) *codicibus bibliothecae regiae* Monacensis *Lat. nr.* 901, *f.* 245. *et supradicto nr.* 593, *f.* 113. 114, *exscripsit, quos edidi Lamperti opera p.* LIII *sq.*

Annales S. Petri maiores cum Cronica S. Petri moderna in Cronica Reinhardsbrunnensi et in Erphurdiano anti-

ut locis laudatis monui, orthographiam codicis, ex quo hoc exemplar sumptum est, nonnusquam mutavit, velut sumto, consumsere, interemtus *scripsit, saepe* ę *pro simplici* e *in antiquiore codice scripto posuit, quae nec recepi neque adnotavi.* 1) *Post hos foliis* 113—118. *vacuis relictis.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 153 *sq.; Lamperti opera p.* LI *sq.* (*B* 1[b]). 3) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 154 *sqq.; Lamperti opera f.* LII *sqq. F.* 141′. *post excerpta Annalium S. Petri et ante ea Cronicae S. Petri legitur nota de universitate Erfordensi a.* 1392. *fundata, quae et in* 2 *inter alia post Annales S. Petri maiores scripta et a Pistorio alio loco repetita est. Vide Cron. S. Petri modernae App. nr. I, SS. XXX, p.* 472. *et infra.* 4) *Ed.* 3. *curante B. G. Struvio I, p.* 425—429. *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 155 *sq. XXI, p.* 245 *sq.* 443 *sq.; Lamperti opera p.* LV *sq.* 5) *Bis etiam pauca verba excerptorum Cronicae Reinhardsbrunn., quae in eodem codice ab Hartm. Schedel scripta erant, inseruit. Vide infra p.* 59, *n.* a. *p.* 60, *n.* *.

quitatum Variloquo[1] *et a Nicolao de Siegen exscripti sunt, unde patet hos etiam auctores codicibus usos esse*[2], *in quibus hi libri coniuncti extiterint. Sed ea quae Historia landgraviorum Isenacensis Eccardiana*[3] *ex his Annalibus profecta habet ex Cronica Reinhardsbrunnensi sumpta esse credo.*

G. H. Pertz b. m. Annales breves et maiores coniunctos edidit, SS. XVI, p. 16—25. *in altera columna positos, ut discerni nequeat, quae horum, quae illorum annalium sint, et falso dixit Annales breves (codicem Dresdensem) demum a.* 1163. *desinere, qui iam a.* 1154. *finem habent, nec distinxit quae in his Annalibus ex Annalibus antiquis descripta sunt, cum non perspexisset, quae ratio inter eos intercederet. Codices omnes ipse exscripsi.*

O. H.-E.

ANNALES
S. PETRI ERPHESFURTENSES BREVES.

SS. XVI, p. 16. *f.* 92.

A. S. P. ant. MLXXVIII. Secundum bellum fuit in Medelrichistat VIII. Idus Augusti.

*MLXXX. Tercium bellum fuit in Fladicheim[a] VII. Kal. Febr. **f.* 92'.

1080. *(Ian.)* Erphesfurt incensum est ab exercitu regis Heinrici et ecclesia in Monte Sancti Petri et sancti Severi monasterium cum multitudine populi, que illic intus fuit[4].

MLXXXI. Heinricus rex natus est, qui vivente adhuc patre regnare cepit.

MLXXXII. Hermannus[b] regnum invadit.

MLXXXIII.[c] Sigefridus Mogontinus[d] archiepiscopus obiit; cui Wecil successit. Quartum bellum fuit iuxta Elstram fluvium IIII. Idus Octob.

a) Fladisheim *c.* b) Hermanns *c.* c) *sic c. pro* MLXXXIIII. d) mogoñ *c.*

1) *Mencke, SS. rerum Germ. II, c.* 475—479. 2) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 708. 3) *Io. G. Eccardus, Hist. geneal. princ. Saxoniae super. c.* 387 *sq. Cf. SS. XXX, p.* 491 *sq.* 513, *n.* 5. 4) *Cf. Auct. Ekk. Montis S. Petri a.* 1079, *supra p.* 33; *Cron. S. Petri mod. a.* 1079; *Sifr. de Balnhusin c.* 170, *SS. XXV, p.* 697, *a.* 1079.

ANNALES
S. PETRI ERPHESFURTENSES MAIORES.

XVI. p. 16. MLXXVIII.[a] Bellum secundum[b] fuit in Medelrichistat VIII. Idus Augusti.*

*) 2. 3[a·b] *hoc loco add.:* Monasterium[c] sancti Severi cum multitudine populi, que illic intus fuit, incensum est[d] ab exercitu regis Heinrici in[e] Erphesfurt et ecclesia in Monte Sancti Petri. [Nota inicium dolorum et destructionis! *add.* 2]. *Marc.* 13, 8.

MLXXX. Tercium bellum fuit in Fladihheim VII. Kal.[f] Febru. [Erphesfurt[g] incensum est ab exercitu regis Heinrici et ecclesia in Monte Sancti Petri et sancti Severi monasterium[h] cum multitudine populi, qui illic intus fuit]. 1080. *(Ian.)*

MLXXXI. Heinricus rex natus est, qui vivente adhuc[i] patre regnare cepit.

MLXXXII. Herimannus regnum invadit.

MLXXXIIII. Sigefridus XXII.[k] archiepiscopus Mogontinus[l] obiit; cui Wecil successit. Quartum bellum fuit iuxta Elstram[m] fluvium IIII. Idus Octobris.

MLXXXV. Edificatum est monasterium Reynhardisborn[n] a Ludowico[o] Saltatore[1]. 1085.

a) Anno domini MLXXVIII. 2. b) II. *superscr. super* Bellum 1; Octavo Idus Aug. fuit sec. bellum in Medelrichstad 2. c) S. Sev. mon. 3[a·b]. d) fuit 3[a·b]. e) et eccl. in M. S. P. in (et 3[b]) Erph. 3[a·b]. f) kalendas 1. g) *uncis inclusa desunt h. l.* 2. 3[a·b]. h) *eadem manu superscr.* 1. i) aduc 3[a]. k) *numerus in marg.* 1; *superscr.* 2. l) Moguntꝰ 1. m) Elsdram 2. n) reynhardisbron 1; Reynhardisbrūn 3[a]; Reynhardsbrun 3[b]. o) Ludovico 1. 3[a·b]. — saleatore 1.

1) *De hoc cognomine vide 'N. Archiv' XXI, p.* 713, *n.* 1; *Knochenhauer, 'Gesch. Thüringens' p.* 45, *n.* 1. *Haec etiam in Erph. ant. Varil. l. l. c.* 476. *exscripta sunt.*

A. S. P. ant. MLXXXVI. VIII. Idus Iunii quintum bellum fuit iuxta Wirceburg[a].

MLXXXVIII. Wecil archiepiscopus Mogontinus[b] obiit; cui Ruthardus successit. Sextum bellum fuit iuxta Glichin in vigilia nativitatis Domini.

MXCIIII. Pestilentia gravis hominum facta est.

MXCVI. Innumerabilis populus Ierosolimam proficiscitur.

*MCIII. Burchardus abbas factus est in Erphesfurt VI. Idus Febr., et ab ipso eodem anno fundata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci. Heinricus V[c], filius Heinrici imperatoris, regnum obtinuit. *p. 17. *f. 93.

MCIIII. Cůno comes occisus est.

MCV. Heinricus senior[c] quartus[d] rex apud Leodium obiit.

MCVIIII. Růthardus Mogontinus[b] archiepiscopus obiit.

MCXI. Heinricus rex domnum apostolicum captivavit.

MCXII. Adelbertus constitutus est episcopus. Ab obitu Karoli Magni imperatoris CCCti anni transierunt usque ad annum incarnationis Domini.

MCXIIII. Rex Heinricus uxorem duxit.

MCXV. Heinricus rex bellavit contra Saxones in Welfesholz IIII.[1] Idus Feb. et victus est.

MCXVI. Burchardus abbatiam amisit; cui Ripertus successit.

MCXVII. III. Non. Ian. terre motus magnus factus est.

MCXVIII. Monasterium in Oppenheim incensum est. Castellum quod dicitur Cůffese obsessum est.

a) Wirceb' *c.* b) mog *c.* c) *eadem manu superscr.* d) *manu secunda suppl.*

1) *Ann. S. Petri ant. recte* III. Idus *habent.*

MLXXXVI. VIII.[a] Idus Iunii quintum bellum fuit iuxta Wirceburg[b].

MLXXXVIII. Wecil XXIII.[c] archiepiscopus Mogontinus[d] obiit; cui Ruthardus successit. Sextum bellum fuit iuxta Glichin in vigilia nativitatis Domini.

MLXXXVIIII. Monasterium[e] Oildisleuben edi- 1089.
ficatur[1].

MXCIIII. Pestilencia gravis hominum facta est.

MXCVI. Innumerabilis populus Ierosolimam[f] proficiscitur.

MC. Gisilbertus Erphesfurdensis abbas perrexit Ierosolimam[f] et non multo post ibidem defunctus est.

p. 17. MCIII. Burchardus abbas factus est in Erphesfurt[g] VI. Idus Feb.[h], et ab ipso eodem anno fundata est basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci. Heinricus filius Heinrici[i] imperatoris regnum obtinuit.

MCIIII. Cŏno comes occisus est de Bichelingin.

MCV. Heinricus senior rex apud Leodium obiit.

MCVIIII. Růthardus[k] XXIIII.[c] archiepiscopus Mogontinus[l] obiit.

MCXI. Heinricus rex dominum apostolicum captivavit.

MCXII. Adelbertus constitutus est episcopus[m]. Nota[n]: Iste spoliavit monasterium Erphesfurtense[o] sancti Petri et omnibus temporalibus privavit, dicens inconveniens fore abbatem superhabundare archiepiscopo. Nota[p]: ab obitu Karoli Magni imperatoris CCCII anni transierunt usque ad annum incarnacionis Domini MCXII.

MCXIIII. Rex Heinricus uxorem duxit.

MCXV. Heinricus rex bellavit contra Saxones in Welfesholz[q] IIII. Idus Feb.[h] et victus est.

MCXVI. Burchardus abbaciam amisit; cui Ripertus[r] successit.

MCXVII. III.[s] Nonas Iunii terre motus magnus factus est.

MCXVIII. Monasterium in Oppenheim incensum est. Castellum[t] quod dicitur Cŏffese[u] obsessum est.

MCXXI. Burchardus[v] amissa abbacia Erphesfurdensi obiit[w] in Loressam.

MCXXII.[x] Heinricus comes de Thuringia congregavit exercitum ad bellandum contra Adelbertum archiepiscopum propter exactionem

a) Octauo 2. b) Wirceb' 1; Wirceburgk 2. c) *numerus in marg.* 1, *superscr.* 2. d) Moguntƒ *superscr. super* arch. 1. e) Mon. Oild. edif. *ad a.* 1088. *post* Domini *scripta* 1. — Oildislenden 3[a]; Oildisleuden 3[b]. f) Iherosol. 1. g) Erphesfuort 1; erphesfurd 2. h) februarii 2. i) henrici *h. l.* 3[a]. k) Ruthardus 2. l) mogƒ 1. m) mogon. *add.* 2. n) et nota quod 2. o) erphesfurtƒ 1; ersfordense 2. p) Nota — MCXII. *om.* 1. q) Welfeshold 2. r) Rupertus *corr.* Ripertus 2. s) Item VIII. *eraso* V *corr.* III. 1, *ubi haec ad a.* 1116. *post* succ. *scripta sunt;* T. m. m. f. est III. N. Iunii 2. t) et cast. 2. u) Coffese 1. v) *haec ad a.* 1123. *scripta* 1, *ad quem annum etiam Cron. S. Petri mod. ea habet.* w) abiit 1. x) *sic* 1. 3[a.b]; MCXXIII. 2, *ad quem a. haec in cod. annalium S. Petri antiquorum linea rubra tracta sunt, quae ad a.* 1122. *ibi scripta; vide supra p.* 16, *n.* k.

1) *Quod hoc solo loco traditum est, quem Dobenecker, Reg. Thur. I, nr.* 968. *citare debuisset pro loco Nicolai de Siegen p.* 267, *ex hoc et Ioh. Rothe c.* 352, *p.* 273 *(qui ibi Cron. Reinhardsbr. p.* 523. *exscripsit) composito.*

A. S. P. ant. *MCXXV. Heinricus imperator obiit; cui Lůtharius dux *f. 93'. Saxonicus successit.

MCXXVI. Graviter cesus est exercitus Lŏtharii in Boemia XII. Kal. Marc.

MCXXVII. Ripertus abbas Erphurdensis[a] obiit; cui Wernherus Hirsaugiensis c e n o b i i monachus successit. Lotharius Nurinberc obsedit. *p. 18.*

MCXXVIII. Lŏtharius rex obsedit Spiram. Embrico Erphurdensis[b] prepositus episcopus factus est Wirceburg[c].[1]. 1127. *(Dec. ex.)*

MCXXXIII. Lutheri[d] rex[e] cum Richeza regina imperiale nomen suscepit. Eclipsis solis facta est IIII. Non. Aug. Heinricus[2] comes Thuring o r u m, frater Lůdewici lantgrafii[3], obiit.

MCXXXV. Nuncii Grecorum venerunt ad r e g e m Lůtharium cum magnis muneribus.

MCXXXVI. Lŏtharius imperator iterum Romam perrexit.

MCXXXVII. Adelbertus senior archiepiscopus M o g o n t i n u s[f] obiit. Lutheri imperator in redeundo de Italia obiit, delatusque Saxoniam in Luthere sepultus est. Meingoz episcopus Mersinburgensis[g] obiit.

MCXXXVIII. Conradus Luthario in regnum successit. Adelbertus prepositus Erphesfurdensis[h] constitutus est episcopus Mogontiae[i]. *Wernherus abbas Erphurdensis[a] obiit; cui Rudegerus eiusdem cenobii monachus successit. *p. 19.*

MCXXXVIIII. Heinricus dux, qui fuit gener regis Lutharii, obiit. Otto Babenbergensis[k] episcopus obiit; cui Egilbertus successit.

a) Erphurd' *c.* b) Erphurdensi *c.* c) Wirceb' *c.* d) Lutherii *corr.* Lutheri *c.* e) *eadem manu superscr.* f) mog' *c.* g) Mersinb' *c.* h) *sic Cont. Ekk. infra edita*; Erphurd' *c.* i) *sic Cont. Ekk.;* mogont *c.* k) Babenb' *c.*

1) *Cf. Montis S. Petri Cont. Ekk. a.* 1128, *supra p.* 35. 2) *Ann. S. Petri ant. habent haec ad a.* 1134. *ut maiores.* 3) *Hoc falso additum videtur. Cf. supra p.* 17, *n.* 2.

in[a] Thuringia decimarum et propter spoliationem monasterii sancti Petri.

MCXXV. Heinricus quintus[b] nomine imperator obiit. Cui Lutherius[c] dux Saxonicus successit.

MCXXVI. Graviter cesus est exercitus Lůtharii[d] in Boemia XII. Kal.[e] Marcii.

p. 18. MCXXVII. Ripertus abbas Erphesfurdensis obiit. Cui Wernherus Hirsaugiensis monachus successit. Lůtherius[f] Nurinberg[g] obsedit.

MCXXVIII. Lůtharius[h] rex obsedit Spiram. Embrico Erphesfurdensis prepositus episcopus factus est in Wirceburg.

MCXXXII. IIII. Nonas Maii. Translatio sancti Gotehardi episcopi[i] in Hiltinesheim.

MCXXXIII. Liutherus[k] cum Richeza regina Italiam perrexit et imperiale nomen suscepit. Eclipsis facta est solis IIII. Nonas Augusti.

MCXXXIIII. Heinricus comes de Turingia[l], frater Lůdewici, obiit.

MCXXXV. Nuncii Grecorum venerunt[m] ad imperatorem Lůtharium[n] cum magnis muneribus.

MCXXXVI. Lŏtharius[o] imperator iterum Romam[p] perrexit.

MCXXXVII. Adelbertus[q] XXV.[r] senior archiepiscopus Mogontinus[s] obiit. Liutherius[t] imperator in redeundo de Italia obiit et in Lutere[u, *] sepultus est. Meingoz[v] episcopus Merseburgensis[w] obiit.

MCXXXVIII. Cunradus[x] frater Friderici ducis Luthario in regnum successit[y]. Adelbertus Erphesfurdensis prepositus con-
*p. 19. stitutus est episcopus Mogoncie[z]. *Wernherus Erphesfurdensis abbas obiit; cui Růdegerus[a] eiusdem cenobii monachus successit.

MCXXXVIIII.[b] Heinricus dux Saxonum, qui fuit gener Lutharii[c] imperatoris, perrexit cum exercitu contra Cunradum[d] regem. Post paucos autem dies idem Heinricus dux obiit. Suscepit autem[e] pro eo ducatum Heinricus filius eius. Otto[f] Babenbergensis episcopus obiit; cui Egilbertus[g] successit.

*) *In 2 superscr. et in marg.:* Lutere, ubi, dum adhuc viveret, monachicam vitam instituit.

a) dec. in Th. 3b. p) q. n. *eadem manu superscr.* 1, *om.* 3a. c) Lotherius 1; Lotharius 3a. d) Lotharii 3a·b; Lutharii in Bohemia 2. e) klas 1. f) Lůtherus 1; Lutherius 2; Lotharius 3a·b, *ubi haec ad a.* MCXXVI (Eodem anno L. 3b). g) Nurmƀ 1; Nůrenberg 3a; obs. Nurenberg 3b. h) Lŭttharius 1; Lutharius 2; Lotharius 3a·b. i) ep. in H. *om.* 3a *(in 3b haec nota non retenta est).* k) Luttherus 1 *(ubi saepe* utt *pro* iut *scriptum);* Lutharius 2. l) Thuringia 1. m) venere 1?; ven. Grec. 3a·b. n) lutharium 2; Lotharium 3b; *om.* 3a. o) Lutharius 2. p) rhomam 1, *cf. Lamperti opera p.* 302, *n.* a. q) Adebertus 1. r) *numerus in marg.* 1, *superscr.* 2. s) moguntr arch. 1. t) Luttherius 1; Lutharius 2; Lotharius 3a. u) luttere 2; Lutere *post corr.* Luthere 3a. v) Meingo 2. w) merseb' 1. x) Conradus 3a. y) succedit 3a. z) Moguntineñ 1; Maguncie 3a. a) Rudegerus 2. b) MCXXXVIII. 3a. c) Lotharii 3a·b. d) Conradum 3a; Chunradum 3b. e) *om.* 3a. f) Item Otho 3b. — babenb' 1. g) Engelbertus 3b.

S. P. ant. MCXL. Ludewicus comes provincialis Thuringorum obiit.

MCXLI. Adelbertus iunior archiepiscopus Mogontinus[a] obiit; cui Marcolfus successit. Magna[b] concertacio fuit in Erphesfurt[c] IIII. Kal. Septemb. inter cives et archiepiscopi milites; quidam enim occisi, multi vero utrimque vulnerati sunt.

MCXLII. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt[d] exustum est VIII.[e] Idus Mai et maxima pars eiusdem loci et monasterium sancti Severi. Marcolfus episcopus Mogontinus[f] obiit; cui Heinricus Mogontinus[g] prepositus successit. Rudigerus abbas Erphurdensis[h] obiit; cui Wernherus successit, eiusdem cenobii monachus.

MCXLIII. Ekeleich[i] episcopus Mersinburgensis[k] obiit.

MCXLIIII. Rûdolfus comes Saxonicus occisus est. Magna inundaçio aque[l] fuit in Erphurdia VII. Kal. Iun.

*MCXLVI. Conradus rex ad Polenos cum exercitu abiit. Em- *f. 94.
1146. (Nov. 10). brico Wirciburgensis[m] episcopus obiit; cui Sigefridus successit.

MCXLVII. Conradus rex Ierosolimam proficiscitur. Dedi- p. 20.
catum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphurdia XVI. Kal. Iul., transactis XLIIII^or annis a fundatione eiusdem monasterii[1]. Eodem anno Wernherus abbas obiit; cui Gelferadus[n] successit.

MCXLVIII. Signum circa solem apparuit:



MCXLVIIII. Conradus rex ab Iherosolimis reversus est. Lambertus comes obiit de Thuringia[2]. Rûdolfus Halberstatensis episcopus obiit; cui Udalricus successit. Bucco Wormacensis[o] episcopus obiit. Otto iunior comes[3] captus ab Herimanno palatino comite et detentus ab eo in custodia obiit.

a) mog̃ *c.* b) est *add., sed del. c.* c) Erphesf' *c.* d) *sic Cont. Ekk.;* Erphurdia *c.* e) VII. *c., sed* VIII. *Cont. Ekk.* f) mogont̃ *c.* g) Mogontii *c.* h) Erphurd̃ *c.* i) Elecleich *c., in quo cod. saepe* le *pro* k *scriptum; cf. Lamperti opera p.* 59, *n.* i. k) Mersinb̃ *c.* l) facta est *add., sed del. c.* m) Wircib̃ *c.* n) Gefer. *corr.* Gelfer. *c.* o) Wormac̄ *c.*

1) *Eadem verba leguntur in notitia dedicationis a.* 1147. *(infra in append. VI. ad Cron. S. Petri edita), unde sumpta videntur esse.* 2) de Thuringia *in codice, ex quo Ann. brevium et maiorum partes descriptae sunt, procul dubio superscriptum erat, unde in hoc codice falso loco positum est.* 3) *De Rineck.*

MCXL. Lŏdewigus comes provincie Turingorum obiit; cui successit filius eius[1].

MCXLI. Adelbertus XXVI.[a] iunior[b] archiepiscopus Mogontinus obiit in Erphesfurt[c, 2]; cui Marcolfus successit[d]. Magna concertacio fuit in Erphesfurt[c] IIII. Kal. Septembris inter cives et archiepiscopi milites. Quidam enim occisi, multi vero utrimque vulnerati fuerunt[e].

MCXLII. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt[f] exustum est VIII.[g] Idus Maii[h] et maxima pars eiusdem loci et[i] monasterium sancti Severi. Marcolfus XXVII.[k] archiepiscopus Mogontinus[l] obiit; cui Heinricus prepositus Mogontinus successit. Růdigerus abbas Erphesfurdensis obiit; cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit.

MCXLIII. Ekeleich episcopus Mersenburgensis[m] obiit.

MCXLIIII. Růdolfus[n] comes Saxonicus[o] occisus est. Magna inundatio aque[p] fuit in Erphesfurt[q] VII. Kal. Iunii.

p. 20. MCXLVI. Cunradus rex ad Polenos[r] cum exercitu abiit.


MCXLVII. Cůnradus[s] rex Ierosolimam[t] proficiscitur. Dedicatum est monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphesfurt[u] XVI. Kal. Iul.[v], transactis XLIIII annis a fundatione eiusdem monasterii. Eodem anno Wernherus abbas Erphesfurdensis obiit. Cui Gelferat successit.

MCXLVIII. Signum circa solem in mense Februarii[w] apparuit eo modo[x]:



MCXLVIIII. Cunradus rex ab Ierosolimis[t] reversus est[y]. Lampertus comes de Turingia obiit. Otto comes captus ab Herimanno palatino comite et detentus ab eo in custodia[z] obiit.

a) *numerus in marg.* 1, *superscr.* (26.) 2, *om.* 3[a. b]. b) minoror 1; *om.* 3[a. b]. c) erphesfurd 2. 3[b] (Erphesford *l.* 5). d) succedit 3[a. b]. e) sunt 2[a]. 3[a. b]. f) erphesfurd 2; erpesfurt *h. l.* 3[a]. g) VII. 3[a. b. c]. h) *om.* 3[a]. i) una *add.* 3[b]. k) *numerus in marg.* 1, *superscr.* (27.) 2. l) mogun̄ *h. l.*, mog̅ *infra*, moguntinus *supra l.* 3. 4. 1. m) mersenb' 1; merseburgensis 2. n) Rudolfus 2. o) saxonie 1. p) fuit aque 3[a]. q) erphesfurd 2; Erphesfort 3[b]. r) Polonos 3[a. b]. s) Cunradus 2; Conradus *semper* 3[a], *semper fere* 3[b]. t) iheros. 1. u) erphesfurd 2. v) iulii 2. w) feb' 1. x) *in* 2 *figura hoc modo picta est:*



et eidem adscriptum: Succurre gloriosissima virgo Maria tuis devotis famulis. y) reuertitur 3[a. b]. z) costodia 2 *semper*.

1) *Ludowicus II. (IV).* 2) *Recte hoc additum est. Cf. Vita Adalberti v.* 994. 1011—1022, *Jaffé, Bibl. III, p.* 599 *sq.*

A. S. P. ant. MCL. Sigefridus episcopus Wirciburgensis[a] obiit.

MCLI. Fames valida et mortalitas hominum. Rex Cůnradus fuit in Erphesfurt[b].

1151. MCLII. Ernest comes obiit IIII. Kal. Ian.[1] Her-
Dec. 29. 1152. mannus comes de Wincenburg cum uxore sua[2] interemptus
(Ian. 29/30). est. In mense Ian. magna inundacio aque fuit in
Febr. 15. partibus Reni. *XV. Kal. Marc. Cůnradus rex obiit; *p. 21.
Febr. 11. ante cuius obitum, id est III. Idus Feb., orta est tempestas valida, factaque sunt tonitrua et fulgura in partibus Reni. Successit e i i n r e g n u m Fridericus fratruelis eius. Fridericus rex venit in Erfesfurt[c].

MCLIII. Signum in sole apparuit  VII. Kal. Feb. Heinricus Mogontinus[d] archiepiscopus depositus est, et Arnoldus cancellarius electus est. Fridericus rex fuit in Erphesfurt.

1154. MCLIIII. Anastasius papa obiit, pro quo Adrianus.
(Dec. 3). Fridericus rex in Italiam pergit cum exercitu ac im-
1155. periali benedictione sublimatus superatisque adversariis victor rediit[3].

---

a) Wircib̄ *c.* b) Erphusfurt *c.* c) erfesf̄ *c.* d) mog̃ *c.*

1) *Quatuor comites de Gleichen huius nominis in Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. liter. II, p.* 17 *sqq., inveniuntur, neque tamen ullus ad hunc diem.* 2) *Liutgarde.* 3) *Imperator consecratus est a.* 1155. *Iun.* 18*, in Germaniam rediit mense Sept. a.* 1155.

MCL. Sigefridus episcopus Wirceburgensis[a] obiit.

MCLI. Fames valida et mortalitas hominum. Cunradus rex venit in Erphesfurt[b].

MCLII. Ernest comes de Turingia[c] obiit. Hermannus[d] comes de Wincenburg[e] cum uxore sua interemptus est. 1152. (Ian. 29/30). In mense Ianuario magna inundacio aque fuit in partibus Reni, et non *multo post, id est[f] XV. Kal. Marcii, Cunradus rex obiit. *p. 21. Febr. 15. Successit ei in regnum Fridericus fratruelis eius. Fridericus rex venit in Erphesfurt[b].

MCLIII. Signum in sole apparuit eo modo  [g] VII. Kal. Febr. Heinricus XXVIII.[h] archiepiscopus Mogontinus[i] ex precepto Eugenii pape depositus est, et Arnoldus cancellarius electus est. Fridericus rex venit Erphesfurd[k].

MCLIIII. Magna inundacio[l] aque fuit. Fridericus rex in Italiam proficiscitur. Translatio sancti Adelharii in Erphesfurt[b] XII. Kal. Maii. A. S. P. ant.

MCLV. Fridericus Rome[m] imperator factus est. Bellum fuit inter Arnoldum archiepiscopum[n] et Hermannum palatinum comitem.


MCLVI. Heinricus dux Saxonicus perrexit ad bellandum in Fresiam[o], sed dux cum periculo quorundam[p] suorum terga vertit. ib. cf. Cr. S. P. mod. Mortalitas hominum fuit[q]. Hermannus palatinus[r] comes obiit. A. S. P. ant.

MCLVII. Cŏnradus marchio obiit.

MCLVIII. Fridericus imperator Mediolanenses in dedicionem accepit. Sed post paucos dies iterum rebellaverunt.

MCLVIIII. Heinricus dux Saxonicus auxilium imperatori contra Mediolanenses prebiturus perrexit; p. 22. cf. Cr. S. P. mod. in cuius expedicione Fridericus comes de Bichelingin interfectus obiit. A. S. P. ant.

MCLX. Arnoldus XXVIIII.[s] archiepiscopus bellum in Moguntinos movens, 1160. cum in monte Specioso exercitum prestolaretur, a Moguntinis[t] in monasterio sancti Iacobi subito circumdatus et plebe furente, monasterio concremato, VIII. Kal. Iulii occisus est. Iun. 24. Treverensis archiepiscopus[1]

a) wirceb' 1. b) erphesfurd 2. c) thur. 1. d) Hermanus 1. e) Wincenb' 1. 2. f) post idem 1. g) *in 2 figura hoc modo picta est:* 

h) *numerus in marg.* 1, *superscr.* (28.) 2. i) mogūt̄ 1. k) Erphesfurd' 1. l) aquarum in. 3b. m) rhome 1. n) mogont̄ *add.* 3a; Moguntinum *add.* 3b. o) Frisiam 3b. p) quondam 2. q) *deest* 1. r) comes pal. 2. s) *numerus in marg.* 1, *superscr.* (29.) 2; *om.* 3a. b. t) maguntinis 2. 3a.

1) *Hillinus. Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 20.

1160. et Renoldus Coloniensis electus, Wichmannus Magdaburgensis[a] archiepiscopus, Eberhardus[b] Babenbergensis episcopus, Merseburgensis[1], Citicensis[2], Misinensis[c.3] episcopi, Heinricus dux Saxonum, Fridericus dux[d] Suevorum, Ludewigus[e] provincie[f] comes, Cônradus[g] palatinus comes, Adelbertus marchio[h.4], Otto marchio[5], alii-
Iul. 26. que plures VII. Kal. Augusti[6] Erphesfurt[i] convenerunt expedicionemque in auxilium imperatoris contra Medio-
A. S. P. ant. lanenses coniuraverunt[k]. Sizzo comes de Thuringia obiit[l].

1161. MCLXI. Grando et tempestas magna in pluribus locis
(Iun. 19). fuit. Cônradus frater Ottonis palatini comitis constitutus est episcopus Mogoncie[m.7]. Berchtoldus Citi-
ib. censis episcopus obiit; cui Uto[n] successit. Celebratum est concilium in Nova Laude XIII. Kal. Iulii; in quo concilio Rôlandus cum suis fautoribus refutatus est[o].

MCLXII. Mediolanis destructa est[p] a Friderico imperatore. Fames valida[q].

MCLXIII. Fridericus imperator de Italia rediit. Murus Mogoncie[r] destructus est ob necem Arnoldi archiepiscopi. Magna
cf. Cr. S. P. mod. inundacio aque fuit III. Nonas Septembris. Fridericus imperator sumpto Mogontino electo Cûnrado[s] et aliquantis principibus denuo Italiam intravit.

ib. MCLXIIII. Mogontinus[t] electus causa oracionis *p.* 23.
in Hispaniam profectus in redeundo Rôlando[u], qui et Alexander, se iuramento obligavit[8].

ib. MCLXV. Mogontinus[t] electus ob predictam causam ab imperatore episcopatu est privatus. Hoc anno[9] maxima clades obpressit episcopatum Mogontinum[v], destructis castellis Rusteberc[w], Horburc[x], Amanaburc[y],

a) Madaburg. 1. 3ᵃ; Magdeburg 3ᵇ. b) Gerhardus 3ᵇ. c) Mismensis 2; Misnensis 3ᵃ·ᵇ. d) dux Suev. *om.* 1. e) Ludug̃ 1; Luduũ 3ᵃ; Ludovicus 3ᵇ. f) *sic* 1. 3ᵃ·ᵇ; prouincialis 2. g) Cûnradus 2; Conradus *semper* 3ᵃ; Cunradus 3ᵇ. h) comes 3ᵃ·ᵇ. i) erphesfurd 2; erpesfurt 3ᵃ. k) *hoc loco add.* 2: prouinciali comite. in quo concilio Rôlandus cum suis fautoribus refutatus est *ex ann. sequenti.* l) XIII. kł Iulii *add.* 2 *procul dubio ex ann. sequenti, ut ea in n.* k. m) Moguncię 1. n) Uto 2. o) *post haec in* 2 *more huius scribae scripta:* Criste deus, vere sancte genitricis amore corporis ac anime sit tibi cure mee. p) Mediolanum destruitur 3ᵇ. q) fuit *add.* 3ᵃ·ᵇ. r) mogontine ciuitatis 3ᵃ *(in* 3ᵇ *haec omissa).* s) *om.* 1. t) Magontinus 2. u) Rolando 1. v) Moguntinensem 3ᵇ. w) Rustebere 1; Rusteberg 3ᵇ. x) Horbure 1; Horburck 3ᵃ·ᵇ. y) Amanabure 1; Amanaburg 3ᵃ·ᵇ.

1) *Iohannes.* 2) *Berchtoldus.* 3) *Gerungus.* 4) *Brandeburgensis.* 5) *Misinensis.* 6) *Diem Iul.* 25. *indicat Cron. S. Petri mod. a.* 1160. 7) *In synodo Laudensi ex Ann. S. Petri ant. infra commemorata. Cf. Cron. S. Petri mod. a.* 1161. 8) *Cf. Böhmer-Will, Reg. arch. Magunt. II, p.* 6 *(XXX, nr.* 38*).* 9) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXI, p.* 709, *n.* 2.

Bingen, subverso etiam muro Erphesfurt[a] a Lůdewigo[b] provinciali comite[1,*]. *cf. Cr. S. P. mod.*

MCLXVI. Cristanus episcopus constituitur[2]. Cedes Rome[3]. *ib.*

MCLXVII. Mediolanis[c] reedificatur.

*) *F. I. Bodmann, 'Rheingauische Alterthümer' (Mainz* 1819*) p.* 886. *ex Narratione de rebus gestis archiepiscoporum Moguntinorum, saec. XV. demum, ut videtur, conscripta, fragmenta edidit (ex codice ecclesiae cathedralis Moguntinae a.* 1792. *deleto?), inter quae huius belli narrationem, quae repetita est a Fr. Böhmer, Fontes IV, p.* 364. *et Böhmer-Will, Reg. arch. Magunt. II, p.* 8 *sqq. (XXX, nr.* 43*). Quae cum antiquo fonte niti videatur, eam hoc loco addidi:* quapropter lantgravii predicti milites cum valida manu Pinguiam et adiacentia loca, que de dominio erant ecclesie Moguntine, adorsi ferro flammisque omnia devastant, terramque Ringauwie hostiliter intrantes Rudesheim et Gysenheim cum villulis circumcirca furibunda strage multorum, qui sibi restiterant, funditus evertunt, nullo vel sexus vel etatis aut dignitatis habito discrimine; in qua strage nec locis venerabilibus ullus honor nec hominum Deo famulantium reverentia habita fuit. Insuper et claustrum novum in Eberbach, cuius monachi partibus Alexandri predicti faventes Friderici facinora et precepta contempserant, eisdem cum abbate[4] profligatis, cessit miserabiliter in predam militum predictorum, qui cunctis ibidem direptis et inter semet[d] divisis domum sanctorum fecerunt speluncam latronum. *Luc.* 19, 46. Que vero et qualia tunc in eadem vicinia perpetrata fuerint, edicere longum et tediosum foret. Sed Deus, qui sibi confidentium corda non aspernatur, modum hiis tribulationibus posuit. Elapsis enim tribus ebdomadis[e] habitatores de Pinguia et Ringawia, adsumptis et coadunatis qui sibi de terra palatini in auxilium venerant pene innumerabilibus, predicti lantgravii milites fugarunt, multis occisis et plurimis eorum captivatis; in qua fuga unum quod contigit dignum memoria non oportet reticere. Unus enim de militibus eiusdem lantgravii etc. *Nota vero Bodmannum virum non integrae fidei neque haec a suspicione falsi remota esse.*

a) Erphesfr' 1; erphesfurd 2; et. funditus muro in Erph. a Ludovico secundo lantgravio, quod postremum factum est anno 1164. 3b *ex Cron. Reinhardsbr.; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 510, *n.* 3. b) Ludug 1; lůdug, *superscr.* ludewig 2; luduico 3a. c) Mediolanum 3b. d) semel *ed.* e) ebdomatis *ed.*

1) *Quod iam a.* 1164. *factum esse tradit Cron. Reinhardsbr., SS. XXX, p.* 537; *sed ad a.* 1165. *hoc habent Liber cron. Erford. (infra) et Ann. Wormat. br., SS. XVII, p.* 74, *ex annalibus Erphesfurtensibus brevibus deperditis. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 510 *sqq.* 2) *Iam a.* 1165. *Sept. Sed etiam Cron. S. Petri mod. hoc ad a.* 1166. *habet.* 3) *Quae a.* 1167. *facta est; sed etiam Cron. S. Petri mod. eam ad a.* 1166. *narrat, quae et de civitate Mediolanensi reaedificata falso sub a.* 1166. *refert. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 709. 4) *Eberhardo. Cf. quae a Böhmer-Will, Reg. arch. Mag. II, p.* 9, *nr.* 43. *ex historia manuscripta Eberbacensi allata sunt.*

MCLXVIII. Murus Erfordie[a] restauratur[1,*].

cf. Cr. S.P. mod. MCLXX. Cristanus archiepiscopus[b] legatus imperatoris Greciam[c] proficiscitur pluresque reliquias sanctorum[d] reportavit[2]. Gerunch episcopus Misinensis obiit. Adelbertus marchio[3] obiit.

ib. MCLXXI. Iohannes Merseburgensis[e] episcopus obiit; cui Eberhardus successit.

ib. MCLXXII. Imperator Polenos[f] cum exercitu pe-
1172. tiit[g]. Eodem anno Lŏdewigus provincialis comes Thu-
(Oct. 14). ringie obiit, principatum autem filius eius Lŏdewigus[h] obtinuit. Gelphradus quoque abbas Erphesfordensis[i]
(Oct. 23). obiit[4]; cui Bilgrim eiusdem cenobii monachus[5] successit.

ib. MCLXXIII. Ladizlawo rex Boemie principatum perdidit, quem adeptus est Ǒdalricus[k,6], qui multos iam annos apud eundem[l] regem in captivitate transegerat.

ib. MCLXXIIII. Imperator coadunato exercitu Ita-
1173. liam peciit. Willemarus Brantenburgensis[m] episcopus obiit[7]; cui Sigefridus successit.

ib. 1175. MCLXXV. Erphesfurt[n] civitas igne periclitatur
Iul. 3. V. Nonas Iulii.

ib. MCLXXVI. Hermannus comes[8] obiit. Impera-
1176. *Maii 29.* tore[o] IIII. Kal. Iunii iter versus Papiam agente, ex improviso Mediolanensium circumventus insidiis, parva manu cum inmensa eorum multitudine conflixit, et omni

*) 1168. vel 1169. Murus Erphordiae denuo reparatur a Cristano archiepiscopo Moguntino permissu imperatoris[9] 3[b].

a) erfŏrdie 1. b) mogontt *add.* 3[a]; Moguntinus *add.* 3[b]. c) greciȩ 1; in Gr. 3[b]. d) secum 2. e) Merseb' 1; mersebergensis 2. f) Polonos 3[a.b]. g) peciit cum ex. 1. h) Ludewigus *h. l.* 2; Ludewicus 3[a] *h. l. et l.* 9; Ludovicus (*h. l. et l.* 9) fil. eius 3[b]. i) erphordeñ 1. k) dedalricus 2. l) *om.* 2. m) brancenburg. 1. 2. n) Erphesfurd 2. o) Imperator 2.

1) *Ad a.* 1169. *tradit hoc Cron. Reinhardsbr. p.* 538. *Cf. cartam spuriam Christiani archiepiscopi Mogunt. a.* 1170, *Beyer, 'UB. d. Stadt Erfurt' I, p.* 19, *nr.* 45: Erfurtensi municipio, postquam ad firmamentum Maguntine metropolis muro munitum fuerat. 2) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXI, p.* 710, *n.* 2. 3) *Brandenburgensis, qui obiit die Nov.* 18. *Gerungus episcopus obiit Nov.* 20. 4) *X. Kal. Novembr., Necrol. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 516, *et Schannat, Vind. II, p.* 20. 5) *Qui prior fuisse videtur. Nam inter testes cartae Christiani archiepiscopi d. d. Erfordiae* 1169. *Dec.* 18. *(Rein, Thur. sacra I, p.* 52*)* Piligrinus prior de Monte S. Petri *nominatur.* 6) *Sobezlaus II.* 7) *Iam a.* 1173. *Cf. Cron. S. Petri mod.* 1174. 8) *De Orlamünde, filius Alberti I. marchionis Brandenburgensis.* 9) *Haec verba leguntur in Cron. Reinhardsbr. (R* 2*) et ex ea sumpta in Hist. landgr. Eccard., Geneal. princ. Sax. super. col.* 384, *et a Pistorio quoque ea ex exerptis eiusdem sumpta esse patet, cum excerpta Schedelii (*3[a]*) cum codd.* 1. 2 *conveniant. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 249, *n.* 5.

pene[a] commeatu perdito, paucis etiam suorum interfectis, *cf. Cr. S. P. mod.* captis vero nonnullis, ipse *strennui militis ac boni imperatoris*[1] 1176. loco ingentes adverse partis copias gladio prostravit. Demum sole iam declivo pugnando fatigatus et hostium multitudine, non industria, superatus fuge presidio vite servatur et Cumam, unde profectus erat, cum suis vita comite revertitur[2]. Hoc ipso anno XIII.[b] Kal. Novembris luna eclipsim passa est, cum *Oct.* 20. esset XIII.

MCLXXVII. Festo sancti Iacobi apud Veneciam 1177. *Iul.* 25. mediante Cristano Mogonciensi archiepiscopo imperator *ib.* et papa post X et VIII annos discidii reconciliantur; abdicato regis conivencia Calixto, Alexander papa habetur, edicta mutantur[c]. Imperator cum papa pacificatus — ut ait comicus[3], quod dictum non dictum, quod factum infectum est — inlicito prius coniugio licenter abutitur. Udalricus Halberstatensis episcopus, deposito Gerone, reponitur. Cristanus Mogontinus archiepiscopus confirmatur, eius predecessor Cůnradus[d] adhuc superstes, depulso Adelberto Salczburgensi archiepiscopo, illius cathedre intronizatur; ordinaciones vel consecraciones prius superpositorum episcoporum cassantur. Imperiali[e] edicto ac senatus consulto pax in septem annos statuitur; sinodus sequenti anno in dominica sexagesime 1178. *Febr.* 12. *ibidem, id est apud Veneciam, cum diversarum provin- **p. 24.* ciarum episcopis atque abbatibus generaliter ac celeberrime habenda apostolica auctoritate indicitur[4].

Erphordenses[f] consilio et auxilio comitis Erwini[5] et comitis Heinrici[6] quodam temerario ausu domino[g] suo Lůdewico[h], inclito provinciali, se opponunt[7] et queque ad eum spectancia civitati adiacencia quantum licuit[i]

a) *om.* 2. b) III. X 1. 2, *superscr.* XIII. 2. c) mouentur 2. d) Cůnradus 2. e) *in Cron. S. Petri haec sic distincta sunt:* cassantur imperiali ed. ac sen. consulto; pax. f) *sic* 3a *(in* 3a. b *post a.* 1175. *numeri annorum desunt);* Erpfordenses 1. 2; Eodem anno Erfordienses 3b. g) dom. suo *om.* 2. h) Lůdowico 1; Ludewico 3a; Ludovico 3b. i) licuerit 3a.

1) *Sall. Cat. c.* 60: strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. 2) *Cf. quae ad Cron. S. Petri adnotavi.* 3) *Plautus, Amphitr. III,* 2, 3: Ea quae sunt facta infecta re esse occlamitat. 4) *Re vera concilium Romae a.* 1179. *Febr.* 18, *prima dominica quadragesimae, celebrandum indictum est; Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 13070. 13097—99. *Cf. Reuter, 'Alexander III.' III, p.* 764. *Sed aliter fortasse antea de concilio celebrando dispositum erat.* 5) *II. de Gleichen.* 6) *III. de Schwarzburg.* 7) *Cf. Cron. S. Petri mod. a.* 1179; *'N. Archiv' XXI, p.* 707.

1177. devastant et incendunt; ob quam presumpcionem idem princeps in ira permotus[a] tria castella predicti Heinrici comitis in brevi oppugnans destruxit. Imperator de
1178. Italia revertitur[1].

MCLXXVIII. Gravis discordia inter Philippum Coloniensem archiepiscopum et Heinricum Baioariorum[b] atque Saxonum ducem orta est. Unde idem antistes cum copiosa multitudine fines attingens Saxonie oppida quamplurima et civitates, prefato principe ad municiora decedente, incendendo et destruendo terre funditus coequavit; sed tandem mediante Wichmanno
2. Mach. 13, 22. Magdeburgensi archipresule ultra digredi desistens dex-
14, 19. tras[c] dedit et accepit; sicque cum honore ad propria rediit.

1179. Imperator curiam suam Wormacie in epiphania
Ian. 6. *c. Apr.* 1. Domini[2], dehinc apud Sels circa paschalem festivitatem[3]
Iun. 24. itemque in Magdeburc[d] in natali[e] sancti Iohannis baptiste habuit.

1179. *Mart.* Magna sinodus cum universarum provinciarum episcopis et abbatibus in Lateranis mediante quadragesima sub papa Alexandro celebratur.

1178. Eodem tempore Cristanus Mogontinus archiepiscopus a Romanis civibus, quos sepe molestaverat, in quodam castro quod est prope Romam[f] requiritur, castrumque et clerus qui in ipso erant[g] sub specie ipsius igni crematur. Inter quos abbas de Hasungen[4] et prepositus de Frideslar interierunt. Idem vero antistes in alio castro latitans fortuna sibi solito favente periculum mortis evasit[5].

Iul. 22. XI.[h] Kal. Augus. tempestas valida et grando insolita, ita ut non tantum fruges in plerisque partibus[i] interirent, verum[k] et arbores in quibusdam locis foliis

a) promotus 2. *Reinh. cod.* 1. b) baioaricorum 1. c) dexteras 1. d) magdeburg 2. e) natał 1. f) rhomam 1. g) *sic* 1. 2. h) XI. k. Aug. *om.* 3a; Eodem anno *praemittit* 3b. i) locis 3b. k) sed etiam 3b.

1) *In Cron. S. Petri mod. hoc recte ad a.* 1178. *adnotatum est.* 2) *Demum octava epiphaniae, quo die imperator Wormatiam venit, curia coepta est; Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 262; *Chron. regia Colon. p.* 130. 3) *Ubi die Apr.* 11. *diploma dedit, St. nr.* 4276. *Cf. R. Höniger, 'Kölner Schreinsurkunden' I, p.* 129, *nr.* 22: quando imperator curiam habuit in Selse in pascha post. 4) *Heinricus, ut videtur; cf. Schlereth in 'Zeitschr. d. V. f. Hess. Gesch.' III, p.* 150. 5) *Nihil de hoc facto alibi traditum est. Cf. Varrentrapp, 'Erzb. Christian I. v. Mainz' p.* 93. *Cum prope Romam hoc factum esse dicatur, a.* 1178. *ineunte, antequam Romani cum Alexandro papa pacificarentur, gestum esse videtur.*

et ramis magnitudine grandinis lapidum penitus vastarentur.

MCLXXVIIII. Luna XIIII. Kal. Septembris primo *1179. Aug. 19.* quidem usque ad medium noctis solito clara existens, dehinc mutata in sanguineum colorem usque[a] in mane visa est, cum esset XIIII.

Cristanus Mogontinus archiepiscopus, Longobardis *(Sept. ex.)* violenter oppressis, a filio[1] marchionis[2] de Montefarra sive[b] bello superatus sive[b] dolo defraudatus custodie mancipatur.

Philippus Coloniensis archiepiscopus pro iniuria, quam sibi dux Saxonie et Bawarie Heinricus iam sepius intulerat, secundo armata manu, paucis siquidem equitibus, sed pluribus indisciplinatis peditibus, terram eius invadens, oppida et civitates quam plurimas nimis atrociter devastavit et incendit; quodque magis abhorrendum est, ecclesie et monasteria temerario ausu hactenusque inaudito, ipso utique, ut credi fas est, invito, a suis concremantur, et virgines Deo[c] dicate, infandum dictu! impudenter deflorantur et ita captive abducuntur[3]. His ita peractis castellum Haldisleibe, annitentibus Saxonum *(Oct. Nov.)* principibus et Lůdewico[d] lantgravio[e, 4], cui eatenus dux idem nil sinistri suspicabatur, hortatu improbo ad se in id ipsum illecto, prefatus antistes aliquandiu obsedit. Sed rigore brumali prepediente et labili fortuna obice, infecto negocio, cum honore mediocri, ut par fuit, ad sua rediit. Qua tempestate et alia factio cunctis fidelibus dolenda occulto Dei iudicio subsecuta est. Coloniensi namque archiepiscopo ad propria reverso[5] dux memoratus Udalricum[f] Halberstatensem presulem, utpote tocius iniurie sue seu contumelie incentorem, et qui se pridem anathematizaverat[6], furibundus omnibus modis passim infestabat, sanguisque sanguine tangitur, *Osea 4, 2.* dum peccatum peccato cumulatur. Denique sui furiis

a) *om.* 1. *Var.* b) sine 2. c) christo 2. d) Ludewigo 2. e) langrauio 2. f) Udalricum 2.

1) *Conrado.* 2) *Wilhelmi III.* 3) *Cf. Arnold. Lubec. II,* 11*; Ann. Stederburg., SS. XVI, p.* 213 *sq.* 4) *Cf. Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbr. p.* 175 *sq.; Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 263; *'Sächs. Weltchr.' c.* 330, *'D. Chr.' II, p.* 231. 5) *Minime, sed iam octo diebus, antequam obsidio castri Haldensleben (Oct.* 1*) susciperetur, civitas Halberstat capta est.* 6) *A.* 1178.

1179. (Sept. 23). agitati inter alia predictam Halberstatensem[a], civibus in diversa fugatis, oppugnando[b] civitatem capiunt cunctaque loci eiusdem[c] edificia — merendum relatu! — cum ipsa matrici ecclesia prothomartiris[d] Christi honori dedicata[e] reliquisque ecclesiis voraci flamma, proch[f] dolor! consumpsere; in quibus et[g] homines, qui pro locorum tuicione intus[h] confugerant, plures[i], ut dicitur, octingentis[k], promiscui sexus et etatis necnon et ordinis flebiliter incendio[l] interiere[m]. His audacter patratis pontifex memoratus cum quibusdam canonicis captivatur et apud principem[n] pretitulatum, quo ad eundem anathematis vinculo enodavit, cum suis in custodia detinetur. Dehinc ab ipso muneribus aliquantis honoratus ad sua 1180. (Iul. 30). rediit[1], et eodem anno iam grandevus vita decessit; pro quo Ditericus constituitur.

c. Ian. 6. MCLXXX. Imperatore curiam suam circa epiphaniam Domini apud Wirceburc[o] habente Heinricus Saxonum ac Noricorum hactenus ducatu potens et famosissimus inter regni primates[p], evidentibus indiciis Romani[q] agnitus hostis imperii, presenciam sui[r] regie maiestati *iam diu animose[s] subtrahens, velut improbus multa- *p. 25. rum invasor ecclesiarum et violentus ubique oppressor Christi pauperum, ex sentencia imperatoris et unanimi consensu episcoporum seu principum suis omnibus abdicatus cunctis persequendus proscribitur, et Saxonie ducatus eidem secundum censuram presencium ablatus Bernhardo comiti in presenti[t] solemniter addicitur[2]. Principalis comes Lůdewicus[u], in militaribus nostra etate strennuissimus et bene audens, domni[v] imperatoris, avunculi videlicet sui, iussu et Coloniensis archiepiscopi ceterorumque principum rogatu condictum fedus[3] prefato duci refragans, fines eius bellica manu attigit villasque

a) *sequentia aliquantulum mutata habent* 3[a.b]: (Item 3[b]) dux Saxonie et Bavarie Heinricus Halb. civit. civ. in div. fug. opp. capit c. l. e. ed. cum i. matrice e. pr. Chr. hon. ded. rel. eccl. vor. fl. consumpsit. b) fugatis *iterum add., sed del.* 2. c) eius loci 3[b]. d) *om.* 3[b]. e) aedificata 3[b]. f) proh 1. g) *om.* 3[a.b]. h) inter confugauerant 2. i) plus 3[a.b]. k) octingentos 3[a]; octingenti 3[b]. l) *om.* 2. m) periere 3[b]. — *Excerpta in* 3[a.b] *desinunt additis tantum his:* captoque eius loci episcopo. utpote tocius iniurie sue incentore (incensore discessit 3[b]). n) principatum 2. o) Wirceburg 2. p) *sic* 2. *Hist. Eccard.;* principes 1. q) rhomani 1. r) suam 2. *Hist. Eccard.* s) annose 2. t) presencia 1. u) Ludewicus 2. v) domini 1.

1) *Demum post Dec.* 25. *a.* 1179. *vel mense Ian. a.* 1180; *cf. Ann. Magdeburg. et Pegav., SS. XVI, p.* 194. 263; *Arnold. Lubec. II,* 15. 2) *Ducatus Saxoniae Bernhardo demum in curia Gelnhusana Apr. in. datus est.* 3) *Indutias usque ad diem Apr.* 27. *factas (Ann. Pegav. p.* 263*) auctor dicere videtur.*

non paucas pro libitu[a] imperatoris devastavit et incen- 1180.
dit. Deinde ducem eundem, copia militari vallatum, in
Thuringiam secedentem e vestigio subsequitur, terram-
que sue dicionis ab eodem incendiis, rapinis, subversioni-
bus iam pene desolatam dum conserto certamine armis *(Maii 14).*
conaretur defendere, suis enerviter terga vertentibus,
ipse cum paucis fortiter faciens et, ut ita dixerimus,
velut quondam ille Machabeus glorie sue fugiendo crimen 1. *Mach.* 9, 10.
inferre nolens contra prisce virtutis insigne et crebre
gloriam victorie, quibus citra Alpes et hac terra sepe-
numero claruit miles emeritus, multitudine, non[b] in-
dustria hostium superatus[1], cum germano[c] suo, comite
videlicet Hermanno, aliisque pluribus, nec non quibus-
dam utrobique interfectis, abducitur heu! captivus[d], non
tantum Thuringie, immo toti reipublice iusticium[e] relin-
quens de sua merito dolenda capcione. Heinricus comes,
Lǒdewici[f] lantgravii germanus, anno eodem obiit. Im-
perator querimonie principum[g] super ducis intolerabili
animositate satisfaciens et Saxoniam cum exercitu in- *(Aug.)*
grediens, urbem antiquam Harzisburch[h] dictam cum
aliis quatuor ob eiusdem offensam ducis reedificari pre-
cepit; sicque pace usque pentecosten composita[2], greges 2. *Mach.* 14, 23.
turmarum, qui secum fuerant, abire permisit, illius qui- 2. *Paral.* 23, 8.
busdam castellis in dedicionem susceptis.

MCLXXXI. Imperator nativitatem Domini Erphes- 1180.
furd[i] celebravit[3]. Cristanus archiepiscopus a captivi- *Dec.* 25. 1181.
tate solvitur[4]. [k]Castellum ducis Heinrici Haldisleiben *(Febr.)*
dictum a Wicmanno Magadaburgensi[l] archiepiscopo aliis-
que Saxonum principibus aliquandiu obsessum, castellanis
in pace dimissis, terre tandem coequatur. Imperatore *(Maio).*

a) libutu 2. b) *om.* 2. c) germanno 1. d) captiuius 2. e) iusticiam *(post corr.* tristiciam 2*)* 2. *Reinh.* f) Ludewici 2. g) *om.* 2. h) Harsisburh' 1. i) erpsfurdie 1. k) MCLXXXII. *anni numerus hoc loco male positus in* 1, *ut et in Cron. Reinhardsbr. et Hist. landgr. Ecc. Corrige quod SS. XXX, p.* 492, *n.* 4. *perperam dixi, in cod. Gotting.* (2) *hunc numerum falso scriptum esse. Etiam Varil. quaedam sequentis narrationis ad a.* 1182. *habet.* l) Magdeburgensi 1.

1) *Eadem verba iam supra p.* 61, *l.* 5. 2) *Minime pax tunc composita est. Mense Nov. imperator in Saxoniam rediit, post natale Domini Erfordia digrediens principibus expeditionem* usque pentecosten *indixit (Cron. S. Petri mod.* 1181*). Sane auctor, ut haec scriberet, inductus est lectis Ann. Thuringicis a.* 1139. *in Cron. S. Petri mod. exscriptis; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 726. 3) *Idem in Cron. S. Petri mod. legitur.* 4) *Mense Ianuario a.* 1181, *ut videtur, vel extremo mense Decembri a.* 1180. *Cf. Cron. S. Petri mod. a.* 1181; *Chron. regia Colon. a.* 1181, *p.* 132; *Gesta Henrici II. et Ricardi I. a.* 1180, *SS. XXVII, p.* 101.

1181. (Iun.) item ut anno priori[a] militari copia Saxoniam ingrediente, omnes pene fautores ducis ab eodem deficientes, ipsi imperatori se suaque dedentes manus offerunt supplices dominumque suum solita militum frequencia destitutum tum ob regis timorem, tum ob animi levitatem derelinquunt[b] velut alienum. Quem per solitaria loca, que vulgo 'heide' dicuntur, cum paucis decedentem imperator cum suis e vestigio insequitur; fecissetque satis votis, eundem scilicet apprehendendo, si locorum difficultas non obstitisset; quippe huic loca nota, et quamquam angusta, sue[c] tamen[d] paucitati aditu facilia, regi vero minus nota sueque multitudini, quoniam et aquosa, omnino inaccessibilia. Ceterum civitatem quandam ipsius[e] Lubeke[f] appellatam potenter oppugnans[g], civibus in prohibitu deficientibus, fortuna sibi suisque solito arridente, in dedicionem suscepit; sicque, ut imperialem decebat dignitatem, gloriose rediens, in Quitelingeburc super negociis regni tractaturus devenit. Dux vero pre-
Act. 9, 5. fatus in arduo se positum durumque esse calcitrare contra stimulum iam nimis tarde considerans, tocius in regnum infestacionis conatum demisit[h] et principes eximios, flores utique, ut ita dicam, antique nobilitatis, Lůdewicum[i] videlicet lantgravium fratremque suum comitem Hermannum, postea palatinum, ob imperatoris offensam iam integro et semis anno in custodia detentos, absque iactura suorum suarumque[k], ut augusti sororios decebat, ipsi tunc Goslarie manenti honorifice remisit. Impera-
c. *Nov.* 11. toris curia circa festum sancti Martini Erphordie[l] habetur; ubi comes Hermannus, frater Lŏdewici[m] lantgravii, palatinus Saxonie efficitur[1]. Saxonum et Baioariorum dux iam crebrius nominatus ad imperatoris curiam sepenumero vocatus venire hactenus animose refutavit, nunc demum et sero nimis resipiscens extremaque necessitudine coactus imperatorie maiestati Erphesfordie[n] se humiliter presentavit. Ubi, ut episcopi ceterique principes anno preterito lege forensi apud Wirzeburk[o] in commune

a) priore 2. b) ac reliquunt 2. c) suo 1. d) pauc. tamen 2. e) *om.* 2. f) lubecke 2. g) oppūgnans 2. h) *sic* 1. 2; dimisit *Reinh.*; divisit *Hist. Eccard.* i) ludewicum 2. k) *sic* 1. 2. *Reinh.* l) Erpfurdię 1. m) ludewici 2. n) erpesfurdię 1. o) Wirzeburh' 1; Wirczeburgk 2.

1) *Quem honorem Adelberto comite palatino defuncto a.* 1179. *Ludowicus lantgravius, frater Hermanni, ab imperatore acceperat. Cf. Cron. S. Petri mod. a.* 1178. 1181; *Ann. Palid., SS. XVI, p.* 95.

censuerant, dux idem suis omnibus, vellet nollet, se ab- 1181.
dicavit, nichilque[a] princeps famosissimus interque regni
primates ad id temporis potentissimus de ingentibus di-
viciis, duobus videlicet ducatibus, nisi duas tantum civi-
tates, quarum una Bruniswik[b], alia Lůneburk[c], et has
quidem vix et egre, sed augusti clemencia concedente
recepit.

a) nihilque 1. b) Bruniswih' 1; Brunswigk 2. c) Lůneburh' 1; luneburk 2.

CHRONICI EKKEHARDI CONTINUATIO BREVIS A. 1125—1169.

In codice 1) *bibliothecae regiae* ***Dresdensis*** *J* 48, *mbr. fol., saec. XII, qui fuit* liber Celle S. Marie *(Veterocellensis)*[1], *f.* 160′—161. *continuatio brevis a.* 1125—1169. *Ekkehardi Chronico a.* 1125. *desinenti subiuncta est, numeris annorum scriptis ab a.* 1126. *usque ad a.* 1184.[2] *Quae continuatio ex hoc codice, ut videtur, cum Ekkehardi Chronico descripta est*[3] *in*

2) *codice bibliothecae universitatis* ***Ienensis*** *fol. nr.* 65, *mbr. fol., saec. XIV, descripta olim ex hoc a Car. Stüve.*

3) *codice bibliothecae regiae* ***Dresdensis*** *F* 60, *mbr. fol., saec. XIV, f.* 222′—223′.

Haec Continuatio ex duobus annalibus qui exstant composita est, Annalibus Aquensibus videlicet, SS. XXIV, p. 33—38. *editis, ut G. Waitz b. m. ibidem p.* 33. *adnotavit, et Annalibus S. Petri Erphesfurt. brevibus, ut ostendi 'N. Archiv' XXI, p.* 698 *sq. Sed is qui hanc Continuationem Ekkehardi Chronico saec. XII. ex. subiunxit utrorumque annalium exemplaria vetustiora iis quae nunc exstant adhibuit, unde supra p.* 52 *sqq. Annalium S. Petri brevium exemplar saec. XVI. in. scriptum ope huius Continuationis corrigere potuimus. Et quaedam in hac leguntur, quae in recentiore exemplari Annalium Aquensium saec. XIII, quod exstat, omissa vel mutata esse censendum est.*

In monasterio Veterocellensi hanc Continuationem ex illis duobus annalibus alienis compositam esse non facile credi potest. In Annalibus Veterocellensibus ea inter a. 1133. *et* 1167, *SS. XVI, p.* 42, *exscripta est, sed monui 'N. Archiv'*

1) *De hoc et codd.* 2. 3 *cf. 'Archiv' VI, p.* 223. *VII, p.* 262. 498 *sq. VIII, p.* 696; *SS. VI, p.* 15. 2) *Sed ab a.* 1170, *cuius anni numerus alia manu in loco raso scriptus est, nihil numeris adscriptum est.* 3) *Ita vero, ut codex* 3 *codicis* 2 *exemplar esse videatur, cum uterque post Ekkehardi Chronicon Gesta Dagoberti contineat. Cf. SS. Merov. II, p.* 397.

XXI, p. 698, *n.* 9. *sub a.* 1152. *duo verba Annalium S. Petri brevium in iis legi, quae in hac Continuatione desunt. Cum Ann. Veterocellenses circa a.* 1183. *scripti sint, et codex Ekkehardi Veterocellensis a.* 1184. *exaratus esse videatur, quo ad annum numeri annorum scripti sint, nescio an annalista codicem Ekkehardi ex alio monasterio mutuum sumptum*[1], *ut exemplar Veterocellense describeretur, exscripserit.*

Cum G. H. Pertz b. m. hanc Continuationem, titulo Annalium S. Petri et Aquensium ei indito, SS. XVI, p. 17—23. *cum Annalibus Erphesfurtensibus, non apte quidem, coniunctam ediderit, eam hoc in volumine deesse nolui, praesertim cum in editione Pertziana cognosci nequeat, quibus ex annalibus ea composita sit. Unde eam hoc loco iterum edidi, codicibus Dresdensibus accurate collatis a V. Cl. et amico Huberto Ermisch.* *O. H.-E.*

XVI, p. 17. MCXXV. . . . .[a] Heinricus imperator obiit; cui successit *A. Aq. et S. P. br.*
Lotharius. Calixtus[b] papa obiit; cu Honorius successit. *A. Aq.*

p. 18. *Anno Domini MCXXVII. Lotharius Nurinberg[c] obsedit. *A. S. P. br.*

Anno Domini MCXXVIII. Lotharius obsedit Spiram. Godefridus dux Lovaniensis[d] deponitur; cui Walleramnus[e], decus terrae, superponitur. *A. Aq.*

Anno Domini MCXXXI. Innocentius papa synodum celebravit Leodii.

Anno Domini MCXXXII. Lotharius rex Romam cum exercitu proficiscitur.

Anno Domini MCXXXIII. Obscuratus est sol IIII. Non. Augusti in meridie, et tenebrae factae sunt; stellae quoque apparuerunt, et terra rore maduit. Eodem anno rex Lotharius cum Richeza regina imperiale nomen suscepit. Eclipsis solis facta est IIII. Non. Augusti. *A. S. P. br.*

Anno Domini MCXXXVI. Lotharius cum exercitu Italiam petiit. *A. Aq.*

Anno Domini MCXXXVII. Albertus senior archiepiscopus Mogontinus obiit. *A. S. P. br.* Lotharius in redeundo de Italia in confinio Alpium obiit, sepultusque est Luthere. *ib. et A. Aq.*

Anno Domini MCXXXVIII. Cŏnradus IIII. Idus Martii unctus est in regem Aquisgrani. Colonienses repugnant Arnoldo archiepiscopo. *A. Aq.*
p. 19. Adelbertus prepositus *Erphesfurdensis constitutus est archiepiscopus Mogontiae. *A. S. P. br.*

Anno Domini MCXXXVIIII. Innocentius papa cum infinita multitudine episcoporum et abbatum Romae in quadragesima[f] cele- *A. Aq.*

a) *post extrema verba Ekkehardi (SS. VI, p.* 265, *l.* 15*) haec leguntur, ideo numerus anni hic non repetitus est.* b) Calistus 2. 3. c) nurinberc 2. d) Lovaṅ 1. 2. e) uuallerамnus 2. f) XL 1. 2. 3.

1) *Quo in codice verba* fratruelis eius *sub a.* 1152, *in exemplari Veterocellensi omissa, extiterint.*

A. Aq. bravit synodum. Cůnradus[a] rex cum exercitu Saxoniam adiit, sed pace composita rediit.

Anno Domini MCXLI. Terrae motus factus est VIII. Kal. *A. S. P. br. 1139.* Mai. Heinricus dux, qui fuit gener regis Lotharii, obiit.

A. Aq. Anno Domini MCXLII. Saxones Cůrado[b] regi in Franchenphorth reconciliati sunt. Godefridus dux Lovaniensis[c] se- *A. S. P. br.* cundus obiit[1]. Monasterium sancti Petri in Erphesfurt combustum est VIII. Id. Mai et maxima pars eiusdem loci et monasterium sancti Severi.


Anno Domini MCXLIII. Innocentius papa obiit; cui successit cardinalis Wido, qui et Celestinus.

Anno Domini MCXLIIII. Obiit Celestinus, eique successit Gerardus cardinalis, mutato nomine Lucius. *A. Aq.* Hinnesberch[d] captum est et combustum. Rodulfus[e] comes Saxonicus *A. S. P. br.* occisus est. Magna inundatio aquae Erphesfurt[f] fuit VI. Kalend. Iunii.

Anno Domini MCXLV. Lucius papa obiit; cui successit Bernhadus[g] abbas de Sancta Anastasia et cardinalis, mutato nomine Eugenius.

A. S. P. br. *Anno Domini MCXLVI. Cůnradus rex ad Polonos cum exer- **p. 20* *A. Aq.* citu abiit. Fames maxima, et, quod inauditum ante fuit, modius Aquensis tritici venditur XXV solidis.

Anno Domini MCXLVII. Heinricus puer X annorum, filius Cůnradi[h], in media quadragesima III. Kal. Aprilis unctus est in regem Aquisgrani. Ipso anno idem Cůnradus rex et Lodewicus[i] lantgravius cum multitudine innumerabili profecti sunt Ierusalem[k]. VI. Kal. Novembris fuit eclipsis solis ab hora tercia usque ad sextam. *A. S. P. br.* Cůnradus[l] rex Ierosolimam[m] proficiscitur.

A. Aq. Anno Domini MCXLVIII. Eugenius papa hyemavit Treveris *A. S. P. br.* et in media quadragesima synodum celebravit Remis. Signum circa solem apparuit:  [n]

A. Aq. Anno Domini MCXLVIIII. Cůnradus rex rediit de peregri- *A. S. P. br.* natione. Lampertus comes de Thuringia obiit. Růdůlfus[o] episcopus Halberstadensis obiit; cui Ůdelricus[p] successit.

A. Aq. Anno Domini MCL. Sterilitas frumenti, vini, et hyemps asperrima et longa fuit.

ib. 1150. Anno Domini MCLI. Obiit Heinricus puer XIII annorum. *A. S. P. br.* Fames valida et mortalitas hominum.

a) Conr. 3. b) Cůnrado 2. 3. c) Louañ 1. d) Hinnesberc 2. e) Rudolfus 2. f) Erph' 1. 2. 3. g) Bernadus *corr.* Bernhadus 1; Bernardus 2; Bernhardus 3. h) Cunr. *h. l.* 2; Conr. 3. i) Ludewicus 2. 3. k) Iher. 3. l) Cunr. 3. m) iheros. 2. 3. n) *figura deest* 2. 3. o) Rüdolfus 2. p) Udelr. 3.

1) *Haec et ea nova quae sub a.* 1143. 1144. 1145. *leguntur in recentiore exemplari Ann. Aquensium omissa sunt, ut b. m. G. Waitz, SS. XXIV, p.* 37, *n.* * *adnotavit.*

Anno Domini MCLII. Cůnradus[a] rex obiit XV. Kal. Marcii *A. S. P. br.* anno regni sui XV; cui successit Fridericus, unctus Aquis- *A. Aq.* grani VII. Idus Marcii. Ernest comes obiit IIII. Kal. Ianu.[b] Her- *A. S. P. br.* *p. 21. mannus comes de Wincenburch *cum uxore sua interemptus est. In mense Ianuario magna inundatio aquae fuit in partibus Reni. Fridericus rex venit in Erphesfurt[c].

Anno Domini MCLIII. Signum in sole apparuit U VII. Kal. Februarii. Heinricus archiepiscopus Mogontinus[d] depositus est, et Arnoldus cancellarius electus.

Anno Domini MCLIIII. Anastasius papa obiit, pro quo Adrianus. Fridericus rex in Italiam pergit cum exercitu ac imperiali benedictione sublimatus superatisque adversariis victor rediit.

Anno Domini MCLVI. Fridericus rex duxit uxorem Beatricem *A. Aq.* de Burgundia.

Anno Domini MCLVII. Coloniensis archiepiscopus Fridericus destruxit Randenrode.

Anno Domini MCLVIII. Fridericus imperator in manu valida Italiam adiit, Mediolanenses sibi rebelles subiugavit.

*p. 22. Anno Domini MCLX. Arnoldus archiepiscopus Mogontinus a civibus suis occisus est.

Anno Domini MCLXII. Mediolanum captum est ab imperatore Friderico et destructum. Fames prevalida facta est eodem anno.

Anno Domini MCLXIII. Excidium Mogontiae[e] factum est ab imperatore Friderico. Heretici combusti sunt Coloniae, e quibus una mulier se dedit precipitem in ignem nullo cogente.

*p. 23. *Anno Domini MCLXIIII. Corpora trium magorum translata sunt Coloniam.

Anno Domini MCLXV. Natus est puer Heinricus, filius imperatoris Friderici.

Anno Domini MCLXVI. Facta est translatio sancti Karoli imperatoris feria IIII.[1] post natale[f] Domini. Eodem anno facta est expeditio super Romanos.

Anno Domini MCLXVII. Occisi sunt Romanorum X milia IIII. Kal. Iunii, et pridie Kalendas Augusti imperator Romam potestative ingressus est. Obiit Reinoldus[g] Coloniensis archiepiscopus et Alexander Leodicensis episcopus et Rodenburgensis dux bonae indolis, aliique plures in eadem expeditione mortui sunt.

Anno Domini MCLXVIIII. XVIII. Kalendas Septembris unctus est filius imperatoris Friderici in regem Heinricus nomine Aquisgrani.

a) Cunr. 3. b) Ianuarii 3. c) Erph' 1. 2; Erphordiam 3. d) mogont̄ 1. 2. e) mogont̄ 2. 3. f) nat̄ 1. 2; natiuitatem 3. g) reinnoldus 2.

1) *In Ann. Aquensium exemplari posteriore, SS. XXIV, p. 38, hoc mutatum videtur esse. Nam dies Dec. 29, quo Karoli M. ossa translata sunt, fuit a.* 1165. *feria quarta.*

ANNALES ERPHORDENSES FRATRUM PRAEDICATORUM.

Summe dolendum est, quod liber bibliothecae capituli Moguntini, qui hos Annales Erphordenses continebat, cum multis aliis codicibus a. 1792. *in obsidione urbis Moguntinae infausto casu incendio combustus sit. De quo libro Val. Ferd. de Gudenus, Codex diplom. I (Gottingae* 1743*), p.* 516 *sq.:* Annuntiare, *ait,* hoc loco convenit, quod, cum anno ab editis Rerum Moguntiacarum voluminibus postero, (1723) Rmi capituli metropolitani bibliothecam, manuscriptis omni ex genere copiose instructam, adeundi nobis daretur occasio, codicillus membranaceus optimae notae, idemque seculi XIII. scripturam referens, prensandi avidas in manus inciderit: Quem illico pervolventes, primo statim intuitu tam plane praeclara et notabilia sese obtulerunt, ad illustrandas archiepiscoporum Sifridi III, Christiani II. et Gerhardi I. res gestas facientia, ut dolendum sit, nullam latentis thesauri istius notitiam fuisse tunc, quando historica laudatorum praesulum vitae narratio instituebatur. . . . Orditur autem scriptor anonymus annis aliquot ante MCCXXXII. *G. Waitz b. m.*[1] *hos annales censuit fuisse* Chronicon miscellum, *quod V. F. de Gudenus, Codex dipl. II, p.* 597. *in codice bibliothecae capituli Moguntini sub nr. CXXIV. descripto extitisse scripsit*[2], *sed hunc librum magnum amplumque, qui multa continuerit, maiorisque formae*[3] *fuisse patet, codex vero horum annalium, quem V. F. de Gudenus codicillum dixerit, parvus tenuisque fuisse neque aliud quidquam praeter hos annales continuisse videtur. Si igitur Chronicon illud miscellum alium libellum fuisse putamus, mirum quidem vide-*

1) *SS. XXIV, p.* 819, *n.* 1. *Quem secutus sum 'N. Archiv' XX, p.* 620.
2) *Ex quo V. F. de Gudenus Historiam brevem principum Thuringiae ib. p.* 598 *sqq. edidit.* 3) membr. in 4. *dixit de Gudenus.*

tur, quod V. F. de Gudenus in catalogo suo codicum Moguntinorum[1] *librum Annalium Erphordensium non commemoraverit, neque tamen constat eum omnes libros manu scriptos bibliothecae Moguntinae descripsisse, et fieri potuit, ut hunc librum, ex quo iam in tomo primo Codicis diplom. excerpta multa ediderat, scite ac consulto omitteret.*

Iam antea a. 1723.[2] *Ioh. Fridr. Schannat, Vindemiae literariae I, p.* 91—106, *annales a.* 1223. (1220) — 1254. (1253). *edidit, quos inscripsit Anonymi Chronicon Erfordiense: in quibus omnia fere excerpta a V. F. de Gudenus data inveniuntur praeter unum locum a.* 1246, *cuius tamen initium in editione Schannati legitur. In quo codice hoc chronicon invenerit, vir iste suo more non dixit, cuius editio tot tantisque scatet mendis ac tot locis verbis quibusdam omissis, plerumque quidem punctis positis indicatis, nonnumquam non adnotatis, mutila hiat, ut maiore etiam neglegentia qua solebat — quae sane iam maxima erat — hunc libellum pretiosissimum tractasse videatur.*

Sane non facile adduceris, ut credas duos codices horum annalium praeterito saeculo extitisse, utrumque librum periisse. Si igitur in editione Schannati verba quaedam omissa multis locis inveneris, quos V. F. de Gudenus integros atque solidos edidit, ab homine quodam imperito legendi atque ignaro codicem bibliothecae capituli Moguntini in exemplar, quod ad Schannatum missum sit, transscriptum esse conicies. Inde evenire potuit, ut locus iam dictus anni 1246. *omitteretur*[3], *ut etiam sub a.* 1242. *initium tantum loci de Tartaris Ungariam invadentibus in editione Schannati legatur, reliquis omissis, ubi ut loco illo anni* 1246. *non indicatum est quaedam deesse. Atque ipsi Schannato aditus ad bibliothecam capituli Moguntini certe non patuit*[4], *qui in praefatione tomi I. Vindemiarum de necrologio ecclesiae Moguntinae*

1) *Cuius prior pars (nr. I—LIII) exstat in libro eius qui inscribitur Sylloge I. diplomatariorum monumentorumque veterum (Francofurti ad M.* 1728*) p.* 338 — 400, *altera pars (nr. LIV—CXXVII) in eius Codice diplom. II, p.* 564 — 633. *legitur.* 2) *Ideo V. F. de Gudenus (supra p.* 72*) diserte adnotavisse videtur se iam hoc anno codicem Moguntinum invenisse, qui quamvis aliis locis Schannati Vindemias attulerit, nusquam chronici Erfordiensis ab eo editi mentionem fecit, prudens procul dubio ac sciens foetum hunc portentosum silentio tegens.* 3) *Sed etiam ipse Schannat hunc locum omisisse potest, si forsitan ipsi displicuerit quod de Innocentio IV. papa ibi dictum est.* 4) *V. F. de Gudenus in praefatione Codicis dipl. I, nr. XV. dicit bibliothecam Moguntinam cunctis praeclusam nemini patuisse, donec ipse a.* 1723. *aditum ad eam impetraret.*

ab ipso ibi edito agens: quod, *ait,* cum aliis debeo eximiae humanitati admodum R. P. Hahn collegii soc. Iesu Moguntiae rectori, qui raro apud suos exemplo omnia mecum liberalissime communicavit. *Unde conicies ab hoc etiam viro Schannatum exemplar Annalium Erphordensium nactum esse. Sed alia sunt, quibus prohiberi videtur, quominus editionem Schannati ex illo codice Moguntino profectam esse credamus. Ignoramus enim, a quo anno Annales Erphordenses in hoc codice exordium ceperint, cum Gudenus tantum dixerit (supra p.* 72*) scriptorem* annis aliquot ante 1232. *narrandi initium fecisse. Schannati vero editio iam a.* 1223. *vel potius* 1220. *initium habet, et in eius prima parte a.* 1223—1232. *leguntur quaedam de archiepiscopis Moguntinis, quae quod Gudenus omiserit, mirum videtur. Sed monendum est eum etiam ex sequente parte ab a.* 1232. *minime omnia ad res Moguntinas spectantia exscripsisse. Porro Gudenus l. l. I, p.* 637. *primo loco anni* 1253. *editionis Schannatinae edito praemittit haec:* Succinit cod. ms., isthac periodo finiens[1], *sed in editione Schannati multa a.* 1253. 1254. *post hunc locum leguntur. Nec tamen iam hanc quaestionem absolutam, Schannati editionem non ex codice Moguntino profectam esse censebis. Nam ipse Gudenus p.* 619. *duos locos extremae partis editionis Schannatinae, qui ibi post illum primum locum a.* 1253. *leguntur, exhibet, ubi haec habet:* 'Hoc etiam anno Xpianus Maguntinus archiepiscopus Hospitaliorum ordini se tradidit. *Et nonnullis interiectis:* Hoc *(eodem)* anno Xpianus, Maguntinus quondam episcopus, Parisius defunctus est, ac in domo Hospitaliorum sepultus. *[Omnia haec eodem an.* 1251*]'. Sic Gudenus. Sed eum vehementer erravisse mihi persuasum est. Iidem enim duo loci in editione Schannati sub a.* 1253. *aliquot locis inter eos interiectis, ut Gudenus dicit, recte ac bene exstant. Constat mihi hunc virum rerum Moguntinarum solarum studiosum non integros Annales Erphordenses descripsisse, sed Moguntiaca tantum, ea quae edidit, excerpsisse, quem, cum locum anni* 1251, *quo de Christiano archiepiscopo deposito relatum est, transscripsisset, ea eidem subiunxisse credo, quae infra in his annalibus de eodem Christiano legebantur, anni numero neglegenter omisso. Ita evenit, ut in schedis suis extremum locum eum exscriberet, qui primus anni* 1253. *in editione Schannati legitur. Nam post hunc praeter illos duos locos dictos,*

1) *Unde G. H. Pertz, SS. XVI, p.* 39, *n.* e *hoc loco codicem Moguntinum desiisse adnotavit.*

quibus de Christiano relatum est, nihil de rebus Moguntinis in editione Schannati narratum invenitur. Cum igitur multis annis, postquam haec exscripsit, Gudenus ea ederet, falso opinatus est eum locum extremum fuisse in codice Annalium Erphordensium, quem ipse extremum descripserat. His igitur minime probatur editionem Schannati ex alio codice, non ex Moguntino profectam esse. At uno loco a. 1237. *ea quae Gudenus et Schannat ediderunt ita inter se differunt*[1], *ut sane difficile adduci possis, ut credas haec ex eodem codice descripta esse, etiamsi imperitiae scribae et incuriae editoris incredibilia tribuis. Longius hanc quaestionem spinosam tractavi, ut lector intellegat non facile esse discretu, quid verum sit. Attamen, si me interrogat, quid censeam, ego Schannatum exemplar codicis Moguntini pessimum ac mutilum ipsi transmissum edidisse opinor.*

1) *signavi Schannati editionem totius libelli, mendosam quidem et mutilam.*

2) *signavi excerpta Moguntiaca a V. F. de Gudenus l. l. I, p.* 516—637. *passim edita, multo emendatiora quidem, minime mendis vacua. Nonnunquam etiam* 2 *corruptam lectionem praebet, ubi* 1 *veram rectamque habet. Omnem variam lectionem utriusque editionis adnotavi praeter orthographica quaedam levissima, ut* ti *a Schannato positum, ubi Gudenus* ci *habet, vel* ae *et* oe *a Schannato pro simplici* e *scriptum, vel voces ab editoribus inde a saeculo XVI. corruptas, ut* eleemosyna *pro* elemosina, millia *pro* milia; *in talibus editionem* 2 *secutus etiam iis locis, quos Schannat solus praebet.*

Sed accedit Cronica S. Petri moderna, quam P signavi, ad menda Schannati tollenda lacunasque explendas, in qua inter a. 1223. *et* 1244. *multa, inter a.* 1245—1253. *pauca inveniuntur ad verbum cum his annalibus convenientia, unde antea hos annales ab auctore Cronicae S. Petri (secundae partis scilicet a.* 1209—1276*) exscriptos esse viri docti censebant*[2]. *Sed iure Karolus Wenck hoc in dubium vocasse videtur*[3].

1) *Ubi duabus columnis positis quae uterque habet edidi.* 2) *Ut I. F. Boehmer, G. H. Pertz, E. Br. Stübel, 'Das Chron. Sampetr. Erfurt.' (Diss. Lips.* 1867*) p.* 23, *qui non perspexit, quod Pertz iam adnotaverat, etiam inter a.* 1247. *et* 1253. *quosdam locos Cronicae S. Petri cum Annalibus Erphordensibus convenire; etiam Th. Ilgen et R. Vogel, 'Gesch. des thür.-hess. Erbfolgekrieges' (separatim ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X) p.* 5 *sq. idem censuerunt. Sed hi neglegentius has res tractaverunt, qui nesciverint (p.* 25*) nullum superesse codicem manuscriptum Annalium Erphordensium.* 3) *'N. Archiv' X, p.* 131—137.

Annales Erphordenses, quos habemus, in conventu Praedicatorum Erfordensi conscriptos esse patet[1]. *Multi enim occurrunt loci, quibus de ordine Praedicatorum*[2], *de eorum rebus in Thuringia et Erfordiae gestis relatum est*[3]. *Hos fere omnes in Cronica S. Petri moderna omissos esse bene K. Wenck monuit, econtra multa in Annalibus et in Cronica de ecclesia S. Mariae Erfordensi narrata esse, nonnullos locos, quibus de rebus huius ecclesiae relatum est, solum in Annalibus, alios solum in Cronica inveniri, unde ab utriusque operis scriptoribus Annales a canonico quodam S. Mariae compositos exscriptos, Annales Erphordenses a fratre quodam ordinis Praedicatorum auctos esse conclusit. Ex eisdem Annalibus S. Mariae etiam additamenta quaedam codicis B* 2 *Cronicae Minoris inde ab a.* 1219, *quae cum locis Cronicae S. Petri convenire monueram, profecta esse censuit. Sed haec opinio quodammodo mutanda videtur esse. Horum enim additamentorum paucissima cum Annalibus Erphordensibus neque haec ita conveniunt, ut ex eodem fonte ea hausta esse censeri oporteat*[4]. *Reliqua in Annalibus Erphordensibus aut non inveniuntur*[5] *aut aliter relata*

1) *Quod I. F. Boehmer, Fontes II, p.* XXXIX. *perspexit.* 2) *A.* 1237. *Iordanum, a.* 1240. *Reimundum magistros ordinis Praedicatorum defunctos esse, huic Iohannem successisse, a.* 1244. *hoc praesidente capitulum provinciale Praedicatorum in urbe Hildesheimensi celebratum esse, a.* 1248. *eundem comitem fuisse Ludowici IX. regis Franciae in expeditione sacra, hunc regem capitula fratrum Praedicatorum et Minorum adiisse, antequam proficisceretur; a.* 1250. *Ericum regem fratri ordinis Praedicatorum confessum esse, antequam necaretur, hunc regem in ecclesia Praedicatorum sepultum esse; a.* 1252. *Iohannem magistrum Praedicatorum obiisse relatum est. Notes etiam, quod dictum est, a.* 1245. *sententiam imperatoris depositi fratribus Praedicatoribus et Minoribus denunciandam commissam esse, a.* 1251. *Hugonem cardinalem, legatum papae, fuisse fratrem ordinis Praedicatorum.* 3) *A.* 1231. *et* 1248. *capitulum provinciale Praedicatorum Erfordiae celebratum esse, a.* 1232. *Gerhardum fratrem ordinis Praedicatorum Erfordiae obiisse, a.* 1239. *Siboldum canonicum S. Mariae Erfordensis se ordini Praedicatorum tradidisse, a.* 1238. *ecclesiam Praedicatorum dedicatam esse, a.* 1248. *festum dedicationis huius ecclesiae transpositum, eodem die altare quoddam in hac ecclesia dedicatum esse; a.* 1253. *virgines ad fratres Praedicatores velatas esse. Eodem anno miraculi cuiusdam facti testis praeter alios duos lector fratrum Praedicatorum Fribergensis affertur.* 4) *Eadem relata sunt in Ann. Erphord. et additamentis cod. B* 2, *SS. XXIV, p.* 198 *sq.: ad a.* 1230. *obitus Sifridi archiepiscopi occisi, ad a.* 1235. *Heinricus rex captus, ad a.* 1238. *nex Alberti praepositi Magdeburgensis, sed ne his quidem locis verba utriusque libri consentiunt, licet eodem die Albertum occisum esse in utroque relatum sit.* 5) *Moneo minime inveniri in Ann. Erphord. quae in Cron. S. Petri et in additamentis cod. B* 2 *leguntur a.* 1222. *de Heinrico Minnikino cremato, a.* 1224.

sunt. Immo patet quae de Stetingis occisis in codice B 2 a. 1234[1], in Ann. Erphordensibus a. 1233. leguntur nequaquam ex eodem fonte profecta esse. Nec quidquam in additamentis codicis B 2 invenitur, quod ad ecclesiam S. Mariae spectet. Unde facile conicere potes annales a. 1219—1225. vel 1231, quos in codice B 2 exscriptos esse vidimus, cum exemplari maiorum annalium Erphordensium, quod chronista S. Petri exscripserit, coniunctos fuisse, sed hos defuisse in exemplari fratrum Praedicatorum, in exemplari annalium a. 1219—1225. in codice B 2 exscripto post a. 1225 (vel 1231) ab alio alia addita fuisse, quae a Cron. S. Petri aliena sunt. Sed difficulter certi quidquam hac de re statuere poteris[2].

Reliqua quae K. Wenck exposuit sane probabilia valde sunt, attamen mihi scrupulus restat, num haec vera certaque habenda sint. Bene procul dubio ille censuit l. l. p. 132. non magni momenti esse eos locos de fratribus Praedicatoribus[3], qui et in Cronica S. Petri et in Ann. Erphordensibus leguntur, ad demonstrandum utriusque libri fontem in conventu fratrum Praedicatorum ortum esse, sed nescio an fieri potuerit, ut auctor secundae partis Cronicae S. Petri prudens ac sciens ea omnia fere omiserit quae de ordine Praedicatorum

(1226) de annona in agris excussa, a. 1231. de Ludowico duce Bawariae occiso, de eclipsi solis a. 1241. (1242). Quae in B 2 de archiepiscopo Moguntino imperatori se opponente a. 1245. habentur neque in Cron. S. Petri neque in Ann. Erphord. leguntur. A. 1228. Praedicatores Erfordiam venisse, quod in Ann. Erphord. relatum est, in aliis codicibus Cronicae Minoris, non in cod. B 2, a Praedicatore quodam Erfordensi, ut videtur, additum est. 1) Eundem locum ex eisdem Annalibus, ex quibus in B 2 additus est, iam ipse auctor Cronicae Minoris p. 199. (sine anno) exscripsit. Et in ipsa Cronica Minore haec cum Ann. Erphord. conveniunt: A. 1223. fratres Minores Erfordiam venisse dicuntur, ad quod conferas quae infra p. 81, n. 1. adnotavi; a. 1237. Iordanus magister Praedicatorum submersus esse dicitur, ubi et verba utriusque auctoris conveniunt. Hoc vero auctor Cronicae Minoris, in recensione libri sui secunda additum, certe non ex Annalibus S. Mariae sumpsit, quod a fratre ordinis Praedicatorum in Ann. Erphord. additum esse Wenck ipse censebit. Locum etiam a. 1219. cum Cron. S. Petri a. 1220. convenientem de canonicis in monasterio Northusano institutis, qui et in cod. B 2 et in aliis quinque codicibus Cronicae Minoris legatur, ipsum auctorem eius in exemplari quodam addidisse facile crediderim. 2) De Sifrido de Balnhusin, quem K. Wenck etiam Annales illos S. Mariae exscripsisse censuit, alio loco disseram. 3) Neque vero recte Wenck dubitavit locum de adventu Praedicatorum a. 1228. in Ann. Erphord. extitisse, qui in editione Schannati legatur. Sed hic sane minimi est momenti, cum in eisdem etiam de adventu fratrum Minorum a. 1223. relatum sit.

in Annalibus Erphordensibus traduntur. Non amicos fuisse monachos Montis S. Petri et fratres mendicantes facile credendum est, nec mirum, quod monachus S. Petri magis curaverit res antiquae et vicinae sibi atque celebris ecclesiae S. Mariae quam fratrum Praedicatorum. Dubitari nequit, quin hic permulta omiserit alia, quae in Annalibus S. Mariae — si sententiae Karoli Wenck adstipulamur — extitisse constat, velut in brevissimum contraxit pretiosissima illa quae de Conrado de Marburg aliisque persecutoribus haereticorum in Annalibus Erphordensibus relata sunt. Iure quidem atque optime W. Wattenbach monuit[1] *haec et quae de Stetingis in his Annalibus leguntur potius a viro quodam liberi ac candidi ingenii quam a fratre quodam zeloso ordinis Praedicatorum conscripta videri. At etiam in his partibus fratres Praedicatores, Torsonem, Ottonem dico, magnas partes agentes deprehendis. Atque etiam fieri potuit, ut quidam frater ordinis Praedicatorum ingenio atque indole dissimilis esset fratrum suorum. Ponamus Siboldum canonicum S. Mariae, qui* mundo vere mortuus *a.* 1239. *ordini Praedicatorum se tradidit, qui forsitan iam antea amicus Praedicatorum fuerit, Annales Erphordenses conscripsisse*[2]*: iam pateret, unde evenerit, ut multa de ecclesia S. Mariae, multa de ordine Praedicatorum in his annalibus legantur.*

Maxime me movet, quod Cronica S. Petri et Annales etiam usque ad a. 1253, *quo hi finem habent*[3], *quaedam communia habeant, unde elucere videtur chronistam Annales S. Mariae auctos et continuatos a fratre quodam Praedicatore habuisse, eosdem igitur annales, quos nos habemus. Ut auctor secundae partis illius ab a.* 1245. *pauca ex Annalibus Erphordensibus exscripserit, eo motus esse potest, quod ab hoc anno multa ex Cronica Minore exceperit, et quod iam plura ipse auctor aequalis tradenda haberet vel in monasterio suo scripta invenisset. Accedit, quod et in Annalibus et in Cronica sub a.* 1238. *legatur:* Hoc anno adhuc electis illis duobus prepositis Magdeburgensibus . . . inter se confligentibus, *nec tamen in utroque libello quid-*

1) *'DGQ.' ed.* 4. *II, p.* 282. *Qui in ed. quinta et sexta Karoli Wenck sententiae adsensus est.* 2) *Quod I. F. Boehmer, Fontes II, p.* XL. *cautissime coniecit, Ludowicum scriptorem, canonicum S. Severi, qui a.* 1234. *obiisse infra dicitur, quaedam prioris partis Ann. Erphordensium scripsisse, omnino negandum est. Eodem sermone eademque indole pleraque conscripta sunt quae ante a.* 1234. *et post hunc annum leguntur.* 3) *Nam a.* 1254. *extremo loco in editione Schannati praemissus falsus est. A.* 1253. *facta sunt quae ibi narrantur.*

quam de his praepositis praemissum sit. Sane proximum fuisse Annalibus Erphordensibus exemplar annalium in Cronica exscriptum inde colliges.

Non ut sententiam Karoli Wenck et Wilhelmi Wattenbach refellam, haec omnia exposui, sed ut ostendam restare quaedam, quibus de ea dubitatio moveri possit. Nullus superesset scrupulus, sed pedibus in eorum sententiam accedendum esset, si constaret Schannatum textum Annalium Erphordensium integrum exhibuisse, sed econtra constat eum etiam lacuna non indicata nonnullos locos omisisse. Unde I. F. Boehmer iam nonnulla, G. H. Pertz plura ex Cronica S. Petri editionibus suis Annalium Erphordensium inseruerunt. Sed hoc iis tantum locis licere arbitror, quibus Schannat indicavit in codice quaedam legi nequivisse. Sane, si in Annalibus et Cronica a. 1252. *legeris:* Moguntinus a clero suo vicesimam exegit, *in Cronica sola a.* 1244: Maguntinus . . . quintam redituum partem a clero exegit[1], *haec ex eodem fonte profecta esse censebis, a Schannato haec omissa esse conicere potes, probare non poteris. Porro verisimillimum est post verba editionis Schannatinae a.* 1242: Eodem anno Tartari in Ungaria *in codice eius scripta fuisse quae in Cronica S. Petri sequuntur[2], quamvis Schannat non indicaverit se quidquam omisisse, neque tamen hoc constat. Sed si hoc verum esse credideris, iterum habebis locum, ex quo colligas etiam annales ab auctore Cronicae S. Petri exscriptos a fratre ordinis Praedicatorum compositos esse[3]. Itemque alia Cronicae S. Petri, quae K. Wenck ex eodem fonte profecta esse recte censuit[4], in editione Schannati tantum omissa esse conicere posses, quamvis profiteri me oporteat difficile me adduci posse, ut hoc credam. Ac sane, cum Ann. Erphord. de Erico rege Daniae a.* 1250. *occiso copiose referant, mirum esset, quod auctor secundae partis Cronicae S. Petri eundem Ericum a.* 1256. *necatum esse falso scripsisset, si Annales Erphord. ipsos legisset.*

Utut de hac re iudicaveris, apud omnes constat maximi esse pretii Annales Erphordenses, iniqua fortuna male nobis servatos, quorum loci extremae partis statim post gestas res scripti videntur. Nam cum sub a. 1250. *auctor locum scriberet, quo legitur* a Friderico quondam imperatore, nunc autem

1) *Quae G. H. Pertz, SS. XVI, p.* 34, *l.* 29 *sq., editioni suae temere inseruit.* 2) *Quae et Boehmer et Pertz in textum Annalium receperunt.* 3) *Cum coenobium Praedicatorum Hermanni-villae incensum esse ibi tradatur.* 4) *Ut sub a.* 1228: Hoc anno vigilia — — celebravit.

deposito[1], *imperatorem obiisse nondum audiverat, qui eodem anno die Dec.* 13. *obiit, ut ibidem post alia adnotatum est.*

Etiam a recentibus editoribus hic libellus pretiosissimus inclementius tractatus est. Nam I. F. Boehmer, qui eum editione Schannati et fragmentis Gudenianis et Cronicae S. Petri editione Menckeniana usus Fontes II, p. 338—415. *edidit, nullam fere variam lectionem adnotavit, sine qua lector hoc libro commode ac caute uti non potest, multa quidem bene restituit, nonnulla e coniectura recte correxit, sed multa emendanda reliquit. Quorum nonnulla quidem G. H. Pertz, cum iterum hos Annales SS. XVI, p.* 26—40. *iisdem subsidiis usus neglegentius*[2] *ederet, bene correxit, sed alia nonnulla vitia addidit, ex varia lectione quaedam selecta tantum et ea saepe falso adnotavit, unde evenit, ut etiam vera lectio nonnusquam in eius adnotationibus non inveniatur, menda etiam gravissima nonnulla editionis Schannatinae intacta reliquit. Quae quidem ut tollerem, studui, sed doleo, quod nullum nancisci potuerim subsidium, quo adiutus hos annales pretiosos integros restituerem, quo dubia omnia atque incerta, quae supra exposui, tolli potuissent.*

Verba ab editoribus ex Cronica S. Petri addita iis locis, quibus Schannat lacunas non indicavit, delevi, ut iam dixi, sed in apparatu critico sive in notis numeris signatis adnotavi. *O. H.-E.*

cf. Cr. S. Petri. 1223. Anno Domini MCCXXIII. Sifridus Moguntinus
(Oct.) archiepiscopus habuit concilium Erphordie in ecclesia *SS. XVI p. 27*
Apr. 22. beate Marie[3]. Hoc anno in vigilia pasche celebrati sunt ordines in hospitali[4] a Willehelmo episcopo[5].

Hoc anno Heinricus filius imperatoris in Frankene-
1220. *Maii* 1. vurt Kalendis Maii a principibus in regem electus est[6].

1) *Unde, ut Ilgen et Vogel l. l. p.* 26. *monuerunt, locum a.* 1244, *quo de morte imperatoris dicitur, post additum esse apparet.* 2) *Qui etiam appendicem Pistorianam ad Lamberti Annales et Engelhusii Chronicon Erfordense editum et additamenta codicis Dresdensis ad Annales Pegavienses in auxilium vocavit, cum falso opinaretur haec ex his Annalibus, illa ex his Annalibus et Cronica S. Petri excerpta esse. Appendix Pistoriana et additamenta cod. Dresdensis potius ex Cronica S. Petri, Engelhusii Chronicon ex chronico codicis E excerpta sunt. Qua de re vide SS. XXX, p.* 346 *sq.* 351 *sq. et infra in praef. Cronicae S. Petri et Cronicarum Erford. ex codd. Engelhusii.* 3) *Vide quae in Cron. S. Petri p.* 390. *sequuntur.* 4) *S. Martini.* 5) *Havelbergensi. Cf. Cron. S. Petri a.* 1228. *et infra a.* 1235. 1242. 6) *Falso ad hunc annum hoc relatum est, nec dies electionis recte indicatus. Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 523.

1224? *Nov.* 11. *cf. Cr. S. Petri.* Hoc anno in festo[a] Martini Minores fratres Erphordiam[b] venerunt[1].

1226. *Aug.* 27. Anno Domini MCCXXVI. Inundatio maxima fuit in Thuringia VI. Kal. Septembris.

1225. *(Nov. 29).* Hoc etiam anno Norinberc in nuptiis Heinrici regis rupta crepa XXX milites et XX servi cadentes interierunt[2].

1227. *cf. ib.* Anno Domini MCCXXVII. Generale passagium ad Terram Sanctam factum est; qua[c] expeditione etiam imperator Fridericus[d] transfretavit[3]; sed Ludewicus lantgravius[e] in eadem expeditione III.[f] Idus Septembris *Sept.* 11. decessit in Apulia in civitate Ortrant[g].

Iul. 30. *cf. ib.* Hoc etiam anno III. Kal. Augusti maxima tempestas iuxta cenobium Sychem[h] fuit, que magnam cladem proxime ville que Ysleiben dicitur intulit et[i] per torrentem domos ipsorum abducendo ac plurimos homines submergendo.

Dec. 18. *cf. ib.* Anno Domini MCCXXVII. XV. Kal. Ianuarii Erphordie tripartitos celebraverunt ordines hi episcopi: Moguntinus ad Sanctum Petrum, Halverstatensis[4] ad Sanctam Mariam, Livoniensis[5] ad capellam sancte Marie Magdalene in claustro sancti Petri; qui sequenti dominica *Dec.* 19. pariter Pragensem electum[k. 6] in episcopum consecraverunt.

1228. *cf. ib.* Anno Domini MCCXXVIII. Predicatores venerunt Erphordiam ac cenobium ibidem edificare ceperunt[7].

1230. *Sept.* 9 *cf. ib.* Anno MCCXXX. V. Idus Septemb. Erphordie obiit Sifridus[l] Moguntine sedis archiepiscopus ac honorifice sepultus est in ecclesia beate virginis ab Engelhardo Nuwenburgense episcopo; cui successit Sifridus[l] patruelis ipsius; qui eodem anno cuidam fratri Danieli[m. 8] ordinis Predi-

a) sancti *add. P.* b) primo *add. P.* c) in qua *P.* d) Fidericus 1. e) landgr. 1. f) *sic P;* VI. 1. g) *sic P;* Otrant 1; dicta *add. P.* h) *sic P;* Sychen 1. i) *delendum videtur; deest P.* k) *vide quae in P add.* l) Siffridus 1 *saepe.* m) *sic P;* Divi 1.

1) *A.* 1223. *hoc factum esse etiam in Cron. Minore et Cron. S. Petri (infra) traditur. Sed Iordanus de Giano c.* 39. *ipse dicit se cum septem fratribus a.* 1224. *die Nov.* 11. *Erfordiam advenisse, ed. I. Voigt in 'Abhandl. d. kgl. Sächs. Ges. d. Wiss., phil.-hist. Cl.' VI (*1870*), p.* 534. 2) *Falso a.* 1226. *hoc adscriptum est.* 3) *Minime. Portu evectus statim reversus est, sed sequenti anno transfretavit.* 4) *Fridericus II.* 5) *Albertus I.* 6) *Iohannem II.* 7) *Ad a.* 1229. *hoc habent Cron. S. Petri p.* 391 *(ubi vide quae adnotata sunt) et Libri cron. Erford. app. (infra), sed ad a.* 1228. *Cron. Minoris additamentum. Cf. Leg. de ss. patribus conv. Ysenac. c.* 3, *'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' IV, p.* 368 *sq.* 8) *Vide*

1230. catorum auctoritatem clerum suum visitandi in preposi-
cf. Cr. S. Petri. turis Sancte Marie Erphordensis[a] et Giecheburg commisit. Qui negocium strenue peragens et, ut plerisque videbatur, districtius exequens, quosdam clericos suspensos disciplina corporali misericorditer[b] punivit, quosdam vero officiis et beneficiis privavit, aliquos etiam episcopatum exire compellebat.

Mart. 31. Hoc anno circa festum palmarum Giselbertus cantor Sancte Marie Erphordensis[a] transtulit se ad Vallem beati Georgii.

1231. *Maii* 31. Anno Domini MCCXXXI. II. Kal. Iunii in Thu-
cf. ib. ringia in tribus castris, scilicet Glichen, Wassenberc et Mulberc[c], turres et propugnacula uno fulmine pariter
cf. ib. succensa succendebantur[b]. Hoc etiam anno V. Kal.
Aug. 28. Septemb. comes Albertus de Wie predam innumerabilem in iumentis et gregibus abstulit Erfordensibus[d].

Hoc anno capitulum provinciale Predicatorum fuit Erfordie.

1232. *cf. ib.* Anno Domini MCCXXXII. In Alemannia perfida heresis, que ibidem diu occulte pullulaverat, est manifestata. Quapropter circa Renum[e] nonnulli[f] et alibi innumerabiles heretici per magistrum Cunradum de Marburc auctoritate apostolica examinati ac per sententiam secularem damnati combusti sunt igne. Fueruntque etiam[g] presente eodem Cunrado Erphordie III. Non.
Maii 5. Maii quatuor combusti.

cf. ib. Hoc[h] anno discordantibus archiepiscopo Maguntino[i] et Cunrado fratre lantgravii[k] pro monte Heilegenberc[l] in Hassia sito et bella moventibus, idem Cunradus
Sept. 15. XVII. Kal. Octobris civitatem Vritslarensem[m] contra multorum opinionem incendio cepit, captivos[n] secum abducens episcopum Wormatiensem[1] ac Gumbertum eiusdem loci prepositum, Heinricum Heilegenstadensem[o] prepositum et quosdam canonicos cum aliis fere CC[p] mili-

a) Erphord. 1. b) *sic* 1. *P.* c) Muhlberc 1. d) Erfordiensibus 1. e) Rhenum 1. f) nec non *P.* g) Fuerunt autem *P.* h) *incipit* 2 *p.* 517, *ubi haec — p.* 83, *l.* 11. *edita.* i) Mogunt. 1. k) landgr. 1. l) *sic P;* Helegenberc 1; Heiligenberc 2. m) *sic P;* Vritslar 2; Fritislariensem 1. n) *sic* 2. *P;* secum capt. 1. o) Heiligenstadiensem 1. p) ducentis 2.

quae de eo in Cron. S. Petri mod. postea et in chron. codicis E addita sunt. Idem, ut videtur, cum Elgero de Honstein et aliis fratribus Praedicatoribus ab urbe Parisiensi in Thuringiam et Erfordiam missus esse dicitur in Legenda de ss. patribus conv. Ysenac. ord. Praedic. c. 3. 6, *'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' IV, p.* 368. 370. 1) *Heinricum II.*

tibus. Fridericus itaque de Drivorte[a] ac sui complices 1232.
28. ruptis violenter armarii *ostiis magnam inde pecuniam cf. Cr. S. P.
a civibus ibidem depositam manu sacrilega auferentes,
libros, calices ac ecclesie ornatum cum sanctorum reli-
quiis distraxerunt. Fertur etiam a quibusdam, quod
dictu est horrendum, ipsum sacrosanctum corpus domi-
nicum a maleficis ibidem in terram ignominiose deiec-
tum. Quot autem ibidem[b] occisi vel quot igne con-
sumpti, novit Deus, arbiter evi[c], qui eidem loco per
suam modicam presentis ire stillam[d] eternam tonitrui[e]
sui comminatus est corruscationem.

Hoc etiam anno fratres Minores infra muros Erphor- 1231. cf. ib.
denses[f] cenobium edificare ceperunt[1], dum extra muros
ibidem per[g] IX annos resedissent[2].

Hoc anno XII. Kal. Iunii[3] super[h] Stetingos Insu- 1234. Maii 21.
lanos plaga iudicii consummata est; de quibus dicitur,
quod in ipsorum terra comes Otto de Aldenberc castrum
habuerit, cuius[i] habitatores incolas terre taliter sepius
offenderunt. Siquidem in eadem terra pauce sunt eccle-
sie et ex hoc diffuse atque distente parrochie, quapropter
matrone cum filiabus suis ad ecclesiam in festivis diebus
curribus advecte veniebant; quod famuli de castro viden-
tes, petita a domino suo licentia et obtenta violenter
sibi in uxores rapiebant. Hac de causa incole castrenses
comitis expugnantes de terra eiecerunt. Quapropter epi-
scopus Bremensis[4] fratrem suum comitem de Lippia[5]
ad impugnandum ipsos transmisit, qui incerto Dei[k] iudi- 1229. (Dec. 25).
cio ibidem occubuit. Unde, cum episcopus illos denun-
ciasset, illique denunciatores de terra sua expulissent,
heresis crimen impositum est eisdem; sicque dictus epi-
scopus accepta a domino papa licentia[6] super illos mul- 1234.

a) Drivordia 1. b) *sic* 2. *P;* ibi 1. c) *huic voci spatium vacuum rel.* 1. d) *sic* 1. *P;* scintillam 2. e) *sic P;* tonitru sui 2; aeternum tonitru in sui 1. f) Erphordienses 1. g) *sic P;* post 1. h) *emendavi;* supra 1. i) *emend. Pertz;* cum sui 1. k) *huic voci spatium vacuum rel.* 1; *suppl. Pertz; cf. infra p.* 98, *l.* 11. 108, *l.* 36.

1) *Iam a.* 1231. *teste Iordano de Giano c.* 46, *l. l. p.* 537. 2) *A.* 1224—1225. *in curia leprosorum ante portam dictam Kramphentor (*bie Kramphentore *Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 292. *et infra;* ante valvam Spasmi *Erph. ant. Varil., Mencke, SS. II, c.* 484*), a.* 1225—1231 *in ecclesia S. Spiritus ante Kramphentor; Iordanus de Giano c.* 39. 43, *l. l. p.* 534 *sq. Cf. Libri cron. Erford. app.* 3) *Proelium, quo Stetingi devicti sunt, a.* 1234. *Maii* 27. *commissum est.* 4) *Gerhardus II.* 5) *Hermannum. Quod a.* 1229. *Dec.* 25. *factum est; Ann. Stad., SS. XVI, p.* 361; *'Sächs. Weltchr.' c.* 376, *'D. Chr.' II, p.* 248. *Cf. Schumacher, 'Die Stedinger' p.* 74. 173, *n.* 64. 6) *Papa a.* 1233. *Iun.* 17. *crucem contra Stetingos praedicari iussit; Potthast nr.* 9236.

1234. *(Maii 27).* tum populum cruce signavit. Tandem dux Brabantinus[1] et comes Hollandie[2] cum magno exercitu terram illam intrantes omnes cum uxoribus et liberis peremerunt.

1232. *Febr.* 13. Hoc anno Idus Februarii validissimus[a] ventus, et *cf. Cr. S. P.* iuxta Ilmena[b] audita sunt tonitrua et[c] fulgura visa.

Febr. 27. *cf. ib.* Hoc anno IIII. Kal. Marcii Erphordie[d] in ecclesia sancti Petri Moguntinus ordines celebravit[3].

Apr. 13. Hoc etiam anno Idus Aprilis Erphordie[d] obiit frater Gerhardus de ordine Predicatorum.

1233. *Iul.* 25. Anno Domini MCCXXXIII. VIII. Kal. Augusti *cf. Cr. S. P.* rex et Moguntinus et magister Cunradus de Marburc Moguntie conventum episcoporum et comitum atque clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis ab[e] heresi. Inter quos comes de Seine[4] accusatus inducias expurgationis ulteriores obtinuit. Super reliquos vero, qui non comparuerant nec se legitime excusaverant, predictus Cunradus de Marburc ibidem populum cruce signavit. *Act.* 8, 23. Quapropter ipsi[f] felle amaritudinis commoti, iam dicto Cunrado in reditu insidias ponentes iuxta Marburc, ipsum una cum Gerhardo Minoris ordinis fratre, probate vite *Iul.* 30. viro, III. Kal. Augusti crudeliter occiderunt. Cui post hec[g] Hildensheimensis[h] episcopus[5] fideliter [cooperatus[i]] super perfidos hereticos eodem anno in Thuringia atque Saxonia populum cruce signavit. Post hec autem II. Kal. *Nov.* 30. Decemb. hi quos magister Cunradus bone memorie pro hereticis totonderat, fere quinquaginta viri, omnes pari animo sine qualibet contradictione subiecerunt se ac omnia sua tam spirituali quam seculari potestati. Sex enim ex ipsis, qui occisioni supradicti Cunradi interfuerunt, quantum ad causam hereseos ecclesiastico, quantum vero ad causam interfectionis seculari se iudicio similiter spontanee tradiderunt, presentandos etiam ipsos[k] publico examini in curia sollemni[l] Frankenevurt[m] in purificatione celebranda proponentes firmiter

a) fuit *add. P.* b) *ex P suppl.; huic voci spatium vacuum rel.* 1. c) ac *P, fort. recte.* d) Erphord. 1. e) *sic* 1. *P.* f) illi *P.* g) *emend. Pertz;* hunc 1. h) Hildesh. *h. l.* 1. i) *supplevi; huic voci spatium vacuum rel.* 1; insistens *Pertz.* k) *fort. emend.* se ipsos. l) solenni 1, *et ita semper* (solennis, solennitas, sollenniter). m) Franckenevurt 1.

1) *Heinricus II, filius Heinrici I. ducis tunc regentis.* 2) *Florentius IV.* 3) *Hanc et praecedentem notam Cron. S. Petri falso ad a.* 1233. *habet, nam a.* 1233. *Febr.* 26. *Sigefridus archiepiscopus in oppido Oppenheim fuit.* 4) *Heinricus.* 5) *Conradus II.*

1233. omnes eos[a], qui pro hereticis tonsi, postmodum confessi sunt iniuriam sibi factam.

cf. Cr. S. P. Hoc etiam anno Sifridus Moguntinus habito consilio cum canonicis Moguntinis pro sui predecessoris debitis, quibus episcopatus iam dudum Rome fuerat obligatus, in tota sua diocesi redituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio se nunquam a clero suo diebus suis quicquam *(Iun. 18)*. amplius petiturum. Canonici etiam matricis ecclesie Moguntine fide iuratoria confirmaverunt se de cetero nullum pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum [1]. Hoc anno III. Idus Marcii Sifridus *Mart. 13.* Moguntine sedis archiepiscopus Moguntie concilium celebravit, pontificatus sui anno III.

Hoc anno maxima fuit inundatio, que magnum intulit damnum Erphordensibus[b].

1234. *Febr. 2.* Anno Domini MCCXXXIIII. Rex Heinricus curiam sollemnem Frankenevurt in purificatione celebravit, multis ibidem principibus et episcopis congregatis ac multorum ordinum fratribus, scilicet Cisterciensibus, Predicatoribus .29. atque Minoribus et ceteris religiosis personis. *Itaque multis consiliis super fidei negocio prehabitis, tandem de litteris domini pape nuper ad curiam delatis disceptatio non modica fuit. Siquidem plerisque per Teutoniam prelatis ac clericis seu etiam laicis magistri Cunradi visitandi hereticos seu examinandi forma displicuerat, videlicet ut aliquis infamatus ab[c] heresi publico examini presentaretur et confessus errorem ac reverti volens tonderetur, suam vero innocentiam fide iuratoria defendens, postea convictus pro heretico[d] cremaretur [2]. 1233. Quapropter post concilium anno preterito Moguntie celebratum rex et Moguntinus ac Trevirensis [3] archiepiscopi Cunradum scolasticum[c] Spirensem ad curiam Romanam destinantes domini pape consilium super huiusmodi forma sciscitati sunt. Super quibus papa valde turbatus et a cardinalibus, quibus negocium per iam dictum Conradum scolasticum[e] innotuerat, inductus, magistri Cun-

a) *fort.* et omnes ii *legendum. Certe corruptam aliquo modo esse hanc sententiam patet, cum* ipsos, *quod praecedit, et* eos *hoc loco non stare possit.* b) Erphordiensibus 1. c) *cf. supra p.* 84, *l.* 13. d) *emend. Pertz;* per hereticum 1. e) scholast. 1.

1) *Vide litteras hac de re datas a.* 1233. *Iun.* 18, *de Gudenus, Codex dipl. I, p.* 525 *sq., nr.* 209. 2) *Cf. epist. Sigefridi archiep. Moguntini, Albric., SS. XXIII, p.* 931. 3) *Theodericus II.*

1233. radi de Marburc formam novis litteris irritam iudicaverat. Sed, antequam nuncius Cunradus[a] redeundi licentiam assumptis litteris accepisset, ecce quidam ordinis Predicatorum Torso agnomine[1] veniens mortem magistri Cunradi de Marburc pape nunciavit. Quo audito papa nimis conturbatus litteras contra formam magistri Cunradi nuper scriptas discerpens, regis nuncium beneficiis ecclesiasticis privare disponebat; sed per cardinalium et Predicatorum interventum adiutus acceptis aliis supradictis litteris[2] reversus est. Nunc itaque ad supradicta revertamur.

1234. *Febr.* 2. Igitur rex in conventu principum Hildensheimensem episcopum accusare cepit, pro eo quod super[b] hereticos populum cruce signavit. Qui se probabiliter excusans, exhortatione competenti facta pro crucis negocio, omnibus poscentibus se cruce[c] signari eam constanter exsolvebat, ac cum fratre Ottone ordinis Predicatorum partem magistri Cunradi defuncti diligenter tuebatur. Tandem absente rege et laicis personis, soli episcopi cum ceteris quibusdam prelatis in loco speciali de fidei negociis tractare ceperunt. Cumque multa contra defuncti Cunradi partem et aliqua pro ipso fuissent allegata, unus ex prelatis in hec prorupit verba, dicens magistrum Cunradum de Marburc dignum fore extumulandum ac velut hereticum concremandum. Post hec autem intervenientibus illis infamatis, qui anno preterito, ut supradictum est, se ecclesie examini dediderant, atque crucem ante se ferentibus, insuper de defuncti Cunradi factis clamosis vocibus miserabiliter querelantibus, tantus subito cepit oriri tumultus et turbatio, ut hi qui ex parte magistri Cunradi exstiterant se manus adversario-
Febr. 6. rum desperarent evadere. Deinde feria II. rex cum omnibus principibus ac prelatis qui aderant civitatem egrediens, in campo presedit iudicio; ibique comes de Seyne se cum VIII episcopis et XII grisei ordinis abbatibus ac totidem Minoribus fratribus et tribus Predicatoribus ac etiam nigrorum[d] abbatibus et clericis seu nobilibus laicis personis non paucis publice et confiden-

a) *emend. Pertz;* Cunradi 1. b) *emendavi; v. supra p.* 83, *l.* 31. 84, *l.* 23, *infra p.* 104, *n.* e; supra 1. c) cr. sign. *suppl. Boehmer;* eam *suppl. Pertz, quibus vocibus spatium vacuum rel.* 1. d) *fort.* monachorum *excidit.*

1) *Conradus.* 2) *Datis a.* 1233. *Oct.* 31, *Ep. pont. sel. I, p.* 455 *sq., nr.* 561; *cf. alias datas Oct.* 21. *et Oct.* 23, *ib. p.* 451—454, *nr.* 558. 560.

ter expurgavit [1]; idemque comes de Solmis [2] cum suis 1234.
fecit, obortis lacrimis publice fatendo se tantum mortis
metu heresim fuisse professum. Et quoniam legitimi
accusatores non aderant, ad infamie expurgationem ad-
mitti iure debuerant.

Hoc [a] anno Erphordenses [b] ingratitudinem domini *cf. Cr. S. P.*
sui Maguntini [c] et offensam graviter incurrebant, quo-
niam [d] anno preterito, dum in regis quadam fuisset ex- 1233.
peditione [3], ab ipsis in curribus et militibus iuvamen *(Aug.)*
petierat et subsidium; quod dum ipsi renuerunt [e], domi-
num suum graviter exacerbaverunt. Postea vero ipsum
in adventu Domini per [f] compositionem Erfordiam in- *Dec.*
vitantes, concordare non potuerunt [g]. Quapropter Magun-
tinus [h] Erphordiam [i] cum gravi indignatione egressus
ipsos coram rege in Frankenevurt [k] proxima curia con- 1234. *Febr. in.*
venit, in pluribus eos accusans. Erphordenses [b] autem
ad eandem curiam a rege citati nuncios illuc direxerunt,
ratum habituri quicquid cum rege ac domino suo de
forma compositionis obtinuissent. Quid plura? Nuncii
regis arbitrio negocium committunt. Sed rex composi-
tionis formam arbitratus, nuncios fide constrinxit iurato-
ria, quod, si cives [Erphordenses [l]] eandem refutarent [m]
formam, revertentes se Maguntino [c] representarent [n]. Qui
domum reversi civibus suis conceptam a rege composi-
tionis formam litteris et verbis referebant. Quam for
mam cum [o] Erphordenses recusassent, nec iidem nuncii
statuto termino reversi fuissent, archiepiscopus in ipsos
excommunicationis tulit sententiam; quos eciam [p] rex
proxima curia circa festum Udalrici [q] in Aldenburc *Iul.* 4.
habita suo banno ac regie proscriptioni sententialiter [r]
innodavit [4]. Quapropter iidem Erphordenses [s] a IIII. [t] *Apr.* 12—
. 30. feria ante palmas usque in Kal. Augusti divinis *carue- *Aug.* 1.
runt. Quo die mediantibus lantgravio atque prelatis

a) *haec — p.* 88, *l.* 2. *habet* 2 *p.* 534 *sq.* b) Erphordienses 1. c) Mogunt. 1 *plerumque.* d) quem 1. e) renuerent 1. f) propter *emendandum videtur;* per comp. *om.* 2. g) poterant 1. h) Mogont. *h. l.* 1. i) Erfordia 1. k) Franckenevurt 1. l) *deest* 1. m) reservarent 1. n) praesentarent 1. o) dum 1. p) et 1. q) Udelrici 2. r) sententionaliter 2. s) quapr. illi de Erfordia IIII. 1. t) quarta 2.

1) *Cf. Gest. Trev. cont. IV. c.* 5, *SS. XXIV, p.* 402. 2) *Heinricus III, ut coniecit Wenck, 'Hess. Landesgesch.' III, p.* 143. 3) *A.* 1233. *Aug. contra Ottonem ducem Bawariae facta.* 4) *Vide diplomata regis d. d.* 1234. *Sept.* 10. 11, *qua cives sententia proscriptionis liberantur; Reg. Imp. V, nr.* 14775. 4351.

1234. Erphordensibus[a] compositio statuebatur, satisfactione pecuniaria confirmata[b]. Sicque divina resumpta fuerunt[c].

cf. Cr. S. P. Hoc anno hiems asperrima fuit, adeo ut in Mediterraneo mari institores Venetiam cum[d] oneratis summariis pedestri itinere per glaciem transirent; que nempe[e] hiems non parvam per totam Italiam in vineis[f] et olivetis intulit cladem[1].

cf. ib. Maii 18. Hoc anno XV. Kal. Iunii lantgravius cepit castrum[2] comitis Heinrici de Glichen[g] ac ibidem XXIII captos decollari precepit. Hoc anno Heinricus lantgravius pertesus malorum, que passus est ab Heinrico comite de Glichen[g], ipsum tandem legitime citatum ac postea[h] proscriptum, novissime etiam[i] omni suo iure feodali privavit. Quapropter Moguntinus Erphordensem advocatiam a lantgravio solvendo[k] commutans, episcopales reditus in Guteren[l], videlicet LX[m] talenta, eidem iure feodali porrexit tamdiu, quousque per alia bona advocatie restaurum[n] faciat[3]. Et hec pacta VIII. Kal. *Iul.* 25. Augusti facta sunt.

Sept. 30. Hoc anno II. Kal. Octobris obiit Ludovicus scriptor, canonicus Sancti Severi Erfordie.

cf. ib. (Iun. 4). Hoc anno[4] regia villa Northusen in parte maiori cum conventualibus ecclesiis sancte Crucis et Minorum fratrum incendio consumpta est. Quem etiam ignem dum fere XX homines in quodam cellario evadere niterentur, ex eiusdem domus ruina pariter oppressi sunt.

Nov. 18. Hoc etiam anno XIIII. Kal. Decembris Cunradus Saxonie comes palatinus cum duobus clericis et IX militibus contulit se ordini domus Theutonice in Marburc cum annuis redditibus M et C maldrorum annone et [CCC marcarum[o]] argenti[5].

a) Erphordiensibus 1. b) *sic* 2. *P;* et sat. pec. confirmabatur 1. c) *sic* 2. *P;* sunt 1. d) *sic P; om.* 1. e) scilicet *P.* f) atque iumentis *add. P.* g) Glychen 1. h) sentencialiter *add. P.* i) *sic P;* et 1. k) solvendam *P.* l) *sic P;* Guetern 1. m) XL *P.* n) *sic P;* restaurari 1. o) *ex cartis n.* 5. *laudatis nescio an recte suppleri, uncis inclusis spatium vacuum rel.* 1.

1) *Cf. Chron. reg. Colon. Cont. IV. a.* 1233. *p.* 265; *Cont. Sancruc. II, SS. IX, p.* 638; *Ann. Italici SS. XVIII, p.* 402. 455. 668; *XIX, p.* 59. 154, *etc.* 2) *Velseche nominatum in Cron. S. Petri; quod nomen, cum Schannat in sua editione spatium vacuum non reliquerit, nullo iure his annalibus inseri potest. De quo castro vide 'Mitth. d. V. f. die Gesch. v. Erfurt' VI, p.* 39. 3) *Quos redditus receptos a.* 1243. *Mart.* 11. *aliis titulo pignoris obligavit; de Gudenus, Codex dipl. I, p.* 573, *nr.* 237. 4) *Diem huius facti habet Cron. S. Petri.* 5) *Cf. cartam Heinrici lantgravii et Conradi d. d.* 1234. *Nov.* 6, *A. Wyss, 'Hess. UB.' I,* 1, *p.* 44, *nr.* 45 *(et ib. p.* 43, *nr.* 44. *cartam Heinrici d. d. Oct.* 13*), qua hi ordini Teutonicorum praedia reddituum annuorum trecentarum marcarum donant.*

1234. Hoc etiam anno orta est discordia inter imperatotorem et filium suum Heinricum regem, quoniam[a] consiliis paternis acquiescere nolens manifeste se ei opponere attemptavit[b], quibusdam principibus et baronibus ad se per pecuniam inclinatis.

Sept. 29. Hoc etiam anno circa festum Michahelis Gregorius papa corpus novorum decretalium autenticavit, veteribus reprobatis[1].

1235. *cf. Cr. S. P.* Anno Domini MCCXXXV. Dominus papa directis in Alemanniam nunciis ab omnibus episcopis atque regalibus abbatiis[c] milites ac subsidium ad Romanos impugnandos postulavit[2].

cf. ib. Hoc anno Moguntini maioris ecclesie canonici, archiepiscopi auctoritate freti, per totam Moguntinam diocesim[d] edictum promulgaverunt, videlicet ut in omni ecclesia conventuali una extingueretur[e] prebenda, hoc pretio debita episcopatus solvendo.

Maio. Hoc anno mense Maio imperator egressus ab Italia partes Teutonie aggreditur, quam fere in XVI annis non visitaverat. Transiens vero Austriam discordiam, que inter regem Boemie[3] ac ducem Austrie[4] fuerat exorta, conabatur sopire, [sed[f]] non valebat propter intollerabilem superbiam ducis ac stultitiam, rege tamen parato ad compositionem. Sed dum flecti non valuisset, rex idem Boemorum regem Ungarie[5] cum ceteris quatuor regibus in auxilium advocans[6], terram ducis ingressus est, cum eodem committens in mense Iulio (*Iul.*); in quo conflictu strages maxima pugnatorum atque in Danubio submersorum facta est[7], rege triumphum obtinente.

Imperatore in Alemanniam veniente fautores filii sui Heinrici regis valde turbati, fere omnes ipsum deserentes, patri adherere ceperunt. Quapropter sepe dictus rex Heinricus veniam a patre ipsius in Wimphe[8] postulans, gratie sue se suaque omnia contradidit, sed

a) *corr. Pertz (cf. supra p.* 87, *n.* d); quem 1; qui *Boehmer male.* b) attentavit 1. c) abbatibus *P.* d) dioecesin 1. e) venderetur *P.* f) *supplevi; om.* 1.

1) *Litteris datis Sept.* 5, *Potthast nr.* 9693. 9694. 2) *Cf. papae epistolas d. d.* 1234. *Nov.* 25. 27, *Ep. pont. sel. I, p.* 496—498, *nr.* 607. 608. 3) *Wenzeslaum I.* 4) *Fridericum II.* 5) *Andream II.* 6) *Has res auctor non bene compertas habuit. Cf. L. Dargun in 'Forschungen' XIX, p.* 365. 371 *sq.* 7) *Proelium tunc non commissum est; Cont. Sancruc. II, SS. IX, p.* 638; *Ann. Mellic. et S. Rudb. Salisb., ib. p.* 508. 786. 8) *Cf. Pantheon Cont. Eberbac., SS. XXII, p.* 348.

1235. patre compositionis et satisfactionis formam in Worma-
Iul. 16. ciam differente. Itaque XVII. Kal. Augusti[1] imperator sororem regis Anglie[2] ibidem Wormatie imperiali matrimonio sibi sollemniter copulavit. Ubi rex Heinricus audita compositionis forma a patre promulgata fugam
cf. Cr. S. P. inire paravit. Quem pater captivum castro Heidelberc custodiendum tradidit et[a] post hoc[b] ipsum[c] in Rethia castro Alreheim servandum commisit. Tandem imperator adhuc timens per ipsum ab emulis suis imperii turbationem moliri, per episcopos Salzburgensem[3] et Babenbergensem[4] eundem in Apuliam transmittens castro Balerne[5] recipi mandavit. Eodem anno imperator sol-
Aug. 15. lemnem curiam circa assumptionem Mogontie celebravit, ibidem coronatus incedendo.

cf. ib. Hoc etiam anno dominus papa Gregorius missis per universam ecclesiam litteris crucem constituit predicari, per biennium ad Terram Sanctam expeditionem protelans[6].

Apr. 7. cf. ib. Hoc anno Erphordie in vigilia pasche Willehelmus Havelbergensis episcopus in ecclesia Scotorum[d] ordines celebravit[7].

Febr. 22. Hoc anno VIII. Kal. Marcii obiit Ulricus miles de Tullestete[e, 8].

Maio. *Eodem anno mense Maio canonicus quidam quen- *p. 31.
dam suum confratrem in dormitorio dormientem cultello miserabiliter peremit.

Maii 27. cf. Cr. S. P. Hoc etiam anno in die pentecostes[f] magna tempestas pluvie et grandinis in Thuringia non modicam ovibus et segetibus intulit cladem[7].

Nov. 11—Dec. 25. Hoc anno Moguntinus Erphordie a festo[g] Martini
cf. ib. usque ad natalem Domini moram faciens fructum pre-

a) ac *P, fort. recte.* b) *sic P;* hunc 1. c) absumens *add. P.* d) *sic P;* Sanctorum 1. e) Tullestein 1. f) pentecosten *P.* g) sancti *add. P.*

1) *Potius Iul.* 15. *Cf. Reg. Imp. V, p.* 414, *nr.* 2099a. 2) *Elisabeth (Isabellam) sororem Heinrici III.* 3) *Eberhardum II.* 4) *Ecbertum. Vide ea quae in Cron. S. Petri sequuntur. Cf. Reg. Imp. V, p.* 795, *nr.* 4383g. 5) *Nusquam Heinricus Panormi, quam civitatem auctor dixisse videtur, detentus est.* 6) *Vide eius epistolas d. d.* 1234. *Nov.* 17. 22, *Potthast nr.* 9765. 9769; *Ep. pont. sel. I, p.* 491—495, *nr.* 605. 606. 7) *Cron. S. Petri haec ad a.* 1234. *habet.* 8) *Hic occurrit in cartis, ut a.* 1212. 1217, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 34. 41, *nr.* 71. 79; *a.* 1225. 1228, *Rein, Thur. sacra I, p.* 77—80, *nr.* 36. 38. 39, *etc. Fuit gentis, cuius agnomen erat Stranz. Milites de Tullestein in regione Erfordensi non inveniuntur.*

bendarum suarum in[a] Thuringia ibidem collectum ad [1235. cf. Cr. S. P.] Renum[b] traduci[c] mandavit. Celebravit etiam[d] idem pontifex ibidem ordines sollemnes in ecclesia sancti Petri XI. Kal. Ianuarii. [Dec. 22.]

Hoc etiam anno circa Kalend. Decembris in villa [Dec. 1.] Wolfesheim[e] Iudei[f] numero XVIII, ut dicitur, sunt occisi propter quendam christianum, quem miserabiliter interemerunt; quia dignum videtur, ut, qui sanguinem sitit, sanguis ipsius fundatur, secundum hoc propheticum: *Cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.* [Ezech. 35, 6.]

Hoc anno episcopus Mantuanus[1] a suis civibus [(Maii 14).] occisus est.

Hoc etiam anno in die pentecostes papa cum ma- [Maii 27.] xima sollemnitate beatam Elisabeth, filiam regis Ungarie[2] ac Ludovici lantgravii[g] uxorem, canonizavit.

Hoc anno[3] Kal. Novemb. Meinhardus comes de [Nov. 1. cf. ib.] Mulberc[h] quendam civem Erphordensem cognomine Legatum in sancta nocte[4] ad matutinas euntem captivum deduxit; quapropter Moguntinus apud imperatorem querimoniam deponens ipsum Meinhardum imperatoris proscriptioni[i] ac sue excommunicationis sententia[k] innodari procuravit.

Anno Domini MCCXXXVI. IIII. Non. Februarii [1236. Febr. 2.] obiit Cunradus prepositus Sancte Marie in Erphordia[l]. [cf. ib.]

Hoc etiam anno X. Kal. Marcii obiit Heinricus [Febr. 20.] comes de Swarzburc[m].

Hoc etiam anno VI. Nonis Maii obiit Erphordie [Maii 2.] Ludewicus canonicus et custos Nuwenburgensis. Cunrado Erphordensium[n] preposito Arnoldus maior preposi- [cf. ib.] tus Trevirensis[o] successit; qui veniens Erphordiam IIII. Nonas Octobris a clero eiusdem civitatis in pro- [Oct. 4.] cessione fuit[5] receptus[p] et a decano[6] in loco suo installatus[q], cantando interim: *Alma redemptoris*[r] et *Te Deum laudamus.*

Hoc anno Kal. Maii Marburc translatio sollemnis [Maii 1. cf. ib.] facta est sancte Elisabeth[7].

a) preb. ex *P.* b) Rhenum 1. c) transduci *P.* d) *sic P;* et 1. e) Wolffesheim 1. f) *suppl. Boehmer; om.* 1. g) landgr. 1. h) Mylberc 1; Mulburc *P.* i) *sic P;* praescriptioni 1. k) *sic* 1. *P.* l) Erphord. 1. m) Schwarzburc 1. n) Erphordiensium 1. o) Treverensis *P.* p) susceptus *P.* q) installitus *P.* r) mater *add. P.*

1) *Guidotus.* 2) *Andreae.* 3) *Sequentia habet Cron. S. Petri ad a.* 1236. *Sed rectius haec a.* 1235. *adscribenda videntur, cum imperator a.* 1236. *Nov. non in Germania fuerit.* 4) *Omnium sanctorum (Nov.* 1*), quod addit Cron. S. Petri.* 5) *In Cron. S. Petri quaedam addita sunt.* 6) *Gunthero.* 7) *Vide quae in Cron. S. Petri p.* 393. *sequuntur.*

cf. Cr. S. P. 1236. *Dec. 28.* Hoc anno V. Kal. Ianuarii in Fulda Iudei utriusque sexus XXXIIII[a] a cruce signatis Christianis sunt *Dec. 25.* perempti, quoniam duo ex iisdem[b] Iudeis in sancto die Christi cuiusdam molendinarii extra muros habitantis et interim in ecclesia cum uxore sua manentis V pueros miserabiliter interemerant ac ipsorum sanguinem in saccis cera linitis susceperant, igneque domui supposito recedentes; cuius rei veritate comperta et ab ipsis reis Iudeis confessa, puniti sunt, ut supra dictum est[1].

cf. ib. Hoc anno adeo calida fuit[c] hiems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari potuerint[d], in qua etiam[e] *Mart. 10.* audita sunt tonitrua VI. Idus Marcii.

Aug. (16). Hoc anno Pragensis episcopus[2] in mense Augusto obiit; cui scolasticus[f. 3] eiusdem ecclesie succedens, electus domini Moguntini auctoritate Erphordie in ecclesia sancte Marie ab his tribus personis: abbate Sancti Petri[4], decano[5] et scolastico[f. 6] supradicte ecclesie, confirmatus est.

1237. Anno Domini MCCXXXVII. Imperator Longobardorum pertinacem videns contumaciam iterum ipsis magnum superinduxit exercitum. In qua expeditione *(Oct. 1).* Paduanos[7] in deditionem recepit; cum Mediolanensibus *(Nov. 27).* vero confligens, X milia prostravit ac mille de melioribus captivos abduxit, victoriaque potitus, carrochium ipsorum Romanis transmisit.

Maii 6. cf. ib. Hoc anno pridie Nonas Maii in Babenberc dedicatum est monasterium ab his episcopis: Erbipolense[8], Eystatense[9], Nuwenburgense[10], Merseburgense[11], domino papa ibidem magnam faciente indulgentiam.

Maii 6. Eodem[g] die Maguntinus ab imperatore Erphordiam veniens[12] sollemniter a clero susceptus est. Qui proxima *Maii 10.* sequenti dominica in ecclesia sancti Petri Lutolfum in Halberstatensem[h] et Bernhardum in Pragensem consecravit episcopum, cooperantibus sibi istis presulibus:

a) XXXII *P.* b) eisdem *P.* c) fuerat *P.* d) potuerant *P.* e) *sic P;* et 1. f) scholast. 1. g) *sequentia — p.* 93, *l.* 8. *habet* 2 *p.* 542 *sq., ubi* Eodem anno pridie Nonas Maii Mag. *ex l.* 26. h) Halberstadensem 1.

1) *Cf. Ann. Marbac. a.* 1236, *SS. XVII, p.* 178; *LL. Sectio IV. Const. II, p.* 275, *nr.* 204. *Insulsa hac de re habet Richer. Senon. IV,* 38, *SS. XXV, p.* 324. 2) *Iohannes II.* 3) *Bernhardus.* 4) *Heinrico.* 5) *Gunthero.* 6) *Ludewico.* 7) *Mantuanos potius.* 8) *Hermanno I.* 9) *Heinrico III.* 10) *Engelhardo.* 11) *Eckehardo.* 12) *In Austria et Bavaria, praesertim Wiennae et Ratisbonae, mensibus Ian. — Apr. apud imperatorem moratus.*

Merseburgense[a, 1], Havelbergense[2] ac Peregrino antiquo Pragense[3]. Aderant eciam[b] eidem consecrationi 1237.

1.	2.
lantgravius et comes de Hennenberc cum ceteris comitibus ac innumera plebe.	Hermannus lantgravius, Bertoldus comes de Hennenberc ac innumera plebs propter indulgentiam illic congregata[c].

p. 32. *Hoc anno frater Iordanus, magister ordinis Predicatorum, pridie Idus Februarii in Mediterraneo mari submersus, in Terra Sancta honorifice sepultus est[4]. Febr. 12.

Hoc etiam anno Erphordie consummata est aquilonaris turris ecclesie beate virginis, fere post consummationem australis interiectis XXXVI annis.

1238. [MCCXXXVIII[d]]. Hoc anno VI. Idus Iulii obiit Sophia mater Heinrici lantgravii in Isenach ac in ecclesia beate Katherine[e] sepulta est. Iul. 10. cf. Cr. S. P.

Hoc anno mense Februario in marcha Stirensi Nova-civitate Heinricus Thuringie lantgravius sororem[5] ducis Austrie[6] sibi iunxit matrimonialiter[7]. Febr.

Hoc anno, adhuc electis illis duobus prepositis Magdeburgensibus[f, 8], Alberto videlicet et Brunone, inter se confligentibus[g] nec ullo consilio vel arbitrio cedentibus, contigit servos Brunonis in Magdeburc manentis[h] ad castrum vicinum, in quo predictus morabatur Albertus[i], insidias ponere ac[k] predam venari; quos ipse[l] fugando persecutus usque ad muros civitatis, unum ex eis graviter vulneravit. Quod videns quidam partis adverse, cf. ib.

a) Mysenburgense, Havelburgense 1; Mers. N. Hav. 2. b) et 1. c) *nonne Gudenus verba* pr. ind. ill. congr. *ex p.* 92, *l.* 29. *obiter lecta hoc loco male addidisse videtur (cf. p.* 92, *n.* g*)?* d) *hoc loco (vel ante l.* 12*?) hic anni numerus excidisse videtur in* 1, *cum P sequentia ad a.* 1238. *habeat, cum et* 2 *loco infra p.* 94, *l.* 4. *sequenti praemiserit:* ad an. MCCXXXVIII. e) *sic P;* Catharinae 1. f) Magdenburg. 1. g) conflictum habentibus *P.* h) *sic P;* manentes 1. i) *sic P; om.* 1, *lacuna non indicata.* k) et *P.* l) perniciter *add. P.*

1) *Eckehardo.* 2) *Wilhelmo.* 3) *Qui a.* 1226. *episcopatu se abdicaverat.* 4) *In Gerardi de Fracheto Vita Iordani* § 43, *Acta SS. Boll. Febr. II, p.* 730, *et Vincentii Bellovac. Spec. hist. XXX,* 37. *Idibus Febr. defunctus esse dicitur (itemque ex hoc, ut videtur, a Bernard. Guid., Lib. de mag. ord. Praedicat., Martene et Durand, Coll. VI, c.* 406*); die* 17. *Febr. obiisse dicitur in Brevi hist. ord. Praedicat. c.* 4, *Martene et Durand, Coll. VI, c.* 351. *Cf. Acta sel. cap. general. ord. Praedicat., Martene et Durand, Anecd. IV, c.* 1676 *sq.; Cron. Minor (infra).* 5) *Gertrudem.* 6) *Friderici.* 7) *Ad a.* 1239. *referunt has nuptias Ann. Mellic., SS. IX, p.* 508, *ad a.* 1241. *falso Cron. Thuring. Isenac. c.* 18, § 9 *(= Pist. c.* 49*).* 8) *De quibus supra nihil dictum est, unde patet locum quendam annalium qui in his exscripti sunt omissum esse; qui locus etiam in Cron. S. Petri deest. Cf. supra p.* 78 *sq.*

1238. stans in muro sagittam direxit ac[a] Albertum letaliter[b] vulneravit; qui mox accito confessore confessus ac de- *Mart. 11.* functus est V. Idus Marcii[1].

Mart. 14. Hoc[c] anno circa dominicam *Letare* Maguntinus ex parte imperii principes Teutonie quosdam Erphordiam citaverat. Quo dum nullus laicorum principum pervenisset nec episcoporum, exceptis Halberstatense[d. 2] et Hildensheimense[3] episcopis, suspecta conspiratio[e] quorundam principum contra imperatorem declarata fuit. *cf. Cr. S. P.* Ibidem etiam in ecclesia beati Petri supradictus Hil- *Mart. 20.* densheimensis[f] ex mandato Maguntini XIII. Kal. Aprilis ordines celebravit. Post hec[g] idem[h] Maguntinus domi- *Mart. 28.* nica[i] palmarum Maguntie Curiensem consecravit episcopum[4].

Anno[k] Domini MCCXXXVIII. Imperator curiam suam[l], quam principibus Teutonicis indixerat, civitate *Maii 1.* Veronensi Kal. Maii celebravit[5]. Quo tamen dum non[m] pervenissent, per internuncios a conspirationis infamia se[n] diligenter excusabant. Post hec imperator totam hanc estatem in Longobardia peragens ac ipsos rebelles bellicis exercitiis infestans, civitatem Brixiensem in deditionem recepit[6]. Dein[o] filiam suam[7] Hermanno lantgravio per manum Maguntini[p] episcopi in Aschaffenburc[q] desponsavit.

Aug. 30. Hoc anno III. Kal. Septembris dedicata est ecclesia fratrum Predicatorum Erphordensium[r] ab Engelhardo Nuwenburgense episcopo.

Hoc anno frater Cunradus domus Teutonice, germanus scilicet Heinrici lantgravii, reminiscens malorum que in oppido Frizlariensi perpetrata sunt[8], et maxime

a) prepositum *add. P.* b) lethaliter 1. c) *haec* — fuit *(l. 9) habet* 2 *p.* 546, *ubi* Eodem a. d) Halberstanse et Hildesheimense 1. e) quor. princ. consp. 1. f) *sic P, ubi* episcopus *add.;* Hildesheim. 1. g) *sic 2, ubi haec* — excusabant *(l. 19) p.* 546 *sq. edita;* hoc *P;* hunc 1. h) *om.* 2. *P.* i) *sic* 2. *P;* dominico 1. k) Eodem anno imp. 2. l) *om.* 2. m) nulli 1. n) exc. se dil. 1. o) Dein — desponsavit *habet* 2 *p.* 547. p) Moguntinensis 1. q) Aschaffenburg 2. r) Erphordiensium 1.

1) VI. Idus Martii *Ann. Stad. a.* 1238, *SS. XVI, p.* 363. *Sed non solum Cron. S. Petri, verum etiam Cron. Minoris cod. B* 2 *(infra)* V. Idus *ad a.* 1238. *habent.* 2) *Ludolfo I.* 3) *Conrado II. Ut Cron. S. Petri p.* 393. *refert, die Mart.* 20. *etiam Wirzeburgensis et Havelbergensis episcopi Erfordiae affuerunt.* 4) *Folcardum.* 5) *Hoc die curia celebranda indicta erat, sed dilata est in diem Maii* 23. *Cf. Reg. Imp. V, p.* 471, *nr.* 2347c. 6) *Minime, frustra eam obsedit.* 7) *Margaretam. Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' II, p.* 144. 8) *A.* 1232, *supra p.* 82 *sq.*

corporis Domini, ut dicitur, in pavimentum dispersi nec 1238. non etiam ecclesiarum incendii, *tactus dolore intrinsecus*, *Gen.* 6, 6. ac super his Dominum placare cogitavit. Quapropter magna hominum multitudine in festo apostolorum Petri *Iun.* 29. et Pauli in predicta civitate congregata, dictus Conradus cum aliis duobus sui ordinis confratribus in loco predicationis se exuens ac vilissimos saccos circa femoralia sibi circumdans, ex ore predicatoris ab omnibus in hoc loco per eum lesis veniam petivit. Post hec autem prefati tres viri nobiles nudi in processione incedentes, tribus sacerdotibus cum scopis ipsos sequentibus et disciplinaliter corrigentibus, monasterium usque pervenerunt, ibique misericordiam divinam humiliter cum lacrimis exorantes, frater Cunradus pro posse munera devotus obtulit, alias ecclesias incensas eodem modo visitans honestis muneribus honoravit[1]; sicque revertentes ad stationem, in ipsius fratris Cunradi corpore non signa verberum sacerdotum, sed carnificum comparuerunt. Quantum autem lacrimarum ipso die ibidem a populo fusum sit, solus ille novit qui corda contritorum ponderat.

Hoc[a] anno XVII. Kal. Decembris Maguntinus dam- *Nov.* 15. num fere irrecuperabile et iacturam gravissimam episcopatus in castri Rusteberc[b] amissione fuisset passus, si merita beati Martini non intervenissent. Nam Henricus[c] prepositus Heiligenstatensis[d] congregata[e] militia H[enricum][f] comitem de Glichen[g], dicti castri fraudulentum invasorem, favente divina gratia cepit ac castrum recuperans eundem in eodem vinculis iniecit.

Hoc anno in episcopatu Meydeburgensi[h] quod[i] per Alberti[k] prepositi interfectionem male seminatum fuerat[2] adeo pessime pullulavit, ut cives Meydeburgenses[h] pontifici ac domino suo[3] se contumaciter opponerent, p. 33. ipsum armis bellicis impugnando. Nec hac *pertinacia contenti, omnes religiosos ac clericos, nonnullos etiam pauperes ab urbe propellentes, iram summi iudicis sibi gravius accumulaverunt; hanc tamen eodem anno contu-

a) *haec — l.* 28. *habet* 2 *p.* 549, *ubi* Eodem a. b) Rustenberc 1. c) *sic* 2 *h. l.*; Heinr. 1. d) Heiligenstadensis 1. e) congr. mil. *om.* 1. f) H. 2; Henricum 1. g) Glychen 1. h) Meydenburg. 1. i) *suppl. Pertz; om.* 1. k) *huic voci spatium vacuum rel.* 1, *quam suppl. Boehmer.*

1) *Cf. Sifr. de Balnhusin c.* 199, *SS. XXV, p.* 703; *Cron. Reinhardsbr. a.* 1232, *SS. XXX, p.* 614. 2) *Supra a.* 1238, *p.* 93 *sq.* 3) *Wilbrando.*

1238. maciam grandi pecunia cum domino suo componendo sopiverunt.

Hoc anno imperator filium suum Heinricum a captivitate liberans gratie sue restituit; quo eodem anno in autumno defuncto [1], alteri filio suo Cunrado regni gubernacula in Teutonia commisit [2].

1239. *Mart.* 20. Hoc anno in die palmarum dominus papa imperatorem denunciavit. Quapropter ab ipso imperatore circa *Iun.* 1. Kalend. Iunii in Eger principum conventus procuratus est; quo ipse imperator, manens in Longobardia, nuncios dirigens illatam sibi a papa sententiam ipsis significavit. Principes autem presente Cunrado rege cautione iuratoria se imperatori obligantes papam ipsi reconciliare promiserunt [3]. Huic tamen curie rex Boemie [4] et marchio Brandenburgensis [5] non interessentes ipsi non sunt obligati.

1238. *Dec.* 21. *cf. Cr. S. P.* 1239. *Febr.* 2. Anno Domini MCCXXXIX. adeo lenis exstitit hiems, ut a festo Thome fere usque ad purificationem, exceptis montanis, nix visa non fuerit [a] nec glacies.

Hoc etiam anno principes qui anno preterito contra imperatorem conspiraverant eidem reconciliantur, Austrieque insuper dux [6] honori, satisfactione taxata, restituitur.

cf. ib. Maii (13). Hoc anno mense Maio in Campania [b] Francie iuxta civitatem Provisinam [c] heretici combusti sunt numero CC minus XVI; qui, ut ipsi confessi fuerant [d], ex eorum progenie erant, quos imperator Theodosius temporibus Augustini [7] de Africa expulerat, qui etiam de secta Manicheorum fuisse creduntur [8].

Eodem [e] tempore Theobaldus [9] rex Grecorum de Francia veniens iussu Conradi nostri [f] regis ab Sifrido *(Iul.)* Maguntino in loco qui dicitur Wisebat [g] benigne ac honorifice susceptus est. Siquidem Constantinopolitani ac quidam alii ipsorum fautores catholice atque Romane ecclesie nec non ipsi regi Grecie contradicentes per scis-

a) *sic P;* fuit non gl. 1. b) *sic P;* Compania 1. c) *sic P;* Pervisina 1. d) fuerunt *P.* e) *haec — p.* 97, *l.* 6 *habet* 2 *p.* 555. *post p.* 97, *l.* 25, *ubi* Eiusdem concilii temp. f) Cunr. nigri 1. g) Wisebad 1.

1) *Demum a.* 1242. *Febr. defunctus est.* 2) *Quod iam a.* 1236. *factum est. A.* 1237. *Conradus rex electus est.* 3) *Cf. Reg. Imp. V, p.* 800 *sq., nr.* 4401a; *p.* 1662 *sq., nr.* 11229. 4) *Wenzeslaus I.* 5) *Iohannes I. et Otto III. tunc marchiones fuerunt.* 6) *Fridericus II.* 7) *Potius Theodosii temporibus Augustinus.* 8) *Cf. Albric., SS. XXIII, p.* 944 *sq.* 9) *Balduinus II. potius. Cf. Albric. l. l. p.* 946.

matis vitium manifeste se opponere non verentur. Quapropter dominus papa a predicto Grecorum rege interpellatus duo milia[a] peregrinorum in Francia ad Terram Sanctam signatorum ipsi in auxilium assignari mandavit, iter Terre Sancte sic[b] circa eosdem dispensative commutans. 1239.

Hoc anno Moguntinus in Thuringia ad annonam Mogontiam deferendam a cenobiis vecturam exegit. *cf. Cr. S. P.*

Hoc[c] anno VI. Nonas Iulii civitate Moguntina[d] celebratum est concilium, presidente Conrado[e] rege, imperatoris filio, ac eiusdem sedis[f] archiepiscopo cum IX [fere[g]] ceteris episcopis[1]. In quo scilicet[h] concilio episcopus Eistatensis[2] querelando miserabiles exhibuit litteras, in quibus continebatur, quomodo[i] sui ministeriales ac cives Eistatenses[k] iam fere per annum pertinaciter[b] in excommunicatione manentes diabolica atque heretica presumptione ac perversione[l] ipsum episcopum cum clero sibi favente crudeliter expellendo abiecissent et laicas personas in episcopum ac prepositum et decanum elegissent ac eiusdem matricis ecclesie sacristiam infringendo spoliaverint, quomodo[m] etiam ipsorum errorem magnates ac potentiores[n] quidam de terra[o] foventes perniciose in malicia confortaverint; ac qualiter suos fautores, si decesserint, cum musicis instrumentis ad sepulturam conducendo letanter sepeliant. *Iul. 2.*

Hoc anno Meydeburgensis[p. 3] et Halberstadensis[4] episcopi a marchione[q] Misnense contra ordinis sui dignitatem salario conducti contra marchionem Brandeburgensem[5] bella moverunt; ubi[6] alter ipsorum, id est[r] Meydeburgensis, ut dicitur, vulneratus, alter[7] captus fuisse memoratur. 1240.

Hoc anno tempore autumnali Moguntinus in qua- 1239? *cf. ib.*

a) millia 1 *semper.* b) *om.* 1. c) *haec — l.* 25. *habet* 2 *p.* 555. *ante p.* 96, *l.* 30. d) *sic h. l.* 1. 2. e) Cunr. 1, *fortasse* Cůnr. *saepe in cod. scriptum erat.* f) ei. civitatis Sifrido arch. 2. g) *sic* 2; *deest* 1. h) *om.* 2. i) quoniam 1. k) Eistetenses 2. l) ac perv. *om.* 1. m) spol. et ips. 1. n) et potentes 1. o) de t. *om.* 1. p) Meydenberg. 1. q) *emendavi;* Warthone 1. r) *emendavi;* ipsorum in Meydenburc 1.

1) *Quos enumeratos vide Reg. Imp. V, nr.* 4404. 2) *Fridericus II.* 3) *Wilbrandus.* 4) *Ludolfus I.* 5) *Iohannem I. et fratrem eius Ottonem.* 6) *Ad flumen Biese. Cf. 'Sächs. Weltchr.' c.* 386, *'D. Chr.' II, p.* 253; *Cron. princ. Sax., SS. XXV, p.* 478; *Chron. reg. Colon. Cont. IV. p.* 278 *sq.; Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p.* 22. *Ex quibus patet falso hoc a.* 1239. *adscriptum esse.* 7) *Halberstadensis.*

1239? *cf. Cr. S. P.* libet ecclesia Erphordensi[a] unam campanam vel ipsius[b] redemptionem accepit[1].

Dec. 3. Eodem anno III. Non. Decembris Siboldus sacerdos et canonicus ecclesie sancte Marie in Erphordia[c] mundo vere mortuus Predicatorum ordini se tradidit.

1240. *cf. Cr. S. P.* Anno Domini MCCXXXX. perniciosa adhuc ecclesie inter papam et imperatorem discordia cunctis fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Cunradus, magister domus Teutonice, qui[d] principum Alemannie consilio ad ipsos concordandos missus, occulto *Iul. 27.* Dei iudicio Rome VI.[e] Kal. Augusti[2] diem clauserit extremum.

*Hoc anno Rimundo magistro ordinis Predicatorum absoluto frater Iohannes[f] episcopus quondam Ungarorum[3] successit. **p. 34.*

1241. *Mart. 30.* Anno Domini MCCXLI, die scilicet III. Kal.[g] Aprilis, obiit rex Dacie[4].

cf. Cr. S. P. Eodem anno in villa regia Frankenevurt[h] cuiusdam Iudei filius Christiane fidei baptismum suscipere desiderans a parentibus et amicis prohibitus est. Quapropter altercatione inter Christianos atque Iudeos ex- *Maii 22.* orta XI. Kal. Iunii valide inter ipsos dimicatum est. Tandem paucis Christianis occisis, Iudeorum circiter CLXXX gladio et igne, quem propriis domibus[i] imposuerant, consumpti sunt. Ipsoque igne post hec invalescente media fere pars eiusdem civitatis est concremata. Videntes itaque reliqui[k] Iudeorum sibi mortis imminere periculum, baptizati sunt numero XXIIII, inter quos etiam[l] ipsorum quidam episcopus creditur[m] exstitisse.

1242. *Sept. 29.* Anno Domini MCCXLII. circa festum Michahelis rex Francie propter [Iudeorum[n] superbiam et] nimiam studii sui iactantiam XXIIII[5] carratas librorum suorum Parisius[o] incendio iussit cremari.

cf. ib. Hoc anno Moguntinus Erphordensibus[p] offensus

a) Erphordie *P.* b) vel ips. *ex P suppl., quibus vocibus spatium vacuum rel.* 1. c) Erphord. 1. d) *sic* 1. *P.* e) VII. *P.* f) Ioannes 1. g) *supplevi, cum ubique more Romano in his ann. dies indicati sint.* h) Franckenevurt 1. i) manibus *P falso, ut videtur.* k) quidam *add. P.* l) i. q. et. *P*; et postea 1. m) traditur *P, fort. recte.* n) *uncis incl. e coniectura supplevi, quibus spatium vacuum rel.* 1. o) *correxi;* Parisiis 1. p) Erphordiensibus 1.

1) *Haec Cron. S. Petri ad a.* 1240. *habet.* 2) *Potius Iul.* 24; *cf. Reg. Imp. V, p.* 1670, *nr.* 11285a. 3) *Bosniensis c.* 1234—1237, *natione Westfalus; cf. Brevis hist. ord. Praedic. c.* 6, *Martene et Durand c.* 354; *Bernard. Guid., ib. c.* 407. 4) *Waldemarus II, qui iam die Mart.* 28. *obiit.* 5) *Potius* 14. *Cf. N. Valois, 'Guillaume d'Auvergne' (Paris* 1880*) p.* 130 *sqq. Cf. 'Sächs. Weltchr.' c.* 390, *p.* 255.

ibidem a festo pentecostes usque ad assumptionem tertii anni divina suspendit. 1242. *cf. Cr. S. P.* *cf. ib.*

Anno Domini MCCXLII.[1] IIII. Nonas Ianuarii obiit lantgravius Hassie[2], filius sancte Elisabeth, in Cruceburc, sepultusque est Reinhartsburn[a]. 1241. *Ian.* 2. Eodem anno in vigilia pasce Wilhelmus episcopus Havelbergensis Erphordie apud Predicatores ordines celebravit. *Mart.* 30. Eodem anno Tartari in Ungaria . . . . . .[b, 3].

Anno Domini MCCXLIII. VII.[c] Kal. Iulii Innocentius papa electus est, cum sedes vacasset anno[d] et VIII mensibus; qui statim Fridericum imperatorem denunciavit. 1243. *Iun.* 25. *cf. ib.*

Hoc anno VIII. Idus Iunii[e] Rudolfus[f] Merseburgensis episcopus[4] ordines celebravit. *Iun.* 6. *cf. ib.*

Eodem anno obiit marchionissa[5].

Anno Domini MCCXLIIII. Moguntinus, ut Erphordenses[g] adhuc durius arceret, in octava epiphanie omnem clerum cum religiosis civitate[h] exire compulit[i, 6]; qui postmodum[k] in proxima sequenti dominica *Letare* in villa Wimaria cleri ac populi conventum statuens Fridericum imperatorem cum Erphordensibus[l] denunciavit; et[m] post hoc[n] III. Kal. Iunii in Vrizlaria concilium faciens eadem confirmavit. 1244. *cf. ib.* *Ian.* 13. *Mart.* 13. *Maii* 30.

Hoc etiam anno dominus papa Innocentius Lugdunum Gallie urbem veniens, ibidem VII annos continuavit[7] usque ad mortem Friderici quondam imperatoris. (*Nov.* 29).

Hoc anno capitulum provinciale ordinis Predicatorum in Hildensheim celebratum est, presidente eidem magistro ordinis[8].

a) in Reinhersburn *P.* b) *nulla lacuna indicata* 1. c) VIII. *P falso.* d) uno *add. P.* e) Ianuarii *P.* f) *sic P;* Rudolphus 1. g) Erphordienses 1. h) civitatem *P.* i) *sic P;* compulsit 1. k) postea *P.* l) Erphordiensibus 1. m) ac *P.* n) *sic P;* hunc 1.

1) *Sequentes tres notitiae ad a.* 1241. *pertinent, ad quem eas recte habet Cron. S. Petri.* 2) *Hermannus. Cf. Chron. reg. Colon. Cont. V. p.* 281. 3) *Vide quae sequuntur in Cron. S. Petri p.* 395, *ubi haec recte ad a.* 1241. *posita sunt. Sed Sifr. de Balnhusin c.* 199, *SS. XXV, p.* 704*:* A. D. MCCXLII. Tartari in Ungaria multa milia hominum occiderunt. *Cf. Cron. Minor ad a.* 1241. 4) *Cron. S. Petri:* in Lipczigk. 5) *Constantia uxor Heinrici marchionis Misnensis.* 6) *De conventu Montis S. Petri vide Cron. S. Petri p.* 395. 7) *Cf. Cron. Minor, SS. XXIV, p.* 200, *ubi* annos VII *codex habuit (n.* d*) qui in conventu Praedicatorum fuit. Haec* (ibidem — imperatoris) *post inserta esse videntur, cum infra a.* 1250 *(p.* 108, *l.* 1*) Fridericus supervixisse videtur, quando auctor haec scribebat, ut Ilgen et Vogel l. l. p.* 26. *monuerunt; cf. supra p.* 79 *sq.* 8) *Iohanne supra a.* 1240. *dicto.*

1244. Eodem anno in villa regia Mulhusen[a] magnum fuit incendium, maximam eidem civitati inferens cladem.

cf. Cr. S. P. Sept. 3. Hoc anno III. Non. Septembris obiit Sophia comitissa[1].

1245. *Iul. cf. ib.* Anno Domini MCCXLV. in mense Iulio Lugduno[b] Gallie celebratum est concilium, presidente[c] papa Innocentio cum CCL episcopis; ubi per sententiam Friderico quondam imperatori omne ius regni ac regnandi abiudicatum est, et eadem sententia Predicatoribus atque Minoribus[d] denuncianda commissa.

Dec. cf. ib. Hoc anno in adventu Domini captus est episcopus Babenbergensis[2] a B[ertoldo][e] comite de Kevernberc.

1246. *(Iun. 15).* Anno Domini MCCXLVI. Dux Austrie[3] in bello, quod inter regem Bohemie et ipsum[f] fuerat, occisus est.

cf. ib. Maii 22. Eodem anno XI. Kal. Iunii Erphordie magnum fuit incendium, incomparabilem eidem civitati inferens cladem[4]. Eadem etiam nocte Magdeburg[g] non dissimili damno per incendium punita fuisse credebatur.

Maii 22. Hoc[h] anno XI. Kal. Iunii, dum ille Fridericus quondam dictus imperator adhuc in sua perduraret pertinacia, Henricus[i] lantgravius iuxta Herbipolim in villa dicta Hocheim[k] domini pape auctoritate a Maguntino et pluribus episcopis ac[l] principibus in Romanum principem *fuit electus. In[m] cuius adiutorium multa hominum milia cruce signabantur ad catholice fidei defensionem, quam ille iam dictus Fridericus, ab ecclesia precisus, impugnaturus timebatur. Post hec Heinricus rex magna a domino papa recepta pecunia quosdam principes atque barones per eandem illis distributam **p*

a) Muhlhusen 1. b) *sic* 1. *P.* c) domino *add. P.* d) fratribus *add. P.* e) *sic P;* G. 1. f) *emendavi;* imperatorem 1. g) Magdeburgensis 1; *fort. sic legendum et supplendum* civitas. h) *haec — p.* 101, *l.* 6. *habet* 2 *p.* 593. i) Heinr. landgr. 1. k) Hoheim 1. l) et 1. m) *sequentia — p.* 101, *l.* 6. *om.* 1.

1) *Uxor Lamperti II. comitis de Glichen. Vide quae in Cron. S. Petri sequuntur.* 2) *Heinricus I.* 3) *Fridericus II.* 4) *Iam in carta data a.* 1246. *Febr.* 9, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 75, *nr.* 134, *maxima pars civitatis Erfordensis incendio, quo et ecclesia albarum dominarum cremata sit, destructa esse dicitur. Sed etiam Cron. S. Petri, in qua praeter hunc alius locus de eodem incendio exscriptus esse videtur, eodem anno ac die hoc factum esse refert. Annum incarnationis in carta male pro* 1247. *indicatum esse conicere non potes, cum* hoc anno *incendium factum esse ibi dicatur. Nescio igitur an in carta, cuius authenticum non exstat, mensis* (Febr. *pro* Sept.?) *corruptus sit; alias* Iunii *in* Ianuarii *mutandum esse censebis.*

sibi conciliavit[1], collectoque preclaro concitus exercitu 1246.
cum Conrado filio supradicti Friderici sibi resistere
conante iuxta fluvium Mogum non longe ab oppido
Frankenevurt valida manu Nonis Augusti conflixit, et *Aug.* 5.
auxiliante sibi de celo Dei gracia victor existens ad
mille fere viros captivos abduxit[2].

Eodem anno in cena Domini castrum Kevernberc *Apr.* 5.
incendio consumptum est, turrisque magna et fortis corruens quosdam servos[a] oppressit, illeso tamen episcopo
ibidem detento[3].

Anno[b] Domini MCCXLVII. Henricus[c] rex, dum 1247.
secundam in Bawariam[d] atque Sueviam fecisset expeditionem, ex nimio motu passus emorroidas[e], celeriter in
Thuringiam ad castrum Warberc revertebatur; ubi morbo
invalescente XIII.[4] Kal. Marcii diem clausit extremum, *Febr.* 17.
sepultusque est in monasterio sanctimonialium sancte
Katherine[f]. In quo nimirum sine herede defuncto
nobilis illa principalis prosapia terminata est, que[g] a
primo Ludewico[h] per CXVII[i] annos in Thuringia tenuerat principatum[5]. Post cuius obitum mox *in eadem
terra multiplicata sunt mala.* Nam vicini quidam princi- 1. *Mach.* 1, 10.
pes iure propinquitatis heredes fieri cupientes ipsam invaserunt; quorum marchio Misnensis[6] castrum Eckehardesberc[k] et oppidum Wizense sibi valenter usurpans,
non modicam huius terre partem sibi subiugavit; comes
etiam de Anhalt[7], sue partis non immemor, montem qui
claustro Oldesleiben[l] imminet[8] occupans potenter incastellavit, adiacentem vastando viciniam.

a) *emendavi;* suos 1; *cf. infra p.* 105, *l.* 12. b) *haec* — principatum *(l.* 20*) habet* 2 *p.* 593. c) Heinr. 1. d) Bavariam 1. e) em. cel. *ex* 2 *suppl., quibus spatium vacuum rel.* 1. f) Katharinae 1. g) quam 1. h) Ludovico 1. i) *sic recte* 1, *nam ab a.* 1130, *quo Ludewicus I. lantgravius principatum accepit, auctor annos computavit;* CXLVII 2 *et edd. falso.* k) Eckehardelberc 1. l) Odelsleiben 1.

1) *Cf. Ficker in Reg. Imp. V, p.* 913, *nr.* 4865 d. 2) *Cf. Necrol. S. Mariae Erford., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p.* 255: *Aug.* 5. Anno 1246. gloriosissime triumphavit Henricus rex, qui et fuit lantgravius Thuringorum, in campo apud Frankinford contra Conradum filium Frederici imperatoris depositi per ecclesiam, sed valde potentis adhuc, et idem rex statim obiit in quadragesima proxima. 3) *Babenbergensi. Cf. Cron. S. Petri a.* 1245; *supra p.* 100, *l.* 11. 4) XIIII. Kal. Mart. *potius, ut etiam habet Necr. S. Mariae Erford. l. l. p.* 254. 5) *A.* 1130. *videlicet Ludowicus I. lantgravius factus est.* 6) *Heinricus.* 7) *Sigefridus filius Heinrici I.* 8) *Sachsenburg; cf. Ilgen et Vogel, 'Krit. Bearb. u. Darst. d. Gesch. d. thüring.-hess. Erbfolgekrieges' (Kassel* 1884, *sep. ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X) p.* 124.

1247. (Oct. 3). Hoc[a] etiam anno Willehelmus dux Hollandie in
regem electus est, vir utique[b] pacificus ac modestia et
continentia, ut dicitur, insignitus.

1248. Febr. 4. Anno Domini MCCXLVIII. II. Non. Februarii obiit
Richmondis mater fratrum[1]. Hoc anno Erphordie
celebratum est capitulum provinciale Predicatorum.

Post mortem principis intestinum Thuringie bellum,
quod iam fere biennio inter H[einricum] comitem de
Glichen[c] et [camerarium[d]] de Mulhusen[2] et fratrem
suum [et[e]] R[udolfum] pincernam duraverat, ad pauperum
Ps. 10a, 2. probationem durius inflammatur, quia[f], dum superbiunt
impii[g], pauperes incenduntur.

1247. Dec. 27. Hoc anno VI. Kal. Ianuarii obiit Heinricus[3] comes
de Orlamunde.

1248. Anno Domini MCCXLVIII. Rex Willehelmus in
Apr. 26. octava pasche Aquisgranum, regiam scilicet villam, ob-
sedit[4]. Ad cuius auxilium multitudo Fresonum cruce
signatorum veniens navali bello ipsum oppidum im-
Oct. 19. pugnabat. Tandem XIIII. Kal. Novembris civitatem
Nov. 1. ingressus, a duobus cardinalibus[5] in[h] Kal. eiusdem men-
sis regalem coronatus accepit benedictionem.

Iun. 7. Eodem anno circa pentecosten obiit dux Merannie
et Burgundie[6] immatura morte, dum vicesimum vix com-
plevisset annum, et apud cenobium Lancheim sepultus est.

Hoc anno quidam pestilentes de castro Harman-

a) *haec — insignitus habet* 2 *p.* 600. b) est virtuteque 1. c) Glychen 1. d) *supplevi, spatio vacuo rel.* 1; *quod supplendum esse apud me certo constat.* e) *supplevi; cum Rudolfus de Varila nullum fratrem dictum de Mulhusen habere potuerit; quod nec iis quae Funkhänel in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' IV, p.* 478. *monuit probabile redditur. Sed potius* fratrem suum *a Schannato corruptum esse credo, pro quo conicere posses* strenuissimum. f) *emendavi;* inflamatur, quare 1. g) *emendavi;* ipsi 1. h) *corr. Pertz;* l 1; primo *Boehmer male.*

1) *De qua nihil constat. Eam matrem fratrum Praedicatorum dictam esse coniciendum esse videtur. Sed, quamvis Schannat lacunam non indicaverit, nomina fratrum omisisse potest.* 2) *Theodericum II; cf. Herquet, 'UB. d. Reichsst. Mühlhausen' p.* 595 *sq.* 3) *Hermannus II. potius, quem a.* 1247. *obiisse Cron. S. Petri refert. Ex* H. *codicis male hoc nomen ortum videtur. Comes de Orlamunde Heinricus tunc non exstitit. Hoc loco etiam eum a.* 1247. *nostrae computationis obiisse patet, cum exordium anni a nativitate Domini sumptum sit.* 4) *Cf. Chron. reg. Colon. Cont. V. p.* 292: III. Kal. Maii; *Reg. Imp. V, p.* 926, *nr.* 4917a. 5) *Petro diacono cardinali S. Georgii et Wilhelmo card. episcopo Sabinensi (Nic. de Curbio c.* 22, *Muratori, SS. III, p.* 592 η). *Quibus assistentibus archiepiscopus Coloniensis regem coronavit. Cf. Reg. Imp. V, p.* 930, *nr.* 4934a. 6) *Otto II (VII), qui obiit die Iun.* 18. *(vel* 19). *Cf. Reg. Imp. V, p.* 1704, *nr.* 11543a.

stein[1], Hermannus videlicet . . . .[a] et Heinricus de 1248. Balstede[b], in die ascensionis Domini nefaria temeritate *Maii* 28. ingressi quoddam allodium monachorum de Valle Beati Georgii[c] omni suppellectili cum pecoribus spoliaverunt, Cunradum ipsorum cellerarium, devotum sacerdotem, cum aliis conversis ac famulis circiter XVIII graviter vulnerantes, adeo ut etiam unus conversorum extremum exhalaret spiritum. Quorum cladem totus Erfordensis[d] clerus miserans illisque compatiens, proxima IIII. se- *Iun.* 3. quenti feria generalem per civitatem fecerunt processionem, in qua ad sceleris ostensionem dicti fratris occisi tunica sanguine cruentata pro lamentabili vexillo deferebatur.

Hoc anno in septimana pentecostes rex Francie *Iun.* 7—13. cum uxore sua[2] fratribusque ipsius[3] cum uxoribus suis[4] ad Terram Sanctam cum magna devotione iter de Parisius[e] arripuerunt. Nam in capitulis fratrum Predicatorum atque Minorum flexis genibus ipsorum orationibus humiliter se commendaverunt[5]. Habebant etiam in comitatu Romane sedis legatum[6] cum quibusdam episcopis nec non magistrum ordinis Predicatorum[7].

Eodem anno VII. Idus Iulii Albi-laci oppidum a *Iul.* 9. Saxonibus[8] expugnatum est. Sed illi de castro, ne ipsorum adversarii ibidem tutum haberent receptaculum, eiusdem civitatis furtivum procurarunt incendium, se
.36. satis viriliter defendentes. Undecimo tandem post *hec *Iul.* 19. die marchio[9] veniens dictum oppidum obsedit. Quod videntes Saxones, latenter egressi, residuum civitatis incenderunt. Dein marchio plurimis comitum villis vastatis incendio, X. Kal. Augusti iuxta Erphordiam castra me- *Iul.* 23. tatus est; indeque tertia die recedens[10], quoddam castel- *Iul.* 25. lum Heinrici militis de Baldestete[f] in villa Husen con-

a) *spatium vacuum rel.* 1; et *supplevi.* b) *infra l.* 32. Baldestete. c) Gregorii 1. d) Erfordiensis 1. e) Parisiio 1. f) *cf. supra n.* b.

1) *Huius castri domini etiam in praediis monasterii Reinhardsbrunnensis postea rapinas fecisse dicuntur in Cron. Reinhardsbr. a.* 1259, *SS. XXX, p.* 622. 2) *Margareta.* 3) *Karolo comite Andegaviae et Roberto I. comite Artesiae.* 4) *Beatrice et Mathilde.* 5) *Cf. Salimbene f.* 301[d] —303[c], *ed. Parm. p.* 93 *sqq.* 6) *Odonem card. episcopum Tusculanum.* 7) *Iohannem supra a.* 1240. *dictum.* 8) *Liber cron. Erford., 'GQ. d. Prov. Sachsen' I, p.* 213: ab advocato *(Heinrici lantgravii Hassiae)* Wilkino et illis dominis de Sundershusen. *Cf. Ilgen et Vogel p.* 129, *n.* †. *Cf. Cron. S. Petri* 1248. 9) *Misnensis Heinricus.* 10) *Bene convenit cum hoc loco Cronicae S. Petri locus ex alio fonte haustus.*

1248. tinuo expugnando destruxit, ipsumque castelli dominum cum aliis XXIIII captivavit. Sicque complurium[a] viduarum pupillorumque maledictionibus in terram suam regressus[b] est.

Aug. 23. Hoc[c] etiam anno X. Kal. Septembris Maguntinus archiepiscopus Erbipoli[d] predicans plures super[e] sancte fidei invasores cruce signavit, pronuncians ibidem, quod Fridericus quondam imperator in Longobardia quendam religiosum pontificem[1] tam ignominiose atque crudeliter caude caballi alligari preceperit[f], ut eiusdem iumenti stercora ipsius ori inciderent vel incidere potuissent, sicque miserabiliter distractum[g] suspendio interire mandavit. Cuius corpus dum quidam Minorum ordinis fratres sepulture, sicut dicitur, tradidissent, eosdem tyrannus ille confestim vivos sepeliri demandavit[h].

Item anno eodem in Thuringia sub tanta bellorum clade maxima mortalitas exstitit, adeo ut in quadam rurensi villa, Gunnenstete dicta, multi brevi tempore morerentur. In alia vero quadam villa dum sacerdos duo funera sepeliret, nunciantur illi iam XI vitam finivisse; quo audito stupefactus, vix officium complens, e villa fuga elapsus est.

Hoc anno in Thuringia post bellum principale ad plagam cumulandam particulares discordie sunt in ipsa multiplicate, adeo ut ministeriales suis etiam dominis et nobilibus contumaciter rebellare presumpserint. Nam Berengerus de Meldingen adiuncto sibi Giselhero de Tullestete cum LXX armatis burgravium de Kirchberc[2] et illos nobiles de Lobede impugnans, dum magnam
Sept. 27. gregum predam V. Kal. Octobris iuxta villam Gene dictam violenter[i] abegisset, dictus burgravius, in Domino confisus, cum paucis insecutus est illum iuxta villam Madala. Ubi viriliter cum eo committens victoriam adeptus est, pluribus ibidem vulneratis, ipsumque belli auctorem graviter vulneratum cum aliis XX captivavit.

Febr. 22. Hoc anno VIII. Kal. Marcii obiit Albertus miles nobilis de Vippech[k. 3].

a) *fortasse corrigendum* cum complurium *vel* cum plurimorum. b) *bene emend. Pertz;* ingressus 1. c) *haec — l.* 15. *habet* 2 *p.* 602. d) Herbipoli 1. e) supra 1. f) precepit 1. g) destructum 1. h) mandavit 1. i) videnter 1. k) Vipperh 1.

1) *Marcellinum episcopum Aretinum a.* 1248. *Mart.* 8; *cf. epistolam Reinerii cardinalis, Math. Paris., SS. XXVIII, p.* 304 *sq.* 2) *Theodericum.* 3) *Hic Albertus de Vipeche testis affertur in carta a.* 1231, *Thur.*

Hoc etiam anno III. Idus Februarii, dum pincerna *1248. Febr. 11.* [de Varila[a]] cooperantibus sibi marchionis militibus plures villas incendio vastasset, Heinricus[b] comes de Glichen[c] adiunctis sibi quibusdam comitibus iuxta villam Mitelhusen[d] cum eo infeliciter conflixit. Ubi dum iam dictus Heinricus comes pene victoriam adeptus fuisset, burcgravius[1] superveniens ipsius gaudium convertit in luctum. Nam occulto, sed non iniusto Dei iudicio quatuor ibi comites, G[untherus] videlicet de Kevernberc[e] cum B[ertoldo] filio suo et G[untherus] de Blanckenberc cum fratre suo H[einrico] de Swarzeberc, cum aliis XX militibus et servis[f] captivi deducti sunt[2]. Hanc itaque vindictam ille de Kevernberg[g] non immerito passus creditur, qui ausu temerario Babenbergensem episcopum captivare non verebatur[3].

Hoc anno auctoritate legati[4] mutatum est festum dedicationis ecclesie fratrum Predicatorum Erphordensium[h] et transpositum in proximam dominicam post ascensionem. Eodem anno ac die dedicatum est ibidem *Maii 31.* altare beate virginis[5] a T[heoderico][i] Nuvenbergensi episcopo.

Hoc anno VII. Kal. Februarii villa Novum-forum *Ian. 26.* dicta a fautoribus marchionis capta est et incensa. Qui tertia die iterum reversi ibidem ecclesiam violenter[k] in- *Ian. 28.* trantes spoliaverunt ac ipsum plebanum dominicum corpus ferentem graviter vulneraverunt. Insuper idem supradicti[l] XI. Kal. Marcii castellum Eckenstede dic- *Febr. 19.* tum ceperunt.

Anno[m] Domini MCCXLIX. Sifridus Maguntinus[n] archiepiscopus postquam per universam diocesim suam omnes prepositures ac meliores parrochias[o] vacantes auctoritate domini pape per biennium sibi usurpando[p] recepisset[6], dictus papa non his contentus apposuit ad-

a) *uncis incl. supplevi, spatio vacuo rel.* 1. b) *suppl. Pertz; spatium vacuum huic nomini rel.* 1; *cf. l.* 6. c) Glychen 1. d) Muhlhusen 1. e) *corr. Boehmer;* Revenberc 1. f) *emendavi (cf. infra p.* 106, *l.* 18*);* suis 1. g) *emendavi;* Kirchberg 1. h) Erphordiensium 1. i) L. 1. k) videnter 1. l) supradictus 1. m) *haec — p.* 106, *l.* 10. *habet* 2 *p.* 606 *sq., ubi* Dom. *om.* n) Siffr. archiep. Mogunt. 1. o) parrochiales 2. p) usurpandi 1.

sacra p. 112, *nr.* 62 *(Albero de Vipeche in cartis a.* 1220. 1231. 1228, *Rein, Thur. sacra I, p.* 74 *sq.* 79 *sq., nr.* 30. 31. 38. 39*).* 1) *De Kirchberg supra dictus.* 2) *Cf. Cron. S. Petri et add. cod. E ad eam.* 3) *Cf. supra a.* 1245, *p.* 100. 4) *Petri diaconi card. S. Georgii.* 5) *In ecclesia Praedicatorum Erfordensi procul dubio.* 6) *Litteris papae datis a.* 1247. *Dec.* 19, *Ep. pont. sel. II, p.* 338, *nr.* 475.

1249. huc ipsum sublimare ac legatum Germanie constituere [1].
Ps. 77, 17. Sed *terribilis Deus in consiliis super filios hominum*, cuius
ib. 65, 5. 35, 7. ib. 137, 6. *iudicia abyssus multa*, qui *humilia* [a] *respicit et alta a longe cognoscit*, huius immense dignitatis gloriam intercidit. Nam cum esset in expeditione cum rege ante curtem regiam Ingelnheim [b] dictam, cepit infirmari, venitque
Mart. 9. Pinguiam; ubi VII. Idus Marcii diem clausit extremum. Cui Cristanus maior prepositus Maguntinus successit.
Mart. 28. Hoc etiam anno in die palmarum supradicta regalis curia a rege W[illehelmo] [c] viriliter expugnata est.

1248. Hoc etiam anno circa partes Burgundie in comitia Savoya quidam mons lapidosus et altus scopulatim scissus est, et corruens unius fere leuce spatium occupavit ac duo cenobia, *nigrorum videlicet monachorum ac Pre- *p. 37.
monstratensium, cum X villis oppressit, occisis, ut dicitur, ibidem fere mille hominum [2]. Ipseque etiam eiusdem terre comes [3] dictam ruinam vix effugiens milites et servos ibidem amisit.

1249. Hoc etiam anno cum hi qui de parte marchionis
Sept. 7. erant ante Erphordiam VII. Idus Septembris venissent, cives quidam de pauperioribus et inermes egressi, dum veluti artis bellandi ignari hostes propellere niterentur, XLVI ex eis captivi abducti sunt, quidam occisi, non pauci vulnerati.

1248. Dec. 28. Hoc etiam anno V. Kal. Ianuarii flante aquilonari vento mare minoris oceani tanta violentia maritimis terris appulsum est, ut circa [d] villam Hamburc CCC [naves [e]] periclitate referantur; quot autem in Hollandia vel Fresia seu ceteris maritimis regionibus perierint, novit Deus, qui per tales eventus terrorem hominibus incutere solet [4].

a) humilem 2. b) Ingelheim 1. c) W. 1; Wilhelmo 2. d) *emendavi;* citra 1; *cf. infra p.* 113, *l.* 26. e) *suppl. Boehmer; om.* 1.

1) *Cum Sifridus iam litteris papae datis a.* 1249. *Ian.* 26. *et Febr.* 5 *(Ep. pont. sel. II, p.* 458. 467, *nr.* 643. 652*) legatus apostolicae sedis appellatus sit, demum litteris datis a.* 1249. *Febr.* 24. 25 *(ib. p.* 474—477, *nr.* 663—665*) plenum legationis officium in Germania ei commissum est; quae litterae ad Sifridum vivum iam non pervenerunt.* 2) *Quod hieme a.* 1248. *factum est. Cf. Math. Paris. a.* 1248, *SS. XXVIII, p.* 301*; Salimbene f.* 343 a. 344 a, *ed. Parm. p.* 147 *sq.* 150; *Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 472; *Girard. de Fracheto, SS. XXVI, p.* 588. 3) *Amedeus III.* 4) *Cf. Ann. Egmund., Stad., SS. XVI, p.* 478. 372; *'Sächs. Weltchr.' c.* 398, *'D. Chr.' II, p.* 258; *Menkonis Chron., SS. XXIII, p.* 542 *sq.; Melis Stoke III, v.* 820 *sqq., ed. Brill I, p.* 169 *('Werken uitgegeven door het hist. genootschap te Utrecht'. Nova series XL).*

Hoc anno cenobium sanctimonialium in regia villa 1249. [Eschenewege[a] dicta incastellatum est] a Gunthero de Arnsperg, quia cives huius ville voluerant se marchioni tradidisse, sicque illa nobilis ecclesia peccatis[b] exigentibus est humiliata.

Anno[c] Domini MCCL. Cristanus Moguntinus[d] archiepiscopus in vigilia natalis[e] Domini Erphordiam *Dec.* 24. veniens honorifice a clero susceptus est et a civibus in ecclesiis sancti Petri et sancti Severi et in ecclesia beate virginis preter[f] Lambertum eiusdem ecclesie prepositum, cui[1] clerus Erphordensis[g] ac tocius prepositure fecerat obedientiam; quem[2] preterito anno defuncto Sifrido Maguntino dominus papa eodem[h] investiverat beneficio. Tandem huiusmodi controversia sopita, dictus presul Heinricum Sancti Petri abbatem iam valetudinarium absolvit, Volmarum eiusdem ecclesie quondam monachum, sed nunc[i] Bursveldensem abbatem[h], subrogans eidem[3]. Post hec divina favente clementia dominici corporis sacramentum, quod in anni preteriti autumno in ecclesia 1249. *(Sept.)* beati Martini hospitalis a quodam malefico furto sublatum fuerat ac in piscina quadam diabolico instinctu submersum, eodem malefico per confessionem prodente repertum est; quapropter dictus pontifex Cristanus[k] convocato toto civitatis clero ad locum, ubi hoc terrificum 1250. *(Ian.* 14*).* sacramentum reconditum fuerat, perrexit ac inde sumptum sollemni cum processione in ecclesia beate Marie devote collocavit[4].

Hoc etiam anno II. Kal. Marcii marchio Misnensis *Febr.* 28. in Mitelhusen[l] provinciali presedit iudicio; ubi presentibus multis terre baronibus pacem firmiter atque stabiliter iuramento confirmavit, sicque terre eiusdem principatum, licet a Friderico quondam imperatore, nunc

a) *uncis incl. supplevi ex iis quae infra a.* 1251. *narrata sunt, spatio vacuo rel.* 1; Eschenewege invasum est *suppl. Pertz.* b) *suppl. Pertz, qui addit* civium, *spatio vacuo rel.* 1. c) *haec* — eidem *(l.* 17*) habet* 2 *p.* 611, *ubi* Anno (1249) Crist. d) *sic h. l.* 1. 2. e) nativitatis 2. *(P); in cod.* nat̄ *fuisse videtur.* f) *sic recte* 1; per 2 *et Pertz falsissime.* g) Erphordiensis 1. h) *om.* 2. i) mon. et Bursfeldensis 1. k) *emend. Pertz;* XIX (*pro* xpan[9]) 1. l) Mulhusen 1; *cf. supra p.* 105, *l.* 5, *infra p.* 113, *l.* 11.

1) *Scil. Lamberto. Cave, ne de Christiano archiepiscopo hoc dictum esse opineris.* 2) *Scil. Lambertum. Cf. Cron. S. Petri a.* 1249. 3) *Cf. ib. a.* 1250. 4) *Cf. Necr. S. Mariae Ian.* 14, *'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p.* 253 *sq.:* Anno 1250. inventum est corpus dominicum in piscina in salicto et cum magna sollempnitate deportatum est a Moguntino archiepiscopo Cristano in ecclesiam beate virginis. *Cron. S. Petri a.* 1249.

1250. autem deposito, festiva vexillorum exhibitione sibi contraditum[1], violenter ac iniuste occupavit. Dein tertia die veniens Ysenacum a ducissa Brabantie[2] sub nomine tutoris ipsius filii[3] nobile illud castrum Wartberc cum tota Hassie terra ad annos X commodatum suscepit.

Hoc anno novum belli genus, immo[a] dolose traditionis auditum est. Nam cum Bremensis presul[4] et comes Holsacie[5] contra regem Dacie[6] bella moverent, ipsius germanum nomine Abel, ducem videlicet Iucie[b], sibi quoquo modo associaverunt; qui fratri suo in dolo confederatus, dum in regia villa Slesvic pacifice convenissent, non sicut Abel, sed sicut maledictus Cain fratricida dictum regem in vincula iecit ac navi impositum atque deductum non longe a civitate in quodam loco decollari precepit. Qui fratrem quendam ordinis Predicatorum advocans, uti[c] melius potuit confessus[7], deinde lictorem rogavit, ut se primum membratim truncaret ac sic decollaret; quod[d] factum est. Corpus ipsius
Aug. 9. armis involutum fluvio immerserunt V. Idus Augusti. Post hec nutu Dei idem corpus quesitum et inventum in predicta civitate in ecclesia fratrum Predicatorum honorifice sepultum est.

Hoc anno perniciosa discordia inter regnum et sacerdotium iam XIII annis habita ex parte fuit se-
Dec. 13. data, nam Fridericus quondam imperator Idibus Decembris in Sicilia est defunctus ac in Palerma sepultus.

Hoc anno cunctis ab exercitu fidelium in Damiata ut sibi videbatur dispositis[8] — fecerat enim rex Francie in illa episcopatum, prebendas et canonicos ob cultum
Matth. 6, 24. divinum —; sed quia nemo potest dominis servire diversis, Deo scilicet et carni: nam rex Francie inani gloria elatus solis[e], exclusis ceteris peregrinis, bellorum victoriam sibi suisque voluerat *adscribi, nec pugnantium pre- *p. 38.
dam equaliter dispertiri; quapropter dum in quarta feria
Apr. 6. post octavam pasche exercitus Domini cum Sarracenis fiducialiter committeret, occulto Dei iudicio victus est,

a) imo 1. b) *emend. Pertz;* Tusciae 1. c) *emendavi;* ubi 1. d) et *fort. supplendum.* e) *emendavi;* solus 1.

1) *A.* 1243. *Iun.* 30; *Reg. Imp. V, nr.* 3372. 2) *Sophiae.* 3) *Heinrici. Cf. Cron. Reinhardsbr. a.* 1248, *p.* 619. 4) *Gerhardus II.* 5) *Iohannes I. et Gerhardus I.* 6) *Ericum Ploghpenning.* 7) *Cf. Ann. Stad., SS. XVI, p.* 373; *Catal. regum. Dan. IV, SS. XXIX, p.* 171 *sq.; Ann. Lund., ib. p.* 208; *Chron. Sialand., ib. p.* 215. 8) *Nota de Damiata capta supra nihil relatum esse.*

1250. capto rege Francie et occiso quoque fratre ipsius Ruberto[1] ac — sicut narravit Eberhardus magister Alamannie fratrum domus Teutonie, qui huic presens interfuit conflictui — cesis XXXVI milibus et XV milibus captivatis. Dixit insuper IIII milia ad perfidos[a] propter victus penuriam transfugisse per apostasiam. Sic itaque reddita Damiata, rex centum milibus marcarum[b] suam redemit captivitatem, addens insuper fide data se non amplius suis diebus Sarracenos impugnaturum.

1251. Anno[c] Domini MCCLI. Domnus papa comperta Friderici quondam imperatoris morte, de regni negotiis diligenter deliberans, quendam H[ugonem][d] cardinalem[2] ordinis fratrum Predicatorum de suo latere legatum misit in Alamaniam[e] ad Wilhelmi regis confirmationem. Qui veniens Maguntiam eiusdem[f] ecclesie presulem Cri- (Iul.) stanum, cessionem a papa noviter petentem, deposuit, assignans eidem per totam Maguntinam diocesim unam[g] in qualibet ecclesia conventuali prebendam, subrogando nichilominus ipsi Gerhardum Silvestris[h] comitis[3] filium.

Hoc etiam anno, sicut olim contigit circa tempora salvatoris, ut tangitur in Actibus apostolorum de Theoda (Act. 5, 36.) mago falso . . . . . .[i], qui magno Iudeorum exercitu ad Iordanem congregato inani spe promisit illos post triduum se per Iordanem sicco vestigio transducturum, quem preses Syrie insecutus, ibidem cum multis interimitur[k. 4] . . . .[l. 5].

Hoc anno IIII. Idus Septembris Erphordie magnum (Sept. 10.) fuit incendium a Novo-opere usque ad hospitale.

Hoc anno in ieiunio autumnali sollemnes celebrati (Sept. 20—23. cf. Cr. S. P.) sunt ordines Erfordie in ecclesia sancti Petri ab Heinrico Hildensheimensi[m] episcopo.

Hoc anno IIII. Kal. Ianuarii regia villa Eschene- (1250. Dec. 29.)

a) *coniecit Boehmer;* persidos 1. b) *corr. Boehmer;* millionum 1; *in cod.* m̄ *fuisse videtur.* c) *haec — l.* 19. *habet* 2 *p.* 619, *ubi* Hoc anno (1251) Dns. d) H. 1; Hugonem 2. e) Alamanniam 1. f) eius 1. g) *om.* 1. h) Sylv. 1. i) *spatium vacuum rel.* 1; *et in Historia ecclesiastica supplendum esse conicio.* k) interemit *coniecit Pertz.* l) *nulla lacuna indicata* 1. m) Hildesheim. 1.

1) *Qui iam in proelio die Febr.* 7. *apud Mansurah commisso occisus est.* 2) *Presbyterum S. Sabinae.* 3) *Conradi.* 4) *In Eusebii Hist. eccl. interpr. Rufino II,* 11. *auctor legit quae de Theoda narrat.* 5) *Simile hoc anno factum fuit hoc: Pastorellorum dux promisit se suos trans mare traducturum et regem Franciae captum liberaturum et Terram Sanctam expugnaturum esse, qui a militibus occisus est. Quae auctor de eo narraverat, Schannat omisisse videtur.*

1250. wege[a] fuit expugnata a duce Brunswicense[1], expulsis his de monte qui dominarum claustrum incastellaverant, turrim unam cum ecclesia preter sanctuarium destruentes earumque lapides ad munimen civitatis distrahentes.

1252. Anno[b] Domini MCCLII. Willehelmus[c] rex consilio et auxilio legati, ut creditur, filiam[2] ducis Brunswicen- *Ian. 25.* sis duxit uxorem. Cum igitur ipsas nuptias VIII. Kal. Febr., in quo beati Pauli conversio contingit[d], Brunswic[e] celebraret propter imminentem quarto die septuagesimam, fortuito candele casu ipsa thalami caminata fuit incensa; multoque ibidem apparatu regio vel ornatu consumpto, sponsus cum sponsa Domino auxiliante quasi[f] nudi vix[g] periculum mortis evaserunt. His denique nuptiis dictus legatus ac Maguntinus[h] electus cum quibusdam aliis episcopis interfuisse referuntur[i]. Sicque rex magnum huius terre[k] principum sibi conquisivit favorem.

Hoc anno [Gerhardus[l]] Maguntine[h] sedis electus *Febr. 4.* in dominica *Exurge* Erphordiam veniens[3] ab huius civi- *Febr. 21—24.* tatis clero honorifice susceptus est. Qui ibidem ieiunio *Mart. 16.* vernali[4] diaconatum, in[m] sabbato *Sitientes*[n] sacerdotium adeptus, statim[n] predecessorum suorum sententiam in marchionem Misnensem[o] et Brabantie ducissam pro feudis ex obitu H[enrici][p] regis episcopatui solutis et a iam dictis iniuriose detentis promulgatam confirmavit[5], omnes civitates ac[q] villas ipsorum iurisdictioni per Hassiam atque Thuringiam subiectas sub interdicto ponens.

a) Esschenewege 1. b) *haec* — principem *(p.* 111, *l.* 7*) habet* 2 *p.* 621 *sq.* c) *sic h. l.* 1; Wilhelmus 2. d) contingitur 2. e) *pro* Brunsw. — septuag. *spatium vacuum rel.* 1. f) qui 1. g) per. m. vix 1. h) Magont. *h. l.* 1. i) ep. interfuerunt 1; *cf. infra p.* 111, *l.* 30. 31. k) ac *add.* 2. l) *deest* 1; *fort.* G. *in cod. fuit.* m) et sabbatho 1. n) *om.* 1. o) Mysn. 1. p) H. 1; Henrici 2. q) et 1.

1) *Ottone.* 2) *Elisabeth.* 3) *Cf. Cron. S. Petri.* 4) *Hoc est ieiunium quatuor temporum ante dominicam Reminiscere, non quadraginta dierum ieiunium, ut Will, Reg. arch. Magunt. II, p.* 316, *interpretatus est. Cf. supra p.* 109, *l.* 29. 5) *Quod mense Martio factum esse ex his verbis elucet, non mense Febr., ut omnes dicunt. Cf. Ilgen et Vogel l. l. p.* 122, *n. de excommunicationis sententia a praecedentibus archiepiscopis lata. (Quod hi dixerunt Will l. l. II, p.* 316, *nr.* 12. *non intellexit). Sed nota auctorem non diserte dixisse marchionem et ducissam a Sigefrido III. et Christiano archiepiscopis excommunicatos esse. Sententiam ita interpretari potes, ut hi feuda Moguntina ab illis reposcerent, excommunicationem comminati. Will l. l. (XXXV, nr.* 12*) haec misero modo conturbavit, cum haec omnia ad diem Febr.* 4, *editione Pertzii neglecta, adscriberet et (nr.* 15*) archiepiscopum die Febr.* 25. *in oppido Oppenheim fuisse falso coniectaret.*

Qui postea[1] vocatus a legato Megdeburc[a] pervenit, ac 1252. *(Febr.)* dein Brunswic cum rege veniens, in die palmarum ab *Mart.* 24. Eboracense[2] archiepiscopo in pontificalem sublimatus est dignitatem[b]. Ubi etiam[c] sequenti die rex W[illehel- *Mart.* 25. mus][d] a marchione Brandenburgense[3] ac duce Saxonie[4] ceterisque huius terre magnatibus in Romanum sollemniter electus est principem. Eodemque tempore cives Goslarienses fecerunt similiter. Itaque[e] prefatus rex W[illehelmus][d] de die in diem tam coram Deo[f] quam coram hominibus crescens, in die parasceue[g] magnum *Mart.* 29. devotionis et humilitatis prebuit exemplum, ita ut per civitatem supradictam Brunswicensem laneus[h] ac nudis incedens pedibus sanctorum visitaret[i] ecclesias largasque erogaret elemosinas. Multa denique de eo predicabantur virtutum insignia. Nam pacis amator, iustus atque districtus iudex moribusque[k] maturus, pius ac mitis apparebat et humilis. Quapropter cooperante sibi Dei gratia per Romane sedis legatum omnium fere principum sibi conciliavit favorem, excepto duce Bawarie[l, 5], qui genero suo C[onrado][m], filio quondam imperatoris, in sui honoris ac ditionis periculum pertinaciter adherebat. *p. 39. Rex etiam Boemie[6] pretiosis atque *regalibus muneribus[n] in signum electionis ipsum honoravit. Post hec iam sepe dictus rex W[illehelmus] in septimana post albas[o] *Apr.* 8—13. Merseburc venit, ubi Megdeburgensis[p] archiepiscopus[7] et marchio Misnensis, manus ei dantes, sua ab ipso feuda receperunt. Post[q] hec sollemnem rex indixit[r] curiam Kal. Iulii Vrankenevurt[s] celebrandam; in qua tamen *Iul.* 1. eodem fere tempore defunctum suum graviter lugebat socerum[8]. Eidem itaque curie isti principes interfuisse referuntur: episcopi Maguntinus, Coloniensis[t, 9], Leodien-

a) Magdeburg 2. b) auctoritatem 1. c) et 1. d) W. 1; Wilhelmus 2. e) *sequentia* — adherebat *(l. 21) habet* 2 *p.* 622. f) Domino 1. g) parasceves 1. h) *sic* 1. 2 *pro* laneis indutus. i) visitavit 2. k) moribus 1. l) Bavariae 1. m) C. 1; Conrado 2. n) *suppl. Pertz, spatio vacuo rel.* 1; donis *Boehmer.* o) Abbas 1. p) Megdenburg. 1. q) *haec* — *p.* 112, *l.* 4. *habet* 2 *p.* 624. r) induxit 1. s) Frankenewurt 1. t) et Col. et Leod. 1.

1) *Postquam Erfordiam venit (Febr.* 4*), non postquam Gerhardus diaconus et presbyter consecratus est, nam Hugo legatus c. Febr.* 10—21. *Magdeburgi moratus est; Reg. Imp. V, p.* 1559, *nr.* 10300—10312. 2) *Ebredunensi Heinrico. Cf. Christian. c.* 26, *SS. XXV, p.* 248. 3) *Iohanne I.* 4) *Alberto I. Cf. epist. Hugonis legati d. d. Mart.* 25, *Reg. Imp. V, nr.* 5068. 5) *Ottone II.* 6) *Wenzeslaus I.* 7) *Wilbrandus.* 8) *Otto dux obiit die Iun.* 9. 9) *Conradus.*

1252. sis[1], Spirensis[2], Argentinensis[a, 3]; dux Brunswicensis, nuper[b] defuncti filius[4], preter abbates plures et comites et barones; ubi rex ducem Bawarie[c] sententia[d] proscriptionis innodasset, si per quosdam interceptum non fuisset.

Iun. 30. Hoc etiam anno pridie Kalendas Iulii[5] Abel rex Dacie iusto Dei iudicio a Frisonibus occisus est. Qui non solum germanum fratrem, sed multos Lubecensium civium noviter in dolo peremerat.

Nov. 3. Hoc anno III. Non. Novembris[6] obiit in Argentina magister ordinis fratrum Predicatorum, frater Iohannes[e] episcopus.

(Febr. 4 — Mart. 24). Hoc anno Erfordie instaurata et autenticata fuit ab electo Moguntino ecclesia super piscinam sita, in qua dominicum corpus inventum fuerat[7], et assignata duobus clericis ad procurandum ibidem obsequium divinum.

cf. Cr. S. P. Hoc etiam anno Moguntinus a clero suo vicesimam exegit.

1251. *(Apr. 7). cf. ib.* Hoc anno XVIIII. Kal. Aprilis[8] quidam viri militares ac presumptuosi contra regiam villam Mulhusen[f] conspirantes quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum eidem ville inducendos procuraverunt, annonam super se positam ostendentes. Quibus ingressis ipsas civitatis portas tamdiu nitebantur occupare, donec ipsorum complices introissent. Quod ut cives percaute cognoverunt, sonantibus campanis ad arma conclama-

a) Argentinus 1. b) imperatoris 1. c) Bavariae 1. d) *sic* 1 *(cf. supra p.* 91, *l.* 21 *et infra p.* 113, *l.* 25*)*; sententie 2. e) Ioannes 1. f) Muhlhusen 1; Molhusen *P.*

1) *Heinricus III.* 2) *Heinricus II.* 3) *Heinricus III.* 4) *Albertus I.* 5) *Iun.* 29, *Ann. Lund., SS. XXIX, p.* 208; *Chron. Sialand. add., ib. p.* 216; *Ann. Nestved. mai., ib. p.* 220; *Ann. Stad., SS. XVI, p.* 373. 6) *Pridie Nonas Nov. obiisse dicitur a Bernardo Guid., Martene et Durand, Coll. VI, c.* 407. 7) *Cf. supra p.* 107, *l.* 18 *sqq. Cum Gerhardus* electus *hoc loco dicatur, hoc inter Febr.* 4. *et Mart.* 24. *factum esse patet.* 8) *Pro hoc die falso et contra kalendarium Romanum posito legendum est* VII. Idus April., *anni videlicet* 1251. *Cf. cartam a.* 1252. *s. d., Herquet, 'UB. d. Reichsst. Mühlhausen' p.* 41, *nr.* 124, *qua molendinum venumdatur,* ut in honorem Dei, cuius misericordia circa ipsos *(Mulhusenses)* est mirabiliter operata, in sexta feria singulis annis ante palmas de redditibus eiusdem molendini elemosine large consolacionesque pauperibus inpendantur, ut per hoc habeatur perennis recordacio laudis Dei, cuius gracia cives iam dicti sub pernicioso puncto tradicionis positi meruerunt a suis hostibus tam feliciter triumphare. . . . Victoria, que causa est istius contractus, peracta est die predicta anno gracie M°CC°LI°. *De die huius pugnae cf. etiam infra Cron. S. Petri ad a.* 1250. *et E ad a.* 1252.

bant et viriliter se defendentes XIII ex adversariis 1251. *cf. Cr. S. P.* trucidabant, eosdem in una fossa simul subterrantes, pluresque ex aliis in fuga vulnerantes.

Hoc anno infra sexagesimam soror Margareta, regis 1252. *Febr.* 4. Heinrici, filii Friderici imperatoris, relicta, relicto summo sponso suo Iesu Christo, quem in facie ecclesie publico voto emisso habituque religionis assumpto fideliter elegerat, filio regis Boemie P[rimislao][a], duci videlicet Austrie, nupsit, cum tamen affinitate forent coniuncti.

Hoc etiam anno marchio Misnensis Thuringiam veniens VII. Kal. Septembris in Mittelhusen provinciali *Aug.* 26. presedit iudicio pacemque cum terre baronibus confirmavit. Dein tertia die . . . . .[b] castrum obsedit ac *Aug.* 28. in deditionem suscepit, ipsiusque castri dominum captivum abducens.

Hoc anno in cena Domini sunt invente reliquie *Mart.* 28. beati Wicberti abbatis; ac postea in vigiliis beati Iohan- *Iun.* 23. nis[c] baptiste auctoritate domini legati atque Maguntini sub translationis titulo eadem translatio populo sollemniter est manifestata.

Eodem anno IIII. Kal. Octobris obiit frater Hel- *Sept.* 28. wicus, lector Minorum fratrum.

Anno[d] Domini MCCLIII. dum supradictus legatus 1253. pro quodam theoloneo[e] fere per annum[1] excommunicationis sententia Maguntinum innodasset[f] ac illius sententiam contra marchionem Henricum[g] cassasset, circa[h] pascha[2] reconciliati sunt[3]. *Apr.* 20.

Hoc etiam anno Non. Aprilis obiit Wildebrandus *Apr.* 5. Magdeburgensis archiepiscopus.

Hoc[i] etiam anno Cristanus[k] Maguntinus archiepiscopus Hospitaliorum ordini se tradidit.

a) F. 1. b) *spatium vacuum rel.* 1. c) Ioannis 1. d) *haec — l.* 27. *habet* 2 *p.* 637, *ubi* Dom. *om.* e) theloneo 1. f) inodasset 2. g) *sic* 2; march. latam 1. h) citra 1. i) Hoc — tradidit *habet* 2 *p.* 619, *falso procul dubio dicens haec in cod. ad a.* 1251. *adscripta esse. Cf. praef. p.* 74 *sq.* k) Xpianus 2; Christianus 1.

1) *Error. Gerhardus demum autumno a.* 1252. *ab Hugone cardinali excommunicatus est. Cf. Reg. Imp. V, p.* 1562, *nr.* 10364. 2) *Litterae Hugonis, quibus Gerhardus excommunicatione solutus dicitur, datae sunt Apr.* 15; *Reg. Imp. V, p.* 1564, *nr.* 10399; *de Gudenus, Codex dipl. I, p.* 636 *sq., nr.* 267. 3) *Archiepiscopus scilicet et legatus, ut auctor dixisse videtur. Nam litterae compositionis inter illum et marchionem demum datae sunt a.* 1254. *Maii* 16; *de Gudenus l. l. I, p.* 639 *sqq., nr.* 269.

1253. Hoc etiam anno Moguntinus cuidam Theodorico episcopo[1] de Minorum fratrum ordine vices suas in Thu-
Iun. 8—14. ringia commisit; qui Erphordie septimana pentecostes
Iun. 29. ordines celebravit ac in festo apostolorum ad fratres Predicatores sacras virgines velavit.

Hoc anno Flandrensis comitissa[2] coadunato copioso exercitu Francorum atque Flandrensium, scilicet CL milium pugnatorum, direxit contra regem Willehelmum.
Iul. 4. Qui IIII. Nonis Iulii navigio ex mari velut locuste prodeuntes suo infortunio ad terram Zelandiam[3] venerunt, ac ipsorum aliqui quandam villam vastabant incendiis et rapinis. Quibus frater regis Florentius cum ipsius consanguineo dicto [de Avesnis[a, 4]], qui eodem die dictum F[lorentium] gladio accinxerat militari[5], potenter occurrens[b] post multos et diversos conflictus contra eos victoriosum obtinuit triumphum, ita quod de tanta multitudine nullus evaderet, *innumeris in mari submersis, *p. 4
ac quibusdam ad V^{M}[c] trucidatis[d]; inter quos Guidonem Flandrie comitem, Iohannem fratrem ipsius, comitem Barensem[6] et fratrem eius[7], comitem de Gines[8] et quam plurimos nobiliores Flandrie nec non burgenses ditissimos captivos rex duris mancipari mandavit vinculis, magnam insuper plebis multitudinem regia liberalitate terre sue misericorditer remisit. Sunt autem in eodem bello que in potestatem regis concesserunt ex cyphis[e] et scutellis argenteis CCC^{M}[f] marcarum estimata preter naves.

a) *uncis incl. suppleri, spatio vacuo rel.* 1. b) *emendavi;* accurrens 1. c) V (*ex* V, *ut videtur* = V milia); *nisi* ad V *corruptum est.* d) captivatis, *quod Pertz proposuit, legendum esse non credo.* e) scyphis 1. f) CCC 1; $\overline{\text{CCC}}$ (= CCC milia) *legendum esse recte Pertz censuisse videtur.*

1) *Wironensi.* 2) *Margareta.* 3) *Walacriam insulam.* 4) *Iohannem, ut videtur, quem quidem Math. Paris solus huic proelio interfuisse dicit, SS. XXVIII, p.* 334. *Ex Ann. Marchian., SS. XVI, p.* 616, *conicere posses Balduinum de Avesnis proelio interfuisse.* 5) *Cf. Melis Stoke III, v.* 1094 *sq., ed. Brill I, p.* 181:

S' coninx broeder Florens de jonghe
Wort ridder op den selven dach.

6) *Theobaldum II. Cf. Balduin. Ninov., SS. XXV, p.* 544; *Ioh. Longi Chron. S. Bert., ib. p.* 847; *Primat. c.* 5, *SS. XXVI, p.* 641; *Math. Paris., l. l. p.* 334. 340; *Chron. rhythm. breve, SS. XXVI, p.* 611; *Beka ed. Buchelius p.* 85 *sq.; Iac. de Guisia XXI,* 71, *SS. XXX, p.* 326; *Ann. Parch., SS. XVI, p.* 607. 7) *Rainaldum. Cf. Balduin. Avenn. c.* 241, *SS. XXV, p.* 461. 8) *Arnoldum III.*

1253. Hoc anno in oppido Misnensi quoddam valde commendabile contigit miraculum. Nam plebanus dicte ville dum ad visitandum in vicinia infirmum cum corpore Domini de ecclesia procederet comitante populo, asinus quidam ad viam depascens inter plures more solito stabat, qui populo spectante atque geniculante velut animal rationale toto corpore prostratus suum venerabatur creatorem. Et ne casus hic etiam non miraculose contigisse videatur, in reversione sacerdotis idem factum protinus iteravit. Huius rei testes ipsum factum videntes sunt abbas Cellensis[1], lector fratrum Predicatorum in Vriberc et magister Christophorus protonotarius.

Apr. 11. Hoc anno III. Idus Aprilis obiit Fridericus dictus de Tuna.

Iul. 12. Eodem anno Theodoricus dictus episcopus IIII. Idus Iulii in claustro beate Marie virginis capellam [dedicavit[a]] *Iul.* 13. sequentique die cum sollemni processione cleri iuxta fontem, in quo dominicum corpus fuerat inventum[2], ad ecclesiam construendam primarium posuit lapidem.

cf. Cr. S. P. Oct. 5. Hoc anno III. Non. Octobris dedicata est basilica beate virginis Erphordie ab episcopo Theodorico[3], tribus aliis episcopis cooperantibus, quorum unus erat de ordine Cisterciensium, alter[b] de ordine Minorum[4], tertius de ordine domus Teutonice[5].

(Nov. 21). Eodem[c] anno Cristanus[d] Maguntinus quondam episcopus Parisius[e] defunctus est ac in domo Hospitaliorum sepultus.

Anno Domini MCCLIIII.[6] Illam periculosam discordiam inter episcopum Ratisponensem[7] et Bavarie ducem[8] divina volens clementia consopire, cuidam viro plebeio mandavit, ut eidem duci constanter intimaret, quod, si cum dicto episcopo infra octavum diem non

a) *supplevi; om.* 1, *lacuna non indicata.* b) alius *P.* c) *haec* — sepultus *habet* 2 *p.* 619, *addens (falso procul dubio):* Omnia haec eodem an. 1251, *ubi* Hoc a. *Cf. praef. p.* 74 *sq.* d) Christanus Mogont. 1; Xpianus 2. e) Parisiis 1.

1) *Aut Eberhardus aut Martinus. Nescitur, uter hoc anno abbas fuerit. Cf. v. Zehmen, 'Reihenfolge der Aebte des . . Kl. Altenzelle' (Dresden* 1845*) p.* 15. 2) *Cf. supra p.* 107. 112. 3) *II. Naumburgensi, ut habet Cron. S. Petri.* 4) *Theodericus Vironensis supra l.* 15. *et p.* 114. *dictus.* 5) *Christianus Lithuanus.* 6) *Iam a.* 1253. *Numerum a Schannat corruptum esse puto.* 7) *Albertum I.* 8) *Ottonem.*

1253. componeret, mortis discrimen non evaderet[1]. Quod vir ille dum intrepidus dicto duci enarrasset, et ille hec verba quasi deliramenta ridendo parvi pendisset, prefato die, cum[a] idem tyrannus in suo stratu quiesceret secu-
(Nov. 29). rus, divine sententie vindicta contactus, voce terribili clamans expiravit.

a) *suppl. Boehmer; om.* 1.

1) *Cf. Herm. Altah. a.* 1253, *SS. XVII, p.* 396.

CRONICA S. PETRI ERFORDENSIS MODERNA.

Cronica moderna *inscribitur chronicon in monasterio Montis S. Petri Erfordensis conscriptum in duobus codicibus, quorum alter integrum hoc opus, alter initium eius continet; qui quidem titulus in his codicibus praefixus est scriptiunculae chronico Montis S. Petri praecedenti, qua de ordinibus religiosis diversis temporibus usque ad saec. XIII. fundatis relatum est, neque tamen ad hanc solam*[1]*, quae nullo iure cronica diceretur, sed ad chronicon sequens a.* 1070—1355. *potissimum spectat; quod apparet ex eo, quod in codice S. Petri Erfordensis Ekkehardi chronicon additamentis auctum continente*[2] *ad a.* 1070.[3] *manu saec. XIV. adscriptum sit:* Nota ab ista parte incipit cronica moderna. *Quae moderna nominabatur respectu Annalium Lamperti Hersfeldensis in eisdem codicibus huic praecedentium, continuatione Erfordensi a.* 1078—1181. *auctorum. Cum igitur iam saec. XIV. monachi Montis S. Petri hoc titulo usi sint, nobis eum assumere convenit.*

Atque illa scriptiuncula, qua ordines religiosi recensentur, praemisso loco quodam et subiuncto alio a. 1274. *ex Cronica moderna sumptis, minime ab initio eidem cronicae coniuncta fuit, neque a monacho Montis S. Petri, sed a fratre quodam ordinis Minorum conscripta videtur esse*[4]*, neque is, qui eam Cronicae modernae praefixit, locos ex eadem sumptos animadvertisse videtur, qui non bis eadem eodem in codice descripsisset. Cum vero in codicibus nostris altera alteri*

1) *Ut quidem E. Br. Stübel, 'Das Chronicon Sampetrinum Erfurtense' (Diss. Lips.* 1867*) p.* 8. *opinatus est.* 2) *Nunc in bibliotheca ducali Gothana adservato; cf. supra p.* 33, *n.* *. 3) *Ab hoc anno series annorum in codicibus incipit, licet a.* 1070. 1071. *nihil adscriptum sit.* 4) *Quod patet ex eo, quod in ea ordo Minorum prius quam ordo fratrum Praedicatorum fundatus esse dicatur, et ex eo quod in fine de privilegio fratribus Minoribus a Martino IV. papa dato legitur.*

praecedat[1]. *illam loco suo movere noluimus. Atque in alius chronici Erfordensis, quod inscribitur Liber cronicorum, appendice*[2] *indiculus quidam ordinum religiosorum fundatorum simillimus eidem, qui illa scriptiuncula exhibetur, exscriptus est*[3]. *Alii indiculi eiusdem generis aliis chronicis sive annalibus praefixi inveniuntur*[4]*; quo more scriba quidam, cum novum exemplar Cronicae S. Petri describeret, inductus videtur esse, ut hunc indiculum fratris cuiusdam Minoris Erfordensis operi praemitteret*[5].

**Cum Thuringia neque episcopatum haberet neque in hac terra antiquis temporibus monasteria, quae ceterae pro-* *p. 336 *vinciae patriae nostrae habebant celeberrima, condita essent*[6], *cum reliquis litteris historia siluit per quatuor fere saecula in hac provincia, postquam Winfridus incolis eius evangelium Christi praedicavit*[7]. *Demum cum saec. XI. exeunte duo coenobia ordinis S. Benedicti, monachis Hirsaugiensibus data, fundata essent, quae cito laete effloruerunt, res gestae Thuringicae in hac ipsa provincia conscriptae sunt, ac quidem usque ad medium saec. XIV. nusquam fere nisi in his duobus monasteriis Montis S. Petri Erfordensis et Reinhardsbrunnensi*[8]. *Unde posteriores omnia fere quae de rebus in Thuringia saec. XII. et XIII. gestis scripserunt ex libris horum coenobiorum hauserunt. Et cum hac ecclesiae sorores essent congregationis Hirsaugiensis*[9], *evenit, ut mo-*

1) *Etiam Nicolaus de Siegen in suo codice Cronicae modernae eam haud dubie legit, qui (ed. Wegele p.* 250 — 252*) nonnulla ex ea descripserit.* 2) *Edita a Car. Wenck, 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. u. Alt. N. F.' IV, p.* 247—250. *et infra.* 3) *In utriusque fonte iam quaedam ex Cron. Minore Erfordensi exscripta fuisse videntur, nisi conicere mavis eundem indiculum potius a fratre Minore Erfordensi in Cron. Minore exscriptum esse.* 4) *Ut Ann. Mogunt., SS. XVII, p.* 1; *Ann. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p.* 43. 5) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 534 *sq.* 6) *Ohrdruf fuit cella monasterii Hersfeldensis ideoque nullius momenti, quamvis iam s. Bonifatius hoc loco monasterium fundasset.* 7) *Quod Fr. X. Wegele, Ann. Reinhardsbr. p.* v—xi, *bene exposuit.* 8) *Si demis annales brevissimos, quorum reliquiae reperiuntur, Cronicam Minorem fratris ordinis Minorum Erfordensis, Sifridi de Balnhusin Historiam universalem et Compendium historiarum, in quibus pauca de rebus Thuringicis leguntur. In Cella Paulinae ordinis S. Benedicti saec. XII. in. fundata et in monasterio Ilfeldensi ordinis Praemonstratensis a.* 1190. *fundato tantum libelli conscripti sunt, qui res gestas ipsorum monasteriorum continent. In coenobiis Thuringicis ordinis Cisterciensis saec. XII. fundatis, Georgenthal, Volkenrode, Ichtershausen, Walkenried, Pforta, Sichem, res gestae non conscriptae sunt, cum monachi huius ordinis historiae raro studuerint.* 9) *In Monte S. Petri quidem iam circa a.* 1060. *monachorum coenobium fundatum est, canonicis regularibus expulsis (cf. O. Dobenecker, Regesta Thuringiae I, p.* 173, *nr.* 827*), sed post a.* 1085,

nachi utriusque coenobii libros suos inter se communicarent, ut incolae Montis S. Petri multa ex libris Reinhardsbrunnensibus exscriberent, monachi Reinhardsbrunnenses plurima ab Erfordensibus mutuarentur. Summam quasi et collectionem historiarum in utroque monasterio conscriptarum praebent Cronica S. Petri moderna et Cronica Reinhardsbrunnensis.

Ut monachi Montis S. Petri res gestas scriberent, Lamperti Annalibus in hoc monasterium allatis prima occasio data est. Nam cum monachus quidam S. Petri saec. XII. in. excerpta annalium Lamperti 1038—1077. *in codice, qui nunc in bibliotheca Pommersfeldensi illustrissimi comitis de Schoenborn-Wiesentheid servatur*[1], *descripsisset, eis annales* 1078—1163. *permultis manibus monachorum S. Petri ab ineunte saec. XII. usque ad a.* 1163. *subditi sunt, quos Annales S. Petri Erphesfurt. antiquos vocavimus. B. m. W. de Giesebrecht*[2] *quidem aliique eum secuti*[3] *contenderunt hos annales ex Cronica moderna excerptos esse, ignorantes, quando haec Cronica conscripta sit; sed hoc falsissimum esse iam censebit quicumque in imaginem folii horum annalium arte phototypica effectam, Scriptorum tomo XXX. insertam (Tab. I), oculos converterit*[4]. *Horum annalium maxima pars transscripta est in codice antiquo Montis S. Petri integros Annales Lamperti continente, ut his continuatio subiungeretur, ac primo quidem usque ad a.* 1153. *Nam circa a.* 1155. *ex hoc codice Annales Lamperti cum hac continuatione usque*
33* *ad a.* 1153, *addita nota a.* 1154[5], *descripti *sunt in codice, qui periit, cuius exemplar saec. XVI. in. factum habemus*[6].

ut e Vita Willihelmi abbatis Hirsaug. c. 22, *SS. XII, p.* 218, *elucere videtur, inter a.* 1087. *et* 1089. *Giselberto Hirsaugiensi, qui coenobium Reinhardsbrunnense regebat, hoc subditum est. Quod quomodo et a quo factum sit, ignoratur. Cum a Sigefrido archiepiscopo Moguntino monachi in Montem S. Petri circa a.* 1060. *adducti sint, ab archiepiscopo quodam Moguntino etiam Giselberto hoc monasterium traditum esse conicies, sed a Wecelone (*1084—1088*) hoc factum esse non facile credes, qui Heinrico IV. imperatori favens Giselbertum et monachos Hirsaugienses e monasterio Hasungensi a Sigefrido archiepiscopo fundato expulerit (cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 572 *sq.), neque a successore eius Ruthardo, antequam a.* 1098. *partem imperatoris et antipapae desereret, hoc factum esse credes. Nihil igitur de hac re constat.*

1) *Cf. Lamperti opera p.* LIX *(B* 3^b^*).* 2) *'DKZ.' ed.* 1. *III, p.* 1014. *et in sequentibus editionibus huius operis et 'Forschungen z. D. G.' XIII, p.* 646 *sq.* 3) *Praesertim O. Posse, 'Forschungen' XIII, p.* 336. 4) *Cf. supra p.* 4 *sq.* 5) *Hanc continuationem a.* 1078—1154, *quam Annales S. Petri Erphesfurt. breves inscripsi, vide supra p.* 45 *sqq. Qui annales exscripti sunt in continuatione chronici Ekkehardi codicis Veterocellensis supra p.* 68 *sqq. edita.* 6) *Lamperti opera p.* LVIII *(B* 2*).*

Postea vero etiam ex Annalium S. Petri antiquorum posteriore parte a. 1154—1163. in codice Annalium Lamperti Montis S. Petri, qui periit, nonnulla transscripta sunt, sed aucta aliis notis et dehinc continuata, nescio usque ad quem annum. Cum Annalibus Lamperti haec continuatio, quam integram non habemus, descripta est in exemplari quodam ab auctore continuationis Annalium S. Disibodi adhibito [1] et in altero codice Montis S. Petri deperdito, ex quo codices 1. 1*. 2 infra dicendi, qui post eam etiam Cronicam modernam continent vel continuerunt, originem duxerunt. Sed in illo codice continuatio Annalium Lamperti ultra a. 1163. producta non simpliciter descripta, sed nonnullis notis et continuatione ex altero fonte, de quo infra dicendum est, hausta usque ad a. 1181. perducta esse mihi videtur [2]. Quae omnia longius exposui et demonstravi 'N. Archiv' t. XXI, p. 697—725. et supra p. 45 sq.

Iam antequam Annales S. Petri antiqui conscriberentur, in monasterio S. Petri exemplar quoddam annalium ex Chronico Wirziburgensi profectorum, Annalibus S. Albani proximum [3], fuisse videtur, nam in Ann. antiquis secunda manu ad a. 1081. 1082. quaedam cum hoc exemplari ad verbum convenientia, ad a. 1078. 1080. 1084. 1086. 1088. alia cum illo quodammodo concordantia adscripta sunt [4]. Postea circa medium saec. XII. codex chronici Frutolfi-Ekkehardi in Montem S. Petri allatus transscriptus est in exemplar auctum multis locis ex Annalibus Lamperti ac nonnullis ex illis annalibus Wirziburgensibus-Moguntinis sumptis [5] paucisque notis Erfordensibus, quarum unam de incendio Erfordiae a. 1080. [6] Lamperti Annalibus in antiquo

1) SS. XVII, p. 28 sq. 2) Haec continuatio Annalium Lamperti a. 1078—1181, quam inscripsi Annales S. Petri Erphesf. maiores, supra p. 49 sqq. edita est. 3) Minime ex his descriptum, ut G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' (Diss. Lips. 1879) p. 28 sq. cum P. Scheffer-Boichorst, Annales Patherbrunnenses p. 187 sq. contendit. Recte de hac re iudicaverunt W. Schum, 'Die Jahrbücher des St.-Albans-Klosters' p. 65—77. et E. Schmidt in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' II, p. 116 sq. 4) Cf. supra p. 3. 4. 5) Ad a. 1078. 1081. Non mirum est, quod non plura ex annalibus illis Wirziburg.-Moguntinis Ekkehardi chronico adiecta sint, cum in eo Chronicon Wirziburgense iam exscriptum esset, ideoque eadem, quae in illis annalibus legebantur, uberiora in hoc chronico tradita essent. — Ex exemplari Erfordensi annalium Wirziburg.-Moguntinorum etiam quaedam exscripta sunt in additamentis codicis B 2 Cronicae Minoris, SS. XXIV, p. 190 sq. et infra. 6) In Cron. S. Petri et Ekkehardi codice a. 1079, supra p. 33, adscriptam. Quam ex codice Lamperti in Annales Wirziburg.-Moguntinos ad a. 1079. falso transsumptam esse conicio.

illo codice subiunctam fuisse conicio, quae in eius continuationibus, Ann. S. Petri brevibus et maioribus, recurrat.

Quatuor igitur libri annales seu chronica continentes iam ante Cronicam modernam in Monte S. Petri scripti eiusque auctori praesto erant: codex Annalium Wirziburgensium-Moguntinorum a. 1072—1101[1], *fortasse in Monte S. Petri additamento et continuatione usque ad a.* 1105. (1111) *auctus*[2]*; codex Annalium Lamperti cum continuatione ultra* *p. 338. *a.* 1163. *producta, Annalibus *S. Petri maioribus proxima. Uterque codex periit. Codices vero excerptorum Annalium Lamperti cum Ann. S. Petri antiquis —* 1163. *supra editis et Ekkehardi cum auctario et continuatione Annalium Erphesfurdensium Lotharianorum a.* 1125—1137. *supra editis etiamnunc exstant.*

Ut 'N. Archiv' XXI, p. 537 *sqq. exposui ac tribus argumentis allatis demonstravi et evici, Cronica moderna paulo post a.* 1208, *quo anno desiit, fortasse iam a.* 1209. *conscripta est. Ac sane auctor eius, cuius nomen ignoramus*[3]*, optime de posteris meritus est, qui annales et sui monasterii et aliunde petitos accurate ac diligenter descripserit,*

1) *Recte Buchholz l. l. p.* 67. *censuit in codice Montis S. Petri Annales Wirziburgenses-Moguntinos tantum usque ad a.* 1101. *descriptos fuisse. W. de Giesebrecht quidem 'DKZ.' ed.* 1. *III, p.* 1014. *suo more minus laudabili (cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 394*) in Ann. Hildesh. et Cron. moderna* 1101—1108. *eundem fontem adhibitum, in hac usque ad a.* 1118. *continuationem quandam Annalium S. Albani exscriptam esse nullo iure contenderat. Nam inter ea quae Schum l. l. p.* 78—82, *ut hanc opinionem veram probaret, ex aliis annalibus (Hildesh., S. Disibodi, Rosenfeld.) a.* 1105—1118. *attulit et Cron. modernam nulla ratio intercedit nisi duorum auctorum aequalium res suo tempore gestas narrantium. Atque idem censendum est de Ann. Patherbrunnensibus et Cron. moderna, in qua Buchholz l. l. p.* 67. *sub a.* 1114. *illos annales adhibitos esse nullo iure dixit. — Num Annales Wirziburg.-Moguntini in codice Montis S. Petri iam ante a.* 1072. *coeperint, certo inquirere non licet, sed conicio auctorem Cronicae modernae ideo ab hoc anno initium operis sui fecisse, quod ab hoc anno demum illi annales inciperent. Nam aptius ille ab a.* 1077, *quo Cronica antiqua, Lamperti Annales videlicet, desinit, Cronicae modernae initium sumpsisset, neque omnino apparet, quid eum moverit, ut ab a.* 1072. *coeperit. Notandum etiam est in codicibus* 1. 1* *numeros annorum ab a.* 1070. *incipere, sed ad a.* 1070. 1071. *nihil adscriptum esse, licet Ann. S. Albani, SS. II, p.* 245, *notulas ad hos annos adscriptas habeant.* 2) *Sane Erfordiae scriptum esse conicies quod sub a.* 1105. *legitur: (Heinricus rex)* circa palmas Erphesfurt magno gaudio excipitur. 3) *In necrologio et in indiculo monachorum codicis Helwici a.* 1266. *scripti, 'N. Archiv' XXII, p.* 514. 519, *quidem* Gebehardus scriptor *et* Cunradus scriptor *monachi Montis S. Petri notati sunt, et facile conicere potes alterum horum auctorem primae partis Cronicae S. Petri modernae fuisse, sed parum ex hac coniectura proficies.*

rarissime dicta eorum mutaverit, breviaverit, ampliaverit, res suo tempore gestas bene, satis copiose, aeque et, quamvis Philippo regi contra Ottonem IV. faveret, ira studioque vacuus memoriae tradiderit. Qui post Annales Wirziburgenses-Moguntinos auctos (a. 1072—1105*?) descripsit annales illos Thuringicos, ab a.* 1115. *usque ad a.* 1149. *in Ann. Pegaviensibus*[1] *exscriptos, quorum pars est continuatio a.* 1125—1137. *Ekkehardi Chronico in codice Montis S. Petri subiuncta*[2], *quae supra p.* 34 *sqq. inscribitur Annales Erphesfurdenses Lothariani. Quo anno horum annalium initium ponendum sit, non facile est discretu, ut iam supra p.* 25. *dixi, sed constat eos non demum ab a.* 1115, *a quo annalista Pegaviensis eos exscripsit*[3], *incepisse, et equidem longe verisimillimum censeo eos ab a.* 1110. *in Cron. moderna exscriptos esse*[4]. *Eos in Monte S. Petri compositos esse post G. H. Pertz omnes opinati sunt*[5], *quod non modo non certum, sed falsum esse mihi persuasum habeo, potius conieci eos a monacho quodam Reinhardsbrunnensi conscriptos esse, quamvis concedam hoc evinci non posse. Cum Ann. Wirziburg.-Moguntinis et his Thuringicis coniunxit auctor Cronicae modernae locos Annalium S. Petri antiquorum et continuationis Lamperti cum Ann. S. Petri brevibus et maioribus convenientis, ex quibus etiam post a.* 1149. *non pauca mutuatus est. Tum vero ab a.* 1152. *exscripsit annales copiosiores, res gestas imperatoris et archiepiscoporum Moguntinorum et lantgraviorum Thuringiae potissimum referentes, quorum pars a.* 1176—1181. *integra, ut videtur, in Ann. S. Petri maioribus descripta est. Haec omnia ut demonstrarem et probarem hos annales* 1152—1181. *in monasterio Reinhardsbrunnensi conscriptos, fortasse usque ad a.* 1184. *perductos esse, alio loco studui*[6]. *Ab a.* 1178. *vero auctor Cronicae modernae ex his annalibus (Reinhardsbrunn.) paucissima desumpsit, secutus potissimum alterum fontem Erfor-*

1) *SS. XVI, p.* 253—258. 2) *Quod demonstravit L. A. Cohn in 'Mitth. d. Gesch. u. Alt. Ges. des Osterlandes' IV, p.* 472 *sqq. et separatim ed. 'Die Pegauer Annalen' (Altenburg* 1858*) p.* 23—29. *Sed cum hic nondum clare perspexisset partem a.* 1125—1137. *ex his annalibus desumptam esse, ut Ekkehardi Chronico historia regni Lotharii III. subiungeretur, hoc recte statuit Schum l. l. p.* 127—129. 3) *A.* 1112—1114. *Cronicae modernae partem eorum fuisse recte perspexit Schum l. l. p.* 128, *n.* 3. 4) *Hos annales Thuringicos a.* 1110?—1149. *illis annalibus Wirziburg.-Moguntinis subiunctos fuisse ut credam, facile adduci non possum, cum iam in Annalibus S. Petri antiquis quaedam cum his convenientia invenerimus.* 5) *Non sine ulla dubitatione W. Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 252. *et in prioribus editionibus huius operis.* 6) *'N. Archiv' XXI, p.* 725—735.

densem, fortasse continuationem Lamperti in Monte S. Petri longius productam[1]. *Sed quousque auctor ex aliis fontibus hauserit, a quo loco ipse res gestas scripserit, discernere nequeo. Sane etiam sub a.* 1185. 1186. *annales quosdam exscripsisse videtur, cum Theoderici marchionis de Landsberg obitum et ad a.* 1185. *recte et ad a.* 1186. *falso adnotaverit. Monendum etiam est Sifridum de Balnhusin c.* 188.[2] *eandem habere relationem de nobilibus Erfordiae submersis breviatam, quae in Cron. S. Petri legitur, post hunc annum usque ad finem primae partis* (1208) *nihil fere in libro eius cum hac convenire*[3]*: quem Cronicam S. Petri non legisse apud me constat. Si ergo ex annalibus Erfordensibus ab auctore Cronicae S. Petri exscriptis haec ad Sifridum pervenisse conici posset, usque ad hunc annum hos annales ab auctore nostro adhibitos esse pateret. Sed Sifridus annales habuisse potest, in quibus ex Cronica S. Petri quaedam exscripta erant.*

Altera pars Cronicae modernae demum longo tempore post a. 1208. *adiecta est, videlicet paulo post pacem a.* 1276. *Nov.* 26. *inter Rudolfum regem et Ottocarum regem Bohemiae factam, antequam bellum inter eos a.* 1278. *mense Iunio renovaretur*[4]. *p. 339. *Narrata pace inter reges facta haec pars desinit.* **Quod iam ex eo cognoscitur, quod in cod.* 1 *hoc loco notae variae de monstris, magnam partem ex Isidori libris Etymologiarum et Cronicae Minoris cod. additamentis aucto (= B* 2*) sumptae*[5]

1) *Nescio an hic inter a.* 1167. *et* 1180. *alios etiam annales exscripserit, cum inter hos annos abbates Hersfeldenses et Fuldenses defunctos ac constitutos commemoraverit (cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 712, *n.* 1*). Cum haec Cronica scriberetur, Monti S. Petri praefuit Witelo abbas* (1201 — 1221)*, qui praepositus Gellingensis monasterii abbati Hersfeldensi subditi fuerat.* 2) *SS. XXV, p.* 698 *sq.* 3) *Nam quod a.* 1191. *Sifridus et Cron. S. Petri de eclipsi solis eadem habeant, nullius esse momenti credo. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 525 — 529. 4) *Apparet auctorem eius belli vere a.* 1278. *inter hos reges redintegrati notitiam nondum habuisse, qui sub a.* 1276: sicut Odoackar rex Boemie, *inquit,* nec non et Karolus rex Sicilie iniuste municiones et dignitates ac terras imperii multas tenent, *quod a.* 1278. *Aug.* 23. *Ottocaro occiso dicere iam non potuisset; et infra sub a.* 1276. *scripsit de pace inter reges facta:* Et ut huiusmodi composicio . . . indissolubiliter conservetur, . . . duos pueros suos . . . ad invicem desponsarunt, *quod auctor belli a.* 1278. *renovati gnarus scribere non potuisset. Hoc loco partem quandam Cronicae modernae desinere iam B. Stübel, Diss. p.* 29. *et C. Wenck, 'N. Archiv' X, p.* 137. *et E. Schmidt l. l. p.* 142 *sq. perspexerunt. Laetatur etiam auctor, quod Graeci in concilio Lugdunensi a.* 1274. *cum ecclesia Romana reconciliati sint, nesciens eos iam paulo post ab eadem recessisse, imperatorem eorum propter hoc a.* 1281. *a Martino IV. papa excommunicatum esse.* 5) *Has notas in cod. autographo Cronicae modernae iam exti-*

sequantur. Iam quidem inter narrationes a. 1275. *notae de aquis mirabilibus ex Isidori Etymologiis sumptae, quae ad Cronicam non pertinent, in cod.* 1 *insertae sunt*[1]*; sequuntur duae fabellae de Philippo rege narratae. Unde facile crediderim auctorem loco his praecedente scripto calamum deposuisse, spatio vacuo relicto, quo postea hae notae et fabulae incriptae sint, deinde eum reliqua a.* 1275. 1276. *subiunxisse*[2]*; nihil habeo, cur haec ab alio auctore addita esse censeam*[3].

Pleraque huius partis ex alienis fontibus hausta sunt, videlicet particula a. 1209—1215. (1217) *ex Historiis Reinhardsbrunnensibus a.* 1187—1217, *in Cronica Reinhardsbrunnensi ad verbum descriptis, sumpta ac breviata*[4]*, insertis paucissimis notis Erfordensibus. Quod cum maximi momenti sit res gestas huius temporis scribenti, veris laudibus ornandus est Carolus Wenck, qui hoc primus perspexit ac statuit*[5]*, quod ego nuper nonnullis argumentis confirmare conatus sum*[6]*. Ab eo loco, quo Hist. Reinhardsbrunnenses desierunt, particula a.* 1215—1219. *fere tota ex Oliveri Historia Damiatina*[7] *descripta est, unde apparet auctorem aliis fon-*

tisse apparet ex eo, quod quaedam earum in cod. E, Cron. Thuring. Isenac. ampl., Hist. landgr. Eccard., Variloquo transscriptae sint.
1) *Vide infra f.* 185' *(SS. XXX, p.* 412*).* 2) *Iam post a.* 1267, *quo loco particula quaedam Cronicae minime desiisse potest, descriptio locorum sacrorum urbis Hierosolymitanae finiumque ei vicinorum, a Cronica aliena, inserta est. Quam descriptionem in cod. autographo Cron. modernae extitisse patet, cum eadem etiam in cod. E et Chronici univers. Saxonici Cont. Thuringica legatur.* 3) *Quod Stübel l. l. p.* 28 *sq. opinatus est. E. Schmidt l. l. p.* 139—141, *qui studuit, ut Cron. modernam in partes divideret, ab a.* 1254. *quintam, ab a.* 1273. *sextam partem eius distinxit, qui cum de partibus Cronicae ageret, non plane animo concepisse videtur, quae sententia subicienda sit sub voce partis, cum eo loco partes desinere dixerit, ubi libri ab auctore exscripti desinunt (a.* 1254. 1272*). Ab a.* 1254. *nequaquam novam partem distinguendam esse satis constat. — R. Böckner in 'Mittheil. d. V. f. die Gesch. u. Alt. von Erfurt' XI, p.* 161 *sq. (et 'Das Peterskloster in Erfurt' inde separatim ed. p.* 223*) coniecit Helwicum monachum Montis S. Petri, quo procurante codex a.* 1266. *scriptus est (cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 508 *sqq.), quandam partem Cronicae S. Petri scripsisse, cui nullam aliam nisi hanc secundam partem a.* 1276. *desinentem attribuere posses. Sed vana haec coniectura nullo argumento fulcitur. Quinquaginta monachi a.* 1266. *vixerunt in Monte S. Petri, quorum nomina habes 'N. Archiv' XXII, p.* 518, *et quenquam eorum pari iure secundam partem Cronicae composuisse conicere potes, ut Bertoldum, qui a.* 1271. *rector puerorum fuit, Böckner l. l. p.* 159 *(sep. ed. p.* 221*).* 4) *Attamen paucis locis verba Hist. Reinhardsbrunnensium melius in hac Cronica quam in Cron. Reinhardsbr. servata sunt; quod suo loco adnotavi.* 5) *'Die Entstehung der Reinhardsbr. Geschichtsbücher' p.* 26—32; *'N. Archiv' X, p.* 105—111. 6) *'N. Archiv' XX, p.* 571—581. 7) *Eccard., Corpus hist.*

tibus historiae huius temporis scribendae caruisse; qui dehinc annales Erfordiae compositos exscripsit, quos in Annalibus fratrum Praedicatorum Erphordensibus a. 1223 (1220) —1253, *supra p.* 80—116. *editis, exscriptos esse statuit C. Wenck*[1], *censens hos annales, qui perierint, a canonico quodam S. Mariae Erfordensi conscriptos fuisse, cum antea Annales Praedicatorum Erfordensium, qui exstant, in Cron. moderna descriptos esse crederetur. Qua de quaestione disserui supra p.* 76 *sqq.*[2] *Praeter eos vero auctor alterius partis Cronicae annales breves in Monte S. Petri scriptos habuit eorumque locos eis quae ex dictis fontibus hausit inseruit; quod cum aliis multis locis*[3], *tum a.* 1244. *apparet, ubi de interdicto ab archiepiscopo Moguntino Erfordensibus imposito relatis eisdem, quae in Ann. Praedicatorum leguntur, iterum de eodem interdicto narratur, *praesertim quid* *p. 340. *monachi S. Petri fecerint, cum iussu archiepiscopi ex urbe Erfordensi exivissent*[4]. *Duo annalium exemplaria ab auctore exscripta esse deprehendes etiam, cum a.* 1250. *legeris cives Mulhusenses multos hostes urbem eorum invadentes occidisse et a.* 1252. *idem*[5] *eisdem fere verbis, quae in Ann. Praedicatorum sub hoc anno de eadem re leguntur, relatum inveneris*[6]. *Annalibus Montis S. Petri etiam attribuendus videtur locus a.* 1233, *ubi, postquam relatum est abbatem quendam Oldeslebensem circa a.* 1267. *defunctum*[7] *aedificia abbatiae suae renovasse, dicitur:* sicut coram positi vidimus, *quod sane auctor alterius partis a.* 1276. *finitae scribere potuisset, qui etiam post obitum illius abbatis illa nova aedificia vidisse potest. Sed cum ille abbas hoc loco eximia laude ornetur, cum* iuvenis aetate, sed sensu maturus *dicatur, conicio hunc locum ex annalibus S. Petri ab auctore alterius partis non mutatum transscriptum esse, praesertim cum sub a.* 1244. *narretur quosdam monachos S. Petri, qui ex urbe Erfordensi sub interdicto exiverant, quatuor mensibus in monasterio*

II, c. 1397—1416 *(cap.* 1—19*). Auctor exscripsit codicem primae editionis Hist. Damiatinae. Cf. Zarncke in 'Berichte d. phil.-hist. Cl. d. Kgl. Sächs. Ges. d. Wiss.'* 1875. *p.* 138—141. *Ad textum Eccardi mendosum corrigendum faciunt Relatio Oliveri de expeditione Damiatina edita a G. Waitz, Chron. regia Colon. p.* 324—339. *et Oliveri epistola edita a R. Röhricht, 'Westdeutsche Zeitschr.' X, p.* 176—195.

1) *'N. Archiv' X, p.* 129—138.

2) *Ubi videas etiam de locis a.* 1219—1225. *sive* 1231. *cum additamentis codicis B* 2 *Cronicae Minoris convenientibus.*

3) *Ut a.* 1216. 1221. 1246. 1247. 1248. 1250. 1252. *etc.*

4) *Quod E. Schmidt l. l. p.* 139. *adnotavit. Qui ibidem et alias res in hac parte bis relatas recensuit.*

5) *Quod a.* 1251. *factum est.*

6) *Ut C. Wenck, 'N. Archiv' X, p.* 134. *censuit.*

7) *Cf. Thur. sacra p.* 719.

Oldeslebensi moratos esse. Unum ex his monachis illum locum scripsisse conicio.

Ab a. 1245. *auctor alterius partis Cronicae multa ex Cronica Minore tertiae editionis*[1], *videlicet iam continuatione copiosa a.* 1266—1272. *aucta, exscripsit, hanc a quodam fratre ordinis Minorum Erfordensi compositam fortasse demum nactus, cum usque ad hunc annum partem suam Cronicae iam scripsisset*[2]*; qui nonnunquam narrationes illius cum eis, quas in annalibus legit vel ipse composuit, coniunxit. Demum ab a.* 1272. *usque ad a.* 1276. *uberem copiosamque relationem ipse conscripsit, multa de concilio Lugdunensi referens, cuius decreta exscripsit*[3].

Tertia pars, cuius initio bellum Rudolfi et Ottocari regum a. 1276, *iam in fine secundae partis narratum, iterum relatum est, desinit in a.* 1291. *et confecta est medio anno* 1291. *Nam auctor eius in celeberrima sua narratione de Rudolfo rege cum multis principibus Erfordiae a.* 1290. *morato multis locis prodit se monachum tunc in Monte S. Petri degisse*[4], *et loco in codice nostro falso loco sub a.* 1291. *posito, qui sub a.* 1290. *collocandus erat*[5], *laetatus, quod Kelawun soldanus defunctus sit (a.* 1290. *Nov.* 10*), antequam propositum suum Acconis civitatis destruendae perficere posset, addit:* Cui successit filius . . ., qui timetur . . . nefandissimum illius propositum impleturus, *quod scriptum esse patet, antequam nuncius Acconis ab hoc soldano expugnatae (a.* 1291. *Maii* 18*) Erfordiam perveniret, quod factum Erfordiae mense Augusto innotuisse videtur*[6]. *Porro cum initium a.* 1291. *etiam auctori praecedentium attribuendum esse constet*[7], *cum postrema nota ante cladem*

1) *SS. XXIV, p.* 172—210. *et infra.* 2) *Pauci loci brevissimi quidem iam ante hunc annum ex Cron. Minore sumpti esse possent, ut a.* 1215. *de ordine Praedicatorum confirmato, a.* 1224. *de annona excussa, a.* 1226. *de obitu Francisci, addito die, sed sane minus probabile hoc est.* 3) *Sed etiam cuiusdam, qui huic concilio interfuerit, narrationem audivisse videtur, cum multa de eo bene retulerit. Nota a.* 1274. *Maii* 24, *tempore concilii Lugdunensis, epistolam papae datam esse ad abbatem Reinhardsbrunnensem (Potthast nr.* 20833*). Fortasse huius monasterii nuncius Lugduni tunc affuit.* 4) *Ut f.* 195'. Rudolfo archiepiscopo testimonium perhibemus, quod . . . multis beneficiis nos fovit et . . . nos invitans, satis largiter nos refecit per . . . septimanas, quibus aput nos fuerat hospitatus. *F.* 196. Cuius *(Rudolfi archiepiscopi)* corpus . . . sepelivimus ante altare s. . . . Marie *(in monasterio S. Petri).* 5) *Ubi recte legitur in cod. E et in Cron. Reinhardsbr., sed cum non certo constet, quo loco ponendus sit, ordinem codicis* 1 *mutare nolui.* 6) *Quod Nicolaus IV. papa die Aug.* 1. *populo christiano indicavit; Potthast, Reg. nr.* 23756; *SS. XVII, p.* 599 *sq.* 7) *Cum sub a.* 1291.

*p. 341. *Acconensem sequentem *de incendio Erfordiae die Apr.* 13. *exorto relatum sit, patet, quo loco haec pars desinat, quo tempore ea finita sit. Omnia inde ab a.* 1276. *praecedentia eidem auctori tribuenda sunt, qui in longa narratione cladis Ottocari a.* 1278. *iam rei a.* 1286. *gestae notitiam prodat*[1], *aliis locis etiam rerum aliquot annis post gestarum gnarus deprehendatur*[2], *rem a.* 1284. *exeunte et a.* 1285. *gestam sub a.* 1287. *narraverit. Haec pars magni pretii prima non inferior, secundae etiam praestat.*

Cui sequens pars brevi tempore post addita est. Eam enim sequitur narratio Acconis civitatis destructae, scripta simul atque haec clades Europae innotuit, antequam de expugnatis castris Sidonis (a. 1291. *Iul.* 13*) et Peregrinorum (a.* 1291. *Aug.* 14*) referretur*[3]. *Quam relationem e curia Romana tunc Urbe-veteri existente Erfordiam missam esse puto*[4], *cum in ea dicatur: papa et cardinales audita clade Acconensi turbati ac maerore affecti* quasi omni die faciunt consistoria, tractantes et querentes consilia, qualiter illi Terre Sancte debeat subveniri. Creditur a plerisque, quod *(papa)* ordinare debeat de celebrando generali concilio. *Hanc relationem ab auctore praecedentis partis additam esse non credo, qui ea quae supra de Accone civitate scripserat delevisset vel mutasset, si huius urbis destructae nuncium habuisset. Sed sequentis partis auctor eam legit, qui modum civitatis destructae longius exponens diem expugnationis ex illa repetivit.*

Cum hucusque satis certo partes Cronicae discerni pos-

legatur: Propter frequenciam hospitum et eorum insolencias, ut timebamus, . . . reconciliatum est monasterium nostrum. *Sequens auctor nusquam prima persona loquitur, quamvis occasio sic loquendi data esset referenti a.* 1291. *de ictu fulminis, a.* 1293. *de lite consulum Erfordensium et conventus S. Petri.* 1) *Cum Heinricum episcopum Basiliensem* postea archiepiscopum Mogonciacensem *appellaverit.* 2) *Quod E. Schmidt l. l. p.* 143 *sq. bene exposuit. Qui etiam animadvertit duarum particularum de Accone civitate narrantium alteram ante, alteram paulo post Acconem destructam scriptam esse (p.* 144 *sq.), attamen hanc partem (suam septimam) usque ad finem a.* 1293. *protraxit. Quod nulla ratione confirmatum nullo modo credendum est.* 3) *Cum de his dicatur:* que adhuc retinent christiani. — *In epist. Nicolai IV. papae data Aug.* 1. *(p.* 126, *n.* 6*) horum castrorum expugnatorum mentio nondum facta est, sed Tyri civitatis die Maii* 19. *deditae.* 4) *De alia relatione e curia Romana missa, quae archetypo Cron. modernae inscripta fuit, vide 'N. Archiv' XXI, p.* 536. — *Hanc relationem a.* 1291. *a fratre quodam domus Teutonicae scriptam esse coniecit R. Röhricht, 'Forschungen' XX, p.* 120. *Quod minus probabile est, cum fratrum Teutonicorum Accone interfectorum nulla mentio in ea facta sit.*

sint ac bene perspici, quo tempore hae partes compositae sint, abhinc iam difficilius est discretu diversos auctores atque diversas particulas. Cum enim liber Cronicae in armario monasterii esset, iam additis vacuis foliis, ut videtur, ut a posteris plura adderentur, fieri potuit, ut a multis monachis eum legentibus paulatim pauca vel multa adnotarentur. Attamen etiam sequentia in diversas partes dividere conatus sum, cum nonnullis locis novos scriptores narrationem rerum continuasse satis pateret, sed sequentium partium, quas discrevi, omnia eorundem esse auctorum contendere nolo.

Recte quidem C. Wenck[1] *et E. Schmidt l. l. p.* 145. *statuerunt annalem* 1292. *ab alio auctore, a.* 1294. *ab alio conscriptum esse, cum Adolfus rex illic* amator pacis et iusticiae *appelletur, hic, cum Thuringiam invasisset, magna contumelia afficiatur, unde etiam apparet quartam partem ab a.* 1291. *incipientem ante a.* 1294. *scriptam esse. Sed quo loco haec desinat et quintus auctor scribendi initium fecerit, discernere nequeo*[2], *unde has partes sub uno titulo posui. Quintum vero auctorem omnia usque ad finem anni* 1299. *scripsisse conicio, cuius quidem extrema parte iam res a.* 1302. *exeunte gestae referuntur. Nam cum hucusque copiose non modo de rebus in Thuringia et Erfordiae, sed etiam de rebus in imperio et a regibus gestis narretur, sequentis partis initium tenue atque exile est. Sub a.* 1300. *nihil nisi de iubileo a papa constituto refertur, a.* 1301. *obitus abbatis S. Petri, a.* 1302. *solae paparum successiones usque ad a.* 1305. *adnotatae sunt. Atque etiamsi non evinci possit omnia quae sub a.* 1299. *leguntur ab auctore quintae partis conscripta esse, tamen mihi persuasum habeo ab a.* 1300. *novae partis initium sumendum esse. Sane quintae partis a.* 1293. *vel* 1294—1299. *narrationes quaedam, inter quas insignis est illa bellorum ab Adolfo rege in Thuringia *a.* 1294. 1295. *gestorum, iam multo ante a.* 1302, *non longo* *p. 342.
tempore post gestas res scriptae esse videntur, ut E. Schmidt p. 146. *exposuit.*

Quo loco sextus auctor calamum deposuerit, facile est

1) *'N. Archiv' X, p.* 138. 2) *Argumentum quod Schmidt p.* 146. *affert, ut probet ab a.* 1294. *novum auctorem initium scribendi sumpsisse, ne hili quidem pondus habet. Sane is sub a.* 1294. *Caelestinum papam a.* 1296. *defunctum obiisse dicere potuit, etiamsi totam Cronicam ab a.* 1072. *scripsisset. Nescio an a.* 1293. *post obitum Witegonis episcopi relatum quartus auctor scribendi finem fecerit, cum iterum sequatur* Anno Domini MCCXCIII.

discretu[1]. Post a. 1307. in codicibus nostris[2] legitur narratio a. 1304, quae incipit verbis in hac Cronica nusquam alibi usurpatis: Virginei partus anno. Extrema parte a. 1307. narratur Theoderico lantgravio defuncto Fridericum fratrem eius convocasse advocatos eius et pecunia eis promissa induxisse, ut ipse heres fratri in principatu succederet. Et initio anni 1308, narrationem anni 1304. sequentis, iterum relatum est Fridericum advocatos fratris Erfordiam convocasse eosque movisse, ut castris fratris sibi traditis heres eius comprobaretur. Iam vides idem bis relatum esse, sextum auctorem hoc narrato scribendi finem fecisse, septimum scriptorem praemissa narratione a. 1304. ab a. 1308. sequentem partem composuisse. Qui rebus a. 1308—1313. copiosius narratis post obitum Heinrici VII. imperatoris relatum finem scribendi fecisse videtur[3]. Sed quae sub a. 1314. de electione regum leguntur auctori octavae et extremae partis Cronicae attribuere dubito, cum haec ante a. 1322. scripta esse videantur[4], quare haec aliquot annis post a. 1314. septimae parti addita esse conicio.

Post haec incipit pars, cuius auctor rerum hoc tempore gestarum memoriam obscuriorem habebat. Confudit enim sub a. 1315. quae a. 1316. et 1314. facta sunt ac etiam sequentibus annis usque ad a. 1333. saepe rerum ordinem ac tempora turbavit. Qui sane non totam hanc partem ipse primus composuit, sed quosdam saltem locos aliunde transscripsit. Nam sub a. 1317. legis villam quandam ab ecclesia Reinhardsbrunnensi emptam esse, sub a. 1331. legis Fridericum marchionem contra ius fasque in monasterio Reinhardsbrunnensi hospitatum esse, magnum damnum huic ecclesiae inferentem. Vides procul dubio haec ex annalibus huius monasterii sumpta esse[5]. At si conieceris hanc partem ex Cronica Reinhardsbr. in Cron. modernam transsumptam esse, hoc minime probandum esse invenies[6]. Nam in octava parte Cron. modernae etiam multa Erfordensia, Erfordiae

1) Falso E. Schmidt p. 146—150. contendit partem suam octavam a. 1294. usque ad a. 1313. complecti. 2) Non solum in cod. 1, sed et in 2ª et E. 3) Qua de re cum Erico Schmidt p. 149 sq. consentio. 4) Cum de Ludewico et Friderico electis regibus dicatur: qui inter se multis annis atrociter dimicarunt, quod scriptum videtur, antequam Fridericus a Ludewico caperetur. 5) Etiam narrationem a. 1333, in qua legitur in pace facta inter marchionem et matrem eius monasterium Reinhardsbrunnense matri datum esse, annalibus huius monasterii attribues. Auctor octavae partis, quem aliquanto tempore post a. 1335. scripsisse conicies, hunc locum ad a. 1335. pertinentem male sub a. 1333. posuit. 6) Locus supra allatus a. 1317. non legitur in Cron. Reinhardsbr.

haud dubie scripta, reperiuntur, quorum pars aliquanta in Cronica Reinhardsbr. descripta est. Nec facile discernes, quid ipse Erfordensis scripserit, quid ex annalibus illis mutuatus sit, sed constat totam partem ab a. 1314. usque ad a. 1335. eiusdem esse auctoris, quod iam ex eo apparet, quod loci a. 1317. 1331. 1333. ex annalibus Reinhardsbrunnensibus sumpti sint.

Ita rarum exemplum habes chronici ab a. 1209. per centum viginti septem annos a septem auctoribus vel pluribus continuati, quorum plerique ab a. 1272. rebus relatis aequales fuere.

Nam a. 1335. Cronicam modernam finitam esse demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 446 sqq. Ab hoc enim anno diversae continuationes vel earum reliquiae in codicibus nostris vel libris auctorum, qui hanc Cronicam exscripserunt, continentur. Quarum prima, iam ab a. 1334. incipiens, iam a. 1338. terminatur, sed post a. 1340, cum res hoc anno gestae memorentur, scripta est. Haec integra descripta est ab auctore continuationis tertiae, qui cum ea partes a se compositas coniunxit [1]. Fragmenta primae continuationis leguntur in Cron. Reinhardsbrunnensi, *cuius extrema pars *p. 343. haec continuatio est. Sed conieci [2] fere integram hanc continuationem in Cron. Reinhardsbrunnensem receptam, in codicibus eius nostris magnas partes omissas esse, cum certis argumentis cogerer, ut opinarer Conradum Halberstadensem, qui maximam partem eiusdem continuationis in Cronographia sua [3] descripsit, eas ex Cron. Reinhardsbrunnensi, non ex codice Cronicae S. Petri exscripsisse, cum etiam Theodericum Pauli [4], qui ex hac parte Cronicae Reinhardsbrunnensis quaedam exscripsit, quosdam locos praebeat, qui in codice nostro mutilo Cronicae Reinhardsbrunnensis non leguntur. Unde in editione mea [5] hos locos in textum recepi vel in Cronica Reinhardsbrunnensi extitisse adnotari. Maxima pars continuationis primae est relatio longa de exitu Iohannis XXII. papae et de initiis Benedicti XII. papae, e curia papae Avenionensi, ut conieci, paulo post a. 1334. in Germaniam missa, quam etiam anonymus Leobiensis [6] exscripsit.

1) Quae Cont. I. ad a. 1334. habet in Cont. III. eis praeposita sunt, quae Cronicae modernae pars VIII. ad a. 1335. habet, quem ordinem mutare nolui, unde in editione nostra priorem partem Continuationis I. sequitur extrema pars Cronicae modernae, eam Continuationis I. altera pars et Cont. III. ei coniuncta. 2) 'N. Archiv' XXI, p. 465 sqq. 3) Nondum edita. 4) Vide infra p. 139 sq. 5) SS. XXX, p. 654—656. 6) Lib. V, cap. 10, Pez, SS. R. Austr. I, c. 936—938.

Cum huic relationi quaedam de rebus a. 1335—1338. (revera 1340) gestis subiuncta essent, haec omnia ab auctore Cont. I. et ab Henrico de Hervordia[1] exscripta videntur esse, nisi alia ratio inter hunc et Cronicae S. Petri Cont. I, inter eum et Conradum Halberstad. intercedit[2].

Continuatio II. a. 1336—1353. ab Erfordensi quodam eiusdem temporis[3], nescio an monacho Montis S. Petri, conscripta, quae excellit rerum gestarum temporibus accurate adnotatis, praesertim in narratione belli Erfordensium et marchionis Misnensis contra comites Thuringiae a. 1344. 1345. gesti, non integra servata est, sed partes eius magnae exstant in codd. E et M infra dictis, exscripta est in Chronici universalis Saxonici Continuatione Thuringica[4] et in Continuatione III. et a fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi, qui a. 1395/6. Cronicam Thuringorum composuit. Sed auctor Historiae landgraviorum Eccardianae et Iohannes Rothe tantum excerpta eius, quae in codd. E. M servata sunt, non eam integram exscripserunt[5]. Quam cum integram non habeamus, Continuationem II. inscripsi eam, quam codd. E. M praebent.

Continuatio III. a. 1335—1355. a monacho S. Petri composita est, descripta Continuatione I. et Continuatione II. excerpta, adhibitis aliis annalibus vel multis ab ipso auctore additis. Quo enim tempore hic vixerit, non constat. Si enim respicis fabellam a. 1344, qua puer captus ad LXXX annos vixisse dicitur, eum post a. 1410. scripsisse efficias oportet, sed etiam hunc locum postea insertum esse conicere potes, quod equidem facilius crediderim[6]. Nam advertenda sunt non pauca, ex quibus facile concludes auctorem non multo post a. 1355. scripsisse[7]. Hanc continuationem exscripserunt Nicolaus de Siegen et Erphurdianus antiquitatum Variloquus.

Omnes codices nostri manuscripti, qui Cronicam moder-

1) *Ed. Potthast p.* 256—262. 2) *Vide quae C. Müller, 'Forschungen' XIX, p.* 499—519, *qui primus hos fontes hac parte inter se convenire observavit; C. Wenck, 'Forschungen' XX, p.* 287 *sq.; ego 'N. Archiv' XXI, p.* 462 *sqq. his de quaestionibus egimus.* 3) *Qui a.* 1346. *monstrum quoddam Erfordiae natum se vidisse dixit.* 4) *'D. Chr.' II, p.* 317—319. 5) *Haec omnia demonstravi 'N. Archiv' XXI, p.* 445—479. 6) *Cf. ibid. p.* 470. 7) *Ut vox* heu! *nonnunquam usurpata casibus adversis relatis a.* 1343. 1348. 1354. *Verba* ut dicitur *usurpata a.* 1354. *et a.* 1352. *addita loco ex Cont. II. exscripto. Verba* ut indubitanter creditur *scripta, ubi Guntherus rex veneno necatus esse dicitur a.* 1348. *Sane ex fonte quodam eiusdem temporis haec descripta esse censebis, si auctorem post a.* 1410. *scripsisse iudicaveris.*

nam vel partes eius continent, ad codicem usque ad a. 1335. continuatum redeunt, omnes auctores, qui hanc Cronicam exscripserunt, codicibus ex illo usque ad a. 1335. continuato profectis usi sunt[1], attamen primus Fr. X. Wegele chronistam Reinhardsbrunnensem quaedam, quae in nostris codicibus Cronicae modernae non leguntur, ex vetustiore et meliore codice eiusdem sumpsisse coniecit[2], quamvis hic codicem habuerit cum nostro 1 non modo usque ad a. 1335, sed etiam usque ad *a. 1338. convenientem, Cont. I. scilicet continentem. *p. 34 Cui nihilominus assensi C. Grünhagen[3] et O. Posse[4] iam maius quoddam chronicon Montis S. Petri, quod non modo monachus Reinhardsbrunnensis, sed etiam alii, ut Sifridus de Balnhusin et Variloquus et auctor Historiae landgr. Eccard., exscripsissent, extitisse contenderunt, quamvis hic archetypum codicis nostri E[5], ille simillimum cod. nostri 1 cum Cont. I. III. (—1355) habuerint, et Sifridus Cronicam modernam non legisse videatur.

Ut his etiam L. Weiland b. m. assentiretur[6], eo praesertim inductus est, quod in Cont. Thuringica (Erfordensi), quam edidit, revera continuatio eousque ignota exscripta est, secunda videlicet a. 1336—1353, quo animadverso facile commoveri potuit, ut falsam illorum opinionem sequeretur, ratus etiam ante a. 1335. maius nostro chronici S. Petri exemplar a Cont. Thuringico lectum esse. Atque etiam C. Wenck omnium de hac re disserentium consensum secutus quaedam ex chronico S. Petri maiore sumpta esse censuit[7], quae in codicibus Cronicae modernae non inveniuntur. Tum Th. Ilgen et R. Vogel[8] errorum moli molem coniecturarum falsarum superstruxerunt. Solus Ericus Schmidt recte negavit[9] chronicon Montis S. Petri maius nostro extitisse, sed ipse erravit in eo, quod copiosam continuationem II. a. 1336—1353. in multis libris exscriptam esse non perspexerit, quamvis codices E et M, in quibus magnae eius partes continentur, habuerit, opinatus eas ex chronico quodam consulum

1) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 479. 2) Ann. Reinhardsbr. p. XXXII. 3) 'Zeitschr. f. Thüring. Gesch.' III, p. 87—98. 4) 'Forschungen' XIII, p. 335—350. 5) Qui praeter hunc et Cron. Reinhardsbr., ex quibus multa Cron. modernae exscripsit, etiam eiusdem codicem usque ad a. 1208. pertingentem habuisse videtur, sed sane etiam ante hunc annum nihil praebet, quod chronico Montis S. Petri maiori iure attribui possit. 6) 'D. Chr.' II, p. 290. 7) 'Entst. d. Reinhardsbr. Gesch.' p. 104, n. 3. 106, n. 2; 'N. Archiv' X, p. 131, sed ibidem p. 122 sq. bene contra illos argumentatus est, qui nimia Cron. modernae obtruderunt. 8) 'Gesch. d. thür.-hess. Erbfolgekrieges' p. 8 sqq. (separatim ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X). 9) L. l. p. 156—177.

Erfordensium, quod nunquam extitisse constat, sumptas esse. Denique ipse ostendi[1] omnes locos, quos viri illi docti chronico Montis S. Petri obtruderunt, minime ex hoc, sed ex aliis fontibus, ut ex Engelhusii excerptis eorum excerptorum Cronicae modernae, quae in cod. E exstant, vel ex annalibus brevibus Erfordiae scriptis vel ex Cronica Minore, sumptos esse, nunquam extitisse chronicon Montis S. Petri praeter Cronicam modernam, quae nobis satis bene servata est, si codices omnes, non perantiquos quidem, recte et accurate excusseris[2]. Quo facto nullum usquam locum invenies, quem iure chronico Montis S. Petri maiori attribuere posses. Immo in cod. E multa, in cod. 1 etiam et in libris ei proximis perpauca postea addita sunt[3], quae sub a. 1230. 1287. 1294. 1302. 1313. 1323. adnotata invenies[4].

Cum omnes codices ex codice Cronicam modernam iam usque ad a. 1335. continuatam continente profectos esse viderimus, aliquis conicere posset in hoc codice priores partes Cronicae iam retractatas mutatasque fuisse, ideoque non integras nobis servatas esse, at hoc collatis libris p. 121. 124 sq. dictis, praesertim Annalibus Erphesfurdensibus Lotharianis, non verum esse cognoscitur. Nihil habemus, cur credamus posteriorem scriptorem in prioribus partibus quidquam voluntate et iudicio immutasse, immo codicem illum a. 1335. scriptorum diversarum partium archetypum fuisse censeo, archetypo videlicet auctoris primae *partis a. 1208/9. iterum iterumque novis
345. plagulis membranaceis additis vel foliis eius vacuis relictis[5] sequentium partium auctores sua inscripsisse, cum animadverterim et in cod. 1 et in cod. E quaedam servata esse, quae ad Cronicam non pertinentia post primam et secundam partem foliis vacuis archetypi inscripta fuisse apparet[6]. Nisi vero ille codex fuit archetypus primi et sequentium auctorum,

1) *'N. Archiv' XXI, p.* 479 — 534. 2) *Ut omnes librarii, recentiores praesertim, scriba etiam codicis, qui solus Cronicam integram continet, nonnunquam, licet non neglegenter laborem suum perfecerit, quaedam verba omisit, quae in aliis libris habentur. Nonnulla, quae in hoc codice leguntur, demum Br. Stübel in editione sua omisit.* 3) *Non a scriba cod.* 1, *sed aut ab eo qui Cont. III. composuit aut ab eo qui locum a.* 1344. *supra (p.* 131*) dictum addidisse videtur.* 4) *Etiam quae sub a.* 1187. *leguntur:* Huius anni infausta — post MCCVIII. anni scripta reperiuntur *(de quibus cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 537 *sq.) a posteriore scriptore inserta videntur esse.* 5) *Patet in archetypo post incommoda a.* 1187, *post primam partem a.* 1208. *desinentem scripta, folium vel partem folii vacuum relictum fuisse, in quo inscripta fuerit relatio terrae motus a.* 1279, *quae in cod. E ibi exstat.* 6) *'N. Archiv' XXI, p.* 535 *sqq.*

censeamus oportet eum fuisse exemplar illius accurate ac fideliter, nescio quo tempore, descriptum, sive a. 1277. sive a. 1291. sive posteriore aliquo tempore, cum novae partes prioribus adderentur. Atque hoc cognovisse et confirmasse eo maioris momenti est, quo incertiora atque vaniora hucusque de Cronica nostra moderna tradebantur[1].

Iam ex iis quae supra de continuationibus Cronicae modernae dixi apparet, quomodo codices nostri et auctores qui illam exscripserunt inter se dividendi sint. Altera classis est eorum qui Cont. II, altera eorum qui Cont. I. et III. continent vel eas exscripserunt. Inter hos subdividendi ii qui solam Cont. I. et ii qui Cont. I. et III. (— 1355) praebent. Cum horum sit unicus codex noster, qui integram Cronicam modernam continet, casu efficitur, ut hos primo loco recenseamus. Iste liber est

1) *Gottingensis* bibliothecae universitatis Ms. hist. 88, chart. fol., cuius maior pars foliorum 1—380'. una manu saec. XVI. in. scripta, a. 1506. perfecta est. Post Lamperti Hersfeldensis Annales continuatione Annalium S. Petri Erphesfurtensium maiorum auctos f. 124—232. Cronica S. Petri praemisso Indiculo ordinum religiosorum, de quo supra p. 117 sq. disserui, longis lineis accuratius descripta est ex codice demum post a. 1482[2], ut videtur, certe post a. 1410. exarato[3]. Scriba enim non pauca errata emendavit, saepe quae minus perspicue scripta erant iterum clarius superscripsit; cum de vera lectione nonnunquam dubitaret, duas exhibuit, ut in altera compendium in codice descripto usitatum repeteret[4]. Satis bene signa distinctionis

1) Ut W. de Giesebrecht, 'DKZ.' ed. 1. III, p. 1013 sq. et in sequentibus editionibus dixit eam circa a. 1355. a quodam 'compilatore' — sit venia verbo — congestam, attamen ex ea iam circa a. 1150. Annales S. Petri antiquos excerptos esse. O. Posse vero, 'Forschungen' XIII, p. 347, Cronicam S. Petri eisdem temporibus, quibus res gestae sint, conscriptam esse edixit. E. Schmidt, cum Cronicam modernam in decem partes divisisset (cf. supra p. 124, n. 3), l. l. p. 177—183. inquisivit, quo tempore haec 'compilatio' facta sit, ac statuit monachos S. Petri 'compilatores' inter a. 1315. et 1345. eam perfecisse. Mirum! Vir iste doctus, qui haud pauca recte perspexit, verum iam quasi in manibus habens non apprehendit illud. Taceo de sententia Brunonis Stübel. 2) Nam inter Indiculum et Cron. modernae initium eadem manu scriptae sunt notae a. 1351. 1330. 1392. 1482. Hanc extremam quidem in margine antiquioris codicis posteriore manu adscriptam fuisse conicere potes. 3) Cf. supra p. 131. 4) Cf. de hoc codice 'N. Archiv' XIX, p. 150 sqq.; SS. R. G., Lamperti opera p. LI sq. (B 1b) et locos ibi n. 7. allatos; (W. Meyer), 'Verzeichniss der Hss. im Preuss. Staate' I, 2. Göttingen II, p. 29 sq. In Cron. moderna omnia nigro atramento scripta sunt,

posuit. Multa manu Petri Albini rubro atramento aliorumve recentiorum manibus adnotata, pauca correcta vel potius depravata sunt, quae cum nullius momenti sint, adnotare nolui. Modum verborum scribendorum huius codicis, eundem in universum, quo scriba in Annalibus Lamperti usus est[1], *ubique fere secutus sum, quamvis persuasum mihi haberem auctores nonnulla verba alio modo scripsisse, praesertim*
*p. 346. *rarius* ci *pro* *ti *posuisse*[2], *quod scriba fere ubique scripsit. Ab a.* 1290. *saepe post particulas scriptas unius vel plurium linearum spatium vacuum reliquit, quod in codice autographo Montis S. Petri iam factum esse facile crediderim, eos videlicet, qui partes sequentes huic codici paulatim inscripserunt, multis locis spatia foliorum vacua reliquisse, ut alia ab ipsis vel ab aliis suppleri possent. Annales S. Petri maiores et Cronica S. Petri ex hoc codice male descripti sunt in*

1[a]) *codice bibliothecae regiae* D r e s d e n s i s *signato Q* 132, *chart. fol., saec. XVI—XVII. Quod cum ita sit*[3], *nullo loco lectionum eius mentionem feci. Ex quo codice Cronicam modernam cum nonnullis locis Annalium S. Petri maiorum Io. B. Menckenius, SS. rerum German. (Lipsiae* 1730*) III, col.* 201—344. *edidit*[4].

Non ex eodem libro, cuius exemplar est 1, *sed ex alio eius simillimo, fratre, ut videtur, eiusdem, ex quo codex* 1 *profectus est, descriptus est circa a.* 1500.

1*) *codex bibliothecae universitatis* W i r z i b u r g e n s i s *Chart. fol.* 129, *qui olim fuit monasterii S. Iacobi Scotorum Wirziburgensis. Sed post Lamperti Annales et continuationem eorum a.* 1078—1181. *alter scriba, priore minus curiosus, qui f.* 101′—131′. *exaravit, initium tantum Cronicae S. Petri, videlicet f.* 129′—130′. *Indiculum ordinum religio-*

minium non adhibitum est. — Scriba huius codicis nonnunquam in aliis operibus eiusdem (cf. Lamperti opera p. 140, *n.* d*), saepe in Cron. moderna post particulas descriptas invocationes S. Mariae et S. Hieronymi inseruit.* 1) *Vide Lamperti opera p.* LX, *n.; 'N. Archiv' XIX, p.* 161. *Si qua more perverso saec. XVI. ineuntis scripta erant, quae sano editori mutanda sunt, lectionem codicis adnotavi. Moneo autem me ubique lectione codicis non adnotata mutasse* costodes, costodire, costodia *et* Cristus, Cristiani, Cristianitas, *quae scriba huius codicis in omnibus operibus ab ipso scriptis* s u o *perverso more induxit.* 2) *Praesertim formae ut* nupcie, assumpcio, direpcio, *etiam* nunctii, nunctiare, *posteriore aetate demum usitatae sunt, et* gw *pro* gu, *ut* lingwa, sangwis, *postea demum scriptum.* 3) *Quod et ipse codice examinato sine ulla dubitatione constare intellexi.* 4) *Quam inscripsit* Chronicon S. Petri, vulgo Sampetrinum, Erfurtense.

sorum ei praemissum a. 31—1285[1]. *f.* 131. 131'. *ipsius Cronicae initium a.* 1036. 1072—1086. *descripsit, in ima pagina* 131'. *medio in verbo annalis* 1086. *incepto destitit, reliquis foliis* 132—138. *vacuis relictis*[2]. *Sane summe dolendum est, quod hic laborem inceptum non perfecerit, cum codicem antiquiorem, ut videtur, patre codicis* 1 *describendum aggressus esset.*

Ex eodem codice, cuius exemplar est 1, *vel potius ex fratre eius gemino Hartmannus Schedel excerpta sua Cronicae modernae a.* 1079. 1072— 1352. *exscripsit, quae exstant in*

2[a]) *codice bibliothecae regiae* M o n a c e n s i s *Lat. nr.* 593, *chart.* 4°, *a.* 1507. *eius manu scripto, f.* 141'—162. *post excerpta Annalium Lamperti et S. Petri maiorum. Hunc librum scripsit H. Schedel, cum alterum, qui eandem vel eius simillimam collectionem rerum Thuringicarum continebat, Iohanni Trithemio mutuum datum recuperare non posset*[3]. *Unde optimo iure conieci hunc codicem postea fuisse*[4]

2[b]) *Iohannis* P i s t o r i i, *quem codicem quendam, qui periit, habuisse constat fere omnia eadem ipsa continentem, quae in* 2[a] *leguntur*[5]. *Ex quo excerpta Cronicae modernae a.* 1079.[6] 1072—1352, *eadem quae in* 2[a] *habentur,* **mixta* *p. 347. *cum iis, quae in codice Schedelii ex Annalibus S. Petri*

1) *Inter Indiculum et Cronicae initium notae codicis* 1 *(p.* 134, *n.* 2*) non exstant.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 152 *sq.; Lamperti opera p.* LI *(B* 1[a]*). Vide ibidem p.* LXII. *stemma codicum Annalium Lamperti, ubi codex B* 1 *signatus is habendus est, in quo primo Cronica S. Petri illis subiuncta sit.* 3) *Vide in Serapeo XVI, p.* 268 *sqq. epistolas hac de re datas. Duplo hac in re arguendus est Io. Trithemius, in cuius monasterio scriptus sit codex* 1*, *quem perficiendum non curaverit, et qui librum Hartmanno Schedel non restituerit.* 4) *Vide de utroque codice 'N. Archiv' XIX, p.* 154—156. *XXI, p.* 245 *sq.* 443 *sq.; Lamperti opera p.* LII *sqq.; de Monacensi praeterea 'Archiv' II, p.* 84 —87; *L. F. Hesse in 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch.' IV, p.* 113 —124. *In codice ab H. Schedel exscripto etiam Indiculus ordinum ut in* 1. 1* *Cronicae praemissus erat, cuius locum (v. infra p.* 151, *n.* i*) Schedel ante Cronicae excerpta, Pistorius in appendice habent. Et in eodem codice etiam nota a.* 1392. *de studio Erfordensi, quam* 1 *habet, exstabat, quam Schedel ante Cronicae excerpta, Pistorius p.* 265. *in appendice praebent (ed. Struve p.* 440; *cf supra p.* 47, *n.* 1. *et infra p.* 152, *l.* 31, *n.* q*). Etiam locus a.* 1344. *post a.* 1410. *scriptus in* 2[a, b] *exstat.* 5) *Sed quae Pistorius appendicis loco p.* 264 *sq. (Struve p.* 439 *sq.) edidit, quae in suo codice separatim scripta fuisse dixit, non leguntur in* 2[a] *praeter ea, quae modo n.* 4. *dixi.* 6) *Primum numerum* 1068. *Pistorius ipse falso mutasse videtur, in* 2[a] *hoc loco recte* MLXXVIIII. *legitur.*

maioribus excerpta his praecedunt[1], edidit inter Rerum Germ. SS. (Francofurti 1583) t. I, p. 253—264; quae repetita sunt in huius collectionis editione tertia curante B. G. Struvio (Ratisbonae 1726) I, p. 425—439.

H. Schedel in excerptis codicum $2^{a.b}$ studuit, ut locos ad res Thuringicas ac praesertim Erfordenses pertinentes colligeret, sed etiam locos mirabilia, fabellas, calamitates aliarum terrarum tradentes recepit, neque tamen consilium quoddam constanter secutus videtur esse. Pleraque ad verbum descripsit, sed etiam locorum exscriptorum saepe multa, praesertim dies rerum gestarum, omisit et breviandi causa nonnulla verba Cronicae immutavit. Pauci loci, qui in 2^{b} leguntur, in 2^{a} omissi vel magis breviati sunt[2], sed 2^{a} multo pluribus locis quam 2^{b} veram lectionem praebet[3]. Quae hi codices praebeant vel quae in iis omissa sint, rarissime, sed eorum lectiones varias fere omnes, praeter eas quae ad rem orthographicam spectant et quaedam menda Pistorii, adnotavi.

Codici 1 et ei, quem H. Schedel in $2^{a.b}$ exscripsit, proximum fuisse apparet[4] etiam illum 'librum spissum veterem cronicae Montis S. Petri Erffordie', ex quo idem Schedel excerpta brevissima Annalium Lamperti, S. Petri maiorum, Cronicae S. Petri a. (1079). 1103—1184. exscripsit in

2^{c}) codice bibliothecae regiae M o n a c e n s i s Lat. nr. 901. f. 245. et iterum in 2^{cc}) codice eiusdem bibliothecae iam supra dicto (2^{a}) nr. 593, f. 113—114', quae ex his edidi Lamperti opera p. LIII sq. Illum spissum librum, quem Schedel veterem et alio loco[5] antiquum dixit, quem plane discrevit a codice in 2^{a} exscripto[6], in monasterio Montis S. Petri fuisse ex ipsius verbis patere videtur, unde conicio hunc fuisse codicem, quem exscripserunt Nicolaus de Siegen et

1) Quae excerpta Pistorius Additiones ad Lambertum Schafnaburgensem inscripsit. Cum in Annalium S. Petri et Cron. modernae excerptis Schedelii nonnunquam eadem legerentur, Pistorius haec coniunxit aut alterutrum locum eorum omisit. De duobus locis Cronicae Reinhardsbr. in Pistorii editione coniunctis cum locis Annalium S. Petri maiorum vide supra p. 59, n. a. 60, n. *; 'N. Archiv' XXI, p. 249, n. 5. 510 sq., n. 3. 2) Ut a. 1256. 1267. 1270. 3) Plerumque Pistorius eam corrupisse videtur, ut a. 1275. fratrum Minorum in frumentorum; 1291. Saccitarum in mercatorum; 1309 (1308) Iohannem in Item; 1335. adunatus in adveniens, etc. 4) Cum etiam in hoc nota illa a. 1392. extiterit. Cf. 'N. Archiv' XIX, p. 156 sq. 5) Lamperti opera p. LIV. 6) Attamen uno loco Ann. S. Petri maiorum excerpta codd. 2^{c}. 2^{cc} cum lectione falsa codd. $2^{a.b}$ convenit (Lamperti op. p. LIII, n. c; supra p. 55, n. g). Sed tam exigua sunt haec excerpta, ut non diiudicari possit, quomodo codex, ex quo Schedel ea descripsit, cohaereat cum proximis sibi et inter se codicibus 1 et $2^{a.b}$.

V) Variloquus antiquitatum Erphurdianus editus in Menckenii SS. rerum German. t. II, col. 461—560. Sed haec editio tot mendis lacunisque scatet, ut eam codice bibliothecae universitatis Ienensis Sagitt. in 4° nr. 5. 6, chart. saec. XVI. in., collato emendaverim, cum hoc opere uti deberem. Huius enim auctor etiam exscripsit librum illis 1. 2[a. b] proximum, Annales Lamperti, S. Petri maiores, Cronicam modernam cum Continuationibus I. et III. continentem[1]. Ut iam titulus indicat, hic ex Cron. moderna ea maxime exscripsit, quae res Erfordenses attinent, reliquorum perpauca recepit. De rebus vero Erfordensibus praeter Cronicam S. Petri multa exscripsit ex Cronica Erfordensi codicis infra p. 144. dicti Eng. I[2], cuius locos omnes demas oportet[3], si cognoscere vis, quid in Variloquo ex Cronica moderna sumptum sit.

N) Nicolaus de Siegen etiam, monachus Montis S. Petri, qui multa ex Cronica moderna exscripsit, codice Continuationes I. et III. continente usus est[4]. *Qui quamvis saepe *p. 348
verba Cronicae liberius mutaverit, tamen paucis locis, quos solus praeter cod. 1 praebet, solus veram lectionem habet. Sed cum editor Chronici ecclesiastici multa ex hac Cronica et aliis fontibus hausta omiserit[5], codicem autographum Nicolai in archivo magni ducis Weimarano sign. F 166. servatum exscripsi.

Hucusque de codicibus mss. eadem fere exponenda erant, quae iam Lamperti Annales editurus et supra p. 46 sqq. in praefatione Annalium S. Petri maiorum dixeram, cum omnes libri hucusque recensiti eosdem annales vel fragmenta eorum contineant. Nunc demum nova tractanda sunt.

Maximas partes Cronicae S. Petri et Continuationis I. usque ad a. 1337. exscriptas praebet ideoque magni momenti est ad textum eius constituendum

R) Cronica Reinhardsbrunnensis[6], cuius codicem Hannoveranum XIII. 753, chart. saec. XV, nonnullis locis R 1,

1) Etiam locum iam saepe dictum a. 1392. et locum a. 1373 (1374) in cod. 1 ad a. 1323. additum. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 444. 2) Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 481 sqq. et de reliquis fontibus Variloqui ibid. p. 519, n. 1. 522. 3) Qua de re horum locorum lectiones cum E concordantes non attuli. 4) Quae cum Continuatione II. convenientia praebet, ex Chron. Thuringico Iohannis Rothe hausit, quae ad hunc pervenerunt per archetypum codicis E. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 455 sq. 500. 5) Fr. X. Wegele in 'Thüring. GQ.' t. II. 6) Falso Wegele, Ann. Reinhardsbr. p. XXXI. dixit Cronicam S. Petri a chronista Reinhardsbrunnensi dictam esse Cronicam Thuringiae. Vide quae ad Cron. Reinhardsbr. a. 1313, SS. XXX, p. 651, n. r, adnotavi.

cuius excerpta ab Hartmanno Schedel in cod. Monacensi Lat. nr. 593. descripta R 2 signavi, ubi utriusque codicis lectionem vel alterius utrius adnotare visum est. De his codicibus aliisque quae ad rem pertinent videas SS. XXX, p. 505 sqq. Sed plura ex Cronica S. Petri in Reinhardsbrunnensi descripta fuisse, quam hi codices praebent, mihi persuasum habeo, censeo enim omnia, quae

Conr.) Conradus Halberstadensis in Cronographia sua ex Cron. S. Petri sumpta praebet, non ex hac, sed ex Cron. Reinhardsbrunnensi desumpta esse[1]. *Qui inter a.* 1281—1287. *nonnulla, inter a.* 1332—1338. *multa, fere totam videlicet Continuationem I, praebet, quae in Cronicae Reinhardsbr. codicibus non inveniuntur. Haec igitur in editione mea huius Cronicae, SS. XXX, p.* 632 *sq.* 654 *sqq., invenis. Quodsi sententiam meam falsam iudicaveris, Conradum Cronicam S. Petri Continuatione I. auctam exscripsisse censebis. Utroque casu hoc loco post R, ubi eadem sola Continuatio I. exscripta est, Conradus afferendus est. Cronographiae eius ineditae codicem Vaticanum Lat. nr.* 3758, *mbr. saec. XIV, Iacobus Schwalm socius noster, Vindobonensem nr.* 3175 *(Hist. eccl.* 64*), chart. fol. saec. XV, ipse, Hannoveranum XIII.* 753, *chart. saec. XV, supra sub R iam dictum, J. R. Dieterich socius et ipse exscripsimus. Sed hic codex Hannoveranus plura praebet ex Cronica S. Petri sumpta, quam Conradus ex Cronica Reinhardsbr. exscripserat. Is nempe, qui chronica huius codicis congessit, Conradi Cronographiam magnis partibus aliorum chronicorum insertis ampliavit, inter quas etiam magnus locus Cronicae S. Petri a.* 1276. 1278 (1277), *quo bella horum annorum enarrantur, invenitur. Hanc partem ex Cronica Reinhardsbr. a librario illo descriptam esse censui, qui infra in eodem volumine partes huius cronicae Gestis archiepisc. Magdeburgensium inserens eam omiserit*[2]. *In hac parte huius codicis lectiones*

H) signavi, quas maximi momenti esse ostendit C. Wenck[3]. *Hoc loco etiam nominandus est*

Theod.) Theodericus Pauli (seu Franconis) presbyter

1) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 271—273. 462. 468. 515 *sqq.; SS. XXX, p.* 511 *sq.; supra p.* 130. 2) *'N. Archiv' XXI, p.* 238. *Praeter hanc partem etiam brevissimum locum a.* 1315. *ex hac Cronica textui Conradi inseruit.* 3) *'Forschungen' XX, p.* 284—286. *Sed moneam oportet scribam codicis* 1 *non tantae neglegentiae fuisse, ut* ambe *scriberet, ubi* cimbe *scribendum erat. Scriba cod.* 1[a] ambe *scripsit, a quo editores Mencke et Stübel hoc receperunt.*

de Gorkum, de cuius chronico imperatorum et pontificum W. Focke commentatione diligenti egit[1], qui et nonnullas partes eius, neglegentissime quidem, in lucem dedit[2]. In hoc chronico loci ex Cronica S. Petri sumpti ab a. 1273.[3] usque ad a. 1338. inveniuntur. Dices ergo ut Focke Cron. *S. Petri auctam Continuatione I. a Theoderico exscriptam esse. Sed *p. 349. in eius chronico etiam tres loci ex Cron. Reinhardsbr. sumpti inveniuntur[4], unde mecum censebis ex hac etiam locos cum Cron. S. Petri convenientes[5] exscriptos esse. Theodericum ipsam Cronicam Reinhardsbr. habuisse non facile crediderim, exemplar eius in Hollandiam delatum esse ut credam, omnino non adduci possum. Cum Theodericus demum ab a. 1273. hanc Cronicam exscripserit, conicio in eius exemplari Cronicae Minoris tertiae editionis (usque ad a. 1272) continuationem additam fuisse ex Cron. Reinhardsbr. excerptam; quod exemplar vel ipse Theodericus vel alius quidam, qui fortasse litteris Erfordiae studuerit, e Thuringia in Hollandiam apportavisse potest. Sane nullius fere momenti sunt pauci illi loci Theoderici ex Cronica S. Petri profecti ad textum eius emendandum.

Iam ad eos aggrediamur, qui Cronicam S. Petri Conti-

1) 'Hall. Beitr. z. Geschichtsf. herausg. v. Th. Lindner I, Theod. Pauli u. sein Speculum historiale'. Halle a. S. 1892. 2) Cum codicem Wratislaviensem cum his partibus conferrem, obstupui, non capere valens, quomodo fieri potuerit, ut ex codice bene scripto tam corrupta ederentur. 3) Minime iam a tempore Clementis IV. papae, ut Focke p. 45. dixit, nam loci, quos p. 45—51. ex Cron. S. Petri sumptos esse contendit, potius ex Cron. Minore et eius Cont. I. vel ex Conradi Halberstad. Cronographia, ubi illae sicut in Cron. S. Petri exscriptae sunt, hausti sunt. Theodericum Cron. Minorem cum Cont. I. habuisse patet loco a Focke p. 48. edito (= SS. XXIV, p. 205), quem nec Conradus nec Cron. S. Petri habent, quem in codice suo Cronicae S. Petri Theodericum invenisse tam temere quam falso Focke coniecit. 4) Duos Focke p. 53. 81. bene cognovit et adnotavit, sed iterum temere coniecit alterum eorum in margine codicis Cronicae S. Petri scriptum fuisse. Tertius est locus editus ab eo p. 80, quo de Caelestino papa V. capto traditur = Cron. Reinhardsbr. a. 1294, SS. XXX, p. 639, in qua iste locus sumptus est ex Cronicae Minoris continuatione VII, SS. XXX, p. 720 (desinente a. 1300; cf. Cron. Reinh. praef. l. l. p. 513). Cum igitur viderimus Theodericum Cronicam Minorem tertiae editionis (cum Cont. I) exscripsisse, patet eum Cont. VII. non habuisse, patet etiam locum illius nusquam alibi nisi in Cronica Reinhardsbrunn. inveniri potuisse. Codice etiam Wratislaviensi exscripto cognovi haud paucis locis Theodericum habere lectionem Cronicae Reinhardsbr. a Cronica S. Petri differentem. 5) Cum non multi loci ex hac sumpti in Theoderici chronico inveniantur, facile evenire potuit, ut tres tantum loci a chronista Reinhardsbr. additi ex eius opere excerperentur.

nuatione II. a. 1336—1353. auctam exscripserunt, inter quos longe eminet et maximi momenti est

E) codex bibliothecae regiae Dresdensis K 316, chart. 4°, medio saec. XV. in conventu fratrum Minorum S. Elisabeth extra muros Isenacenses sito scriptus, cuius prima folia 42 excisa perierunt[1]. F. 44—132. continent Cronicae Thuringorum Isenacensis amplificatae[2] priorem partem usque ad a. 1350. cum additamentis usque ad a. 1406. Dehinc altera manu saec. XV. medii scripta sequitur f. 133—137'. historiola conventus fratrum Minorum S. Elisabeth Isenacensis[3] usque ad a. 1442. Hanc sequitur eadem altera manu scriptum f. 138—194. chronicon Erfordense[4] a. 1036. 1072—1353, cui eadem manu f. 194—206'. posterior pars Cronicae Thuringorum Isenacensis ab a. 1351. cum continuatione usque ad a. 1414 (1410)[5] subiuncta est. Haec altera manus litteris inclinatis foede ac neglegenter, innumeris compendiis et his saepe male usa[6], nimis mendose ac vitiose scripsit. Illius chronici Erfordensis longe maxima pars ab a. 1036. 1072. usque ad a. 1335. ex Cronica S. Petri excerpta est, et ex eius priore parte pauca, ex media iam plura, ex posteriore usque ad a. 1335. plurima selecta sunt. Incommode accidit, quod huius partis duo folia 166. 167, res a. 1294. 1295. continentia, evulsa sint. Iis quae post a. 1208. de terraemotu a. 1279. et de obitu Abraham, sub a. 1267. de locis sacris Palestinae, ut in cod. 1, post a. 1276. de monstris, quae et in 1 leguntur, habentur, elucere videtur, ut iam supra p. 133 sq. dixi, hoc chronicon ex codice archetypo a. 1335. Montis S. Petri excerptum esse, ac quidem ab Erfordensi quodam, qui praesertim locos Cron. modernae res Erfordenses tradentes recepit, sed non monacho Montis S. Petri, qui haud pauca aliunde sumpta addidit,
*p. 350. *quorum nonnulla ex annalibus brevibus Erfordensibus seu Thuringicis[7] hausta sunt, praeterea versus memoriales et

1) Facile crediderim haec folia Cronicae S. Petri primam partem usque ad a. 1208. continuisse. Cf. 'N. Archiv' XXI, p. 276—282. 466 sq. 2) De qua cf. 'N. Archiv' XX, p. 408—415. 3) Edita in Naumanni Serapeo XIV, p. 378—382. ab Herschel. 4) Titulo in codice illi non praefixo. 5) Reliqua, quae hic continet, hoc loco adnotentur, non oportet. Nuper M. Baltzer in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' XVIII, p. 24 sqq. de hoc codice disseruit. 6) Ut saepissime 9 (us) pro os scriptum est. Saepe ī scriptum videtur, ubi ī (etiam) legendum est, saepe etiam cū (cum) pro tñ (tamen). 7) Quaedam ex tabula quadam fundationum abbatiarum Cisterciensium, quarum tabularum multae exstant (cf. L. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. XVI sqq.; Fr. Winter, 'Die Cistercienser im nordöstl. Deutschland' I, p. 320 sqq.) profecta esse videntur. Unus locus a. 1287. ex inscriptione monasterii Ilmensis provenit.

alia[1], quae memoria tenuisse videtur[2]. Pleraque a Cron. moderna aliena in extrema parte ab a. 1300. circiter usque ad a. 1335. inserta sunt[3], quae partim in notis asteriscis signatis, partim in altera columna posita edidi. In universum hoc chronicon ordine chronologico recto dispositum est[4] ab a. 1072 — praemisso a. 1036, ut in Cronica S. Petri — usque ad a. 1335 (f. 187). Hunc vero sequuntur notae a. 1274 (ex Cron. S. Petri sumpta), praemisso falso anni numero MCCCXL, a. 1341, versus a. 1335 (6). et 1342, notae a. 841 (haec ex Cron. Minore descripta), praemisso falso anni numero MCCCXLI, a. 1348, tunc tres ex Cron. S. Petri sumptae a. 1249.[5] et 1256. et 1241, denique nota de pugna Wettinensi a. 1263.[6] Tunc sequitur f. 188—194. nova continuatio, quam II. appellavi, plana, concinna, recto ordine disposita a. 1335—1353, in qua notae supra dictae a. 1341. 1348. recurrunt, quarum illa a. 1341. etiam in Cont. III. repetita est. Perspicis igitur in codice archetypo Cronicae S. Petri a. 1335. desinentis mixtas illas notas a. 841 —1348. diversis fortasse manibus, ut fieri solet, additas, postea Continuationem II. a. 1335—1353. in eodem codice subiunctam esse, cuius auctor notas a. 1341. 1348, fortasse ab ipso olim inscriptas, repetiverit. Cum in E Cronica S. Petri excerpta sit, iam conicies etiam Continuationem II, hucusque ineditam, in hoc codice non integram esse servatam, ut supra p. 131. dixi; quod certissimum cognosces collatis Chronici Saxonici Continuatione Thuringica et Cronica Thuringorum fratris ordinis Praedicatorum Isenacensis. Omnia fere, quae hoc loco de codice E dixi, plenius exposui in 'N. Archiv' XXI, p. 445—479. In hoc codice loci ex Cron. S. Petri sumpti saepe breviati, plerumque quidem ad verbum descripti, nonnunquam autem breviandi causa aliquantulo mutati sunt, haud raro pauca verba sive rerum

1) Versus vide a. 1115. 1298. et duos ad monasterium Montis S. Petri pertinentes a. 1136 (1130). 1290. 2) Ut narrationem Rudolfi regis Erfordiae cerevisiam bibentis a. 1290. 3) Inter quae versus de seditione plebis Erfordensis a. 1324. facta. 4) Sed initio annorum ordo turbatus est hoc modo: a. 1072—1096. 1115 (nota aliunde inserta). 1096. 1082—1093. 1099. etc. recto ordine. Saepe autem annorum numero omisso ad praecedentes annos scripta sunt, quae in Cron. S. Petri sub veris annis leguntur. Et cum nonnunquam praecedentes anni in E omissi essent, factum est, ut narrationes quaedam omisso praecedente anni numero ad tertium vel quartum annorum praecedentium positae legantur. Saepe etiam annorum numeri mendose in hoc codice scripti sunt, omisso C vel CC vel X vel XX etc. 5) Praemisso falso anni numero MCCCXLIX. 6) Haec Additamenti nomine praefixo inter Cont. III. et Cont. II. edidi.

exponendarum causa sive e coniectura scriptoris addita[1]. *Exemplar huius chronici ab J. R. Dieterich, tunc socio nostro, descriptum ipse codice collato emendavi. Cum hic liber magni momenti sit, in editione Cronicae S. Petri adnotavi quae in E legantur, quae omissa sint, totam etiam variam lectionem eius praeter innumera menda scribae huius codicis et praeter ea quae ad rem orthographicam pertinent, sed plerumque varias formas nominum adnotavi*[2]. *Denique moneo hunc codicem descriptum esse ex antiquiore codice Isenacensi*[3], *quo auctor Historiae landgr. Eccardianae et Iohannes Rothe*[4] *usi sunt. Commode accidit, ut posterioris partis chronici Erfordensis codicis E multa etiam in alio codice, recentis quidem aetatis, servata sint, videlicet in*

351. **M) codice bibliothecae magistratus Erfordensis I. n.* 65 *(Herrmann I,* 12*)*[5], *chart. fol., saec. XVII. in., continente magnum chronicon Erfordense lingua Germanica conscriptum, cuius prior pars usque ad a.* 1303. *periit*[6]. *Textui Germanico f.* 1—86. *insertae sunt Latine scriptae partes chronici Erfordensis, quod in E continetur, ab a.* 1303.[7] *usque ad a.* 1353.[8] *ad verbum descriptae, eae videlicet quae ad res Erfordenses spectant. Codicem ab auctore saec. XVII. in. exscriptum simillimum fuisse codicis E cum ex multis lectionibus cum eo concordantibus, tum ex eo patet, quod ex notis mixtis a.* 841—1348. *codicis E eam a.* 1249. *ut in E a.* 1349. *falso adscriptam et authenticam a.* 1341. *descripserit*[9]. *Idem vero praebet etiam versus memoriales et quosdam locos, qui*

1) *Ne quis temere coniciat hoc chronicon antiquiorem vel genuinum textum Cronicae S. Petri praebere, moneo lectorem collatis fontibus eius facile perspecturum esse codicem Gottingensem verum et integrum textum eius praebere, etiamsi nonnulla verba nonnunquam in eo exciderunt, alia corrupta sunt, quae ope codicis E suppleri vel corrigi possunt.* 2) *Neque tamen singulis locis adnotavi in E plerumque scriptum esse* Henr. Fred. Lodew. *pro Heinrico, Friderico, Ludewico, saepe* Thed. *pro Theoderico, saepe* Erfford. *et alia eiusdem generis.* 3) *Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 413. *XXI, p.* 455 *sq.* 4) *Quod cum aliis multis locis tum eo praesertim probatur, quod hic etiam locum supra p.* 142, *l.* 8 *sq. dictum codicis E ad a.* 1340, *qui ex Cron. S. Petri a.* 1274. *descriptus est, ad a.* 1340. *c.* 667, *ed. de Liliencron p.* 573, *exscripserit.* 5) *Fuit enim quondam Caroli Herrmann, viri optime meriti de historia civitatis Erfordensis, qui eum descripsit in sua Bibliotheca Erfurtina p.* 117—119, *nr.* 65. 6) *Hoc volumen desinit a.* 1510. *Secundum volumen huius chronici, quod nos hoc loco non attinet, servatur in bibliotheca ministerii evangelici Erfordensis K XIV.* 7) *Hoc volumen incipit verbis Cronicae S. Petri a.* 1303: suspenderunt, quasi se suis manibus suffocasset. 8) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 453, *n.* 1. 9) *In cuius codice plura inter has notas mixtas scripta fuisse videntur, cum etiam locos Cronicae*

neque in E neque in Cronica S. Petri inveniuntur, quorum duos in archetypo codicis E extitisse ostendi 'N. Archiv' XXI, *p.* 455 *sq., ubi p.* 452 — 458. *plura de hoc libro disserui. Exemplar harum partium codicis M a socio nostro H. Böhmer scriptum codice collato emendavi.*

Ex chronico Erfordensi codicis E, sed ex meliore eius codice pauca nescio quo tempore excerpta sunt, quae in duabus Cronicis Erfordensibus chronico universali Theoderici Engelhus in tribus codicibus subiunctis, infra editis, ex Cronica S. Petri profecta leguntur et cum aliis annalibus Erfordensibus brevibus coniuncta sunt.

Eng. I) signavi Cronicam Erfordensem, *quae legitur in codice bibliothecae regiae* D r e s d e n s i s *I* 47, *mbr. fol. saec. XV, f.* 79 — 80'[1], *ubi prius excerptis exiguis chronici codicis E a.* 1036 — 1351. *scriptis paulo post sive alia manu sive eadem manu alio atramento usa praescripti sunt annales breves Erfordenses a.* 438 — 842, *subiuncta eorundem annalium posterior pars a.* 1066 — 1213.[2] *Ex hoc codice multa Cronicae huius Erfordensis descripta sunt in Erphurdiano antiquitatum Variloquo.*

Eng. II) signavi Cronicam Erfordensis civitatis *a.* 438 — 1422 (1423), *quae exstat in codice bibliothecae civitatis* H a n n o v e r a n a e, *chart. fol. saec. XV, olim* libro conventus fratrum Minorum in Gottingen H 5, *Theoderici Engelhus chronico subiuncta*[3]; *ubi excerpta brevia chronici codicis E, secundum ordinem annorum disposita, mixta sunt cum illis annalibus Erfordensibus brevibus, qui in hac*

S. Petri a. 1231. *ad a.* 1331. *descripserit. De codice bibliothecae magistratus Erfordensis I.* 6. *eosdem locos falso a.* 1331. *adscriptos continente aliosque paucissimos locos, qui in E et M exstant, cf.* 'N. Archiv' XXI, *p.* 454 *sq., n.* 1. 1) *Eadem Cronica Erfordensis legitur in codice chronicon Theoderici Engelhus continente bibliothecae regiae Hannoveranae XI.* 673, *chart. fol. saec. XV, f.* 74' — 75'. *qui ex hoc libro Dresdensi descriptus est. De codice Monacensi eandem Cronicam continente vide infra in praefatione editionis.* 2) *Quorum annalium pars maior convenit cum appendice et additamentis Libri cronicorum Erfordensis, editis a C. Wenck in* 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, *p.* 248 — 250. 228 — 230. *et infra.* 3) *Huius codicis folia numeris non signata sunt. Ex apographo malo huius codicis, quod dixit tunc extitisse in bibliotheca S. Crucis Hannoverana, hanc Cronicam edidit Io. B. Menckenius, SS. rerum German. II, col.* 561 — 566, *usus exemplari ab Io. G. ab Eckhart scripto. Et apographum recens eius in omnibus fere mendis et lacunis cum editione Menckenii concordans, cui praescriptum est:* Ms^tum^ codicis bibl. S. Crucis Hannoverae, *ante multos annos in usum nostrum V. Cl. W. Wattenbach descripsit ex volumine collectionis Cerronianae Brunnensis a.* 11, *nunc in archivo provinciali Brunnensi servato.*

cronica etiam sub a. 1283. 1285. *exscripti sunt*[1]. *Quae* 352. *hoc loco de his cronicis *exposui, demonstravi 'N. Archiv' XXI, p.* 482—512. *Paucis locis hos codices attuli, quibus E corruptas, hi meliores lectiones praebebant. Utramque Cronicam Erfordensem Engelhusii infra edidi.*

L I) Cronica Thuringorum auctore fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi hoc loco afferenda est, cum auctor eius Cronicam S. Petri cum Continuatione II. integra exscripserit, ut demonstravi 'N. Archiv' XXI, p. 473—479. *Sed cum auctor verba auctorum suorum plerumque mutata descripserit, raro lectio eius citanda erat ex codice autographo eius bibl. universitatis Ienensis, Ms. Buder. q.* 12, *scripto a.* 1395/6.[2]

L II) Chronicon codicis E et Cronica Reinhardsbrunn. exscripta sunt in additamentis Cronicae Thuringorum Isenacensis amplificatae codicis bibl. regiae Dresdensis K 316, *qui idem chronicon ex archetypo Isenacensi eius descriptum continet*[3] *(supra p.* 141*).*

L III) Multo plura quam amplificator Cronicae Thuringorum ex chronico codicis E, ex archetypo videlicet eius Isenacensi, quo et ille usus est, exscripsit tertius auctor Isenacensis in chronico, quod Historia de landgraviis Eccardiana ex more recentium inscribitur, ideoque non paucis locis veram huius chronici lectionem praebet, ubi E corruptam habet[4]. *Sed sicut amplificator Cronicae Thuring. hic etiam Cronicam Reinhardsbr., in quam tanta ex Cronica S. Petri transierant, exscripsit ideoque ex hac multos locos*

1) *Magna pars huius Cronicae Erford. civitatis ab a.* 438—1422. *descripta est in codice Conradi Stolle bibliothecae universitatis Ienensis, Sagitt. in* 4°. *nr.* 3, *mbr. saec. XV, f.* 150—151', *ordine annorum non servato. In eodem codice f.* 152—155'. *alia manu saec. XV. scripti annales a.* 250—1453. *exstant, nullo ordine annorum servato, quorum maxima pars ex Libro cron. Erford. exscripta est, sed inter eius locos inveniuntur excerpta brevissima Cronicae S. Petri a.* 1136. 1142. 1225—1241, *quae bis vel ter nomine* Stolle *signata citavi. — Alia brevissima excerpta eiusdem Cronicae a.* 1285—1291. *ex codice ecclesiae Eislebensis nr.* 210, *chart.* 4°. *saec. XIV, edidit V. Cl. W. Wattenbach in 'N. Archiv' VIII, p.* 295, *signata* Eisl. — *Item brevissima excerpta Cronicae S. Petri (minime Annalium Erphord., quod G. H. Pertz, SS. XVI, p.* 27, *male contendit; cf. supra p.* 80, *n.* 2*) a.* 1227—1236. *Annalibus Pegaviensibus subiuncta sunt in cod. bibl. regiae Dresdensis I* 49, *circa a.* 1500. *scripto, quae edidit Io. B. Menckenius, SS. rerum German. III, c.* 156, *notata* Dresd.   2) *De quo cf. 'N. Archiv' XX, p.* 376 *sqq.*   3) *Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 408—413. *XXI, p.* 276.   4) *Sed etiam multis locis eiusdem corruptam lectionem praebet, quam iam archetypum Isenacensem codicis E habuisse exinde apparet.*


Cronicae S. Petri recepit, facit igitur (sicut et L II rarius) modo ad cognoscendam veram lectionem codicis eius Cont. II. aucti, modo ad cognoscendam veram lectionem Cronicae Reinhardsbr. ideoque codicis Cronicae S. Petri Cont. I. aucti. Praeterea vero etiam codicem integrae Cronicae S. Petri (primae partis) usque ad a. 1208. *habuisse videtur, unde intelligis aliis locis aliam vim lectioni eius, sicut etiam codicis L II lectionibus, inesse*[1]. *Quam ut lector discernere possit, iis locis, quos ex chronico codicis E exscriptos esse certo apud me constabat, hunc librum et praecedentem Le II, Le III, iis, quos ex Cron. Reinhardsbrunnensi transscriptos esse mihi persuasum erat, Lr II, Lr III signari. Ubi vero dubium erat, unde loci horum libellorum sumpti essent, solum L scripsi. Hic liber exstat in codice bibl. universitatis* I e n e n s i s *non signato, chart. fol. saec. XV. ex., qui inscriptus est* Cronica Martiniana, *ex apographo eius Hannoverano editus est, priore parte omissa, ab Io. G. Eccardo, Hist. genealogica principum Saxoniae superioris (Lipsiae* 1722*) col.* 351—467.

C) Chronici universalis Saxonici Continuatio Thuringica (Erfordensis), edita 'D. Chr.' II, p. 287—319. *et infra, ab a.* 1227. *usque ad a.* 1353. *excerpta praebet Cronicae S. Petri Continuatione II. (integra) auctae in linguam Germanicam versa, insertis paucis locis ex Cron. Minore sumptis aliisve additamentis brevissimis*[2].

Cum codex 1 *Continuationem I. contineat, in tertia vero, quam praebet, Continuatio II. exscripta sit, quaerendum est, num is e codice Continuatione I. an II. aucto profectus sit. Hic vero saepe corruptas lectiones Cronicae Reinhardsbr., in qua codex Continuatione I. auctus exscriptus est, habet, ut a.* 1184. 1. 2^{a}. *Reinh.:* Inde ultro profectus, *ubi vera lectio est* ultra[3]; *a.* 1218. *codex* 1: irłm. Itanus, *Cron. Reinh.:* Irłm. Icanus, *ubi legendum est* Ierosolimitanus; *ibidem* 1 *et Reinh.* partem scale a s c e n d e r a n t, *ubi patet auctorem verbis Oliveri mutatis scripsisse* a c c e n d e r a n t; *a.* 1232. 1 *et N:* sacrofagum, *Reinh.:* sarchophagum, *ubi legendum* sacrosanctum; *a.* 1246. *habet E cum Ann. Erph.:* XI. Kal. Iunii, *quae lectio vera habenda est,* 1. $2^{a.b}$ *cum Reinh.*[4]*:* IX. kal. Iunii; *a.* 1291. *eadem verba omissa sunt in* 1 *et R, quae in *codice Cont. II. aucto extitisse patet, cum in Cont. Thuring. ea in linguam Germanicam* *p. 35

1) *Vide quae exposui 'N. Archiv' XX, p.* 407—415. *XXI, p.* 274—286. 466 *sq.* 492 *sq.; SS. XXX, p.* 512 *sq.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 517—522. 3) *In* 2^{b} *sic Pistorium correxisse patet.* 4) *Hic locus in R* 1 *non exstat, sed R* 2 *et L II (ex R) cum* 1 *concordant, quibus accedit N* (nono).

translata inveniantur: a. 1290. *habent* 1. 2[a. b]. *Reinh.:* comes de Kazzenelleboin et filius eius, qui ibidem obiit; item filius eius comes de Bren, qui ibidem obiit, *sed verba litteris latius positis expressa falsissimum indicant, et haec desunt in Eng. I.*[1] *et in Cont. Thuringica; unde iam patet codicem, in quo primo Continuatio III. addita est, ex codice Continuatione I. (usque ad a.* 1338*) aucto descriptum esse*[2]*, fortasse eodem, quo chronista Reinhardsbrunnensis usus est. Et ex eodem profecti sunt codices* 1*. 1. 2[a. b. c] *et ii, quos N. et V. exscripserunt. Quo comprobato iam iuvat lectori stemma codicum Cronicae S. Petri, quantum cognoscere licet, exhibere, ut uno conspectu comprehendere possit, quae hoc loco exposui.*



1) *In E, ex cuius archetypo Eng. I. profectum est, scriba a verbo* obiit *ad inferius* obiit *aberrante haec verba, quibus comes de Bren dicitur, omissa sunt.* 2) *Conicio, cum codex* 1 *nonnunquam duas lectiones praebeat, alteram alteri superscriptam, illam ex codice cum Cont. I.* (— 1338), *hanc ex codice a.* 1335. *sumptam esse, ut a.* 1137. *scriptum erat* mesticiam, *quod Cron. Reinh. habet, sed manu scribae superscripta est vera lectio* iusticium; *ut a.* 1209, *ubi voci* inconditos *vera lectio* inconcinnos *scribae manu superscripta est, et a.* 1218. vero *scriptum erat, ut Cron. Reinh. habet, sed superscripta est vera lectio* fere, *etc. Neque tamen scribam huius codicis has lectiones ex altero codice repetivisse opineris, sed solum eum, qui Cont. III. conscripsit usus Continuatione II, has lectiones ex eo codice, qui Cont. II. continebat, superscripsisse suspicari potes.* 3) *Nota*

Ad veram lectionem inveniendam, maxime ubi codices ex iis profecti qui aut Cont. I. aut II. aucti sunt inter se differunt, faciunt cum fontes Cronicae S. Petri, tum libelli ex iisdem fontibus hausti, qui in ea exscripti sunt, ut Ann. Erphesfurdenses Lothariani a. 1125—1137, *quos Erph. signavi, Annales Pegavienses, Peg. signati, Annales Erphordenses a.* 1220—1253, *Erph. signati. Quae cum his, cum Ann. S. Albani (Wirziburg.) et cum Ann. S. Petri maioribus, inter a.* 1209. *et* 1215. *cum Cronica Reinhardsbrunnensi, ex Historiis videlicet Reinhardsbrunnensibus, quas non integras habemus, exscripta, in Cron. nostra conveniunt, mediis (minoribus) litteris, non minimis, excudenda curavi*[1], *cum non habeamus eadem exemplaria annalium, quae in ea exscripta sunt; item quae Continuatio III. cum secunda communia habet mediis litteris expressa sunt, *cum Continuationem II. non integram, sed excerpta eius tantum habeamus. Quo modo lector facilius cognoscet, quae in his libellis vel partibus concordent, quae differant. Ex libris auctorum, qui locos Cronicae S. Petri exscripserunt, eam tantum variam lectionem attuli, quam ex codicibus eius ab illis adhibitis profectam esse vel saltem proficisci potuisse censebam, quae auctores mutaverunt vel addiderunt, omisi, quod dicere vix oportuit.*

Codice 1 *et etiam, quod mirum,* 1ª *male usus Br. Stübel Cronicam S. Petri edidit in 'GQ. der Provinz Sachsen' (Halle* 1870*) I, p.* 1—184[2]. *Quam editionem iustis votis non satisfecisse omnibus notum est, sed editor meritus est de viris doctis, quod per viginti quinque annos hac Cronica commodius uti possent.*

Versio Germanica partis Cronicae nostrae a. 1100—1215. *auctore G. Grandaur edita est inter 'Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit' Lipsiae a.* 1881. *et iterum in editione altera eorundem cum praefatione Wilhelmi Wattenbach a.* 1893.

Cum omnes fere medii aevi auctores qui Cron. modernam exscripserunt iam supra recensuerim, hoc loco iis ad-

Rx esse codicem Isenacensem Cronicae Reinhardsbr., de quo vide 'N. Archiv' XXI, p. 289—291. 1) *His notas rerum explicandarum causa paucas vel nullas adieci, cum in monumentis Erphesfurtensibus supra editis et in Cron. Reinhardsbr. a.* 1209—1215. *invenias quae adnotanda habui.* 2) *Quam non eleganter inscripsit* Chronicon Sampetrinum. *Ex hoc volumine separatim editum Halle a. d. S.* 1869. *cum titulo* Chronicon Sampetrinum Erphordense.

dendi sunt Theodericus de Apolda, qui in Vita Elisabeth a. 1287. *composita pauca ex hac Cronica sumpta habere videtur*[1], *quae, si revera ex ea, procul dubio in ipso coenobio Montis S. Petri exscripserat, tum Theodericus Engelhus, qui in omnibus chronici sui recensionibus*[2] *modo plura, modo minora ex chronico Erfordensi, quod in nostro cod. E exstat*[3], *exscripsit, sed etiam paucos locos Cronicae S. Petri habet in chronicon codicis E non receptos*[4], *quos non ex ipsa, sed ex alio quodam chronico compilato, hucusque ignoto, eum sumpsisse conicio. Neque hi neque loci ex chronico codicis E sumpti faciunt ad textum Cronicae nostrae emendandum*[5]. *Iohannem Rothe codicem Isenacensem antiquiorem chronici codicis E exscripsisse iam supra p.* 143. *dixi, eum etiam ipsam Cronicam S. Petri legisse non credo*[6]. *Tum oportet adiciam me nullo modo adduci posse, ut credam hanc Cronicam ab Ottocaro in magno suo Chronico rhythmico Austriaco adhibitam esse, quod A. Busson*[7] *et post eum I. Seemüller*[8] *censuerunt. Neque chronicon quoddam Thuringicum neque omnino tot chronica annalesque, quot hi viri docti recensuerunt, ab Ottocaro lecta esse mihi persuasum habeo, multa ex eorum serie demenda esse iudico*[9].

Hoc loco Cronica S. Petri ex Scriptorum tomo XXX.

1) *Cf. G. Boerner in 'N. Archiv' XIII, p.* 481 *sq. Sed monendum est Theodericum locum a.* 1227, *quo cum Cronica S. Petri convenit, ex Annalibus Erphord. fratrum Praedicatorum exscribere potuisse. Quod, cum ipse ordinis Praedicatorum frater fuerit, sane probabilius est.* 2) *Editis ab I. I. Madero Helmstadii* 1671. 4⁰. *et a Leibnitio, SS. rerum Brunsvic. II, p.* 974 *sqq. et ineditis. Cf. 'N. Archiv' XIII, p.* 183 *(L. de Heinemann). XXI, p.* 456. 3) *Quod cum multis aliis locis, tum hoc patet: In codice Dresdensi I* 47. *Engelhusii f.* 58b. *in inferiore margine legitur:* Ecclesia kathedralis Magdeburgensis sancti Mauricii incendio fulguris consumpta est. Terremotus factus est magnus in civitate Camerina Italie, plus quam M homines perierunt. *Quae de incendio ecclesiae hoc loco habentur in Cron. S. Petri et E sub a.* 1207. *leguntur, sequentia vero exscripta sunt ex iis quae E ad a.* 1207. *de terraemotu a.* 1279. *habet. In codice bibliothecae civitatis Hannoveranae Engelhusii haec in textu leguntur transposita et mutata. Multos versus memoriales Engelhus ex chronico cod. E transscripsit, quod singulis locis adnotavi.* 4) *Ut fabellas de Philippo rege Franciae sub a.* 1275. *in Cron. S. Petri narratas.* 5) *Raro eius lectionem citavi nomine pleno* Engelhus *adscripto.* 6) *De chronicis Erfordensibus lingua Germanica conscriptis vide 'N. Archiv' XXI, p.* 451, *n.* 1. *Nonnulli recentes scriptores, ut Enoch Widemann, Mencke, SS. II, c.* 657, *non Cronicam S. Petri, antequam ederetur, sed excerpta a Pistorio edita* (2b) *legerunt.* 7) *'SB. der Akad. d. Wiss. zu Wien' CXIV, p.* 73 *sqq.* 8) *'D. Chr.' V, p.* LIX. 9) *Cf. quae I. Loserth, 'Hist. Zeitschrift' LXXIV (N. F. XXXVIII), p.* 286 *sqq. bene exposuit.*

mutatis mutandis recusa est[1], *cuius in textu fere ea tantum mutavi, quae iam inter Addenda et Corrigenda illius tomi adnotaveram, in hac vero praefatione et in adnotationibus et in apparatu critico quaedam addidi vel delevi mutavique ac correxi*[2].

Berolini a. d. III. Kal. Decembr. a. 1895.
a. d. VI. Kal. Februar. a. 1897.
O. Holder-Egger.

CRONICA MODERNA[a].

INDICULUS ORDINUM RELIGIOSORUM.

Infra f. 183. Papa[3] decrevit in concilio[b] de ordinibus mendicancium et non mendicancium ordinare[c], prout animarum saluti et eorum statui[d] viderit expedire. Et quia Gregorius papa[e] non approbatos ordines revocat, licet modo ponere, quibus temporibus ceperint in ecclesia approbati ordines[f] et confirmati.

Anno[4] ab incarnacione Domini XXXI. III.[g] Kal. Maii primo cepit Christus dominus in Capharnaum predicare.

Anno ab incarnacione XXXI. coruscante[h] Christi evangelio cepit vita et observancia apostolorum iuxta perfectionem evangelicam in Galilea.

Anno[5] Domini CCL. cepit monasticus ordo ab Anthonio monacho et abbate in Tebaida, et tunc beatus Paulus primus heremita claruit ibidem multique servi Dei.

*Anno Domini CCCLXX. per Damasum papam et sanctum Ieronimum[i] et Ambrosium[k] cepit divinum officium cantari[l] in ecclesiis. **p.* 35

Anno Domini[m] CCCCXXX. cepit ordo regularium canonicorum et lectio in mensa a beato Augustino[6] in ecclesia Yponensi in Hispania.

a) *sic h. l.* 1*; Cron. mod. *nigro atram. infra ante* Anno ab inc. D. XXXI. *scr.* 1. b) in conc. *om.* 1. c) ordine 1*. d) statu 1*. e) papa Gr. 1. f) *om.* 1. g) in *indiculus infra editus.* h) chorusc. 1*. i) Hieron. 1*. k) et Ambr. *om.* 1. l) decantari 1. m) *om.* 1*.

1) *Cuius tomi paginarum numeri in margine adscripti sunt.* 2) *Cum non indicari potuerit, quos locos reliqui scriptores praeter E exscripserint, saepe adnotavi praeter variam lectionem qui lectionem receptam praebeant, praemisso* sic. 3) *Scil. Gregorius X. in concilio Lugdunensi a.* 1274. 4) *Sequentem catalogum ordinum exscripsit, ampliavit, mutavit Nicolaus de Sygen ed. Wegele p.* 250—253. *Alium cum hoc plerumque convenientem infra post Cron. Minorem edidi.* 5) *Ab hoc anno idem indiculus, qui hoc loco exscriptus est, adhibitus est in Libro cron. Erford., 'Zeitschr. d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p.* 247—249. *et infra.* 6) *Cf. Cron. Minor a.* 437 *(infra).*

Anno Domini DXXVII. cepit ordo et regula monachorum a beatissimo Benedicto[a] abbate in Monte Cassino in Campania.

Anno Domini DXCI. ceperunt processiones in Roma[b] a beatissimo papa Gregorio contra pestem inguinariam, et ab eodem sancto papa divinum officium, tam diurnum quam nocturnum, in ecclesia ordinatur.

Anno Domini DCCCXVII. auctoritate Stephani pape IIII[ti] [a] *Cr. Minor.*
in concilio Aquisgrani per Ludewicum Pium imperatorem, filium Karoli Magni, et per sanctum Bonifacium[1], primum archiepiscopum Mogontinum, qui tunc legatus fuit sedis apostolice in Germania, regula canonicorum et canonicarum, ut liquido apparet in nobilissima ecclesia Quitillingenburch[2], *de **f. 124'.*
sanctorum patrum scriptis compilata fuit.

Anno Domini DCCC.[c] cepit in heremo Wilhelmitarum heremitarum [ordo[d]] sub Wilhelmo duce in Aquitania ad regulam beati Benedicti.

Anno[3] Domini[a] MXCVIII. cepit ordo Cisterciensium extractus *ib.*
et assumptus a regula beati[e] Benedicti a Ruperto abbate in Burgundia.

Anno Domini MCXXI. Nortpertus archiepiscopus Magadaburgensis[f] claruit, a quo Northbertini canonici. *ib. 1126.*

Anno Domini MCXXVIII. ordo Templariorum confirmatur.

Anno Domini MCC. cepit ordo domus Theutonice ab imperatore Heinrico VI.[g] in Accon.

Anno Domini MCCVI. Franciscus cepit agere veram penitenciam.

Anno Domini MCCX. cepit ordo fratrum Minorum a sancto Francisco in valle Spoletana.

Anno Domini MCCXII. cepit ordo sancte Clare virginis per beatum Franciscum in valle Spoletana.

Anno Domini MCCXIIII. cepit ordo Predicatorum a sancto Dominico in Hispania. Ex hiis colligitur, quod Minorum ordo cepit tribus annis integris et dimidio, antequam ceperint[h] Predicatores.

Gregorius[i] papa X[us] in concilio Lugdunensi destituit Bertol- *Infra f. 184.*

a) *om.* 1. b) Rhoma 1*. c) *sic* 1. 1*. *(N). Liber cron. Erf.* d) *supplevi ex Libro cron. Erf., deest* 1. 1*. e) sancti 1. f) Madeburg. 1*. g) sexto 1. h) ceperunt 1. i) *haec* — nom. Bertoldum *habent etiam* 2[a. b], 2[a] *post locum infra p.* 152, *n.* q *notatum,* 2[b] *in append. I.*

1) *Male coniunctus est locus indiculi in Libro cron. Erford. exscripti* (A. D. DCCXLII. . . . cepit ordo canonicorum et canonissarum per b. Bonifacium in Theutonia) *cum loco Cron. Minoris.* 2) *Cf. Ann. Quedlinb. a.* 816, *SS. III, p.* 42. 3) *Quae inter a.* 1098. *et* 1200. *minimis litteris expressa cum Cron. Minore concordant, fortasse non ex ipsa, sed hoc loco et in eadem ex indiculo quodam ordinum sumpta sunt.*

Infra f. 184. dum[a] de Hennenberch[b] de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie ibidem instituit episcopum nomine Bertoldum[c].

Eodem anno Rudolfus Romanorum rex auctoritate regia convocatis episcopis ac principibus ac magnatibus regni in Nurenberc[d] celebravit curiam suam in festo beati Martini, ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus milibus militum[e] armatorum et insuper quingentorum militum similiter armatorum vallatus, qui contradictorum et inimicorum rebellancium, si qui[f] forsitan apparerent, machinaciones[g] et seviciam propulsarent, sive Otthokari[h] regis Boemorum, adversarii sui, sive aliorum; sed Deo disponente nullus ibi contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi Rudolfo[i] regi Romanorum[k], quia ipsum hic Gregorius papa X[us] et ecclesia favore permaximo confovebat.

*f. 125. *Anno Domini MCCLXXXI. Martinus papa, nacione Gallicus, sedit annis IIII, mensibus IIII. Hic specialiter pre omnibus apostolicis dedit privilegium[1] fratribus Minoribus ac auctoritatem audiendi confessiones et iniungendi penitencias salutares, quos ministri eorum[1] ad hoc ordinaverint[m], eo salvo, ut suis parrochialibus presbiteris ad minus semel in anno confiteantur.*

Lamp. add. *Anno ** Domini MXXXVI. edificatum est monasterium Scotorum in Erfordia per dominum Waltherum[n] de Glisberg ibidem sepultum[o]. *p. 356.

1351. *) 1 *add.:* Anno Domini MCCCL. primo submersus est Conradus de Gata[p] conventualis ordinis sancti Benedicti in Erfordia et hoc in aqua que dicitur Sale per episcopum Nuenbergensem[2].

Anno Domini MCCCXXX. edificata est turris apud pretorium in Erphesfurt[3].

Anno Domini MCCCXCII.[q] incepit universitas seu studium[r] Erfordie.

Sept. (17). Anno Domini 1482. post festum nativitatis Marie obiit dux Wilhelmus Saxonie et lantgravius Thuringie.

**) *E incipit sic:* Anno Domini M°XXXVI. construetum est monasterium Scotorum sancti Iacobi in Erfordia a Waltero de Glißbergk, filio marschalci de Kalentyn, sub Erhardo primo abbate eiusdem claustri.

a) Bertholdum *h. l.* 1. 2[b]. b) *sic* 1; henneburch 1*; Henneberch 2[a]; Henneberg 2[b]. c) Bertholdum 2[b]. d) Nurenbergk 1. e) *sic infra f.* 184. 1; milium *h. l.* 1. 1*. f) qui, *post corr.* que 1. g) machinacionis *corr.* machinaciones 1. h) Orethokari 1*; Grethocari *h. l.* 1, *infra f.* 184. Orcthocarii. i) Rudolffo 1. k) rhomanorum 1*. l) *superscr.* 1. m) *om.* 1. n) Baltherum 1. o) sepelitur 1; *post haec reliquum spatium paginae* 130'. *vacuum relictum est* 1*. p) gaca 1. q) MCCC°92° — Erphordie *habent etiam* 2[a. b] *(*2[a] *post excerpta Annalium S. Petri maiorum, post locum supra p.* 64, *n.* m *notatum, et iterum infra post a.* 1290; *de* 2[b] *vide append. I); cf. Lamperti opera p. LIV.* r) generale *add.* 2[b].

1) *Potthast, Reg. nr.* 21837. 2) *Rudolfum; cf. infra f.* 231, *a.* 1351. 3) *Cf. infra f.* 221, *a.* 1330.

PARS I.

Anno dominice[a] incarnacionis MLXX.[b] MLXXI.
MLXXII. Coniurant principes[c] contra Heinricum re- *cf. Ann. S. Alb.*
gem[d]·*.
Anno[e] Domini MLXXIII. Saxones Hartesburg[f] de-
struunt, ubi sepulchrum filii[g] regis violant[h] ossaque[i] dis-
pergunt[k].
Anno[l] Domini MLXXIIII. Alexandro pape Hildebran-
dus, qui et Gregorius[1], succedit[m].
Anno Domini MLXXV. Bellum** iuxta Unstrut[n] com-
mittitur[o] V.[p] Idus Iunii a Saxonibus contra regem Hein- *Iun.* 9.
ricum. Ubi multi potentes ex utraque parte ceciderunt, et
Saxones fugam inierunt[q].
Anno MLXXVII. Dominus[r] Anno Coloniensis archi- 1075.
episcopus obiit, qui ex[s] fundamento V[t] congregaciones longe
vel prope positas in suo episcopio[u] feliciter instruxit[v];
pro[w] quo Hildolfus ordinatur. Agnes imperatrix obiit. 1077.
Rudolfus[x] rex constitutus est[y] in loco qui dicitur Forech-
heim[z] et in media quadragesima apud Mogonciam[a] unctus *Mart.* 26.
in regem a Sigefrido[b] archiepiscopo[c]. Hyems[d] valida
et nivosa[e].
Anno[f] MLXXVIII. Secundum bellum iuxta Strouui[g] *A. S. P. ant. cf. A. S. Alb.*
vel Medelrichstat[h]·[2] commissum est a Růdolfo[i] VII.[k] Idus *Aug.* 7.
Augusti, qui regnum *invaserat contra Heinricum regem. **f.* 125'.

*) *E sic:* Anno M°LXXII° coniurant et conspirant principes ac nobiles contra Heinricum imperatorem.

**) B. primum iuxta Neylstete (meylstete *c.*) prope Unstrut *E.*

a) inc. dom. 1; dom. inc. *om. E.* b) MLXX. MLXXI. *om.* 1. *E.* c) Saxonum *add.* $2^{a \cdot b}$. d) 1 *add.:* Videatur historia ubi supra *(Lamperti Annales videlicet).* e) A. D. *et* Anno *semper om.* 1*. $2^{a \cdot b}$. f) Hartisburgk *E;* castrum fortissimum *add.* $2^{a \cdot b}$. g) Heinrici *(*henr. *E plerumque) add.* $2^{a \cdot b}$. *E. Le III.* h) wigilant *E;* vigilant *Le III.* i) et ossa 1*. *E;* ossa $2^{a \cdot b}$; eius *add. E.* k) ecclesiamque in eodem destruunt *add.* $2^{a \cdot b}$ *ex Lamp. p.* 184. l) *haec* — succedit *om.* $2^{a \cdot b}$. *E.* m) successit 1*. n) Unstrout 2^{b}; fluvium *add.* $2^{a \cdot b}$. o) comitt. 1*. p) *sic recte omnes cum Ann. Hild. et Rosenf. (ex Chron. Wirzib.);* VI. *Ann. S. Alb.* q) *De* quo bello superius copiose scriptum est *add.* 2^{a} *(scil. in excerptis ex Lamperti Ann.);* De quo bello ponitur supra *add.* 2^{b}. r) *om.* 1; Eodem anno dom. Col. (*om.* Anno) — construxit *post* Rud. — nivosa *E.* s) a $2^{a \cdot b}$. t) quinque 1. 2^{b}. u) episcopatu *E.* v) construxit $2^{a \cdot b}$. *E.* w) pro — obiit *om.* $2^{a \cdot b}$. *E.* x) Rudolffus *plerumque* 2^{a}; Rudolphus *plerumque* 2^{b}. y) *om. E.* z) Forechhem 1*; Forchem $2^{a \cdot b}$; Worchheym *E, ubi om.* et. a) magunciam 2^{a}; moguncium 2^{b}. *E.* b) Sigifrido 2^{a}; siffrido *E.* c) magunt? *add. E.* d) Hiems 1. e) erat *add. E.* f) domini *add. E.* g) Srtouin 1; struff *E;* Str. vel *om.* $2^{a \cdot b}$. h) Medelrichstad 1; Mellirstat in Franconia *E.* i) Rudolpho 1*. 2^{b}; Rudolffo 2^{a}. *E.* k) qui regn. VII. Id. Aug. 1*; VI° Id. Aug. a Rud. qui r. *E.*

1) qui et Greg. *habent Ann. Rosenv., SS. XVI, p.* 100, *ex Chron. Wirziburg.* 2) *Minimis litteris expressa inter ea quae cum Ann. S. Albani conveniunt ex Ann. S. Petri Erph. antiquis sumpta sunt.*

cf. A. S. Alb. 1079. Ubi[a] idem rex Heinricus fugam iniit[b·1]. Hildolfus Coloniensis episcopus obiit; cui Sigewinus successit.

cf. A. S. P. br. et mai. 1080. (Ian.) Anno[c] MLXXVIIII. Tercium bellum iuxta Fladecheim[d] commissum est V. Kal. Februarii. Erphesfurt[e] civitas incensa est ab exercitu regis[f] Heinrici. Monasterium quoque sancti Petri in Monte et sancti Severi cum multitudine, que ibidem[g] confugerat[2].

cf. A. S. Alb. Oct. 15. Anno MLXXX. Quartum[3] bellum iuxta Olstram[h] fluvium committitur Idus Octobris, in quo Rudolfus[i] rex, qui et dux, occiditur.

Anno MLXXXI.[k] Heinricus rex Romam[l] obsedit. *Apr. 3.* Monasterium Babenberg[m] in vigilia pasche[n] combustum est. Monasterium quoque sancti Martini Mogoncie[o] cum tribus adiacentibus monasteriis[4] exustum est, et pene omnis civitas exusta est. Heinricus rex natus est, ille qui patrem suum de regno expulit[5].

Anno MLXXXII.[p] Hermannus regnum invadit.

Anno Domini[q] MLXXXIII. Roma capta est ab Heinrico rege; et pestilencia gravis facta est[6].

Anno MLXXXIIII. Heinricus rex de Italia revertitur, et Augusta[r] ab eo obsidetur et capitur. *Sigefridus[s] archiepiscopus Mogontinus[t] obiit in Thuringia et Hasungin[u] sepelitur; pro[v] quo Wecil[w·7] constituitur. *p. 357.

Anno MLXXXV. Meginhardus quidam doctissimus, sed non secundum scienciam, *Rom. 10, 2.* Wirciburgensi[x] eccle-

a) Et 1. *V.* b) inivit *E.* — Hild. — successit *om.* 2a·b. *E.* c) domini *add. E.* d) vladicheym *E.* e) Erphesfurd 1; Erfesfort *E; haec habent* 2a·b *ante a.* 1072, 2a *cum* MLXXVIIII, 2b *ad a.* 1068. f) *sic* 1. 2a·b. *L III;* H. r. 1*. *E. V.* g) ibi 2b. *R* 2. h) *sic* 1. 1*. 2a·b, *multo post corr.* Elstram 1, *et ita* (conn. i. Elstram fl. *E*) *E. V. L I.* i) rodulfus *E.* k) domini MoLXXXIIo *E.* l) rhomam 1* *semper.* m) in Bab. 2a·b. *E.* n) in vig. p. *om. E.* o) mog 1*. 2a; Moguntiae *(et ita semper)* 2b; magunt. *E.* p) MLXXX. 2a; *h. a. om. E.* q) *om. E.* r) civitas *add. E. Le III.* s) Syfridus *E.* t) Mogoñ 1*; mogunt 2a; Moguntinensis 2b (*alibi plerumque* Moguntinus): magunt *E.* u) Hasungñ 2a; Hasungun 2b; hasumgen *E.* v) *haec et a.* 1085. *om. E.* w) Wecel 2a: Wetel 2b. x) Wirziburgensi 1*; Wirceburgensis 2b.

1) *Cf. Casus monast. Petrishus. II, c.* 35, *SS. XX, p.* 646. 2) *Ad a.* 1079. *habet haec Ekkehardi Auct. S. Petri Erph., supra p.* 33, *ad a.* 1080. *(ad quem ibi pugna praecedens falso adscripta est) Ann. S. Petri breves, supra p.* 48, *et maiorum cod.* 1, *supra p.* 49, *ad quos verba haec proxime accedunt, ad a.* 1078. *Ann. S. Petri maiorum codd.* 2. 3, *ib.* 3) *Ad a.* 1084. *habent haec perperam Ann. S. Petri ant., supra p.* 15, *et exinde Ann. S. Petri breves et mai., supra p.* 48 *sq.* 4) *Eadem verba in Ekkeh. Auct. S. Petri, supra p.* 34, *ex exemplari Annalium Wirziburg. in monasterio S. Petri adservato.* 5) *Cf. Auct. Ekkeh. l. l., Ann. S. Petri ant., breves et maiores, supra p.* 15. 48 *sq.* 6) *Cf. Cronicae Minoris cod. B* 2, *SS. XXIV, p.* 190. *et infra, ubi* pestilencia magna *cum Ann. S. Albani.* 7) *Nomen ex Ann. S. Petri ant.; Ann. S. Albani:* Wezelinus.

sie vivente Adelberone[a] adhuc episcopo substituitur[1],
Gregorius papa o b i i t. Dietmarus Wormacie[b] episcopus *cf. A. S. Alb.*
o b i i t. Hermannus[c] palatinus comes o b i i t.

Anno MLXXXVI. Quintum bellum iuxta Bleichfel[d] com-
mittitur[e] III. Idus Augusti, in quo pauci potentes, vulgus *Aug.* 11.
tamen[f] innumerabile interiit[g]. Hermannus[h] nomen
regium deponit, et ipse mox periit.

Anno MLXXXVII.[i] Berchta imperatrix obiit.

Anno MLXXXVIII.[k] Wecil archiepiscopus Mogontinus
obiit; cui Ruthardus successit. Meginhardus superpositus *A. S. P. ant. cf. A. S. Alb.*
Wirciburgensi e c c l e s i e episcopus obiit. Bucco[l] Halber-
statensis [e c c l e s i e[m]] episcopus Goslarie occiditur. Terre[n]
motus *factus est magnus V. Idus Maii[o, 2]. **f.* 126. *cf. Auct. Ekk. Maii* 11.

Anno Domini MLXXXVIIII. Sextum bellum c o m m i t- *cf. A. S. Alb.*
t i t u r iuxta Glichin[p] castellum in Thuringia in die domi-
nica, vigilia nativitatis[3] Domini, inter Heinricum imperato- *Dec.* 24.
rem et Ekkibertum[q] marchionem, in quo[r] Burchardus[s] epi-
scopus Losanne[t] occisus est. Sigewinus[u] Coloniensis
a r c h i e p i s c o p u s o b i i t. Otto Ratisponensis episcop u s
o b i i t. Constituuntur episcopi Hermannus Coloniensis,
Růthardus Mogontinus, Emmehardus Wirciburgensis, vir na-
turalis et mellite eloquencie.

Anno MXC. Huzmannus Spirensis episcopus obiit; pro
quo Iohannes[v] constituitur. Imperator Italiam peciit.
Ekkibertus[w] marchio iuxta aquam que dicitur Selicha in
molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit[x, 4].
Adelbero Wirciburgensis[y] episcopus obiit; vixit a u t e m in
episcopatu annis[z] XLV, menses III.

a) Adelbero al'(ias) Adelberone 2[a, b]. b) Wormaciensis 1. c) Hermanus 1*. d) *sic* 1. 1*. *V;* Gleichfel 2[a, b]; Bleychvelt p r o p e W i r c z e b u r g *E.* e) *in hac voce (sillaba* com*) desinit* 1*. f) *sic* 2[a]. *E. Le II;* tantum 1. 2[b]. g) periit 2[b]. h) *haec et a.* 1087. *om. E.* i) *numeri annorum* 1081—1111. *zifris Arabicis scripti sunt in* 1. k) M⁰LXXXVIIII⁰ *E, ubi* Wecil — episc. obiit *om.* l) Buggo *E. Le III.* m) *om. E. Le III. et in Cron. Minoris cod. B* 2. n) Anno M⁰LXXXVIIII⁰ t. *E.* o) et c̈. Succurre gloriose Ieronime *add.* 1. p) glichn̄ *E.* q) Eckkibert *h. l. et infra l.* 25. 2[a]; Eckibert. *h. l. et infra* 2[b]; Ecbertum *E.* r) prelio *add. E.* s) Burckhardus 2[a]. t) Losaneñ 2[a]; Losannensis 2[b]; osanne *E.* u) *haec* — peciit (*l.* 24) *om.* 2[a, b]. *E.* v) Iōes 1. w) Anno M⁰XC⁰ Ecbertus *E; haec in* 2[a, b] *ad a.* 1089. *adscripta sunt.* x) est *E, ubi sequentia* — rebellat *a.* 1091. *om.* y) Wirceburg. 2[a]; Wurtzburg. *saepe* 2[b]. z) annos 2[b].

1) *Hic locus propius ad Ann. Rosenv., SS. XVI, p.* 101, *quam ad Ann. S. Alb. accedit. Schum, 'Die Jahrbücher des St. Albansklosters' p.* 70, *cum versum ignoraret Rom.* 10, 2 (Aemulationem Dei habent, sed non secundum scientiam), *ineptissima de hoc loco dixit.* 2) *Cf. supra p.* 34, *n.* 3. 3) *Hoc verbum omissum in Ann. S. Alb. (Hildesh.) et Elwang., SS. X, p.* 18, *quod* (natalis) *Frutolf. (Ekkeh.) et Ann. Rosenv. et S. Petri ant.* (nat) *habent, aut ex his vel potius ex eorum fonte, Ann. Wirziburg., auctor sumpsit.* 4) *Cf. Frutolf. (Ekkeh.) a.* 1090, *SS. VI, p.* 207.

cf. A. S. Alb. Anno Domini MXCI. Machthilt de Longobardia Heinrico regi rebellat.

Anno[a] Domini MXCIII. Eclipsis solis facta est III. hora[b] diei, et draco visus est. *A. S. P. ant.*

cf. A. S. Alb. Anno[c] Domini MXCIIII. Pestilencia gravis hominum facta est.

Anno MXCV.[d] Lupoldus marchio et Heinricus[e] palatinus comes obierunt.*

Anno MCXVI. Hoc anno populus innumerabilis virorum et mulierum[1] ex diversarum gencium partibus armatus Ierosolimam tendens Iudeos baptizari compulit[f], renuentes[g] ubivis locorum inmensa cede profligavit. Apud Mogonciam[h] vero utriusque sexus Iudei numero mille et XIIII interfecti sunt, et maxima pars civitatis exusta est. Iudei, qui per diversas provincias metu compellente Christiani facti sunt, iterum[i] a Christianitate paulatim recesserunt.

Anno[k] Domini MXCVII. Imperator de Italia rediit. Cůnradus patri suo Heinrico imperatori rebellat, et ob hanc iniuriam iuniori suo filio regnum iniungit.

*Anno Domini MXCVIII. Ruthardus archiepiscopus Mogontinus** pro pecunia, quam Iudei interfecti reliquerunt[l, 2], graciam regis perdidit et in Thuringiam secessit, *p. 358.

*) *E add. hoc loco, ubi infra a.* 1115. *locus de hac pugna ex Cron. S. Petri exscriptus est:* Anno MCXV.[m] Henricus rex pungnavit in Welfisholcz[3].

Versus[4]: *Anno milleno centeno ter quoque quinto*
Silvam Welfonis perfuderat unda cruoris.
Salvi Saxones, Franckones atque Thuringi.
Henrici[n] *regis victor tunc exstitit eis.*

**) *Inter lineas minoribus litteris, sed eadem manu add.* 1: Iste pius episcopus contulit nobis cellam prope Werram cum omnibus pertinenciis suis; acta sunt hec anno Domini 1104.[5]

a) A. D. *om. E.* b) h. tercia (diei *om.*) *E.* c) et sequenti anno pest. *E.* d) M⁰XCVI⁰ (Anno *om.*) *E.* e) h̄ palentinus ob. *E.* f) conpellens *E.* g) renitentes 2a. b; renunctietis *E.* h) maguntʳ *E.* i) denuo *E.* k) *sequentia* — Otto obiit *a.* 1099. *om. E.* l) reliquerant 2a. b. m) M⁰C⁰VX⁰ *E.* n) Henrę r̄gę *E.*

1) *Frutolf. (Ekkeh.) a.* 1096, *p.* 208: utriusque sexus. 2) *Cf. Frutolf. (Ekkeh.) a.* 1098, *p.* 209. 3) *Cf. Ann. Thuring. br., SS. XXIV, p.* 40; *'N. Archiv' XXI, p.* 523. 4) *Eosdem versus habet Theod. Engelhus ed. Maderus p.* 217; *ed. Leibnitius, SS. R. Brunsvic. II, p.* 1096. *(cf. Ann. Dunemund., SS. XIX, p.* 709; *'N. Archiv' VIII, p.* 614; *'Forschungen' XIX, p.* 634, *nr.* 31 a*), sed quartus versus, qui hoc loco sano sensu caret, ibi legitur:*

Henrici regis exercitus est superatus.

5) *Vide Ruthardi cartam, Böhmer-Will, Reg. arch. Magunt. XXIV, nr.* 44, *I, p.* 231, *ubi deleas nr.* 42.

ibique usque ad obitum predicti regis rebellis mansit, occasionem habens, quod communicare excommunicato imperatori nollet [1].

Anno Domini MXCVIIII. Imperator pascha Ratispone *cf. A. S. Alb. Apr.* 10. celebravit[a], *ubi hisdem[b] diebus magna mortalitas facta est, **f.* 126'. in qua Rabbodo[c] palatinus comes cum aliis innumerabilibus moritur. Cŏnradus Traiectensis episcopus IIII. feria pasce *Apr.* 13. post missam celebratam a negociatore Fresico ex inproviso occiditur; pro quo Burchardus constituitur. Hermannus Coloniensis episcopus obiit; pro quo Fridericus constituitur. Urbanus papa, qui et Otto, obiit. Ierosolima[d] capitur a Christianis, Gotefrido[e] duce exercitum regente.

Anno Domini MC. Hyems[f] dura[g] et fames magna. Otto[h] marchio aliique plures Saxonum barbaros qui Lutizi[i] vocantur invasit et honorifice triumphavit. Clemens papa, qui et Wigbertus, obiit. Adala palatina Romam pergens obiit. Gotefridus dux apud Iherosolimam, qui exercitum Christianorum regebat, obiit; pro quo frater eius Balduwinus ad regendum populum constituitur.

Gisilbertus Erphesfurdensis abbas [2], iam dudum in 1101. se conceptum pandens pro Domino peregrinacionis amorem, Ierosolimam adiit, adoratoque in loco, ubi steterunt *Ps.* 131, 7. pedes Domini, ob piissime eius[k] genitricis amorem in valle Iosaphat eidem serviturus[l] discipline se subdidit regulari, ibique fideli cum famulatu faciens annum, celebratisque ipsa resolucionis sue die sacris missarum solemniis, Kal. Octob. feliciter migravit ad Dominum [3]. *Oct.* 1.

Anno Domini MCI. Comes Heinricus, qui erat pingwis, *cf. A. S. Alb.* graciam imperatoris acquisivit, et ipse imperator marchiam Frisonum sibi tradidit. Qui statim illuc pergens cum uxore sua [4], ipse quidem lancea transfixus est et de navi eiec-

a) celebrat 2[b]. b) isdem 2[a]; iisdem 2[b]. c) Rabbado 2[a.b]. d) Anno M[o]XCIX[o] Ier. a chr. cap. *E.* e) Gotfrido *E.* f) Hiemps 2[a]; *a.* 1100. 1101. *om. E.* g) fuit *add.* 2[a.b]. h) *sic* 1. 2[a.b]; Odo *Ann. S. Alb.* i) Luticii 2[a.b]. k) gen. eius *R.* l) *sic R;* seruiminis 1.

1) *Cf. Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 16. 2) *Et Reinhardsbrunnensis, olim a.* 1081—1085. *abbas Hasungensis, monachus Hirsaugiensis, ab a.* 1091. *abbas Admuntensis; cf. Vita Gebeh. Sal. c.* 11, *SS. IX, p.* 40 *sq.; Cron. Reinhardsbr., SS. XXX, p.* 525 *sq.* 528. 3) *Non ante a.* 1101, *ut patet e Vita Gebeh. Sal. l. l.; Auct. Garst., Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p.* 568. 774, *licet etiam Ann. S. Petri ant., supra p.* 15, *eum a.* 1100. *defunctum esse referant. Die Oct.* 1. *eum obiisse etiam in necrologio codicis Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 516. *adnotatum est.* 4) *Gertrude; cf. Ann. Saxo, SS. VI, p.* 734.

1101. tus, sic interfectus est. Illa autem vix evasit. Impe-
Apr. 21. rator Leodii pascha celebravit; filius eius iunior gladium
accepit [1].

A. S. Petri ant. et br. Anno Domini [a] MCIII. Burchardus [b] abbas factus est in Erphesfurt [c] VI. Idus Februarii [2]; et [d] ab ipso eodem anno fundata est [e] basilica sanctorum apostolorum Petri et Pauli in monte eiusdem loci*.

1104. Anno [f] Domini MCIIII. Heinricus imperator una
cum filio suo Heinrico, adolescente iam rege ordinato,
*f. 127. proximam [g] nativitatem Domini in *Saxonia celebrare dis-
(Dec. 12). posuit, veneruntque pariter Friteslari in adventu Domini [3],
ut irent ad dispositum locum; sed ex inproviso orta
inter eos discordia, discessum est. Imperator, reversus
Dec. 25. in Franconiam, circa Rhenum nativitatem Domini egit.
Filius in [h] adipiscendi regni amore perurgens animum,
in Orientali Francia et in Baioaria huc illucque incertus
vagatur ac [i] quoscumque potuit ad se illiciens adhorta-
A. S. P. ant. cf. mai. tur. Cůno [k] comes de Bichelingin occisus est.

1105. Anno Domini MCV. Heinricus imperator post nativitatem Domini misit nunctios ad filium suum, volens reconciliari cum illo, sed ipse, ut postmodum declaruit [l], longe aliter habens in animo, omnino rennuit, ipsumque cum omnibus sibi in hoc consencientibus persequi statuit. Proinde non multum temporis effluxit, quod [m] omnes primates regni extollentes partem adolescentis pariter contra predictum imperatorem conspirant; nam et prius exosum eum habuerant, eo quod multa execranda et nefanda vera et falsa fama de eo disperserat: accessit eciam, quod semel et bis ab apostolicis viris diu iam excommunicatus fuerat. Ducatum ergo prestante ad hec quodam Gebehardo episcopo Constanciense, apostolici *legato, et rem que fiebat sanctam [n] et iustam *p. 359.

*) *E add.:* postquam fuit igne cremata [4].

a) Dom. *abhinc semper om. E.* b) Burghardus *E.* c) *sic* 2c; erphesfurd 1; in erffordie *E.* d) *sic E. Ann. S. Petri; om.* 1. 2c. e) *om. E.* f) *a.* 1104—1114. *om. E.* g) proximū 1. h) in *eadem manu superscr.* 1. i) ad 1. k) *eadem manu superscr.* Cuno 1. l) *sic* 1; *cf. p.* 160, *l.* 35. m) quē 1. n) s. et i. pred. *bis scr., semel del.* 1.

1) *Ann. Magdeb., SS. XVI, p.* 180, *et Ann. Saxo l. l. eadem habent sumpta ex Chron. Wirziburg., quae ex eodem ad hanc Cron. per Annalium Wirziburg. exemplar pervenerunt. Cf. G. Buchholz, 'Die Würzburger Chronik' p.* 57 *sq.* 2) *Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 246, *ubi hoc falso a.* 1101. *factum esse dicitur.* 3) *Cf. Ann. Hildesh., Ann. Saxo p.* 739. 4) *Cf. supra a.* 1079. *Similia coniecit Erph. ant. Varil., Mencke II, c.* 475: postquam ignis vehemencia omnia consumserat, *quae in Eng. I. non leguntur.*

predicante, adolescens, de quo sermo est, regno introni- 1105.
zatur[a] a Thuringis et Saxonibus[b], circa palmas Erphes- *Apr. 2.*
furt[c] magno gaudio excipitur, Quitilinburg pascha ab *Apr. 9.*
eo celebratur[1]. Qui patri[d] excommunicato communicaverant absolvuntur; nova res undique[e] agitur; episcopi expulsi undique sedibus suis restituuntur, alii econtra destituuntur. Tandem dies collocucionis inter patrem et filium statuitur[2]; quo cum ventum foret, imperator a filio suo regalibus despoliatur et postmodum captivus
custodie[f] mancipatur. Qua se excuciens et aufugiens 1106.
omnibusque quibus potuit iniuriam sibi factam conquerens, Leodium secessit; quem filius cum tocius regni principibus insequitur, Coloniam, que illius partibus favebat, obsidet, nec prius a persecucione et obsidione destitit, quam ei defunctus pater annunctiatur. Quo comperto corpus Spire deferri iubet, sed *sepulture tradi *f. 127'.*
non permisit, quin et ipsos, qui humanitatis causa exequiis deservierant, nonnisi pecunia data, difficulter gracie sue admisit. Postremum adepto regno ex integro, cepit se ad alta queque extendere, predia et castella qualicumque occasione quibusque eripere, magna et grandia affectans, tamen parva et minima ambire, ignobiles extollere, nobiles et potentes sine audiencia, proscriptis prediis et facultatibus, captivos et vinctos abducere;
inter quos eciam ab apostolico manus suas non servavit 1111.
innoxias.

Anno Domini MCVI. Heinricus imperator senior apud *A. S. P. ant.*
Leodium obiit[3].

Anno Domini MCVIIII. Ruthardus M o g o n t i n u s archiepiscopus obiit.

Anno MCX. Heinricus rex magno exercitu undi- 1110.
que per totum regnum congregato Longobardiam circa
nativitatem sancte Marie cum expedicione intravit. Ubi *Sept. 8.*
eciam pene per integrum annum commoratus, qui sibi rebelles extiterant subiecit et magnam cladem populando[g], vastando, cremando[h] terre illi intulit.

Anno MCXI. Predictus rex Heinricus sub eadem 1111.

a) intronisatur 1. b) *neque hoc loco nec post* palmas *punctum in* 1, *sed hoc loco comma ponendum esse patet ex Ann. Hildesh.* c) erphesfurdt 1. d) patre 1. e) undige *add., sed del.* 1. f) costodie 1 *semper in omnibus libris huius cod.* g) depopulando *L III.* h) *sic L III;* cremendo 1.

1) *Cf. Ann. Hildesh.* 2) *Confluentiae mense Decembri.* 3) *Verba haec auctor ex Ann. S. Petri ant. a.* 1105. *sumpsit, sed ad rectum annum* 1106. *altero annalium exemplari duce ea posuisse videtur.*

1111. *Febr.* 12. expedicione et eiusdem anni circulo II. Idus Februarii
cum exercitu clam loricato[a] et armato pacem simulando
Romam intravit et a Paschali papa, clero quoque et
populo cum magna gloria et leticia susceptus est. Fir-
matumque erat iureiurando et scriptis, datis ex utraque
parte obsidibus, ut ipsa die imperiali benedictione[b] sub-
limaretur eo pacto, ut ad[c] exterminandam Symoniacam
heresim, que non longe ante temporibus patris sui omnes
partes regni nequiter pullulando fedaverat, nullo modo
se ulterius de spiritualibus et ecclesiasticis rebus insti-
tuendis intromitteret, regalia sua[d] sibi tantum cederent,
et his contentus foret; sed ipse mox ut templum aposto-
Deut. 15, 7. lorum[e] intravit, obdurans cor suum, contra ea que paulo
ante spoponderat[f], dominum apostolicum cum plerisque
cardinalibus captivum abduxit, cedem hominum fecit;
ecclesie diverse depredate sunt, vestes sacrate et cruces
ablate et multa perpetrata. Tandem post proximum
Apr. 9. pascha V. Idus Aprilis[1] papa, vellet nollet, omissis que
prius condicta et coniurata fuerant, imperatorem[g] eum
benedicendo constituit.

**f.* 128. *A. S. P. ant.* *Anno Domini MCXII. Adelbertus cancellarius constitutus
est episcopus Mogoncie[2]. Hermannus Ludewici comi-
1112. tis[3] filius et Fridericus[h] frater illius uterinus in castello
Iun. 6. Thuchure[i] obsidentur et VIII. Idus Iunii dedicioni[k] se
cuidam Hogeri[l] [4] tradentes, captivi abducti, sub pote-
state regis Heinrici in vincula detruduntur; sed Fride-
1114. ricus post annos duos resolvitur. Hermannus duobus
annis et plus in carcere transactis flebiliter in castello
Iun. 11. Hamerstein III. Idus Iunii[m] in vinculis moritur.

1113. *Aug.* 15. MCXIII. Ludewigus comes die[n] assumpcionis
sancte Marie in villa Trůtmundi in potestatem Heinrici
imperatoris pro acquirenda gracia illius sponte se con-
tradidit; quem aliquandiu sub custodia servando tenuit,
donec castrum quod dicitur Wartberg in sua suscepit;
postea eum in dolo, ut postmodum claruit, abire per-

a) *sic L III;* lorico 1. b) subl. ben. *L III.* c) *sic L III; om.* 1. d) saltem *add., sed del.* 1. e) ydolorum *eadem manu corr.* apostolorum 1. f) sposponderat *L III.* g) *sillabis* impe | *f.* 127'. *desinente, scriba sequentia* ratorem eum bened. const. *in sequente folio scribere oblitus est* 1, *quae suppl. ex L III.* h) *sic* 1. 2a. b; palatinus *add. R. Lr III; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 277. i) Thuthire 2a. b. k) deditione 2b. l) *sic* 1. 2a. b. *R* 2. *Lr III.* m) *sic R. Lr III;* Iulii 1. n) in die *R* 1.

1) *Potius Idibus April. (Apr.* 13*).* 2) *Iam a.* 1110. *designatus, a.* 1111. *Aug.* 15. *investitus est ab imperatore.* 3) *H. Thuringiae.* 4) *Comiti de Mansfeld.*

360. misit. Sigefridus palatinus[1] comes *interfectus occu- 1113.
buit, et Wigbertus[2] a quodam Hogeri[a] captivatus regie
custodie servandus mancipatur.

MCXIIII. Imperator Heinricus Babenberg nativi- *Dec.* 25.
tatem Domini celebravit; proxima autem die post epipha- 1114.
niam Domini nupcias suas Mogoncie constituit[b. 3], in qui- *Ian.* 7.
bus sibi filiam regis Anglorum Machthildam nomine co-
pulavit; cui copule multi de principibus regni sine leti-
cia interfuerunt, quorum plurimi eciam sine licencia
illius discesserunt. Affuit et Ludewigus comes, cui cum
omnia bona paulo ante imperator promisisset, in ipsis
nupciis in vincula coniectus est[4].

MCXV.[c] Heinricus rex bellavit contra Saxones in Welfesholz[d] *A. S. P. br.*
IIII.[e] Idus Februarii et victus est. Conventus[f] episcoporum 1115. *(Sept. 8).*
ac principum magnus apud Goslariam sub Teoderico
cardinali sancte Romane ecclesie factus est[5]. Apud *cf. Peg.* 1116.
Mogonciam civitatem concurrentibus civibus una cum
Arnoldo ipsius civitatis comite rex coactus episcopum
Mogonciensem Adelbertum a vinculis absolvit. Teode- *(Nov. 1).*
ricus cardinalis[g] sancte Romane ecclesie obiit et in mo- *(Dec.)*
nasterio sancti Petri apostoli Colonie sepelitur[6].

MCXVI. Rex Italiam abiit. Burchardus[h] Er- *cf. A. S. P. ant.*
phesfurdensis abbas privatus est abbacia ab Adelberto[i]
Mogontino[k] episcopo; cui Ripertus[l] subrogatur. Lůde-
wigus[m] comes *III. Kal. Octobris absolutus est a vin- **f.* 128'.
culis regis, quibus iam duos annos et novem menses in- *Sept.* 29. *cf. Peg.*
nexus erat, relictis inibi pro se VIII obsidibus suis[7].

MCXVII. III. Nonas Ianuarii ante solis occasum *cf. ib. Ian.* 3.

a) *sic* 1; Hogero *R.* b) celebravit, *eadem manu superscr.* constituit 1, *et sic R* 2. c) Anno *semper numero praemissum E.* d) Welfisholcz *E.* e) *sic* 1. *E. V cum Ann. S. Petri brev. et mai.;* III. *R cum Ann. S. Petri ant.* f) *haec* — abiit *a.* 1116. *om. E.* g) *sic R. Lr III; om.* 1. h) Anno M°CXVI° Burckardus Erffordensis a. monasterii sancti Petri priv. *E.* i) Adalb. 2a; Adilb. *E.* k) *sic* 2a (mog̃). 2b (Moguntinensi). *E* (magunt.); ep. mogont. 1. l) Rupertus 2a. b. *E. V. N.* m) *sequentia h. a. om. E.*

1) *Rheni, de Orlamünde et Ballenstedt, qui paulo post proelium die Mart.* 9. *e vulnere obiit. Cf. Ann. Saxo p.* 750; *Chron. reg. Colon. rec. B. C, a.* 1112, *p.* 52; *Ann. Magd., SS. XVI, p.* 182. 2) *De Groitzsch. Cf. etiam Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 251; *Ann. Hild. p.* 63; *Chron. reg. Colon. rec. A, p.* 52 *sq.; Scheffer-Boichorst, Ann. Patherbr. p.* 126 *sq.* 3) *Cf. Ekkeh., SS. VI, p.* 247 *sq.* 4) *Cf. Ann. Hild. p.* 63; *Chron. reg. Colon. p.* 53; *Ann. Saxo p.* 750; *Scheffer-B. l. l. p.* 127. 5) *Cf. Ann. Hild. l. l.; Chron. reg. Colon. p.* 56. 6) *Cf. Ekkeh. a.* 1116, *p.* 249; *Chron. reg. Colon. p.* 57; *Ann. Hild. p.* 63; *Ann. Saxo p.* 752. 7) *Cf. Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 253, *qui ab a.* 1115 (6). *usque ad a.* 1149. *cum hac Cron. conveniunt; cf. praef. p.* 122.

1117. cf. Peg. terre motus factus est magnus[1]; luna in sangwinem conversa deficere visa est. Gerdrudis[a] relicta marchionis Heinrici[2] obiit. (Dec. 9). In[b] Suevia terribile quoddam[c] contigit, terra enim ad instar domorum ebulliens[d] subito in abissum dilabitur. Aer visus est igne pariter[e] et sangwine mixtus[3].

cf. ib. 1118. MCXVIII. Paschalis[f] papa secundus obiit; pro quo Gelasius, qui et Iohannes, constituitur. Qui mox ab hereticis expulsus cum suis Galliam fugiendo devenit. (Maii 19). Concilium magnum Colonie sub cardinali sancte Romane ecclesie Cůnone Prenestine civitatis episcopo congregatum est[4]. (Iul. 28). Item et aliud concilium sub eodem in civitate Friteslaria[5]. Saxones cum civibus Mogonciense[g] civitatis opidum Openheim[h] violenter inpugnantes destruunt, et ex omni parte flammis conflagrantibus fere ad duo milia hominum utriusque sexus perimunt. Castrum eciam Cůphese[i, 6], Deo et hominibus invisum[k], magna vi ac fortitudine Saxonum, non sine morte plurimorum et vulneribus innumerabilium, funditus eversum interiit. Heinricus[l] imperator de Italia revertitur.

cf. ib. 1119. MCXIX. Gelasius papa secundus obiit; pro quo Calixtus Viennensis episcopus a VII cardinalibus et reliquo clero ac Romanis, qui cum papa Gelasio expulsi (Febr. 2). Roma apud Gallias exulabant, et[m] universis Gallie episcopis papa constituitur. Conventus regis ac[n] tocius (Iun. 24). regni principum fit apud villam Erstein[o, 7] super ripam fluminis Mogoni. Sinodus apud Remensium urbem (Oct. ex.) a quadringentis quinquaginta episcopis et abbatibus[8] sub papa Calixto celebratur.

a) Gerdr. — obiit *om. E.* b) Eodem tempore in Sw. *E. Le III.* c) *sic* 1. 2a. *E. Le III. V;* quiddam 2b. *Peg.* d) ebuliens 2a. *E. Le III. V.* e) *sic* 2a. b. *E. Le III. Peg.;* igne et sangw. par. 1. f) Pasch. — Friteslaria *om. E.* g) *sic* 1 *et Peg.* (mogontiensę); magunt̃ *E.* h) Oppenheym *E.* i) eůphesedon ꝙ (quod) hom. (*post corr.* cůphesedon); Eodem anno castr. Kuffese deo et hom. *E. (Le III).* k) invsum *E. Le III.* l) *haec* — expulsus *(p.* 163, *l.* 15*) om. E.* m) ab *add. Peg.* n) et 2b. o) *sic* 1. 2a. b; Ecstein *Peg.*

1) *Cf. Ann. S. Petri ant., supra p.* 16, *et quae de hoc loco exposui 'N. Archiv' XXI, p.* 689. 2) *I. Misnensis.* 3) XIII. Kal. Martii *Ekkeh. p.* 253. 4) *Cf. Chron. reg. Colon. p.* 58; *Scheffer-B. l. l. p.* 135 *sq.* 5) *Cf. epist. Adalberti archiep., Jaffé, Bibl. III, p.* 389, *nr.* 43. 6) *Cf. Ann. S. Petri ant. l. l.; Ann. Saxo p.* 755; *Ann. Hild. p.* 64; *Chron. Gozec. II,* 13, *SS. X, p.* 153. 7) *De loco conventus vide Giesebrecht, 'DKZ.' III*[5], *p.* 1219. *Si lectionem Ann. Pegav. veram censes, de Hechtsheim villa Moguntiaco vicina cogitare posses.* 8) *Ut Hesso, SS. XII, p.* 428, *narrat,* 427 *praelati baculos pastorales*

361. *MCXX. Colloquium ab universis regni Teutonici[a] 1120. cf. Peg. principibus super dissensione regni habendum Fulde condicitur; quo *missis rex nunctiis cum suis[b] assentatori- *f. 129. bus rei negocium omni qua poterat arte, obsecrando, pollicendo, Wormaciam differens[c], paucis Saxonum ad regem, reliquis omnibus ad propria redeuntibus, convencionis eorum propositum dirimit[d]. Welfo dux obiit. Fridericus palatinus de Saxonia obiit. cf. ib.

MCXXI. Erlungus Wirceburgensis episcopus obiit. 1121. (Dec. 28). Sed mox orta dissensione tam cleri quam populi[e], pars[f] 1122. una regi favens Gebehardum quendam, altera vero Friderici ducis de Suevia eiusque fratris Cůnradi ducis nichilominus auxilio freta[g] Ruggerum constituit[1]. Qui et paulo post ab episcopis Mogonciensi[2], Wormaciensi[3], Spirensi[4] ordinatus, episcopatum dereliquit expulsus.

Sol[h] aere fumoso et fetenti obscuratus et quasi in 1121. sangwinem conversus ab hora nona diei usque in diem tercium soliti splendoris sui[i] luce caruisse visus est.

MCXXII.[k] Cardinales duo[5] a papa Calixto missi cf. ib. 1122. regem cum omnibus partis sue fautoribus apud Worma- (Sept. 23). ciam excommunicacione absolvunt, ipso tamen rege prius omnem hereticam pravitatem, propter quam fuerat excommunicatus, abiurante et ecclesie catholice datis privilegiis pristinam libertatem remittente, scilicet episcopos et abbates sine regali preiudicio iuste atque canonice eligere ac constituere.

MCXXIII. Reinhardus Halberstatensis episcopus cf. ib. 1123. obiit, pro quo Otto constituitur. Teodericus Cicensis episcopus ex inproviso occiditur, pro quo Richwinus con- (Sept. 27). stituitur.

Ludewigus[l] comes monachus factus[6] beato fine (Maii 6/8). quievit.

a) Theutonici 2[a]. b) suae partis *Peg.* c) deferens, *eadem manu superscr.* differens 1, *et ita Peg.* d) diremit *Peg.* e) plebis *Peg.* f) *sic Peg.* (*om.* una); parens 1. g) *sic Peg.;* freti 1. h) Anno M⁰CXXI⁰ Sol *E.* i) sue *E. Le III.* k) *haec* — consilio (*p.* 164, *l.* 19) *om. E.* l) Ludewicus *plerumque* 2[a]; Ludovicus *semper* 2[b].

habentes affuerunt; Ekkeh. p. 255. 426 *patres affuisse tradit. Cf. Order. Vital. l. XII, SS. XX, p.* 69. 1) *Cf. Ekkeh. a.* 1122, *p.* 258 *sq.; epist. Gebehardi episc., Jaffé, Bibl. V, p.* 405 *sqq.* 2) *Adalberto I.* 3) *Burchardo.* 4) *Brunone, fratre archiepiscopi Moguntini.* 5) *Tres potius: Lambertus episcopus Ostiensis, Saxo presbyter S. Stephani, Gregorius.* 6) *In monasterio Reinhardsbrunn., cuius hic comes (II. cogn. Saltator) fundator extitit; cf. Ann. Pegav. l. l. ('N. Archiv' XXI, p.* 729*); Hist. br. princ. Thur. c.* 8, *SS. XXIV, p.* 821; *Cron. Rein-*

cf. Peg. 1123. Heinricus marchio iunior obiit, pro quo imperator Heinricus binos marchiones constituit, Wigbertum quendam predivitem [1] et comitem Hermannum de Winzinburg. Sed Adelbertus [2] et Conradus [3] comites de Saxonia ducis Lůtharii ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis, loca eorum pariter atque dignitates invadunt.

cf. ib. Per idem fere tempus cum episcopus Mogontinus Adelbertus a provincialibus, qui Tutersteten [a] marcham incolunt, decimas frugum exigeret, illique *fortiter resisterent, contigit quosdam ex eis a militibus episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captivos abduci. Unde populi [b] Turingorum [c] permoti ac simile sibi metuentes in collem [d] Treteburg [e. 4] de cunctis finibus suis conveniunt. Iamque civitatem Erpesfurt [f], qua tunc episcopus forte manebat, Heinrico comite [5] duce, cum XX milibus irrumpere parant, ceptumque perpetrassent opere, si non idem episcopus, ut erat vir naturali preditus ingenio, prudenti eos avertisset consilio.

**f. 129'.*

A. S. P. ant. Burchardus [g] q u o n d a m Erphesfurdensis [h] a b b a s amissa abbacia obiit in Loressam.

1124. *(Maii 22).* MCXXIIII. [i] Wigbertus marchio, qui et monachus [6], obiit.

cf. Peg. 1125. *(Apr. 11).* MCXXV. Richwinus Cicensis episcopus obiit, pro quo Uto constituitur, cuius sacerdocii optima fuerunt inicia.

1124. Calixtus papa II. obiit [7], pro quo Honorius [k].

cf. ib. 1125. *Maii 23.* Heinricus [l] quartus imperator nominis [m] huius et quintus rex X. [n] Kal. Iunii [o] obiit. Quo tempore per tres continuas noctes ante mortem eius tanta frigoris inmanitas fuit, ut in plerisque partibus regni [p] maxima pars fru-

a) Tuterstetin 2a. b) ꝑpl'i 1 *saepissime pro* popul. c) Thur. 2a. b. d) colle 2a. b. *L II. III.* e) *sic* 2a. b. *V;* Treceburg 1. f) *sic* 2a; Erphesfurdt 1. 2b. g) Anno MºCXXIIIº Burghardus *E.* h) abbas erfndr s a n c t i P e t r i *E.* i) *haec* — Honorius *(l. 26) om. E.* — Wigwertus 2a. k) constituitur *add. Peg.; cf. infra p.* 165, *l.* 10. l) Anno MºCXXVº Henr. *E.* m) h. n. et rex q. 2b. n) Vº *E. Le III.* o) *om. E;* Ianuarii *Le III;* Iulii *R* 2. p) pl. locis 2a. b.

hardsbr., SS. XXX, p. 531; *Chron. Gozec. II,* 14, *l. l. p.* 154; *Ann. Saxo p.* 759; *Ann. Palid. et Rosenv., SS. XVI, p.* 77. 104. 1) *De Groitzsch, cui marchia Orientalis data est (Ann. Pegav. a.* 1117*). Alter marchiam Misnensem accepit. Cf. Giesebrecht l. l. p.* 1231. 2) *De Ballenstedt.* 3) *De Wettin.* 4) *Ubi ex more antiquo Thuringi conventus celebrabant. Cf. Lamperti Ann. p.* 158. 5) *Dicto Raspone I, filio Ludowici II. comitis. Cf. Ann. S. Petri ant. l. l.* 6) *Pegaviensis; cf. Ann. Pegav. p.* 255. 7) *Iam a.* 1124. *Dec.* 13/4. *obiit et Dec.* 15/6. *Honorius electus est.*

gum et vini atque pomorum deperiret[a]. Lŏtharius[b] *cf. Peg.* 1125.
dux Saxonum apud Mogonciam rex eligitur et Aquis- *(Aug. 30).*
grani benedictione regali sublimatur. *(Sept. 13).*

62. Otto[1] quidam *principatum gerens provincie que Mere- *cf. A. Erph.*
hern dicitur regem interpellando adiit, conquerens se ducatu *(Nov.)*
Boemorum velut hereditaria dignitate iniuste privatum. Rex igitur Ůdalrico Boemorum tunc temporis duci post datas iudicio principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit. Ruggerus Magdeburgensis episcopus obiit, *(Dec. 19).*
pro quo Nortbertus constituitur.

MCXXVI. Bellum Boemie inter regem et Udalricum 1126.
ducem Boemorum commissum est XII. Kal. Marcii, in quo *Febr. 18.*
multi nobilium de exercitu regis ceciderunt. Adelbertus quoque marchio et Ludewigus comes de Lare[2] captivi abducti sunt. Ubi et Otto dux de Merehern occubuit, qui causa tocius belli extitit.

MCXXVII. Rex Lŏtharius apud Marseburg[c] penthe- 1127. *Maii 22.*
costen celebrans *Ůdalricum ducem Boemorum in amiciciam **f. 130.*
recepit et filium eius de sacro fonte baptismatis suscepit; et mox castrum Nurinberg[d] obsidet, habens secum in auxilium eundem ducem cum grandi exercitu Boemorum. De-
vastata itaque omni circumposita[e] regione per tres menses, *(Iun.-Aug.).*
dux predictus cum suis ad propria revertitur; moxque rex a Cůnrado fratre ducis Friderici fugatur. Unde et Cůnradus idem nimium[f] inflatus superbia contra ius fasque regium
sibi nomen usurpat. *(Dec. 18).*

Karolus comes Flandrensis, vir iusti tenax, ob defen-
sionem iusticie a suis in templo Dei occiditur; sed populis *(Mart. 2).*
inter se dissidentibus duo mox comites loco eius subrogantur, Willehelmus de Anglia et Theodericus de Alsacia. Quibus contra se pugnantibus inmensa cede diversisque cladibus Flandrensium devastatur populus.

Ripertus abbas Erfordensis obiit; cui Wernherus Hirsaugiensis *A. S. P. ant.*
monachus successit.

a) deperirent *E;* deperierunt *Le III.* b) *sequentia et a.* 1126—1128. *om. E.* c) Merseburg, *a eadem manu superscr. corr.* Marseburg 1, *et ita Erph.* d) Nurmberg 1; cum exercitu *add. R et Peg. miro modo, cum in* 1 *et Erph. haec desint.* e) *sic R. Lr III. Erph. Peg.;* circumquaque posita 1. f) *sic* 1. *R. Peg.;* nimia *Lr III. Erph.*

1) *Auctor sequentia ex eodem exemplari annalium, ex quo et praecedentia exscripsit, sed cum haec ex antiquo exemplari eorundem annalium adiecta sint Chronico Ekkehardi in cod. Montis S. Petri, supra p.* 34 *sqq. edita, haec minoribus litteris exprimenda curavi; cf. praef. p.* 120 *sqq.* 2) *Etiam Ann. Pegav. habent* de Lara, *quod in Ann. Erphesf.-Loth. p.* 35. *deest. De quo vide Hist. princ. Thur. c.* 4, *SS. XXIV, p.* 821; *Cron. Reinhardsbr. p.* 520, *l.* 18.

cf. A. Erph.
1127. MCXXVIII. Rex nativitatem Domini apud Wirciburg
Dec. 25. civitatem celebrans Embrichonem Erphesfordensem preposi-
tum eidem civitati prefecit episcopum, eiecto atque damnato
Gebehardo i l l o, qui per vim iam dudum eundem episcopa-
tum invaserat. Ubi et Cônradus, qui regium nomen[a] sibi
1128. usurpaverat, excommunicatur. Rursum idem Cônradus a
(Apr. 22). papa Honorio Rome excommunicatur. Spira civitas dolo
capitur a Friderico duce et fratre eius Cônrado. Rex vero
cum exercitu eandem occupat civitatem. Iamque capienda
erat civitas, et postulantibus pacem rex dedit dextras, et
susceptis ab eis obsidibus, discessit dimisso exercitu. Et
mentiti sunt ruptoque federe rursum rebellaverunt. Otto
Halberstatensis episcopus a canonicis, qui et regulares dicun-
tur, Rome de symonia, ut multis visum est, iniuste accusa-
tus, a papa Honorio deponitur[b].

1129. MCXXIX. Spira civitas a rege Lôthario per novem
menses continuos obpugnata capitur. Dux[c] Gotefridus de
Brabancia a rege deponitur, et Paginus pro eo dux consti-
tuitur; cui scilicet Pagino ad peragenda ducatus sui officia
**f. 130'.* descendenti *Gotefridus cum armatorum multitudine occurrit,
sed inito certamine idem Gotefridus fugam iniit. Paginus
vero ducatum a Reno usque ad fluvium Getum victor ob-
tinuit. In episcopatu Halberstatensi duo episcopi per dis-
sensionem clericorum et regularium statuuntur, sed a rege
et ab episcopo Adelberto ambo reprobantur.

1128. *(Dec. 4).* Heinricus marchio de Stadon obiit.

1130. Uto comes de Saxonia occiditur.

(Mart. 15). *(Febr. 13).* MCXXX. Honorius papa obiit, et mox duo per dis-
sensionem loco eius constituuntur, scilicet Innocencius, qui
et antea Gregorius, et Anacletus, qui et ipse dictus fuerat
(Febr. 14. 23). Petrus; ambo Rome uno die electi, [uno[d] die consecrati].
Sed Anacletus maioris potencie Romam obtinuit. Innocencius
vero Galliam fugiendo devenit. Ibique ab omni Gallicana
ecclesia susceptus, eciam a tocius Germanie episcopis et a
rege Lôthario papa pronunctiatur ac confirmatur.

Heinricus comes, frater Lůdewici, obiit[1].

a) s. n. *Erph.;* s. n. r. *R* 1; r. n. s. *Lr III.* b) etc. adesto gloriose Ieronime *add.* 1. c) *haec* — obiit (*l.* 36) *om. E.* d) *sic Erph. Peg.* (*ubi* a m b o uno); u. d. c. *om.* 1, *quae a scriba quodam omissa videntur. Quod tamen non constat, cum nemo ex hac Cron. haec exscripserit.*

1) *Dictus Raspo I, qui testibus Ann. Saxone p.* 767. *et Ann. Magd., SS. XVI, p.* 183, *occisus est. Haec etiam hoc loco in Ann. Pegav. p.* 256. *leguntur, quae in Ann. Erphesf.-Loth., supra p.* 36, *desunt. Cf. Ann. Rosenv., SS. XVI, p.* 104.

In villa Halla[a] occiduntur a civibus Cůnrat[b] de Eichstete, Adelbertus[c] et Eribo duo fratres cum suis militibus. Rex vero Lotharius adversus eandem villam cogit exercitum. Truncatis aliis[d], aliisque cecatis, nonnullis diversorum[e] tormentorum generibus excruciatis, multis quoque per diversa fugientibus, reliqui omnes, data infinita pecunia, ingenti rerum suarum dispendio dignas pro commisso scelere penas luunt*. *cf. A. Erph. 1130.*

Burchardus[f] comes Luchenheimensis de Saxonia[1] dolo domini sui Hermanni principalis comitis Thuringie occiditur; ob quod idem Hermannus a rege Lothario deponitur, et comes Lůdwigus pro eo constituitur, moxque Winzinburg castrum memorati comitis Hermanni ab exercitu regis obsidetur, expugnatur, capitur.

MCXXXI. Hermannus comes, regi Lǒthario II. Kal. *Dec. 31.* Ianuarii se suaque omnia dedens, captivus abducitur et in castro Blankenberg *custodie mancipatur. Winzinburg vero **f. 131.* ad solum usque destruitur.

p. 363. *R u r s u m[g] rex Lǒtharius congregato exercitu in Da- 1131. niam proficiscitur propter intestina bella, que gerebantur in ea. Filius quippe regis Danie filium patrui sui occiderat, *(Ian. 7).* quia hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea rex fuerat. Hinc ergo rex Lǒtharius ab occisi fratre interpellatus adversus tam inmanem impietatem arma corripuit, ad ulciscendum sangwinem innocentem contra partes Danie exercitum movit. Timore e r g o exercitus regis Lǒtharii omnes Danie finium populi velut arena maris innumerabiles ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis Lotharii, quamvis modicum, sex tantum videlicet milibus instructum, venientem, armorum fulgore splendentem[h] conspiciunt, divinitus perterriti, se suaque omnia dedentes, dextras petunt, utque rex ipsorum pro-

*) *E iam h. l. add.:* Eodem anno ducta est aqua in Montem Sancti Petri[2] sub Wernhero abbate.
V e r s u s: *Constat aque ductum[i] patris istius ope ductum[i].*

a) *sic* 1. *V. Erph. Peg.;* Hallis *E* (*ubi* Anno M⁰CXXX⁰. In v. H.). *R;* Halle *L III.* b) Conrad de Ecstete *E.* c) Adilb. de reribro duo *E.* d) *om. E.* e) *sic E (corr.* diver*f). R. Erph. Peg.;* diuersis 1. *V.* f) *haec* — Lǒtharius *(p.* 168, *l.* 7*) om. E.* g) *sic* 1. *R, quod auctor huius Cron. inseruit, deest enim Erph. Peg.* h) *sic R. Lr III. Erph.;* splendorē 1. i) ductus *Eng. 1 (inde V). II. N.*

1) de Sax. *habent etiam Ann. Pegav. l. l.* 2) *Ex a.* 1136. *haec huc translata sunt; cf. infra p.* 173, *l.* 10. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 495 *sqq. Versum habet etiam Nic. de Siegen p.* 303. *cum lectione codicum Engelhusii.*

cf. A. Erph. 1131. prium regnum a rege Lǒthario suscipere mereretur, exposcunt. Quod et profecto factum fuisset, ni pius rex Lǒtharius ei cuius erat frater occisus pepercisset, eo quod idem iam dudum raptis fascibus eciam nomen[a] regium sibi usurpasset. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia a rege Danie[b] obsidibus[c], ad propria cum triumpho glorioso revertitur rex Lǒtharius.

(Mart. ex.) Synodus[d] apud Leodium[e] civitatem sub papa Innocencio congregatur. Ubi presente rege Lothario, residentibus L[f] episcopis cum innumeris diversorum ordinum personis, Otto[g] Halberstatensis episcopus, dudum Rome ab Honorio papa depositus, rursum Halberstatensi ecclesie annitentibus cunctis preficitur, rursum episcopali investitura[h], id est annulo, mitra, baculo[1], a papa Innocencio donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta canonum illud antiquum, quod semper erit innovandum, presbiteros castos et sine uxoribus esse, missam autem uxorati presbiteri neminem audire debere*. Ibi et[i] Adelbertus marchio de Saxonia deponitur, et Heinricus comes, qui et ipse Saxo, pro eo[k] constituitur.

*f. 131'. 1132. *MCXXXII. Sanctus Gotehardus[l] anno dormicionis sue centesimo primo, ipsius[m] anni die ultimo, IIII. Nonas
Maii 4. Maii in Hildenesheim[n] e terra levatur; cuius signorum admirabili[o] magnitudine[p] omnis Germania illustrata letatur.**

(Aug.) Rex[q] Lotharius cum regina Richiza Romam pergit ad visitandum regnum Italicum suoque dominio mancipandum, ad restituendum papam Innocencium in apostolicam sedem, ad suscipiendam imperialem benedictionem, modicum quidem

*) *E add.:* vel interesse. Hic nota constitucionem Innocencii pape. *Ubi* Ibi — constituitur *om.*

Nov. 9. **) *E add.:* Eodem anno V° Idus Novembris fundata est Porta claustrum[2].

a) s. n. r. *R* 1; r. n. s. *Lr III;* n. s. r. *Erph.* b) a r. D. (Dacie *R. Lr III), quae* 1. *R. Lr III habent, ab auctore huius Cron. inserta, quae Erph. Peg. desint.* c) osidibus *alia manu post corr.* obsid. 1. d) Anno M°CXXX° Syn. *E, unde haec et in Le III ad a.* 1130. e) Leodeum *E;* Leodeū *Le III.* f) *om. E;* quinquaginta *Le III.* g) Otto — donatur (*l.* 14) *om. E. Le III.* h) *sic R. Erph.;* inuestura 1. i) *sic R. Erph.;* Ibi etiam *Peg.;* Ibique 1. k) marchio, *quod habent Erph. Peg., deest* 1. *R.* l) Gothehardus 2b; Gothardus *E.* m) pr. minus uno die, dicti a. 2b. n) Hildinsheym *E.* o) *sic* 2a. b. *E. R. V. Erph. Peg.;* mirabili 1. p) multitudine *E.* q) Rex — eventus (*p.* 169, *l.* 3) *om. E.*

1) *Haec, quae et R habet, huius Cron. auctor addidit. In Ann. Pegav. p.* 256. *hic locus annalium exscriptorum mutatus est.* 2) *Cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p.* 25. 287 (*nr.* 60). *Idem legitur in additamentis Cronicae Thuring. Isenac. ampl. eiusdem codicis E; quod profectum est ex tabula quadam fundationum abbatiarum Cisterc. Cf. Dobenecker, Reg. Thuring. I, nr.* 1267.

cf. A. Erph. 1132. pro rerum negocio ducens exercitum, mille scilicet et quingentos armatorum[a] tantum, sed in Domino per omnia confisus; quod et rerum probavit eventus. Augusta[b] civitas a regis[c] exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, equidem[d] digna satis ulcione pro commisso multati[e] scelere, quippe qui regem ad se pacifice ingressum nichilque suspicantem tale bello presumpserint[f] lacessere. Hinc montes rex transit, omnem Italiam sue dicioni *(Sept.)* subicit[g], solis Veronensibus et Mediolanensibus renitentibus. In eadem expedicione Heinricus marchio de Stadon[1] occidi- 1133. tur, sed a militibus suis Saxoniam, unde oriundus extitit, sepeliendus reportatur.

MCXXXIII. Rex Lǒtharius Romam ingreditur. Inno- *(Apr. 30).* cencius papa in sede apostolica restituitur, rex quoque ab eo imperiali benedictione apud Sanctum Iohannem ewangelistam[h] *(Iun. 4).* Lateranis consecratus[i] imperator efficitur. Hunc sibi locum ad suscipiendam imperialem benedictionem rex iudicat aptissimum, quoniam[k] et illic regni et ecclesie, ut cunctis cernentibus liquet, constat esse palacium, et in historiis priorum temporum plures inibi reperiuntur imperatores consecrati. Accessit eciam, quod Petrus, qui sibi nomen pape et dignitatem usurpaverat, ecclesiam beati Petri apostoli, ubi imperatores nostris temporibus benedici consweverant, cum multitudine armatorum, ne rex ibi benediccionem imperialem consequi posset, preoccupaverat. Qui tamen *locus ab exer- **f. 132.* citu regis facile poterat expugnari. Sed rex pius hoc prohibuit fieri, ne destrueretur ecclesia beati Petri. Lǒtharius autem imperator effectus, cum Roma digrediens ad clusas, que ad civitatem Brixam transmittunt, venisset, tirannum *(Aug.)* quendam Adelbertum cum X milibus transitum prohibentem divina se gracia comitante gloriose devicit ipsumque in proprio castro Lodrun dicto, licet inexpugnabili, ad quod confugerat, cepit, captivum abduxit, sicque letus cum suis ad propria rediit. Eclipsis[1] solis facta est IIII. Nonas Augusti *Aug. 2.* mediante hora diei octava[m].

MCXXXIIII. Lǒtharius[n] imperator penthęcosten[2] 1134. *(Apr. 15).*

a) *sic* 1. *Erph.;* t. arm. *R. Lr III. Peg.* b) Eodem Anno Aug. *E.* c) Lotharii *add. E.* 2a. b (*ubi* ab ex. r. L.). d) et quidem 2b. e) mult. — permisit *(p. 172, l. 23) om. E.* f) *sic* 1. *R* 1. *Erph.;* presumpserunt 2a. b. *R* 2. *Lr III. Peg.* g) *sic R. Lr III. Erph. Peg.;* subiecit 1. h) *sic* 1. *Erph.;* baptistam *R. Peg.* i) *sic* 1. *R;* consecratur ac *Erph.* k) qm̄o 1 (*saepe pro* quoniam). l) Eeclipsis 1. m) etc. Succurre gloriose sancte Ieronime *add.* 1. n) *sic* 1. *R. Lr III. Peg.; nomen deest Erph.*

1) *Potius Conradus de Plozeke marchio septemtrionalis. Cf. supra p.* 166, *l.* 26. 2) *Immo pascha.*

cf. A. Erph. 1134. Halberstat celebravit. Ubi Magnus Nicolai[a] filius regis Danorum ad acquirendam graciam eius inmensum ei[b] pondus auri et argenti obtulit, eo quod priore anno, rege[c] Lothario in expedicione Romana occupato, multos Teutonicorum, quos in Danie partibus *repererat, alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis penis et cruciatibus affectos **p.* 364. de finibus suis eiecerat, ob iniurias scilicet, quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu regis Lǒtharii[d] pertulerat. Quem tamen pius imperator[e] Lotharius[f] benigne suscipiens regem Danorum esse decernit, et imposito super (*Apr.* 15). caput eius diademate, cum die sancto penthecosten[1] regio cultu vestitus imperator ipse procederet, eum sibi spatarium fecit. Qua ille gloria, licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit, congregataque multitudine armatorum Erichum filium patrui sui, cuius ante fratrem occiderat, persequi instituit, et ad civitatem Lundinam, ubi eum cum suis demorari comperit, navibus applicuit. Cumque navibus egressus in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes inmensus, et ut[g] naves, quas Magnus, ne quis forte ex acie ad eas confugeret, a terra fecerat reduci, denuo littori postulabant advehi. At Magnus: 'Quid', inquit, 'timetis, milites **f.* 132'. fortissimi? Viginti sunt milia virorum *forcium exercitus nostri, et si caput mundi Romam adire placuisset, tante multitudini nullus obsistere potuisset'. Illis econtra, nulla consolacione recepta, sed proprie vite diffidentibus, David adolescens egregius, Erichi sororis filius, in Lundina civi- (*Iun.* 4). tate obsessus, cum trecentis militibus Teutonicis fortissimis egressus adversariorum exercitum comminus fertur in medium, disturbatisque cunctis atque fugientibus, Magnus in terram prostratus relinquitur solus; quem superastans David adolescens: 'O', inquit, 'latro sceleratissime et patricida[h] infidissime, qui avunculum meum, patrui tui osculans interfecisti[i] filium, ut Iudas perfidus tradidit Dominum! 2. *Reg.* 16, 8. Nunc te premunt peccata tua, nunc te Dei persequuntur iudicia! Hodie, inquam, accipies quod mereris, et impio capite tuo cum manibus tuis[k] scelestis absciso pro tui magnitudine sceleris toto seculo fabula eris'. Quo tali morte perempto, rex Nicolaus, pater Magni, timore correptus inmenso, iamque se et[l] a coessentibus sibi cominus moritu-

a) *sic* 1. *Erph.*; fil. Nic. *R. Lr III. Peg.* b) *sic* 1. *R. Lr III; deest Erph.*; p. a. et arg. eidem opt. *Peg.* c) *sic* 1. *R. Lr III; deest Erph.* d) *sic* 1. *R. Lr III; deest Erph.* e) *sic R. Lr III. Erph. Peg.*; rex 1. f) *sic* 1. *R. Lr III; deest Erph. Peg.* g) *cf. supra p.* 40, *n.* c. h) *sic* 1. *R*; parricida *Erph. Peg.* i) *sic R. Lr III. Erph.*; fil. int. 1; fil. osc. int. *Peg.* k) *sic* 1. *R; deest Erph. Peg.* l) *sic* 1. *Erph. Peg.*; *om. R.*

1) *Paschatis potius.*

rum suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum iuxta *cf. A. Erph.* 1134. civitatem Sleswic est castra metatus. Cives autem eiusdem civitatis, in dolo ei pacifice loquentes, episcopum suum cum 1. *Mach.* 1, 31. *Ps.* 34, 20. ceteris primatibus ad eum quasi pacis obsides emiserunt, et introductum ad se statim pro foribus ecclesie positum in oracione peremerunt, et loco eius Erichum filium fratris eius, (*Iun.* 25). quem Magnus antea persequebatur, cum[a] omni terre populo regem[b] constituerunt.

Imperator Lǒtharius[c] cum exercitu adversus ducem Fridericum et fratrem eius Cönradum Sweviam ingreditur. (*Aug.*) Villa Ulma funditus destruitur, castella, municiones plurime evertuntur, tantaque clade tota Swevia percellitur, ut nichil ante simile factum a cunctis regibus memoretur.

MCXXXV. Fridericus dux Suevorum graciam impe- 1135. ratoris Lotharii acquisivit[d] Babenberg ad curiam media quadragesima habitam[1], et ex sentencia imperatoris et *Mart.* 17. unanimi consensu principum pax[e] esse decernitur decem annis per regnum universum, *coniurantibus cunctis in **f.* 133. id ipsum[f]. Imperator Lotharius[g] curiam suam[g] apud civitatem Marseburg[h] ad Vincula sancti Petri habuit; ubi ex *Aug.* 1. precepto imperatoris dux Polenorum affuit, qui sepenumero anteriorum imperatorum impetitus bello, sepe rogatus, sepe suasus promissionibus, numquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus[i]; affuit eciam dux Boemorum Udalricus, qui cum esset ducis Polenorum infestissimus inimicus, reconciliavit eos invicem imperator Lǒtharius. Venerunt quoque ad imperatorem Lotharium[k] eodem tempore dux unus et episcopus a rege missi Grecie cum legatis ducis Venecie, conquerentes atque iudicium postulantes adversus Růggerum quendam comitem Sicilie, qui et regi Grecie Affricam, que tercia pars mundi esse dinoscitur, armis expugnando cum paganis abstulit suoque dominio subdidit, ibique diadema regni sibi imponens, regium nomen usurpavit, Veneticos vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum abstulit precium. Sed et de imperio Romano totam

a) eū 1. b) rēgē 1. c) *sic* 1. *R. Peg.; deest Erph.* d) *sic* 1. *R;* Bab. acq. *Peg.* e) par, *eadem manu superscr.* pax 1. f) etc. Sequitur gloriosa historia *add.* 1. g) *sic* 1. *R. (Lr III). Peg.; deest Erph.* h) *sic Erph.;* Marseburgk 1. i) *sic* (vocatus. Affuit). *distinguunt R. Erph. Peg.;* consensit. vocatus affuit *distinguit* 1. k) *sic* 1. *R; deest Erph.*

1) *Eodem modo hoc loco verba huius Cron. et Ann. Pegaviensium p.* 257. *ab Ann. Erphesfurdensibus deviant, sive scriba Continuationis Ekkehardi, sive is, qui exemplar in illis exscriptum exaravit, ea mutaverit. Cf. infra p.* 173, *l.* 35. 36.

cf. A. Erph. 1135. Apuliam atque Calabriam subtraxit, aliaque perplura contra ius fasque perpetravit. Contra hunc igitur[a] promittuntur a legatis ad supplementum exercitus imperatoris naves copiose, militum legiones innumere, auri et argenti ad omnem huiusmodi rerum sufficienciam pecunie. Quantis ac qualibus donis eo tempore Dominus honoraverit imperatorem, quis explicare possit? Aurum, lapides preciosos legati Grecie attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis et in hac terra hactenus incognita[b]. Sed et dux Polonie duxque Bohemie pelles grisas[c] atque mardelinas cum variis auri et argenti aliarumque preciosarum rerum muneribus tanta[d] afferebant copia, ut nullus superesset principum, qui vel ducum illorum vel imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis Ungariensis nunctii imperatorem cum ceteris principibus letificarunt[e], qui dominum *f. 133'. suum ad omnem imperatoris *voluntatem cum suis omnibus paratissimum nunctiarunt.

Rursum imperator curiam suam[f] circa festum sancti *Sept. 29.* Michaelis in Thuringia in villa regia Mulehusen habuit; ubi Cǒnradus frater Friderici ducis, qui sibi nomen regium usurpavit, graciam imperatoris acquisivit; quem imperator benigne suscipiens, omnia que illius ante fuerant restituit, regiis donis honoravit, ad propria cum gloria redire[g] permisit.

Ventus[h] vehementissimus et hactenus[i] incognitus naves multas submersit[k], edificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras deiecit, ita ut vix decima pars[l] quarundam remansisset silvarum.

Dec. 25. *MCXXXVI. Lǒthario[m] imperatore nativitatem Domini *p. 365. 1136. *Ian. 5.* celebrante in Spira civitate visus est sol in vigilia[n] epiphanie Domini, nullis apparentibus nubibus, quasi ex parte preruptus, sed[o] et in diversis terrarum locis alia non[p] multo post apparuerunt prodigia. Lapis unus[q] magnitudine capitis unius hominis[r] iuxta locum Oltesleibon[s], ubi est abbacia*), cecidit de nubibus, qui et[t] ibidem tunc temporis diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus impe-

*) *E add.:* ordinis sancti Benedicti.

a) *sic R. Lr III. Erph.;* ergo 1; *om. Peg.* b) incōgnita 1. c) *sic* 1. *Erph.;* griseas *R. Lr III. Peg.* d) *sic R. Lr III. Erph. Peg.;* in tanta 1. e) *sic* 1. *Erph.;* letificaverunt *R. Lr III. Peg.* f) *sic* 1. *R. Peg.; deest Erph.* g) ire *eadem manu corr.* redire 1. h) Anno M°CXXXV° ventus *E.* i) actenus *E. Erph.* k) subvertit 2a. b. l) *sic* 2a. b. *E. R. Erph.;* quar. silv. pars rem. 1. m) Loth. *alio atram. corr.* Lǒth. 1; Loth. *semper E; deest Erph.;* Imp. Loth. *Peg.* n) *sic E. Erph. (Peg.);* epiph. dom. vig. 1. o) est *E.* p) alia multa app. *E.* q) *sic E. R. L II. V. Erph. Peg.; om.* 1. r) unius *om. R* 1. *L II. III, quod deest Peg.;* hom. *om. E;* hom. unius *V;* humani cap. *Erph.* s) oldisleybm̄ *E.* t) qui tunc temp. dil. cust. a fr. ib. *E.*

ratore Lǒthario[a] in civitate Quittilinburg[b] existente visum *cf. A. Erph.* 1136. (*Maio - Iun.*) est desuper civitatem in aere quoddam in modum scale transvolare, niveo quidem corpore, sed rubro rutilare capite. Testati sunt quoque[c] non pauci eodem tempore se vidisse quasi crucem rubeo colore coruscam de celo ad terras descendisse[d] et non[e] procul a terra aliquandiu in aere pependisse, sed rursus[f] ad celos remeante[g], tanta lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuencium ad hanc perspiciendam[h] tanquam contra solis radium visum prevaleret[i] obtendere. Eodem[k] anno aqua ducta est super montem. *A. S. P. ant.*

Lůpoldus marchio in venacione occiditur. *cf. A. Erph.* (*Nov.* 15). Imperator in Italiam secundo proficiscitur et divina rerum mirabili prosperitate fretus gracia cum paucis quaqua versum *victor **f.* 134. progreditur. 1137. Appuliam quoque, quam Ruggerus Siculorum dux prius invaserat, armis cepit eamque iuri sedis apostolice restituit; in qua expedicione Brun Coloniensis archiepiscopus moritur et apud Barum Apulie civitatem sepelitur. (*Maii* 29).

MCXXXVII.[l] Adelbertus senior Mogontinensis archiepiscopus obiit, (*Iun.* 23). pro quo Adelbertus patruelis eiusdem, Erphesfurdensis prepositus, post longas cleri ac populi dissensiones constituitur. 1138. (*Maii* 28). Monasterium sancti Martini in Mogoncia cum magna parte eiusdem civitatis igne crematur. 1137.

Imperator[m] de Italia revertitur; sed cum Germanie fines intraret, dumque principes apud Wirciburg illius prestolarentur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, (*Dec.* 4). omni regno de morte sua relinquens iusticium[n]. Corpus vero eius a Richza imperatrice Saxoniam reportatur et apud Lutrensem abbaciam ab ipso constructam presentibus Saxonie atque[o] Thuringie principibus II. Kal. Ianuarii *Dec.* 31. regio more sepelitur.

Meingoz[p] episcopus Merseburgensis obiit. *A. S. P. ant.*

MCXXXVIII. Cůnradus[q] frater[r] Friderici ducis *cf. Peg.* Suevorum, qui antea quoque regium nomen sibi usurpaverat, apud Confluenciam media quadragesima in regem (*Mart.* 7). eligitur[s] et ad proximum pentecosten ad curiam Babenberg *Maii* 22. habitam a quam plurimis regni principibus confir-

a) *sic* 1. *E* (Loth.) *R; deest Erph. Peg.* b) Quedelburgk *E.* c) *om. E.* d) de *e corr. in loco raso* 1. e) non — sed *om. E.* f) rurssus 1. g) remeare *E.* h) prospiciendam *E.* i) preualere 1. k) *haec* — successit (*p.* 175, *l.* 6) *om. E; cf. supra p.* 167, *n.* *. l) Cǒnradus frater *add., sed del.* 1, *quibus superscr.:* he dictiones hic stare non debent, *pertinent enim ad sequentem a.* m) *sic* 1. *R* 2. *Lr III;* Lotharius imp. *Erph. Peg.* n) mesticiam, *superscr.* iusticium 1, *et sic Erph.;* mesticiam *R* 2. *Lr III. Peg.* o) et 2a. b. p) *recenti manu corruptum in* Meingot 1. q) Conradus *plerumque* 2a. b. r) *sic* 1. 2a. b (*cf. supra n.* l); Conr. Frid. d. Swev. germanus *R cum Peg.* (germ. Fr. d. Sw. *Lr III*). s) de quo supra *add.* 2a, *in* 2a. b *reliquis h. a. omissis.*

A. S. P. br. matur. Wernherus abbas Erphesfurdensis obiit; cui Rudigerus eiusdem cenobii monachus successit.

cf. Peg. 1139. MCXXXIX. Sinodus magna apud urbem Romam[a]
cum diversarum provinciarum episcopis et abbatibus me-
Apr. 2. dia quadragesima sub papa Innocencio celebratur[1].

cf. ib. Discordia[2] gravis inter Cûnradum regem et Heinricum Baioariorum[b] ducem atque Saxonum principes exorta est, propter Saxonie videlicet ducatum a rege eidem Heinrico[c] ablatum et Adelberto marchioni prestitum. Quem ducatum cum dux Heinricus et reliqui Sa-
*f. 134'. xonum principes adversus eundem Adelbertum *marchionem armis defenderent, rex hoc indigne tulit, et Saxo-
(Iul. ex.) niam hostiliter intraturus circa Herveldiam exercitum constituit. Saxones vero proprium transgressi limitem, in partibus Thuringie super flumen Wirra castra metati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque pa-
1. Mach. 4, 35. rati, aut fortiter vincere aut non inulte mori. Quorum
2. Mach. 14, 18. rex audaciam veritus *sangwine iudicium facere* noluit, sed consilio cum regni[d] primatibus habito, dextras de-
ib. 13, 22. ib. 14, 23. dit, accepit, et sic usque ad proximum penthecosten pace composita, greges turmarum, qui cum eo[e] fuerant, dimisit. Gotefridus dux de Lovania obiit.

A. S. P. ant. cf. mai. Heinricus dux, qui[f] fuit gener Lotharii imperatoris, obiit, suscepit autem pro eo ducatum Heinricus filius eius.

cf. Peg. Otto Babenbergensis episcopus, vir misericordie atque omni vite merito laudabilis, posteaquam plurimas
(Iun. 30). Deo serviencium congregaciones longe vel prope insti-
A. S. P. ant. tuit[3], beato fine quievit; cui Egilbertus successit[g].

cf. Peg. 1140. MCXL. „Ludewigus provincialis comes obiit II. Idus
(Ian. 12). Ianuarii[4]. Udalricus[5] Bohemorum dux et Willehel-
(Febr. 14. 13). mus palatinus comes[6] obierunt. Cûnradus rex circa
Febr. 2. purificacionem *sancte Marie curiam suam habuit[h] Wor- *p. 366

a) *sic R. Peg.; om.* 1. b) d. B. *R. Lr III.* c) duci *add. R. Lr III (om.* Heinr.). d) *sic R. Lr III. Peg.;* prim. regni 1. e) ipso *R. Lr III.* f) hic qui f. g. L. imp. *infra post* Egilb. successit *(l. 28) scripta sunt in* 1, *quo male haec posita esse patet, quia ea in cod. antiquiore in margine suppleta erant, signo* ħ *praeposito, quod scriba cod.* 1 hic *legit; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 545. g) *vide n.* f *quae in* 1 *h. l. sequuntur.* h) *sic R. Peg.;* W. hab. 1.

1) *Cf. Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *I, p.* 885. 2) *In Ann. Pegav. antiquorum annalium textus, hoc loco recte traditus, male mutatus est, relato ante haec obitu Heinrici Superbi ducis.* 3) *Cf. supra p.* 153, *l.* 15 *sq.; 'N. Archiv' XXI, p.* 734. 4) *Cf. Ann. S. Petri Erph. ant., supra p.* 17. 5) *Sobezlaus I, qui etiam supra a.* 1127 *sqq. ut ab aliis scriptoribus Germanicis Udalricus vocatur.* 6) *Rheni, de Ballenstedt.*

macie, ubi Ludewigus filius Ludewici provincialis comi- 1140.
tis, admodum puer, clemencia regis ac principum Thu-
ringie adeptus est principatum. *cf. Peg.*
MCXLI. Richiza imperatrix obiit. Adelbertus 1141.
iunior Mogontinus archiepiscopus XVI. Kal. Augusti *Iul.* 17.
obiit; cui Marcolfus Ascafinburgensis[a] prepositus suc-
cessit[1]. Magna[b] concertacio fuit in Erphesfurt[c] IIII. Kal. Sep- *A. S. P. br.*
tembris inter cives et archiepiscopi milites; quidam enim occisi, multi
vero utrimque vulnerati sunt. *cf. Peg.*
MCXLII.[d] Hoc anno VI. Idus Maii[2] regali curia 1142. *Maii* 10.
in Frankenefurt habita rex et Saxones, qui hactenus
quorundam factionibus non minimum discordaverunt, in
pacis concordiam redierunt, omnibusque pro voto com-
positis leti quique discesserunt. **f. 135.*
*VII.[e] Idus Maii[3] civitas Erphesfurdensis[f] occulto *cf. A. S. P.*
Dei iudicio magna ex parte igne consumpta est*. Mo- *Maii* 9.
nasteria quoque sancti Petri sanctique Severi cum aliis
sanctorum ecclesiis igne consumpta sunt.
Marcolfus pie memorie Mogontinus archiepiscopus *cf. Peg.*
V. Idus Iulii[4] obiit; pro quo Heinricus prepositus maio- *Iun.* 9.
ris ecclesie constituitur. Rudigerus abbas Erphesfurdensis *A. S. P. ant.*
obiit; cui Wernherus eiusdem cenobii monachus successit. *ib.*
MCXLIII. Ekeleib[g] episcopus Mersebergensis[h] obiit. Hyemps *cf. Peg.*
magna et nivosa. Innocencius papa, qui et Gregorius, 1143.
obiit; pro quo Celestinus, qui et Gwido.
MCXLIIII. Celestinus papa obiit, pro quo Lucius, 1144.
qui et Gerhardus, constituitur. Růdolfus marchio oc-

*) *E add. ad a.* 1141, *cum l.* 10—14. *omissa sint:* Eodem anno edificatum est monasterium Vallis Sancti Georii[5]. *Ubi sequentia — p.* 177, *l.* 3. *om.*

a) ascasinburgensis 1; Ascaniensis *Peg.* b) Anno M⁰CX⁰LI. magna *E.* c) *sic* 2c; Erphesfurdt 1; erffordia *E.* d) *haec — discesserunt om. E.* e) *sic* 1. 2c. *V* (*ubi* VII. Kal.); et VII⁰ *E ad a.* 1141. *post* vuln. sunt. f) erffordensis *E.* g) *sic* 1; Ekeleich *Ann. S. Petri omnes.* h) *sic* 1.

1) *Cf. Ann. S. Petri Erph. ant. l. l.* 2) *Die Maii* 3. *regem Frankenfurt venisse tradunt Ann. S. Disibodi, SS. XVII, p.* 26. 3) *Hunc diem (pro* VIII. Idus, *ut Ann. S. Petri ant. habent, ubi numerus sic* VII *scriptus est) praebent Ann. S. Petri brevium codex et Ann. S. Petri maiorum codd.* 3a. b. c. 4) Iunii *legendum est. Cf. Böhmer-Will, Reg. arch. Mag. I, p.* 318 *sq. Sed iam auctorem huius chronici errorem hunc commisisse patet, cum et Hist. Eccard. c.* 376. Iulii *habeat.* 5) *Cf. Cron. Minor a.* 1142, *SS. XXIV, p.* 192. *et infra. Sed haec etiam nota ex tabula quadam abbatiarum Cisterc. profecta videtur esse. Cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p.* 67 *sq.* 290.

1144. ciditur[1]. Sigefridus comes de Bǒmeneburg obiit.
A. S. P. ant. Magna inundacio aque fuit in Erphesfurt[a] VII. Kal. Iunii.
1145. MCXLV. Lucius papa obiit, pro quo Eugenius, qui
et Bernhardus.
A. S. P. ant. MCXLVI. Cůnradus rex ad Polenos cum exercitu abiit.
cf. Peg. 1147. MCXLVII. Cůnradus rex et Lůdewigus rex de
Gallia cum episcopis et ducibus atque comitibus, mul-
tarum[b] provinciarum innumerabili multitudine diverse
condicionis tam equitum quam peditum, quorundam
magne estimacionis et religiosi habitus hominum sermo-
nibus territi et circumventi[2] dicencium illud apostoli,
2. Thess. 2, 2. quod instaret dies Domini, et *cecitas ex parte in Israel*
Rom. 11, 25. 26. *contigit, donec multitudo gencium intraret, et sic omnis Israel*
salvus fieret, Iherosolimam zelo fidei contra paganos
pugnaturi proficiscuntur. Et Cůnradus quidem rex cum
(Iun.) inmensis copiis, quas secum habebat, per Ungariam ver-
sus Constantinopolim iter faciens, a rege Grecorum[3]
(Sept.) magnifice suscipitur, regiis muneribus honoratur; sed[c]
ultra paululum progressus ob difficultatem locorum at-
que penuriam reverti statuit. Sed interim insidiis et
incursionibus paganorum plurimos suorum amisit, et re-
liquis eorum ex maxima parte secundum Ezechielis vel
Ieremie propheciam[4] pestilencia ac fame diversarumque
**f. 135'.* mortium *genere peremptis, cum parte exercitus que re-
1148. manserat Constantinopolim se flebiliter recepit. Inde
regi Grecorum pro tempore supplices preces obtulit[5],
cuius conductu cum paucis sepulchrum Domini, reliquis
in diversa dispersis, adiit; sed ubivis gencium nichil
prosperum aut honoris pro Teutonici nominis vel impe-
riali dignitate consecutus, post duos semis annos cum
1149. nimia proch dolor! tam Romani regni quam Christiani
nominis ignominia in partes Germanie revertitur.
1147. *Oct.* 26. Eclipsis solis VII. Kal. Novembris hora diei [sexta[d]]
cf. Peg. facta est ipso anno Iherosolimitane profectionis ipsaque

a) *sic* 2c; Erphesfurd 1. b) cumque mult. *Peg.* c) et *Peg.* d) *ex Peg. suppl.; om.* 1.

1) *Cf. Ann. S. Petri ant., breves, mai., supra p.* 18. 54 *sq.:* Růdolfus comes Saxonicus occisus est, *videlicet a Ditmarsis die Mart.* 15 *(cf. Necrol. Luneburg., Ann. Stad., Magdeb., Palid.). Comes de Stade ex gente marchionum aquilonarium, non ipse marchio.* 2) *Nota hoc dictum auctoris Bernhardum Clarevallensem nominare nolentis.* 3) *Manuele Comneno.* 4) *Ezech.* 7, 15. 12, 16. 15, 21. *Ierem.* 29, 18. 32, 24. 5) *Hoc loco in Ann. Pegav. p.* 258. *verba annalium antiquiorum mutata et ampliata esse videntur.*

die Cůnradi regis[a] ac Christiani exercitus retrocessionis[1] 1147. *cf. Peg.*
Bernhardique comitis de Saxonia[2] aliorumque plurimorum ibidem interfectionis.
367. *Dedicatum[b] est monasterium sanctorum apostolorum Petri et *A. S. P. br.*
Pauli in Erphesfurt[c] XVI. Kal. Iulii ab Heinrico archiepiscopo *Iun.* 16.
Mogontino[d] et Sigefrido episcopo Wirciburgensi[e], Ditmaro Fardensi[f], Gebehardo Eichstetensi[g, 3], transactis XLIIII annis a fundacione eiusdem monasterii. Eodem[h] anno Wernherus *ib. et ant.*
abbas Erphesfurdensis obiit; cui Gelfradus eiusdem cenobii monachus successit.

MCXLVIII. Uto Cicensis episcopus ab Ierosoli- 1148. *cf. Peg.*
mis revertens cum multis aliis naufragio periit; pro quo Wicmannus Cůnradi marchionis sororis[4] filius constituitur.

MCXLIX. Cůnradus rex ab Iherosolimis reverti- 1149. *cf. ib.*
tur[5]. Buggo Wormaciensis episcopus obiit[6]. Otto comes captus ab Hermanno palatino comite et detentus ab eo in *A. S. P. br.*
custodia obiit. Lampertus comes obiit. *A. S. P. ant.*

MCL. Sigefridus episcopus Wirciburgensis obiit; pro quo 1150.
Gebehardus constituitur. Hiemps dura ac diuturna, adeo ut plerosque vis algoris extingweret, et apum atque pecorum maxima pars deperiret[7].

MCLI. Fames[i] valida et pestilencia hominum[k, 7].


MCLII.[l] Ernest comes de Thuringia obiit. Herman- 1152.
nus comes de Wincinburg[m] in eodem castro a suis homi- *ib. cf. mai.*
nibus una cum coniuge[n] *flebiliter occiditur[8]. In mense *f. 136. *A. S. P. br.*
Ianuario magna inundacio aque fuit in partibus Reni.

Cůnradus[o] rex XVI.[p] Kal. Marcii[9] rebus humanis *Febr.* 14.
excessit, eique Babenberg regum more funebria explen-

a) ho *add., post del.* 1. b) Eodem anno ded. *E post n.* * *p.* 175. *ad a.* 1141. c) Erphesfurd 1; Erpfesfurt 2c; erffurt *E.* d) Moguntinensi 2c; maguntr cooperante sibi Sigifredo *E.* e) Wirziburg. 2c; Wirczeburg. *E.* f) *sic* 2c. *N;* furdensi 1 (*recenti manu corr.* ferdensi); verdensi *E;* Ferdensi *V.* g) eychstadensi *E.* h) *sequentia et a.* 1148—1150. *om. E.* i) Sequenti anno famis *E post* monasterii *l.* 8, *quae ibi ad a.* 1141. *posita sunt.* k) facta est *add. E.* l) *sequentia* — fuit *(p.* 178, *l.* 30*) om. E.* m) Wircinburg 1. n) sua *add. R. Lr III.* o) Conr. 2a; Cunr. 2b. p) *sic* 1. 2a. b. *R.*

1) *Scil. quo die exercitus inter Nicaeam et Iconium rediturus iter flexit; supra p.* 176, *l.* 20. 2) *De Plötzkau.* 3) *Notitia dedicationis infra in appendice huius Cronicae nr. VI. edita praeter Ann. S. Petri breves hoc loco exscripta est.* 4) *Mathildis sororis Conradi marchionis Misnensis de Wettin. Cuius maritus, pater Wicmanni, fuit Gero comes de Seburg; Ann. Saxo a.* 1036, *p.* 680; *Geneal. Wettin., SS. XXIII, p.* 227. 5) *Cf. Ann. S. Petri ant., breves, mai., supra p.* 18. 54 *sq.:* Cōnradus rex ab Ierosolimis reversus est. . . . Bucco Wormacensis episcopus obiit. *Qui a.* 1125. *dedicavit ecclesiam cellae monasterii S. Petri; cf. append. nr. VI. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 694 *sq.* 6) *Hoc loco desiit exemplar annalium ab annalista Pegaviensi exscriptum.* 7) *Cf. Cron. Minoris cod. B* 2, *SS. XXIV, p.* 192. *et infra.* 8) *Ian.* 29. *Cf. Ann. S. Petri breves et mai., supra p.* 56 *sq.* 9) XV. Kal. Marcii *(Febr.* 15*) recte habent Ann. S. Petri breves et mai.*

52. tur ac sepelitur. Cuius loco fratruelis eius Fridericus
Mart. 9. Suevorum dux media quadragesima Frankenefurt[a] rerum
summam suscipiens in regem eligitur et Aquisgrani die
Mart. 23. palmarum[1] regali benedictione sublimatur. Fridericus
Maii 18. rex penthecosten curiam suam habuit[b] Merseburg, quo
rex Danorum[2] cum regiis muneribus veniens regnum ab
eo suscepit. Ubi eciam gravis discordia inter Heinricum
Saxonum ducem et Adelbertum marchionem oritur; quibus inter se hostiliter postea dimicantibus opulentissima
villa Osterroth, mire pulchritudinis edificium in Lůtrede,
pleraque[c] castella ac ville quam plurime devastantur[d].

1153. MCLIII. Rex curiam[e] in octava[3] pentecosten cum
Iun. 7—14. duobus cardinalibus Gregorio ac Bernhardo magnoque
conventu abbatum ac prepositorum Mogonciensis archi-
cf. A. S. P. episcopatus apud Wormaciam habuit. Ibique Heinricum
Mogontinum antistitem deposuit eique Arnoldum tunc
(Iul. 8). temporis cancellarium subrogavit. Eugenius papa obiit;
pro quo Anastasius, qui et Cůnradus Sabinensis episco-
(Sept. 1/2). pus, constituitur. Heinricus episcopatu privatus obiit
A. S. P. br., cf. mai. et Babenberg sepelitur. Signum in sole apparuit VII. Kal.
Februarii eo modo [4].

1154. MCLIIII. Anastasius papa obiit; pro quo Adrianus. Fridericus rex Italiam cum exercitu venit sibique rebelles
1155. illis in partibus bellando subegit, indeque Romam victor
(Iun. 18). ingressus a papa Adriano apud Sanctum Petrum imperiali benedictione sublimatur, ac Romanorum quam plurimis armis conflictando interfectis, apud Veronam quoque in redeundo transitu inhibitus ad clusas, adverse partis principibus laqueo suspensis, ferro sibi ad propria
**f. 136'.* iter aperuit. Magna inundacio *aque fuit.

A. S. P. ant. Apr. 20. Eodem* anno XII. Kal. Maii inventus est sanctus
Iul. 26. Adelarius[5] et VII. Kal. Augusti[f] sanctus Eobanus[g] in
monasterio sancte Marie virginis Erfordie.

*) *E habet:* Anno M⁰C⁰LIII⁰ XII⁰ Kalen. Maii corruit ecclesia[6] ex vetustate, et inventus *etc.*

a) Franckenfurt 2[a]; Frankenford 2[b]. b) Mers. hab. *R.* c) *sic R;* plerique 1. d) O sancte Ieronime succurre etc. *add.* 1. e) suam *add. R. Lr III; cf. l.* 5. f) inventus est *iterum add. E.* g) *sic* 2[c]. *E. V. N;* cobanus 1.

1) *Fridericus iam die Mart.* 4. *electus, dominica Laetare = Mart.* 9 *(i. e. media quadragesima) coronatus est.* 2) *Sueno filius Erici Emune.* 3) *Ipsa pentecoste (Iun.* 7*) haec curia celebrata est.* 4) *Solem ex parte defecisse hoc signo, supra p.* 19. *bene picto, indicatum esse ibi adnotare debuissem. Fuit enim hoc die eclipsis solis.* 5) *Cf. Ann. Petri ant., supra p.* 19. 6) *S. Mariae; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 530; *Nic. de Siegen p.* 335.

368. *MCLV.[a] Imperator ab Italia revertitur. Bellum *A. S. P. ant.* fuit inter archiepiscopum Arnoldum et Hermannum palatinum, sed Arnoldus terga vertit[1].

MCLVI. Heinricus dux Saxonum congregato exercitu *ib.* perrexit in Fresiam, ubi[b] et vix evasit[2]. Hermannus palatinus comes obiit. Pestilencia hominum. *cf. A. S. P. mai.*

MCLVII. Imperator in Poloniam[c] cum exercitu 1157. venit, ducem illius provincie[3] in dedicionem suscepit et rebus prospere gestis[d] rediit. Cůnradus marchio obiit. *A. S. P. ant.*

MCLVIII. Fridericus imperator exercitu congre- 1158. gato Longobardiam proficiscitur. Mediolanum ab eo obsidetur, et post multos conflictus civibus tandem in dedicionem susceptis, exercitum dimisit, sed ipse cum parte eiusdem exercitus in eadem provincia remansit.

MCLIX. Gebehardus Wirciburgensis episcopus 1159. *(Mart. 17).* obiit. Mediolanenses rupto federe legatos[4] imperatoris multis iniuriis affecerunt, eiusque contra se indigna- *(Ian.)* cionem, obsidum, quos dederant, salute neglecta, provocaverunt. Rex itaque in ulcionem imperialis iniurie, revocatis principibus Teutonicis, castrum quoddam Mediolanensium arce ac loco munitissimum, armis, viris omnique bellico apparatu opulentum, Cremam nomine, *(Iul. 3/4).* obsedit; quod tandem post crebros conflictus cum utriusque partis militum internecione[e] plurimorum cepit, 1160. *(Ian. 26).* et civibus regali clemencia salute concessa, castrum ipsum ad solum[f] usque dirui precepit. Adrianus papa 1159. *Sept. 1.* obiit.

Heinricus dux Saxonicus auxilium contra Mediolanenses *cf. A. S. P. mai.* imperatori prebiturus perrexit; in cuius expedicione Fridericus *A. S. P. ant.* comes de Bichelingin interfectus obiit.

.37. *MCLX. Adriano papa Kal. Septembris defuncto, 1159. duo pontifices, Octavianus videlicet ac Rulandus, qui et Alexander, cardinalium Romanorumque discidio simul *(Sept. 7).* eliguntur, constituuntur et[g] consecrantur; unde ad curiam, immo ad sinodum IIII. Nonas Februarii[5] impe- 1160. *Febr. 2.* riali edicto Papie celebrandam ambo vocati: Růlando

a) *haec — p.* 180, *l.* 5. (celebratur) *om. E.* b) *sic L III;* ut 1. c) *sic* 2a. b. *L III;* polemiam 1. d) susc. sicque red. 2a; susc. et sic 2b. e) internecie 1. f) soliū 1. g) *om. L III.*

1) *In Annalium S. Petri ant. codice hoc loco quaedam verba erasa sunt; cf. supra p.* 19, *n.* t. 2) *Cf. Ann. S. Petri mai., supra p.* 57. 3) *Boleslaum IV. Crispum.* 4) *Rainaldum cancellarium et Ottonem comitem palatinum de Wittelsbach.* 5) *Synodus die Ian.* 13. *primo indicta die Febr.* 5. *coepta est. Cf. Jaffé, Reg. ed.* 2. *II, p.* 419.

1160. regie voluntatis non nescio sui presenciam subtrahente, Octavianus presens a presentibus apostolicus appellatur et confirmatur. Alexander eciam a sue partis fautoribus quamplurimis apud Anagniam[a] Apulie civitatem item pro apostolico celebratur.

Arnoldus[b] archiepiscopus a Mogontinis civitate fugatur et secedens in Thuringiam, collecta militari manu non modica, quasi armis civitatem capturus atque meritas penas presumptoribus irrogaturus revertitur. Quem *Iun. 24.* cives apud Sanctum Iacobum VIII. Kal. Iulii[1], antequam eius partis[c] frequentes armati convenissent, cum paucis repertum, incenso monasterio, gladio peremerunt ac pedibus de ecclesia protractum in platea indigno ac miserabili[d] spectaculo nudum reliquerunt[e]. Ůdalricus Halberstatensis episcopus neque legittime accusatus neque canonice auditus vel diiudicatus pro libitu Heinrici ducis a cardinali G.[2] deponitur[f] absens, et Gero decanus loco eius subrogatur.

Principum episcoporumque[g] conventus VIII. Kal. *Iul. 25.* Augusti[3] super regni negociis Erfordie celebratur; ubi Mogoncienses[h] inmanis facinoris rei[i] extinctione luminum, ut par fuit, execrantur et communione privantur. Qui tam gravem sui casus dampnacionem parvipendentes vel pocius dissimulantes, Růdolfum[k] Berchtoldi[l] ducis[4] germanum sibi presulem elegerunt. Quo contra[m] Cůnradus palatinus[5] ac Ludewigus lantgravius IIII. Kal. *Oct. 29.* Novembris apud Frankenfurt[n], suffraganeorum episcopoporum ac Treverensis[6], legati apostolici, non[o] presencia, immo legacione freti, Cristanum[p] Merseburgensem[q] pre-

a) *emendavi;* angiā 1. *L III.* b) Anno M^oCLX. Arn. *E.* c) partes *E.* d) miserabiliter *E.* e) relinquerunt *E. Le III. — Sequentia h. a. et a.* 1161. *om. E.* f) abs. dep. *R.* g) episcoporum 2^a. h) *sic* 2^a; magoncienses 1; Moguntineuses 2^b. i) super interfeccione episcopi sui *add.* $2^{a \cdot b}$ *ex praeced. omissis.* k) Rudolffum 2^a; Rudolphum 2^b. l) Bertoldi 2^a; Bertholdi 2^b. m) *sic* 1. $2^{a \cdot b}$. *R. L III.* n) Franckfurt 2^a; Francfort 2^b. o) *om.* 2^b. p) Cristannum *h. l.* 2^a; Christianum 2^b. q) *sic* 2^a. *R. L III;* Merseb'gensem 1; Mersburg. 2^b.

1) *Cf. Ann. S. Petri mai. l. l.* 2) Gregorio *Cron. Reinhardsbr. p.* 537, *male explicata hac littera. Inter cardinales enim Victoris IV. nullus invenitur Gregorius. Chron. Montis-sereni, SS. XXIII, p.* 151 *sq., ab Everhardo cardinali Udalricum depositum esse tradit. Neque tamen huius nominis cardinalis inter eos Victoris IV. invenitur. Nescio an de Gerardo cardinali diacono cogitandum sit. Cf. etiam Ann. Pegav. et Magd., SS. XVI, p.* 260. 191 *sq.* 3) VII. Kal. Aug. *Ann. S. Petri mai., supra p.* 58. 4) *IV. de Zähringen.* 5) *Rheni, frater imperatoris.* 6) *Hillini.*

positum, paucis arbitris, episcopum constituerunt. Hinc 1160.
369. *parcium sedicio *exoritur, rerum facies contra bonum *f. 137'.
et equum variatur, dum laycorum pro arbitrio ecclesia-
stica disponuntur, potentum[a] quorundam violencia epi-
scopium incursatur, eviseeratur, devastatur. Sizo comes *A. S. P. ant.*
de Thuringia obiit.

MCLXI. Apud Laudam civitatem XII. Kal. Iunii[b. 1] 1161. *(Iun. 19).*
Victor papa generali habita sinodo, presente imperatore
Friderico, Růdolfum Mogontinum electum et Crista-
num superelectum, utrosque ecclesiastica censura depo-
suit ac Cůnradum Ottonis Noricorum palatini[c] comitis
germanum prefate sedi intronizavit[2]. Grando et tempestas *A. S. P. ant.*
magna in pluribus locis fuit. Berchtoldus Cicensis episcopus *cf. mai.*
obiit; cui Uto successit.

MCLXII.* Mediolanenses regis et Italici atque Teu-
tonici exercitus obsidione iam quadriennio artati, post
multa et preclara militaris audacie facinora[3] tandem 1162.
pertesi malorum et inedia magis quam armis devicti[d]
manus imperatori tradunt[e] supplices[f], regie potestati se *(Mart. 1).*
suaque omnia dedentes. Optimatibus igitur ac populo
in dedicionem[g] susceptis, rex civitatem cum victricibus
aquilis ac grandi multitudine circa palmas[4] ingreditur, *Apr. 1.*
et civibus salute omnique supellectile[h] concessa, eo iu-
bente valli complanantur, muri, turres omnisque municio
destruitur, cetera edificia, excepta matrici ecclesia ac
reliquis ecclesiis, voraci flamma consumuntur, et** civi-

*) *In E sequentia breviata et transposita leguntur:* Anno M^oCLXII^o Gero episcopus — — transtulit in Halberstat, cum ipsa civitas Mediolanensis[i] funditus ab imperatore Frederico destructa ac desolata [esset[k]], que antea per eundem imperatorem quadrienniol obsessa est, inedia magis — — suaque omnia donantes. Imperator[m] igitur cum multitudine circa — — flamma consumuntur.

**) *E,* et — coequatur *(p. 182, l. 9) om., add.:* ut merito dicebatur: *Facta est sub tributo* etc. De nomine autem huius civitatis *Thren. 1, 1.*
et futurorum eventus *(sic!) etc. ut p.* 182, *l.* 9.

a) et pot. 2[a]. b) *sic* 1. *R. L III. N.* c) la *e corr.* 1. d) victi *E.* e) *sic* 1; tradiderunt *E;* tendunt *facile conici posset, sed* tradunt *ab annalista scriptum esse censeo.* f) suplices 1. g) dedecionem 1. h) suppell. *E.* i) medioł *E.* k) *om. E.* l) quadrienno *E.* m) Imperatore *E.*

1) XIII. Kal. Iulii *Ann. S. Petri ant. et mai., supra p.* 20. 58, *quos conferas. Quem diem confirmat Otto Morena, SS. XVIII, p.* 632. 2) *Cf. Otto Morena l. l.; Christian. c.* 12, *SS. XXV, p.* 245; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *II, p.* 422. 3) *Cf. Sall. Iug. c.* 5: multa et praeclara rei militaris facinora fecerant. *Sed propius haec verba ad Lamperti locos accedunt; vide Lamperti opera p.* 430. 4) *Die Mart.* 26.

1162. tas opulentissima, a Remo et[a] Romulo primo quidem
cepta, sed a Gallis Senonibus, qui antiquissimis tempo-
ribus duce Brennone cum trecentis[b] milibus patriam
ingressi fuerant[1], post sui ducis interitum perfecta, que
Ps. 79, 14. multis retro seculis singulari feritate ut aper de silva
cuncta longe lateque dente minaci depopulabatur, de-
mum celestem experta vindictam, Friderici regis manu
gravissima acsi lanigerum pecus dilaniatur terreque fun-
ditus coequatur. Futurorum enim eventus per omen
et nomen ipsius[c] civitatis, ut in[d] historiis legimus[2], his
olim prenotatus fuerat versibus:

*f. 138. *Sus fuit inventus, quo fixit[e] *castra iuventus,*
In medio tergo lanam tulit; accidit ergo,
Nomen ut aptarent[f] Mediolanumque vocarent.

A. S. P. ant. Fâmes[g] valida. Gero episcopus ossa sanctorum Ger-
vasii et Prothasii de Mediolano transtulit Halberstat[h].

ib. 1163. MCLXIII.[i] Imperator de[k] Italia revertitur et circa
Febr. 2. purificacionem sancte Marie principum frequencia apud
Mart. 24. Wirciburg excipitur, ac post paschalem solemnitatem
(Apr. 7). Mogonciam[l] cum magno terrore ingressus curiam suam
ibidem habuit, civibusque timore in diversa fugatis, mu-
rum in circuitu omnesque municiones civitatis funditus
destrui precepit.

Sept. 1. Nimia aquarum inundacio Kal. Septembris[3] ex in-
genti ac repentino nimbo facta est, adeo ut plurime
domus ac edificia cum habitatoribus ac iumentis omni-
que suppellectili aquarum impetu in preceps raperen-
tur, multique hominum aqua necti[4] longiusque portati
postea reperirentur.

1164. *(Apr. 20).* Victor papa, qui et Octavianus, obiit[5]; pro quo
Paschalis, qui et Gwido.

cf. A. S. P. mai. 1163. Imperator sumpto Cůnrado Mogontino electo et ali-
quantis principibus rursus Italiam ingreditur.

a) ac *V. L III.* b) recentis *post corr.* trec. 1. c) i. civ. *om. E.* d) *om. E.* e) *sic E. R. L III. V;* fuit 1. f) abtarent *E.* g) F. val. *om. E, sequentia vide p.* 181, *n.* *. h) in Halb. *E. R;* ad Halb. *V;* Halberstadt 1, *ubi add.:* Succurre sanctissime Ieronime. i) *a.* 1163. 1164. *om. E.* k) *sic R cum Ann. S. Petri; om.* 1; ad Ytaliam *L III.* l) Imp. Fridericus primus Mogunciam 2a. b.

1) *Hoc ex Pauli diac. Hist. Langobard. II,* 23. 2) *Cf. Gotefr. Viterb. Pantheon l. IX, Pistorius-Struve, SS. II, p.* 146. *Sequentes versus propius accedunt ad eos Ioh. Codagnelli, 'N. Archiv' XVI, p.* 329 *(cf. ib. p.* 509*). III, p.* 159. 3) III. Nonas Septembr. *Ann. S. Petri ant. et mai., supra p.* 20. 58. 4) *I. e. submersi. Quam vim necare apud Italos saepissime habet (hodie* annegare*).* 5) *Haec perperam ad hunc annum relata sunt.*

370. *MCLXIIII. Imperator de Italia revertitur. Mo- 1164. *cf. A. S. P. mai.*
gontinus electus oracionis causa in Hispaniam profectus in
redeundo Rulando, qui et Alexander, iuramento se obligavit.
MCLXV. Cunradus Mogontinus[a] electus ob iusiu- 1165. *cf. ib.*
randum, quo se Rulando obligaverat[b], cum averti non
valeret, ab imperatore episcopatu est privatus. Nec mora
maxima clades oppressit episcopatum, destructis castellis
Růstiberg[c], Horburg, Amanaburg, Bingen, subverso eciam[d]
muro Erfordie[e] a Lůdwigo[f] comite provinciali. Hein-
ricus[g] Wirciburgensis episcopus obiit; pro quo Heroldus. *(Apr. 14).*
MCLXVI. Abundancia magna frumenti et vini. 1166.
Rursus imperator Italiam ingreditur. Cůnrado Mo-
gontino electo ab imperatore deposito, per biennium
ecclesia vacante, Cristanus in Frankenfurt primo electus 1165.
reponitur[1].
Imperator[2] dum in Anchonitana esset civitate, Mo- 1167.
gontinus et Coloniensis archiepiscopi regia manu cum
Romanis prelia[h] commiserunt[3], et paucis Teutonicorum
*interfectis, primo quidem die[i] prelio victi cesserunt[k]. **f. 138'.* *(Maii 28).*
Tum vero nocte proxima ante lucanum[l] surgentes[4] Ro- *(Maii 29).*
manos de priori victoria elatos deque suorum multitu-
dine securos armis repente invaserunt et[m] ad tria cir-
citer milia virorum duosque[n] cardinales[5] occiderunt,
captivorumque septem, ut dicitur, milia[6] ceperunt. Quo

a) el. maguntꝛ *E.* b) *E add. perverse:* ipso Rulando rebellante imperatori. c) Rusteberg Horborg Amilnborg et Bingin *E.* d) et *E.* e) erfforden̄ *E.* f) Lodewico *E saepe.* g) *haec et a.* 1166—1169. *om. E.* h) *sic R;* bellum *eadem manu superscr.* 1; conflictum *L III; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 278, *n.* 1. 279, *n.* 2. i) *sic* 1. *L III;* de *R.* k) *sic* 1. *L III;* recesserunt *R.* l) *sic* (*non* antelucanum) 1. *R. Auctor vocem* lucani *pro substantivo usurpasse videtur, cui luciferi aut aurorae vim inesse voluerit. Cf. Ducange-Henschel s. v.* lucanus, antelucanum. m) *sic* 1. *L III; om. R.* n) *sic* 1. *L III;* duos *R.*

1) *Iam a.* 1165. *Sept.* 2) *Sequentia Cron. Reinhardsbr. p.* 537 *sq. recte ad a.* 1167. *habet, ad a.* 1168. *Hist. landgr. Eccard. c.* 386. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 722 *sqq.* 3) *Hoc proelium apud Tusculum non a.* 1166, *sed a.* 1167. *Maii* 29. *commissum est. Sed etiam in Ann. S. Petri mai. ad a.* 1166, *supra p.* 59: Cedes Rome. 4) *Male de hoc proelio relatum est. Cf. Giesebrecht, 'DKZ.' V, p.* 537 *sq., secutus Reinaldi epist., Sudendorf, Reg. II, p.* 146; *Chron. reg. Colon. p.* 117; *Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 651 *sq.; Bosonis Gesta pont., Duchesne, Liber pont. II, p.* 415 *sq.; Chron. Magni Reichersp., SS. XVII, p.* 488 *sq.; Ann. Palid., SS. XVI, p.* 93 *sq.; Romoald., SS. XIX, p.* 436. 5) *Duos cardinales occisos esse soli Ann. Seldental., Böhmer, Fontes III, p.* 526, *praeter hanc Cron. tradunt (Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 465*); in quibus recentiore tempore conscriptis hunc locum exscriptum esse patet; quod quomodo fieri potuerit, nescio.* 6) *Tria milia capta esse Anon. Laud. l. l. et Ann. Camerac., SS. XVI, p.* 539; *quatuor milia Ann. Magd., ib.*

1167. (Iul. 29). feroci impetu Romanam quoque aggressi civitatem, ianuas ecclesiarum sancte Dei genitricis Marie ad Gradus sanctique Petri apostolorum principis securibus exciderunt ipsasque ecclesias igne[a] succenderunt; Romanos, qui pro locorum tuicione vel[b] municione intus refugerant, gladiis[c] peremerunt, altaria sangwine aspersa, nichil pietati, nichil, proch dolor! religioni delatum. His audacter patratis papa Paschalis altaria, quasi sub Alexandro papa polluta, destruere et actutum nova[d] reedificare, consecraciones episcoporum et abbatum facere, fasque nefasque per omnia confundere. Sed Deus ab alto cuncta prospectans iniuriam summi regis genitrici eiusque vicario beato Petro illatam nequaquam tulit impune[e]. Extimplo siquidem nebula quedam pestilens ac fetida totum (Aug. 14). pene exercitum attaminavit, primoque Coloniensem archiepiscopum compluresque[f] episcoporum, duces ac quosque in exercitu prepotentes inficiens sine mora extinxit; eademque mortifera lues regem quasi vitabundum cum reliquis recedentem prosecuta[g], nunc hos, nunc illos et illos diversis in locis miro divine[h] ulcionis iudicio, cuique nigro quodam caractere[i] inter scapulas apparente, exanimavit[k]. Huc accessit, quod Mediolanenses, qui post sue excidium civitatis quatuor oppida per quatuor plagas imperiali edicto fecerant, sed post quadriennium insolita sibi recalescente superbia vel animositate a rege defecerant[l], quatuor itidem civitatibus in unum[m] collectis vetus Mediolanum refecerant, imperatorem annitentibus reliquis Italicis per insidias insecuti, nonnullos regalium satellitum occiderunt pluresque captivos abduxerunt, ipsum[n] imperatorem contra regie maiestatis honorem ac pristine virtutis insigne Italia tandem excedere Alpesque transcendere compulerunt.

*f. 139. *Heinricus Baioarie dux ac Saxonum, imperatore in Italia moram faciente, contra Lůdewicum lantgravium reliquosque Saxonum principes monocerotis in morem 1166—68. solus cum suis per biennium fere preliabatur[1], et nec

a) igni *R. L III.* b) et *R.* c) *sic* 1. *L III;* gladio *R.* d) cepit *add. R, post* reed. *L III.* e) *sic* 1. *R;* inpunire *L III.* f) *sic R;* cūpluresque 1; pluresque *L III.* g) persecuta *R.* h) *sic R;* diuino 1. i) *sic R;* caractare 1. k) *sic R;* examinauit 1. l) *sic R;* defecerunt 1. *L III.* m) *sic* 1. *R. L III.* n) ipsumque *R.*

p. 192; *quinque milia Chron. reg. Colon. l. l. et Ann. Pis., SS. XIX, p.* 256, *tradunt. Minorem numerum habent Ann. Ian., SS, XVIII, p.* 74, *et Ann. Casin., SS. XIX, p.* 312. 1) *In universum hoc loco depinguntur quae a.* 1166—1168. *gesta sunt animo annalistae Heinrico duci contrario et lantgravio propitio.*

*p. 371. sacre *observacionis tempora nec[a] fides iurisiurandi nec pacis ab eo condicio servabatur, sed Tesiphone ubivis[b] gencium hac et illac debachante[1], incendiis, rapinis, castellorum obpugnacionibus, membrorum obtruncacione, nonnullorum eciam perempcione tota Saxonia atque Thuringia non parvo tempore vexabatur, adeo ut mala res et peior spes metu percelleret omnes tam clericos et monachos quam seculares.

MCLXVII. Imperator de Italia reversus Philippum 1168. cancellarium Coloniensi ecclesie prefecit antistitem pro Reinoldo, viro sane bellicis rebus apto; per quem sic eadem Coloniensis ecclesia sublimata fuerat, ut trium ewangelicorum magorum corpora post destructionem Mediolanensis urbis eo transtulerit. Hermannus abbas Fuldensis obiit; pro quo Burchardus Herveldensis abbas constituitur; abbaciam Herveldensem Williboldus optinuit, qua se iamdudum abdicaverat. Paschalis papa obiit; pro quo Calistus, qui et Iohannes Albaniensis[c] epi- (Sept. 20). scopus, ab imperatore constituitur.

MCLXVIII. Růdolfus, quem Mogontini post necem Arnoldi episcopum elegerant[2], cum apud Alexandrum, qui et Růlandus, diu exulasset, in graciam imperatoris rediit; a quo Leodiensi ecclesie est prefectus episcopus.

MCLXIX. Hartwigus Premensis[d] episcopus obiit[3]; cui Baldewinus successit. Hermannus Hildensheimensis episcopus Ierosolimam profectus in redeundo beato fine 1170. quievit. Hic cum Heinrico duce iam pridem discepta- (Iul. 10). verat pro tirannide, quam in episcopatu exercebat; successit ei prepositus Goslariensis[4].

MCLXX. Imperator in[e] nativitate sancti Iohannis[f] Iun. 24. baptiste habito generali conventu Erphordie Heinricum ducem aliosque principes Saxonie iam diu inter se dissidentes pacificavit, et sic terra aliquanto tempore quievit[5].

Ernestus[g] comes[6] ab hostibus circumventus et in custodia detentus[7], incertum magis zelo iusticie an livoris, capite plectitur.

a) nec fides iuris *om.* 1; nec fides iusiurandi *R* 1; nec fides iurandi *L III.* b) ubi ius 1. c) Albanensis *L III.* d) parmensis 1. e) *sic* 1. *E* (nat.). *V;* circa nativitatem *R* 2; circa festum Ioh. *L III.* f) Ioānis 1. g) *sequentia h. a. et a.* 1171—1173. *om. E.*

1) *Cf. Verg. Aen. X,* 761. pallida Tisiphone media inter milia saevit; *VI,* 571. 2) *Cf. supra a.* 1160. 3) *Iam a.* 1168. *Oct.* 11. 4) *Adalhogus.* 5) *Saepe in Vulgata:* quievit terra. 6) *De Gleichen.* 7) *A Ludewico II. lantgravio; cf. Cron. Reinhardsbr. a.* 1170, *p.* 538.

cf. A.S.P.mai. 1170. Adelbertus marchio[1] obiit. Item Gerungus Mise-
nensis *episcopus obiit; cui Martinus eiusdem ecclesie cano- *f. 139'.
nicus successit.
cf. ib. 1170. MCLXXI. Cristanus Mogontinus legacione functus
1171. imperatoris, de Constantinopoli reversus, plures sancto-
cf. ib. 1171. rum reliquias detulit. Iohannes Merseburgensis episco-
pus obiit; cui Eberhardus successit[a].
Dec. 25. MCLXXII. Ventus vehemens circa nativitatem
Domini extitit, adeo ut plerisque in locis menia non
1172. parum leserit. Apud Polenos simultacio quedam duce
(Iul. Aug.) Mesichone[b] quodam exoritur, unde imperator coadunato
exercitu eo contendit. Qui cum fines Polenorum intra-
2. *Mach.* 12, 11. 14, 19. ret, predictus Mesich[c] obviam ei veniens dextras peciit
et accepit, multatus non parva pecunia. Deinde rever-
sis de expedicione principibus, Lǒdewigus provincialis
(Oct. 14). comes Thuringie diem clausit extremum. Cuius filius
cf. ib. L[ǒdewigus] et nomen et principatum patris obtinuit.
(Oct. 23). Gelphradus abbas Erphurdensis obiit[2]; sub quo eadem ec-
clesia multis calamitatibus subiacuit. Successit autem
ei Peregrinus eiusdem cenobii monachus.
cf. ib. MCLXXIII. Ladislaus rex Bohemie principatum per-
didit; suscepit principatum Udalricus[3], qui multos
1173. annos in captivitate sub eodem rege exegerat.
Dec. 25. MCLXXIIII. Imperator nativitatem Domini Er-
phordie[d. 4] celebravit, ubi Willimaro[e] Brantenburgensi
cf. ib. episcopo defuncto Sigefridum[f] filium Adelberti[g] mar-
1174. chionis substituit. Hoc[h] anno ex[i] assiduitate ventorum
estas solito calore caruit, unde et vinum seu frumentum
multis in locis periit[k]. Autumnali eciam tempore ex
assiduitate imbrium et instáncia ventorum facta est aqua-
cf. ib. rum inundacio non modica. Imperator collecto exer-
citu iterum Italiam peciit.
1175. MCLXXV. Wilboldus[l] abbas Herveldensis obiit;
cui Adolfus eiusdem monasterii monachus substitui-
tur. Estatis quoque siccitas magna fuit. Fertur eciam,
quod fulmine quedam sint edificia consumpta. Flam-

a) Succurre sancte Ieronime *add.* 1. b) Alesichone *alia manu corr.* Mesichone 1. c) Alesich *alia manu corr.* Mesich 1. d) cel. erffordie *E.* e) Wilmaro Brandesburg. *E.* f) Siffridum *E.* g) Alberti *E.* h) *sequentia h. a. et a.* 1175—1179. *om. E.* i) *sic V;* et 1. k) deperiit *V.* l) *post corr.* Williboldus 1.

1) *Brandenburgensis, qui obiit die Nov.* 18. 2) *Diem obitus vide supra p.* 60, *n.* 4. 3) *Sobezlaus II. Cf. supra p.* 174, *n.* 5. 4) *Chron. regia Colon. p.* 124: apud Aldinburg, *falso, ut videtur.*

marum violencia diversis in locis non parvam intulit 1175.
*p. 372. *cladem; unde et civitas Erphordie cum ponte[a. 1] et qui- *cf. A. S. P. mai.*
busdam sanctorum ecclesiis V. Nonas Iulii magna ex *Iul.* 3.
parte igne conflagrata est[b].

MCLXXVI. Hermannus comes de Orlamundi[c] obiit. *cf. ib.*
*f. 140. *Imperatore IIII. Kal. Iunii iter versus Papiam agente, ex 1176. *Maii* 29.
inproviso Mediolanensium circumventus insidiis, parva manu
cum inmensa eorum multitudine conflixit, et omni pene com-
meatu perdito, paucis eciam suorum interfectis, captis vero
nonnullis, ipse *strennui militis et*[d] *boni imperatoris*[2] loco in-
gentes adverse partis copias gladio prostravit; demum sole
iam declivo pugnando fatigatus et hostium multitudine, non
industria, superatus fuge presidio vite[e] servatur et Cumam[3],
unde profectus fuerat[f], cum suis vita vix[f] comite rever-
titur. Hoc anno XIII. Kal. Novembris eclipsis lune fuit, *Oct.* 20.
cum esset luna XIII. Burchardus abbas Fuldensis
obiit.

MCLXXVII. Ruggerus Fuldensis abbas obiit. Festo 1177.
sancti Iacobi apud Veneciam mediante Cristano Magonciensi *Iul.* 25.
archiepiscopo imperator et papa post XVIII annos discidii
reconciliantur; abdicato regis coniventia[g] Calixto, Alexander
papa habetur, edicta mutantur. Imperator cum papa pacifi-
catus — ut ait comicus[4], quod dictum non dictum, quod
factum infectum est — illicito prius coniugio licenter abuti-
tur. Udalricus Halberstatensis episcopus, deposito Gerone,
reponitur[5]. Cristanus Mogontinus archiepiscopus confirma-
tur; eius predecessor Cůnradus adhuc superstes, depulso Adel-
berto Salczburgensi episcopo, illius cathedre intronizatur; ordi-
naciones vel consecraciones prius superpositorum episcoporum
cassantur imperiali[h] edicto ac senatus consulto; pax in sep-
tem annos constituitur. Sinodus sequenti anno in domi-

a) institorum *add. L II. III; quod in* 1. 2a. b. *V non legitur.* b) *sic* 1. 2a. *V. N;* conflagravit 2b. c) *post corr.* Orlamündi 1; Orlamunde *V.* d) *sic* 1. *L III;* ac *Ann. S. Petri mai.* e) *sic L III et Ann. S. P. mai.;* vita 1. f) *sic* 1. *L III.* g) coniventi a 1. h) *sic distinguit* 1; cassantur. Imp. . . . consulto pax *Ann. S. P. mai.*

1) *Mercatorum scil., ut e coniectura Nic. de Siegen p.* 338. *scripsit. Cf. n.* a. 2) *Sall. Cat. c.* 60: strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. 3) *Hoc, quod hoc solo loco et in Ann. S. Petri mai., supra p.* 61, *traditur, falsum videtur. Paucis diebus post pugnam imperator Papiam venit; Boso, Duchesne, Lib. pontif. II, p.* 433; *Romuald., SS. XIX, p.* 442; *Ann. Magd. et Pegav., SS. XVI, p.* 194. 261. *Ubi quidem interim moratus sit, ignoratur.* 4) *Plautus, Amphitr. III,* 2, 3: Ea quae sunt facta infecta re esse occlamitat. 5) *Cf. supra a.* 1160.

1178. Febr. 12. nica sexagesime ibidem, id est apud Veneciam, cum diver- cf. A. S. P. mai. sarum provinciarum episcopis atque abbatibus generaliter ac celeberrime habenda apostolica auctoritate indicitur.

MCLXXVIII. Redivivum[a] denuo incendium Er- Apr. 20. phordie cladem magnam XII. Kal. Maii intulit. Imperator de Italia revertitur[1]. Adelbertus palatinus comes Saxonie heredum expers obiit[2]. Hyemps diu- Oct. 21. turna, adeo ut a XII. Kal. Novembris usque in mediam quadragesimam ferme duraverat[b].

*f. 140'. 1179. *MCLXXIX. Mense Augusti, id est[c] XIIII. Kal. Aug. 19. Septembris, noctu luna eclipsim patitur[3], die vero circulus purpureus circa solem videbatur.

1178. Hoc in tempore dissensio gravis inter Heinricum ducem Baioarie et Saxonie et alios quosdam principes, precipue tamen Coloniensem[4] et Halberstatensem[5] episcopos exoritur, que brevi tantum excrevit, ut dux res ecclesie Coloniensis tam igne quam depopulacione non 1179. parum attenuaverit. Sed et episcopus ob iniurie sue vindictam congregata multitudine, nec ecclesiis nec cenobiis parcens, Saxoniam ingressus, ducis partes non modice devastavit[d. 6]. Gero quondam Halberstatensis episcopus quasdam possessiones Heinrico duci inbeneficiaverat, quas nunc Udalricus episcopus a duce sub excommunicacionis verbo exigebat, affirmans, quod episcopus ille superpositus quidquid egerit tempore discidii, irritum fuerit[7]. Que lis adeo incanduit, ut homines ducis coadunati urbem illam Halberstat[e] toto regno (Sept. 23). nominatam aggredientes expugnaverint, ecclesiam maiorem cum multis[f] tam clericorum quam laicorum et aliis sanctorum ecclesiis cremaverunt[g]. Postremo cremata civitate, destructa urbe, multis occisis, pluribus captis, ipsum Udalricum episcopum abducentes captivum duci tradiderunt. De tanta calamitate commoti principes tam pro his quam pro aliis excessibus aures imperatoris ad-

a) *sic* 1. *V;* Recidivum 2a. b. b) *sic* 1. c) *emendavi;* Aug. idem 1. d) vastavit, *eadem manu corr.* devast. 1. e) Halberstadt 1. f) *G. Grandaur in versione huius Cron. p.* 46, *n.* 1. *perperam contendit hoc loco* domibus *excidisse, qui locus integer est.* g) *sic* (cremauer) 1.

1) *Hoc in Ann. S. Petri mai., supra p.* 62, *falso ad a.* 1177. *notatum est.* 2) *Demum a.* 1179; *Ann. Palid., SS. XVI, p.* 95. 3) *Cf. Ann. S. Petri mai., supra p.* 63. 4) *Philippum.* 5) *Udalricum.* 6) *In universum hoc loco de rebus a.* 1178. *et* 1179. *gestis relatum est.* 7) *Cf. Ann. Pegav. a.* 1179, *SS. XVI, p.* 262; *Gesta episc. Halberst., SS. XXIII, p.* 108.

versus ducem crebris querimoniis pulsabant. Unde dux 1179.
more principum evocatus[1], cum non veniens nec ab ipsis
legatis imperatoris temperasset, iram maiestatis incurrit.
Per idem eciam tempus non modica simultacio fuerat
*inter Lodewigum provincialem comitem et Erphesfur-
p. 373. denses[2], qui comitum quorundam[3] adiutorio ei rebellare
temptabant.
MCLXXX. Sigefridus[a] Branteburgensis episcopus ab 1180.
imperatore Premensi[b] ecclesie preficitur[4], ubi et ante plures
*annos electus fuerat[5]. Berchtoldus vero Premensis[b] eccle- *f. 141.
sie electus Mettensis ecclesie pontificatu donatur. Princi-
pes coadunato exercitu oppidum ducis[c] Haltisleiben[d] obsi-
dent, expugnant, destruunt[e, 6]. Ipse quoque dux non modi- 1181.
cas clades eis inferebat, unde et villam regiam Northusin 1180.
incendit, inde hostili manu Thuringiam ingressus, incen-
dio multa devastans, Můlihusen[f] villam regiam adiit, cepit
et incendit. Lůdewigus[g] provincialis, qui Goslarie ab
avunculo suo imperatore ob tuicionem directus fuerat,
quis, iustis vero et ecclesiasticis maxime personis spem non *cf. Cr. Reinh.* modicam ingerebat: talia enim erant principia, de quibus bonus exitus digne speraretur. Cunctis igitur prospere succedentibus, vir strennuus, qui anteactis diebus in magnis et multiplicibus adversitatibus suis animum numquam submiserat, nunc letis successibus factus animosior, ne quid sibi deesset in hac *rerum summa constituto, ad hoc omnimodo *f. 148.
*p. 382. aspirat[b], ut imperiali eciam benedictione *accepta imperator Romanus vocaretur et esset. Igitur omnibus que ad tam arduum negocium necessaria erant expeditis, iter arripuit et Alpes cum copioso comitatu transgrediens, a Longobardis et Tuscis honorifice susceptus, multisque et magnis muneribus ab eis honoratus, tam in rebus quam in personis nichil experiebatur adversum. Tandem mense Septembri cum exer- *Sept.*

---

runt mortui plus quam mille homines. In civitate Nuchir[c] 1279.
corruit monasterium maioris ecclesie cum edificiis et omnibus curiis canonicorum, plus quam media pars ipsius civitatis; et mortue fuerunt persone infinite, sed episcopus[2] evasit. Nuchir[d] fuit sita in monte, et fuit alius mons ex opposito; et quoddam castellum fuit situm inter alios duos montes. Ibi fuerunt bene quingenti hospites. Et habebat[e, 3] nomen Serovallis. Isti montes venerunt unus contra alium et cooperuerunt illud castellum, quod fuit in medio, cum omnibus personis, que fuerunt intus; et est ita planum, sicud numquam fuerunt ibi aliqua edificia. Et circa illas duas civitates sunt alia castella, in quibus de eodem terre motu perierunt homines multi. Et habetur in partibus illis pro maximo miraculo. In Roma senserant[f] aliqualiter de illo terre motu, et papa[4] fuit illa hora in mensa, et tabula, in qua cenavit, et totum palacium mirabiliter movebatur. Et credatis pro firmo, quod est iudicium Dei occultum.

Deinde sequitur: Anno[g] ab Adam M⁰M⁰DCCCXXV⁰, a deluvio[h] *Gotifr. Vit.*
CCC⁰LXVII⁰[5], anno CCLXXXV⁰ imperii Assiriorum, regnante apud Assirios rege cognomine Balcon, apud Sitionios vero regnante Turmarcho rege Sitioniorum[i] sexto, mortuus est Abraham et sepultus est iuxta Saram in spelunca sua duplici in Ebron.

a) *haec et a.* 1209—1211. *om. E.* b) aspirabat *E.* c) Nuthit *c. h. l.* d) Nuschir *c. h. l.* e) habebant *c.* f) sensāt *c.* g) M⁰ *add. c.* h) *sic c.* i) sitiniorum *E.*

1) *Adnotationes ad ea quae a.* 1209—1215. *ex Hist. Reinhardsbrunn. sumpta sunt vide ad Cron. Reinhardsbrunn. p.* 576—588. 2) *Philippus Oderisius.* 3) *Scil. castellum praedictum, inter duos montes situm.* 4) *Nicolaus III.* 5) *Numeri differunt in Gotifr. Viterb. Pantheon parte IV, Pistorius-Struve, SS. II, p.* 72.

1209. cf. Cr. Reinh. citu copioso tam Teutonicorum quam Italorum prospero itinere Romam ingressus domino pape se exhibuit; quem eciam qualem voluit invenit, scilicet ad omne propositum suum et facilem et promptum. Verumtamen dominus papa de quibusdam, quorum occasione iam pridem inter regnum et sacerdocium non semel, sed pluries perniciose dissensiones emerserant, a rege, priusquam ei manum benedictionis imponeret, securitatem sibi prestari postulavit. Rex vero ad propositi sui consumacionem festinans, de quibuscumque et qualitercumque postulatus fuerat, promittendo, fidem dando, iurando securitatem prestare non distulit, et sic quod affectabat ad effectum usque perduxit. Proxima
Sept. 27. igitur dominica ante festum Michaelis cum multa celebritate cleri ac populi, principum et baronum in ecclesia sancti Petri rex Otto imperiali benedictione percepta gloriose coronatus est. Huc usque omnia optato[a] successu processerant, abhinc, quod in rebus humanis valde usitatum est,
Thren. 4, 1. longe aliter quam sperabatur evenit. *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Nam imperator non solum sue salutis, verum eciam humane verecundie nimis impudenter oblitus, promissis non stetit, violavit fidem et ad sue confusionis cumulum peierare[b] nec veritus est nec verecundatus. Verumtamen dominus papa iudicem dissimulans et patrem exhibens non potuit non dolere super delinquente filio, fecit quod potuit, monuit, consuluit, postremo sub interminacione
*f. 148'. *excommunicacionis, ut resipisceret, indixit. Tandem post ammoniciones paternas non resipiscentem, sed de die in diem[c] deteriora presumentem, cum ex contingentibus nichil esset omissum, tunc demum iusto iudicio quasi aridum et depravatum membrum ab unitate corporis ecclesie non sine gravi dolore prescidit.

1210. MCCX. Hyemps dura, prolixa et intolerabilis valde fuit, ita ut veterani homines unanimiter testarentur tantam frigoris intemperanciam sua recordacione non fuisse. Homines quam plures nimio gelu mortui sunt, pecora et apes in[d] magna parte perierunt. Vineе et annose arbores ita lese sunt, ut usque ad imas radices arescerent.

1211. MCCXI. Elapso tempore, cum innumerabilia bellorum atque adversitatum volumina undisonis pressuris et calami-
Iob 30, 31. tatibus citharam nostram in luctum et organum in ploracionem miseranda alteritate demutassent, principes regni, scilicet rex Boemie, archiepiscopi Mogontinus et Magadabur-

a) optata 1; optatu *R* 1. b) peiorare 1. *R.* c) *sic R;* die 1. d) ex *L III.*

gensis[a], lantgravius et marchio Misnensis cum delibera- 1211. *cf. Cr. Reinh.*
cione adhibita in . . . . .[b. 1] unanimiter collecti sunt. Ibi recolligentes[c] inconcinnos[d] mores imperatoris, quos arbitrati sunt imperiali aule minime conducere[e], pro eo quod ecclesiasticis[f] dignitatibus insultans, archipresules simpliciter et vituperiose clericos, abbates monachos, reverendas matronas mulieres appellans, universosque, quos Deus honorare precepit, superbie stimulis agitatus inhonoravit, atque propterea honoris sui iacturam in eodem principum concilio non multo post tempore elapso cum tocius fortune adversitate persensit. Inito namque consilio, iurisiurandi sacramento se coadunantes et colligantes, contra Ottonem et apicem regiam[g], omnem quam potuerunt confidenciam prestantes, se venturos polliciti sunt. Proinde tacite digredientes, ceteros principes ea latuere consilia, donec idem iurati in oppido regio[h] Nurenberc collecti publice Ottonem hominem hereticum nominaverunt et publicam facientes ei contradictoriam, Fridericum Heinrici imperatoris *filium, antea ab universitate *f. 149.
electum, futurum imperatorem declararent. Ad hanc conspiracionem prefatos principes universis transmisse et singulis littere apostolice animaverant, in quibus dominus papa certis[i] de causis iam dictum Ottonem manifeste excommunicatum pronunctiavit et ab eius fidelitate absolvit non solum principes et barones, sed et regni ministeriales, promittens eos obsequium prestare Deo, si et Ottonem, Dei et ecclesie Romane inimicum, constanter abiciant et Friderico novo regi denominato se devotos exhibeant et fideles. Fama volat[2], et factum toti terre velociter innotescit. Letantur omnes qui ab Ottone animos alienos eciam ante hec tempora habuerant, hii autem qui de parte eius erant et maxime Saxones occulto dolore et manifesta indignacione movebantur[3]. Guncelinus vero, domestice familie ipsius Ottonis

a) magadburgensis 1. b) *spatium nomini inserendo vacuum relictum* 1. c) recolentes *R.* d) inconditos, *eadem manu superscr.* inconcinnos 1, *ut R.* e) *sic* 1. *R;* condecere *L I.* f) dign. eccl. *R.* g) *sic* 1, *male breviatum.* h) *sic R;* oppidio, *om.* regio 1. *Quod inserui, quod a scriba huius codicis omissum censerem, scripto* oppid-io *pro* oppido regio. i) *sic L I. II recte, ut apparet, sed* ceteris 1 *et R* 1.

1) *In Hist. Reinhardsbr., ut ex Cron. Reinhardsbr. p.* 578. *patet, nomen loci non indicatum erat, quod et auctor huius operis ignoravit. Cum igitur Hist. landgr. Eccard. col.* 404. *loco ex Cron. Reinhardsbr. (non ex hac cronica) sumpto addiderit:* scilicet Nuwinburgk, *potius auctor Isenacensis hoc coniecisse quam ex fonte quodam hausisse videtur.* 2) *Verg. Aen. III,* 121: Fama volat. 3) *Haec etiam ex Hist. Reinhardsbr. sumpta in Cron. Reinhardsbr. p.* 579, *l.* 1. *omissa sunt.*

1211. *cf. Cr. Reinh.* unus et precipuus, officio dapifer, cui idem Otto sicut[a] ei, cuius fidelitatem et strennuitatem[b] iam pridem fuerat expertus, non solum privata, sed et publica regni negocia commiserat, ad quod eum instans urgebat necessitas, quantum poterat, principum machinacionibus parabat contraire. Omni igitur qua poterat festinancia villas regias, scilicet Northusen et Mulhusen, muris et fossatis sufficienter munitas armata manu militum preoccupare festinabat, ut inde lantgravium quasi hostem publicum et adverse partis principaliorem inpugnaret. Quod et ita factum *est. Nam prefatus Guncelinus coadunatis sibi Saxonibus in Mulhusen[c] se recipiens, *p. exinde villas finitimas depopulabatur aut usque denominatum diem eas sub pacto constituens, prout cum eo convenire poterant, pecuniam ab eis extorquebat. Inter hec idem Guncelinus universos Thuringie barones convenit et singulos, et quia venales manus invenerat, multa pecunia eos ad hoc induxit et conduxit, ut domino suo hereditario, scilicet lantgravio, publice renunctiarent; et sic fiunt hostes manifesto[d], qui paulo ante domestici et obsequiosi putabantur. Huius maligne discessionis a principe Fridericus comes de Bichelingin precipuus auctor et incentor dicebatur, quod *f. 149'. eo[e] magis indebite[f] facere *visus est, quo, sicut multorum patuit cognicioni, infra biennium iam dicto principi, acceptis ab eo CCCtis[g] marcis[h], sine omni excepcione novis et specialibus se promissis obligaverat, ut contra quemlibet hominem ei conferret auxilium et prestaret obsequium. Sicque barones Thuringie coadunati Saxonibus, nullo defensante, vastabant provinciam, inbelles colonos spoliantes et casas eorum succendentes. Interea lantgravius castra sua, quantum prevaluit, munire non distulit[1]. Deinde fama
1212. *(Mart.)* prodente affuere qui dicerent Ottonem Alamannie iam partes adiisse et circa Reni[i] fines infinitam militum copiam colli-
Exod. 6, 1. gere et ita *in manu robusta* dicere se velle Thuringie partes intrare, oppidis, castris et omnibus lantgravii municionibus acriter imminere.

(Iul.) MCCXII. Otto[k] veniens in Thuringiam cum tribracho[l] — ∴ driboch[m] — castrum lantgravii in Salza[n] obsedit et expugnavit. Sperans[o] autem per hanc

a) *suppl. ex R; om.* 1. b) *sic R;* seruitutem 1. c) Muͤlhusenn 1 *h. l.* d) manifesti *R e corr.* e) *sic R;* eos 1. f) *sic R;* uidebatur 1. g) CCCcis 1. h) M. 1. i) *sic R; om.* 1. k) imperator *add. E.* l) trebacho *E.* m) dribog *E.* n) Salcza *E.* o) *sequentia* — animantur (*p.* 212, *l.* 22) *om. E.*

1) *His verbis breviavit auctor quae in Cron. Reinhardsbr. p.* 579, *f.* 343b. *ex Hist. Reinhardsbr. latius exposita sunt. Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 573 *sq.*

exilem fortunam omnia principis sibi patefieri castella, cum 1212. *cf. Cr. Reinh.* ipsa robusta manu militum, qui ad duo milia et quingentos recensiti estimabantur, ad anteriora civitatis que Albus-lacus dicitur castra metati sunt. Interea nupciarum impendia cum *(Iul. 22).* gloriosis expensis Ottoni in Northusen procurantur, que sereno quidem et leto principio inchoata, tristi fine tabuerunt. Nam celebratis nupciis ......[a] eadem imperatrix, scilicet regis Philippi filia, parvo post tempore ad malum Ottonis diem clausit extremum. Siquidem lugubris *(Aug. 11).* ac mestus Otto lamentabiles sponse sue parat exequias, et sicut ante modicum quidem gaudebat et quasi triumphabat nupcialibus et letis crepundiis, ita postmodum gravioribus desperavit ac acrioribus tabescebat[b] facibus[c] funeris. Inde reversus ad obsidionem invenit pigros ad pugnam; fortuna prosperos mentita successus mutata est in contrarium, ita quod nusquam sibi fides, nusquam fida auxilia. Tamen mediante marchione Misnense pauci adverse partis, dum multitudini nequirent rebellare, in manus regias eo pacto dederunt civitatem, quod ad statutum terminum interioris castri diruta resarcirent et se in eis reciperent, donec voluntatem *principis[d] experirentur, si vellet in dedicionem ire et **f. 150.* cum rege componere. Recepti vero infra municionem ad resistendum obpugnantibus se parabant. Lantgravius autem, audito pacto et condicione, quod potuit pro temporis articulo largitus est militantibus, bonam eis retribucionem pro laboribus facturum pollicens. Quo audito Otto infremuit, voce preconia[e] militum copiam adesse premonuit et instaurato illo instrumento dyabolico[1] inestimande magnitudinis saxa conicit et illud castrum subvertere[f] cura satagit. Interea Bawari et Suevi, audientes hereditariam suam dominam imperatricem iam debitum carnis solvisse, furtivis elapsibus nocte sarcinas suas deserentes et Ottonem in confusione relinquentes repatriarunt. Reliqui eciam inopia coacti, cum ab Ottone nil reciperent, consumptis vestibus et armis, pedites recesserunt; atque ita minorato exercitu in obsidione remanere formidabat et castrum illud deserens Erphordie se recepit[2]. His ita per- *(Aug. ex.)*

a) *spatium unius vocis vacuum relictum, fortasse nomini loci inserendo* 1. b) contabescebat *R.* c) *sic R;* fascibus 1. d) L *add., eadem manu superscr.* lantgravii 1, *glossa; deest R.* e) *sic R;* p̄ 1. f) atroci *fortasse hoc loco ex R supplendum.*

1) *Tribracho supra p.* 210, *l.* 36. *dicto.* 2) Erphordie se recepit, *quae in Cron. Reinhardsbr. p.* 580, *l.* 42. *desunt, ex Ann. Erphordensibus brevibus inserta videntur. Cf. 'Magd. Schöppenchr.' p.* 137.

1212. *cf. Cr. Reinh.* actis, fama crebrescente de adventu Friderici regis iunioris, castra, civitates et oppida illustrantur, populi[a] ad illum favorabiliter coadunantur; et contra Ottonem clamor exoritur, asserentes regem Fridericum, qui electione principum iam dudum vivente adhuc patre declaratus fuerit[1], iure prevalere, presertim cum ita papa disponente, eidem in posterum imperialem benedictionem promiserit.

MCCXIII.[2] Rex Boemie et lantgravius cum ceteris regni baronibus ad indictam sibi a Friderico rege curiam
(Dec. 5). in Frankenevort circa epiphaniam accinguntur, ubi lantgravius gratanter receptus est. Post hec autem rex Francie faciem regis cum benedictione viginti milium[b] marcarum argenti preveniens, fedus ad invicem pepigerunt, ut quivis alteri in necessitate astaret. Requisitus igitur rex Romanorum a Spirensi episcopo, quibus in locis eadem pecunia recondi deberet, respondet pecuniam[c] illam vel quamlibet aliam minime fore recondendam, sed regni eam principibus esse erogandam. Audita itaque munifica regis
**f. 150.* liberalitate omnium *clamor in favorem ipsius attollitur; duces etiam[d] de Ceringen et Austria in ipsius subiectionem ituri concorditer accinguntur et contra sortem Ottonis
1213. vehementer animantur[e]. Magnum incendium fuit Er-
Sept. 1. phordie Kal. Septemb., cum esset nox dominica*.

1212. *MCCXIIII. Rex iunior condigno favore attollitur, sed **p. 384*
tamen varie et dissone nascuntur opiniones. Alii quidem[f]: eum non esse, quem imperator Heinricus genuerat, sed Merbotonis cuiusdam aule apostolice officialis filium, atque eum minime futurum regem. Dum hec fatalis diversorum labio-
1213. *(Oct.)* rum lingwa perstrepit, ecce rex idem iunior cum multitudine gravi Suevorum, Bavarorum, Boemorum partis adverse triumphator adest, nobilitatem generis morum honestate premonstrans. Proinde in Merseburc curia celebranda indicitur, sed cum paucis pro temporis articulo consumatur. Ex tunc Boemi in Saxoniam profecti mole predarum graves repatria-

*) *E, omissis omnibus hoc anno praecedentibus, habet haec (post* expugnavit *supra p.* 210, *l.* 37) *ita:* Sequenti anno magnum incendium fuit Erfordie; pons mercatorum consumitur[3].

a) ppli 1 *persaepe.* b) *sic R;* milibus 1. c) *bis scr.* 1. d) *sic R;* et 1. e) kl septē *iam h. l. add., sed expuncta* 1. f) *sic* 1 *et R; mente supple* opinantur.

1) *Contortis verbis fontis sui, quae Cron. Reinhardsbr. p.* 581, *l.* 25 *sqq. exhibet, omissis haec monachus S. Petri supplevit.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 612, *n.* 1. 3) *Cf. ibid. XXI, p.* 502.

verunt. Rex autem augustus Fridericus et rex Francie 1214. *cf. Cr. Reinh.* proxima subsecuta estate provincialibus Reni et fautoribus *(Iul. Aug.)* Ottonis imminent, et rex Francie Ottonem in fugam convertens, multos suorum nobilium in campo conclusit et capti- *(Iul. 27).* vos abduxit. Inde sors Ottonis a supremo cardine lapsa sine spe recuperandi incredibiliter descendit. Postmodum fortunam circa statum suum videns esse mutatam, ad Colonienses divertit. Cuius consors, Brabantini filia, aleatrix 1215. publica, cum de ludis variis plurimis teneretur debitis, cumque infinitis Otto ipse raciociniis obligaretur, nec pateret divertendi locus, sed nec, unde redderet, facultas suppeteret: imperatrix Ottonis consilio advocatis Coloniensibus, impetrata exspaciandi venia, fuga lapsa fuit. Quam die postera imperator secutus, simulans venandi studium, et ipse credi- *(Apr. ex.)* toribus suis nichil restituendo, ingratitudinem pro gracia sibi impensa rependit. Quapropter Colonienses adversus Ottonem vehementer commoti atque ab eo penitus recedentes ad Fridericum regem diverterunt. Mox et urbs illa regia *(Aug. 4).* Drivels et ea que Landescrone dicitur, a Philippo primitus *instaurata, regis Friderici potestati subiciuntur. Hoc[a] **f. 151.* tempore ipse Dominus cuiusdam perfecti viri excitavit 1213. spiritum[b], insinuans ei, quod Terra Sancta proximo lustro, id est quinquennio, a clade Sarracenorum cum suis captivis foret liberanda. Exinde dominus papa Innocencius missis per universam ecclesiam litteris crucem[c] constituit predicari, magistro Cunrado[d] de[e] Marburch[f] in hoc negocio Theutoniam[g] committendo[1].

MCCXV.[h] Innocencius papa, ut vires ecclesie metire- 1215. tur, ad cunctas orbis partes, eciam remociores, apostolica accinctus magnanimitate dirigit apices preceptivos, firmiter edicens, ut, quisquis archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, prepositorum atque quorumcumque ecclesiarum prelatorum ad concilium generale in festo sanctorum omnium Lateranis ce- *Nov. 1.* lebrandum excitus non occurrat, per censuram ecclesiasticam

a) *omissis omnibus h. a. praecedentibus E pergit:* Anno M°CCIIII° (*sic pro* 1214) hoc temp. b) propheticum *add. E.* c) *sic E; om.* 1. d) C. 1; Cunrr *E.* e) der 1. f) Marburg *E.* g) Teutuniam *E.* h) *haec — p. 215, l. 18. om. E.*

1) Innocencius — predicari *breviata ex iis quae in Cron. Reinhardsbr. p.* 584, *l.* 33 *sqq. leguntur*, magistro — committendo *falso addita sunt. Quibus enim officium praedicandae crucis in Theutonia tunc commissum sit, vide in epistolis Innocentii papae datis mense Aprili a.* 1213, *Reg. Imp. V, nr.* 6143 = *Potthast nr.* 4727. 25592 (4721b). *Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 576.

1215. *cf. Cr. Reinh.* apostolico se feriendum ense non ambigat[1]. Ecce sagena *Abac.* 1, 17. *Ps.* 103, 25. Petri per *mare magnum et spaciosum manibus* expansa, *pusillos cum magnis* exhibens, trahit milia milium; tamen et si velis archiepiscopos recensere, eorum numerositas cum diligenti eciam calculacione non queat computari. Denique sub pressura multitudinis episcopi, abbates et quam plures alii novissimum in concilio spiritum exalaverunt, non pape, sed Deo reddituri racionem de cunctis, que in hac vita gesserunt. Ibi facta primum exhortacione in sermone polito de fide, spe et caritate[a] disseruit, deinde Fridericum augustum futurum imperatorem publice declaravit, cuique ecclesie sua iura esse servanda[b] innotuit, regem Anglie et reges alios suo apostolatui[c] subiciens, instituta edidit ecclesiarum. His et aliis modis suum terminavit concilium, estimans sui precium laboris, si pre cunctis suis participibus tam copiosam cleri multitudinem ad sui presenciam apostolatus evo-
1216. casset. Qui post modicum, id est anno XIX. sui pontifi-
*f. 151'. catus, decedens nec similem *sui sciencia, facundia, decretorum et legum pericia, strennuitate iudiciorum nec adhuc visus est habere sequentem.

1217. Post hec Otto dictus imperator vires adhuc suas recuperare gestiens pecunia aggreditur animos principum corrumpere, precipue H[ermannum] lantgravium sibi coadunare; qui, scilicet H[ermannus][d] lantgravius, cum ex cronicis passionibus mortem sibi proximam metiretur, spe
(Apr. 25). tamen pecunie [transitum[e]] parat ad ipsum, sed mors ipsum preveniens desiderium[f] utriusque, scilicet dantis et accipientis, subito dirimit. Cuius corpus cum Reinhersburnensis abbas[2] pararet secum asportare et in manseolo[g] progenitorum collocare, S[ophia] lantgravia, defuncti consors principis, vetuit et a villa Gota, in qua obiit[3], corpus Ysenache

a) charitate 1. b) conservanda *R.* c) apostalatui 1. d) Heinricus 1, *quod ex* H., *ut modo nomen indicatum est, falso ortum est.* e) *supplevi ex R; om.* 1. f) *sic R;* desideriumque 1. g) mansoleo *falso pro* manseolo 1, *nam* mansoleum *vel* mausoleum *nusquam in codd. medii aevi legi;* manseolum *pro* mauseolo *toties legitur in codd. saec. XIII—XV, ut consulto ac scite illud scriptum esse mihi persuasum habeam. Cf. Ducange-Henschel s. v.* manseolum, manseolus, mauseolum.

1) *Hoc loco textus fontis melius servatus est quam in Cron. Reinhardsbr. p.* 588, *l.* 22 *sq., quod cognoscis ex clausulis consonis sententiarum* (occurrat: ambigat). 2) *Eckehardus, in Cron. Reinhardsbr. p.* 588. *dictus.* 3) a villa — obiit *non ex Hist. Reinhardsbr., quae neque in Vita Lud. II,* 1, *ed. H. Rückert p.* 15, *legantur, sed ex altero fonte sumpta sunt. Cf. Hist. br. princ. Thur. c.* 12, *SS. XXIV, p.* 822: qui postea in Gota decedens, in Isenache sepultus est.

deduci precipiens, in capella sancte Katherine, quam 1217.
princeps ipse fundaverat, honorifice sepelivit VI. Kal. Maii[1]. *Apr.* 26.
*Hoc eciam anno autumni[a] obiit Innocencius papa 1216. *(Iul.* 16*).*
III; cui Honorius successit. Innocencio III. papa in
agone constituto, contigit quendam grisei ordinis abba-
tem proficisci Romam; qui dum esset in via, die qua-
dam, dum graviter sompno premeretur, vidit locum quieti
commodum, descendensque de iumento per horam quie-
vit ibidem. Cui dormienti crux et ymago salvatoris in
ea dependens[b] apparuit, viditque Innocencium venien-
tem atque demonem fugientem et ante ymaginem se
prosternentem ac clamantem: 'Miserere mei, Deus! Mi-
serere mei, misericordissime Deus!' Audivit eciam de-
monem ipsum insequentem ac tociens repetentem: 'Iu-
dica iuste, iudica iuste, iustissime iudex!' Qua ille vi-
sione expergefactus eundem diem et horam diligenter
signavit, Romamque veniens[2] comperit Innocencium eadem
die defunctum[c, 3].

Hoc[d] anno dum per totam Alemanniam[e] crucis 1214.
signum predicaretur, in diocesi Monasteriensi, in villa Bedom *Oliv. c.* 6.
*feria VI. ante penthecosten, cum predicaretur crux ibidem, triplex **f.* 152.
forma crucis apparuit in aere, una candida versus aquilonem, alia
versus meridiem eiusdem coloris et scematis[f], tercia medio[g] colore
colorata, habens crucis patibulum et figuram[h] hominis in ea suspen-
sam, elevatis brachiis et extensis cum infixione clavorum in manibus
et pedibus et capite inclinato. Hec media fuit inter alias duas, in
quibus non erat effigies humani corporis. Alia vice et alio loco in
villa Frisie[i] Suderhusen[k] tempore predicacionis crucis apparuit iuxta
solem crux cerulei coloris; hanc viderunt plures quam priorem. Tercia
fuit apparicio in diocesi Traiectensi, in villa Dokinge[l], in qua beatus
Bonifacius coronatus fuit martirio; ubi in die martiris eiusdem, cum
multa milia hominum convenissent ad indictam stacionem, apparuit
crux alba et magna, ac si trabs ex transverso[m] trabis composita arti-
ficialiter fuisset.

a) *sic* 1. b) pendens *R. Lr III.* c) Ora pro nobis sancte Ieronime *add., post del.* 1. d) Anno M⁰CCV⁰ hoc a. *pergit E.* e) Almaniam *E.* f) *sic R. L III;* zematis 1; zcematis *E.* g) media *E.* h) *sic E. R. L III. Oliv.;* (et *del.*) figuramque 1. i) Fresie dicta *E.* k) Sunderhusen *E. R.* l) Dockingen *E.* m) *sic E. L III. Oliv.;* et transuersio *R* 1; ex aduerso 1.

1) *Eodem die* (an deme nestin tage nach sente Markes tage) *Hermannum obiisse tradit Vita Lud. II,* 1, *sed hoc die potius, ut hoc loco dicitur, sepultus videtur esse, cum Necr. Thuring., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' II, p.* 118, *diem obitus habeat* VII. Kal. Maii. *Verum obitus a.* 1217. *habent Chron. reg. Colon. Cont. II, p.* 195 *(cum falso die* VIII. Idus April.*) et Ann. Thuring. br., SS. XXIV, p.* 41. *Cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 244, *n.* 1. 2) *Perusii obiit Innocentius.* 3) *Hanc visionem narrat etiam frater Minor Erford. in Cron. Minore, SS. XXIV, p.* 196. *et infra, in multis cum*

1218. *Maii (19).* Hoc[a] anno mense Maio obiit Otto quartus huius nominis imperator in castro Hartesburc ac in Bruneswic est sepultus[1]. Hoc anno ordo fratrum Predicatorum confirmatur[*][2].

1216. *Iun. 26.* MCCXVI. Hoc[b] anno VI. Kal. Iulii Erphordie hora XI. incendium magnum[**] fuit usque ad temes[3]. *Nov. 22.* Hoc eciam[c] anno X. Kal. Decembris ibidem[d] obiit Gerwicus plebanus Sancti Pauli[e], vir utique bone fame, qui obtinuit, quod in eadem civitate ad Sanctum Petrum in purificacione sancte[f] Marie *Inviolata* cantaretur[g] ad processionem[4].

Oliv. c. 1. 1217. MCCXVII.[h] Exspirante treuga Christianorum et Sarracenorum, in primo passagio generali congregatus est exercitus Domini in Acon cum tribus regibus, Ierusalem, Ungarie et Cypri, qui mistica munera non deferentes, parum egerunt memoria dignum. Affuit e c i a m dux Austrie et dux Meranie[i] cum multis comitibus et viris generosis. Aderant episcopi peregrini: archiepiscopus Nicossiensis, Balocensis[k], Babenbergensis, Cycensis[l], Monasteriensis, Traiectensis, et cum eis vir **f. 152'.* nobilis et potens Walterus de Avenis, qui reversus *in passagio vernali XL milites reliquit in servicio Terre Sancte, quibus providit sumptus sufficientes per annum. Dux Austrie sicut princeps catholicus[m] per omnia laudabiliter[n] Christo militavit. Patriarcha v e r o Ierosolimitanus cum magna cleri et populi humilitate tollens reverenter vivi- *Nov. 3.* fice crucis lignum, feria VI. post festum omnium sanctorum profectus[o] ab Acon in castra Domini, que precesserant ad Recordanam.

*) *E h. l. add.:* Hoc anno Henricus[5] lantgravius Thuringie obiit.

**) *Inter haec verba add. E:* Anno M°CC°XI° Fredericus Thuringie lantgravius[6] in regem Romanorum eligitur.

a) Hoc — sepultus *om. E.* b) Hoc — Iulii *om.* 2a. b. *E.* c) Eodem *E.* d) *om. E. V.* e) Erffordia *add. E.* f) beate M. virginis *E.* g) cantetur *E.* h) *haec—p.* 224, *l.* 37, *om. E.* i) *sic R;* Merannie 1. k) *sic* 1. *R;* Baioc. *Oliv.* l) Gytensis 1; *cf. infra p.* 217, *l.* 40. m) chatolicus 1. n) Chr. laud. *R.* o) est, *quod Oliv. habet, om.* 1. *R.*

hac relatione concordans, ita tamen, ut neuter auctorum alterum secutus sit. Unde hanc fabellam Erfordiae notam ac saepe recitatam esse cognoscis. 1) *Cron. Minor p.* 196. *habet* sepultus in Brunswic. *In cod. B* 2 *Cronicae Minoris Ottonis obitus ad a.* 1217. *adnotatus est.* 2) *Ad a.* 1215. *hoc legitur in Cron. Minoris cod. B* 2, *p.* 196, *n.* k *et infra, cuius codex simillimus postea in hac parte exscriptus est.* 3) *Temes vel themae longae (Lange Stege, Schlösserbrücke) ad Geram fl. in cartis Erfordensibus primo commemorantur a.* 1238, *Beyer, 'UB. der Stadt Erfurt' I, p.* 65, *nr.* 117. 4) *Vide quae ex Ann. S. Mariae Erford. sumpta hac de re leguntur in Libro cron. Erford. add., 'Zeitschr. für Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 229. *et infra, ad a.* 1208, *(ex hoc?) in Conradi Stolle annalibus, 'Bibl. d. litt. Ver. zu Stuttgart' XXXII, p. x, ad a.* 1216, *in Cronicis Erford. codicum Engelhusii infra editis ad a.* 1213. *et ad a.* 1226. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 505; *Nic. de Siegen p.* 350. 5) *Hermannus. Cf. supra p.* 214, *n.* d. 6) *Mira confusio. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 529.

Hoc autem dulce lignum [post[a]] Terram Sanctam perditam reservatum 1217.
fuit ad hec tempora. Imminente siquidem conflictu Sarracenorum cum *Oliv. c.* 1.
Christianis tempore soldani crux secta fuit, et pars ad prelium delata
et ibidem perdita, pars reservata, que nunc exhibetur. Cum tali
igitur vexillo exercitus Domini per planum Fabe processit
usque ad fontem Tubanie. Sequenti vero die per montes Gelboe
profecti sunt Bethsaidam, ubi castra fixerat adversarius. Sed metuens
tam ordinate procedentes, tentoria tollens et fugiens, terram vastandam
militibus Christi reliquit. Unde Iordanem transeuntes in vigilia
Martini corpora sua pacifice laverunt in Iordane, quiescentes *Nov.* 10.
*p. 386. per[b] biduum ibidem. Deinde *super litus maris Galilee tres mansiones
fecerunt, peragrantes loca, in quibus salvator noster mirabilia fuerat
operatus; sicque reversi sunt Acon. Secundo equitatu adie- *ib. c.* 2.
runt pedem montis Thabor, ac prima dominica adventus, cum lege- *Dec.* 3.
retur ewangelium: *Ite in castellum, quod contra vos est,* patriarcha precessit
cum signo crucis, episcopis et clero per clivum montis orantibus;
licet mons preruptus sit undique, excelsus et quasi inpossibilis ad
ascendendum extra semitam tritam, milites tamen et satellites viriliter
ascenderunt. Iohannes rex Ierusalem cum Domini milicia castellanum
stravit et unum admirandum[c] impetu primo; sicque defensores
castri, qui intrepidi exierant ad defendendum montem, in fugam
conversi sunt. Sed rex, quantum meruit ascendendo, *tantum deme- **f.* 153.
ruit descendendo, alios secum descendere faciens. Porro in primo
ac secundo equitatu maximam multitudinem captivorum, virorum ac
mulierum atque parvulorum[d], Christiani secum duxerunt. Episcopus
Acon[e] parvulos, quos prece vel precio potuit obtinere, baptizavit et
distribuens inter religiosas feminas litteris applicare disposuit. In tercio *ib. c.* 3.
equitatu, cui patriarcha cum signo crucis et sacri pontifices non interfuerunt,
multa damna et incommoda tam per latrunculos quam hiemis
incommodo peregrini perpessi sunt in finibus Tyri et Sydonis.

MCCXVIII. Post Domini[f] nativitatem exercitus Chri- 1218.
stianorum quadrifariam divisus est. Rex Ungarie et Cypri Tripolim
profecti sunt, ubi rex Cypri adolescentulus diem clausit extremum.
Rex Ungarie brevi tempore commoratus cum magno dampno Terre
Sancte recessit; peregrinos enim et galeas, dextrarios et iumenta cum
armis secum traxit. Alia pars peregrinorum[g] pigrorum et timidorum
et eorum, qui procumbentes ad terram ore pleno de habundancia[h]
temporalium biberunt, remanserunt in Acon. Rex vero Ierusalem et
inclitus dux Austrie cum Hospitalensibus[i] Sancti Iohannis, Babenbergense,
Cicense, Traiectense et Monasteriense
episcopis et quibusdam aliis castrum in Cesarea[k] Palestine brevi tempore
utiliter et constanter firmaverunt. In basilica principis apostolorum
festum purificacionis patriarcha cum VI episcopis solemniter *Febr.* 2.
celebravit. Templarii vero cum domo Teutonicorum et domino Waltero
de Avenis et paucis peregrinis Castrum-Filii-Dei, quod olim
destructum[l], nunc Castrum-Peregrinorum appellatur, firmare ceperunt,
quod situm est in diocesi Cesariensi[m] inter Cayphas et Cesaream.
Monasteriensis episcopus apud Cesaream obdormivit in Domino, *ib. c.* 5.

a) *sic Oliv.; om.* 1; *quod iam in archetypo a.* 1338. *defuisse videtur, cum in R hic locus male mutatus sit.* b) *sic R. Oliv.;* ib. per bid. 1. c) admiraldum *R.* d) quos prece vel precio *add. ex linea sequente, sed linea subducta del.* 1, *quae R non habet.* e) *sic* 1; enim *R;* Acconensis *Oliv.* f) nat. Dom. *R.* g) *sic R. Oliv.; om.* 1. h) habundacia 1. i) hospital' 1 *et R; cf. infra p.* 218, *l.* 40. k) cesarea 1. *R,* ca *eadem manu superscr. corr.* casarea 1. l) *sic* 1. *R;* Districtum *Oliv.* m) *sic R;* casariensi 1.

1218. magister[a] theologus et doctor bonus apud Castrum-Filii-Dei de-
Oliv. c. 5. functus est. Post hec exercitus rediit in Akon. Episcopi Alemannie
et multi alii preparabant[b] ad transfretandum, brevi tempore in terra
**f. 153'.* commorati. Expectabatur passagium secundum *et novum et maxime
classis ab aquilone veniens, que per angustum mare Kartaginis navigatura
sperabatur. A principio predicacionis crucis provincia Coloniensis
studio magno, plurimis eciam sumptibus fere CCCC preparavit naves.
Quarum quedam remanserunt, quedam vi tempestatis perierunt. Sed
maior pars pervenit Lassebonam cum magna virtute bellatorum. Ibi
orta discordia, quibusdam volentibus procedere, aliis hyemare cupientibus in obsidione castri fortissimi quod Alcazia dicitur, et sic classis
divisa est. Pars apud Gayetum et Cornetum hyemavit, pars alia obsedit Alcaziam, duos capitaneos habens, comitem Willehelmum de Hollandia[c] et comitem Georium de Widen. Quid plura? Captum [est[d]]
autem hoc castrum per Teutonicos; et cum adhuc essent in obsidione, congregata est contra eos Sarracenorum maxima multitudo;
contra quam Spatarii viriliter pugnaverunt cum milicia regine Portugalis. Victi sunt virtute divina Sarraceni; rex eorum unus occisus est,
ib. c. 7. et cum eo plurimi trucidati sunt et in captivitatem ducti. Igitur
mense Marcio applicare ceperunt ad portum Akon coccones de provincia Coloniensi, pauci tamen de Bremensi et Treverensi provinciis.
Tunc confirmatum fuit consilium in concilio Lateranensi cum papa
Innocencio Rome habitum de introducenda milicia Christiana in ter-
Maio. ram Egipti. Mense igitur Maio ante ascensionem Domini preparatis
navibus, cocconibus armatis, galeis et aliis naviculis oneratis profecti sunt de Akon Iohannes rex Ierosolimitanus[e], dux Austrie, patriarcha cum episcopis Nicossiensi, Bethlehemitano, Akonensi[f], tribus
domibus et copiosa Christianorum multitudine. Indicta fuit collectio
navigancium apud Castrum-Filii-Dei; quidam tercio, quidam
sexto die ad portum pervenerunt Damiate, statimque hostilem
terram ceperunt sine sangwinis[g] inpensa. Cum enim pauci Sarraceni
**f. 154.* *milites occurrerent[h] ad portum, Friso quidam fixo in terram dextro
genu, sinistra manu circumferens ancile[i], dextra spiculum vibrabat
ferreum. Intuitus est eum Sarracenus, existimans eum ludere, sed
subito eques percussus a Frisone corruit ad terram; fugientibusque
aliis, absque omni impedimento castrametati sunt inter litus maris et
ripam fluminis Nili Christiani. Hoc eciam[k] mirabile fecit Deus, quod
in primo adventu aqua fluminis coniuncta mari dulcis hauriebatur, que
postmodum sepius salsa fuit usque ad casale, quod distat a Damiata
sursum fere per miliare. Interim dux Austrie et Hospitalenses duas
scalas preparaverunt ad capiendam turrim in medio Nili positam
super duos coccones. Teutonici vero et Frisones terciam navem propugnaculis munierunt, castellulo in summitate mali composito absque
scale suspensione. Caput eorum et iudex fuit comes Adolfus, frater
Coloniensis archiepiscopi, qui ante turrim captam mortuus est ibidem.
Scale vero ducis Austrie contra turrim sunt erecte circa festum
Iun. 24. Iohannis baptiste; sed Sarraceni turrim defenderunt viriliter. In-

a) Thomas *supple ex Oliv. Auctor Erford. nomine omisso haec de episcopo Monasteriensi dicta esse existimavit.* b) *sic R;* properabant 1; se praepar. *Oliv.* c) *sic R. Oliv.;* helantha 1. d) *sic R; deest* 1; *sed iam ab auctore Erford. haec vox omissa videtur, scripto* autem *pro* est, *quod Oliv. habet.* e) irtm Itanus 1, *unde ortus est* Itanus dux Austrie *et in Cron. Reinhardsbr. transsumptus.* f) abconensi 1; ac koniensi *R.* g) effusione *add.* 1 *(deest R), quod in archetypo explicandi causa ad* inpensa *adscriptum fuisse videtur.* h) concurrerent, *eadem manu superscr.* occurrerent 1, *et ita R. Oliv.* i) antile 1. *R.* k) *sic R. Oliv.;* et 1.

terim, dum pugnaretur, Hospitaliorum scala confracta cum malo cecidit, bellatores suos precipitans. (1218. Oliv. c. 7.) Eadem fere[a] hora scala ducis simili modo confracta XXII [1] strennuos milites ibidem extinctos martirio coronavit. Igitur Egyptii letati vehementer, subsannantes levaverunt vocem, timpanizantes et bucinis perstrepentes, meror vero et tristicia Christianos invasit. Navis autem Teutonicorum et Frisonum inter turrim et civitatem anchoris herebat fixa, damna plurima per balistarios, qui intus locati fuerant, inferens Egiptiis, presertim illis qui stabant in ponte inter civitatem et turrim porrecto. Ipsa vero navis a bellatoribus civitatis, turris et pontis iaculis et igne Greco impetebatur vehemencius[b]. Tandem navis ex parte igne corrupta fuit, sed defensores illius viriliter extinxerunt et[c] sue stacionis locum reduxerunt. Christiani vero considerantes turrim non posse *capi petrariorum et tribuculorum[d] ictibus neque fame propter civi- (*f. 151'.) tatis vicinitatem, Domino *prodente[e] et architecto demonstrante, (387.) sumptibus Teutonicorum et Frisonum duos coccones coniunxerunt trabibus et funibus fortissime coherentes, et socia conpaginacione vacillandi periculum prohibentes ac in summitate castellum firmum super IIIIor malos collocantes. Sexta igitur feria ante festum sancti (Aug. 17.) Bartholomei nudis pedibus cum devocione ad sanctam crucem processionem fecerunt, ubi implorato divino auxilio, ut res omni careret invidia et vana gloria, de qualibet gente, que tunc erat in exercitu, aliquos ad huius negocii execucionem invitaverunt, licet gens Teutonie et Frisia[f] ad hoc suffecisset opus. Die sancti Bartholomei, (ib. c. 9. Aug. 24.) feria VIa, cum Nilus excrevisset[g] vehementer, et aquarum impetu negocium plurimum impediretur, cum multa tamen difficultate instrumentum hoc contra torrentem a loco, in quo fuerat, trahebatur[h] ad turrem. Clerici vero nudis pedibus per litus ambulabant Domino supplicantes. Illo autem opere funibus et anchoris stabilito, acriter utrimque pugnatum est, quoniam[i] et de civitate et de turre[k] instar grandinis et fulminis lapides et ignis Grecus iaciebantur, sed per liquorem acetosum et sabulum ac extinctorio subventum est laborantibus. Interea iacuit patriarcha ante dominice[l] crucis lignum prostratus[m] in pulvere, stans[n] clerus nudis pedibus, indutus stolis, clamavit in celum. Defensores turris anteriorem partem[o] scale accenderant[p], quam nostrates extingwere volentes, quidam cum signifero ducis Austrie in fluvium corruerunt. Sarraceni vero vexillum ducis Austrie tollentes ac Babilonii se vicisse putantes vociferati sunt. Post hec miles quidam Leodicensis[q] diocesis primus turrim ascendit, quem Friso quidam sequens ac flagello, *quo granum[r] excuti solet, ad dextram et sini- (*f. 155.) stram fortissime percuciens, quendam tenentem signum croceum sol-

a) vero, *eadem manu superscr.* fere 1, *et ita Oliv.;* vero *R.* b) *sic R. Oliv.; om.* 1. c) ad, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* 1. *R.* d) *sic R;* contribuctorum 1. e) *sic* 1. *R;* Dom. dem. et architectum providente *Oliv.* f) *sic* 1. *R;* Frisonum *Oliv.* g) *sic R. Oliv.;* veh. excr. 1. h) *sic R. Oliv.;* ad turrem trah. 1. i) *sic R;* quo̅ 1 *saepe pro* quoniam. k) turri *R.* l) *sic R;* diuine 1; *deest Oliv.* m) *sic R. Oliv.;* in pulv. prostr. 1. n) *sic R;* cl. n. st. ped. 1; st. n. ped. cl. *Oliv.* o) *sic R. Oliv.;* sc. p. 1. p) *emendavi;* ascenderant 1. *R.* q) Leodiensis *R;* Laodicensis 1. r) *sic R. Oliv.;* grana exc. solent 1.

1) *Hic numerus miro modo corruptus est ex Oliveri verbis:* armatos corpore deciduos secundum (*quae non intellecta, accepta sunt* bis decem duo) animas levavit in celum.

1218. *Oliv. c. 9.* dani stravit ac vexillum abstulit. Alii post alios successerunt, superatis hostibus, quos resistentes duros senserant et crudeles; sicque turris hoc modo capta fuit. O ineffabilis Dei pietas! o inexplicabilis Christianorum hilaritas! quia nostrates post fletum et gemitum gaudium viderunt et triumphum. Tandem conclusi in turri colloquium petebant et sese sub pacto vite dederunt duci Austrie, preter illos qui nocte precedente fuga lapsi sunt; captivi eciam[a] numerati sunt ad C viros. Principes vero nostratum ad desidiam devo- *ib. c. 10.* luti preparabant se ad recessum. Frisonum et Teutonicorum abiit maxima multitudo passagio sancte crucis instante, in quo eciam ad Terram Sanctam venerunt Romani[b] et post eos Pelagius Albanensis episcopus, apostolice sedis legatus, deinde magister Robertus de Curzum, duo episcopi Ungarie, qui mortui sunt ante transitum fluminis in sabulo Damiate. Oliverus eciam filius regis Anglie et multi alii equestris ordinis et plebis apud Damiatam diem clauserunt[c] extremum.

ib. c. 11. Post captam siquidem turrem Saphadinus, inveteratus dierum malorum, usurpator regnorum Asie, mortuus est. Postmodum in festo *Oct. 9.* sancti Dionisii Sarraceni venientes et principia[d] castrorum invadentes modica manu Christianorum repulsi sunt; fueruntque ex eis cesi *Oct. 26.* et submersi ad mille DC[e]. Sane in festo sancti Demetrii, qui fuit uterinus sancti Dionisii, summo diluculo castra Templariorum invaserunt hostes, et modicum dampnum nobis inferentes, ex ipsis interempti sunt a nostris fere D[f]. Populus autem Domini, promisso[g] triduano ieiunio, quod clerus humiliter in pane et aqua servavit, et multis processionibus ordinatis a legatis, temptari[h] meruit; nam in *Nov. 29.* vigilia sancti Andree a media nocte intumuerunt fluctus maris, excrescentes et excursum terribilem facientes usque ad castra fidelium; **f. 155'.* ab alia vero parte fluvius[i] *inundans ipsos occupavit[k] incautos. Natabant tentoria, perierunt cibaria, pisces[l] pluviales[m] et marini se quasi nichil timentes cubiculis ingerebant[n], quos Christiani manibus ceperunt, quibus tamen deliciis carere voluissent; et nisi[o] consilio spiritus sancti ante provisum esset, in fossato tamen, quod ad alios usus factum fuerat, mare coniunctum flumini homines cum iumentis, naves cum armis et victualibus detraxisset ad hostes. Nec tamen hoc periculum evaserunt[o] quatuor coccones, super quas[p] edificata erant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta[q] nave, que inter eos herebat, ad oppositam ripam vi ventorum precipitati ante oculos fidelium igne Greco sunt conbusti. Pepercit autem Dominus operibus Teutonicorum, quibus turris capta fuerat. Naves onerate, que in portu maris stabant, repente ruptis funibus perierunt. Duravit autem hec tempestas per triduum continuum; quo elapso Deus, qui consolatus est suos in omni tribulacione sua, imperavit ventis et mari, stare faciens ipsum a fervore suo. Invasit preterea multos[r] de exercitu quedam pestis, quoniam[s] dolor repentinus invasit pedes et crura, et coniunctim caro corrupta gingivos[t] et dentes obduxit, masticandi potenciam auferens; tibias nigredo hor-

a) *sic R;* et 1; vero *Oliv.* b) *sic R. Oliv.;* normani 1. c) *sic R. Oliv.;* cluserunt 1. d) *sic R. Oliv.;* p̄cipia 1. e) *sic* 1. *R;* quingentos *Oliv.* f) DC 1. g) *sic* 1. *R;* premisso *Oliv.* h) *sic R. Oliv.;* temptar 1. i) *sic R. Oliv.;* fluminis 1, *ut multi codices Oliveri.* k) *sic R. Oliv.;* inc. occ. 1. l) pisce *post corr.* pisces 1. m) *sic* 1. *R;* fluviales *Oliv.* n) *sic R. Oliv.;* ingrediebant 1. o) *sic R. Oliv.; om.* 1. p) *sic* 1. *R;* quos *Oliv.* q) q̉ta 1. r) *sic R. Oliv.;* de ex. m. 1. s) *emend. Stübel;* quam 1. *R.* t) *sic R;* ginguios 1; gingivas *Oliv.*

ribilis fuscavit, et sic longo tractu doloris afflicti cum multa paciencia 1218.
migraverunt ad Dominum plurimi. Post dictam tempestatem naves *Oliv. c.* 11.
parabantur et transitus fluminis, que cum magno periculo sursum
ascendentes inter civitatem et turrim captam igne Greco et machinis
cum iaculis plurimum sunt impedite. Unde accidit, ut[a] una navis
Templariorum vi[b] torrentis rapta prope ripam civitatis precipitaretur ad
hostes; qui cum barbotis et uncis[c] ferreis ipsam inpugnaverunt diucius,
ignem[d] Grecum cum lapidibus desuper de turribus iacientes; et cum sic
prevalere non possent propter defensores audaces, certatim navim ascen-
dentes, precipites in eam descenderunt *ad Templarios. Ubi cum diu- **f.* 156.
cius pugnaretur, tandem navis perforata, sive a nostris sive ab hosti-
bus, incertum habetur, profundum[e] peciit, submergens Egiptios cum
Christianis. Cives autem Damiate[f] cruentam victoriam suam fere sex
diebus planxerunt. Exinde Egiptii pontem reparantes, aperturam
adeo reliquerunt angustam, ut naves fidelium sine magno periculo
transire non possent. Quem Teutonici et Frisones vix decem numero *ib. c.* 12.
viriliter confregerunt. Fracto denique ponte et receptis
IIIIor navibus, super quas erat pons fundatus, reversi sunt cum trium-
pho, liberam viam et apertam sursum velificantibus relinquentes.

Anno Domini MCCXIX. Sarraceni periculum, quod eis
imminebat, attendentes ripam Christianis oppositam fossatis et ma-
chinis munierunt ac tres ordines armatorum stacioni navium nostra-
tum contraposuerunt, duos peditum super ripam, tercium longum
et terribilem, lapidibus et telis plurimum vexando stacionem Chri- 1219.
stianorum. Sane nocte beate Agate, ubi tantum pavorem soldano *Febr.* 5.
et Babiloniis Dominus incussit, ut relictis castris, ignorantibus eciam
Egipciis, quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret.
Quidam autem apostata, qui longo tempore legem Christianorum
transgressus cum soldano[g] militaverat, stans in litore ripe Gallice
clamabat: 'Quare moramini? Quid trepidatis? Soldanus[h] abiit'. Quo
dicto se in navicula[i] Christianorum recipi postulavit, ut in potestate
58. eorum *positus fidem dictis faceret. Summo igitur diluculo[k], cum in-
choatum esset officium diei festi per oratoria Christianorum: *Gaudea-
mus omnes in Domino,* nunctiata sunt hec legato[l] et aliis[m] principi-
bus. Itaque fugientibus Egiptiis nostrates certatim et[n] alacriter abs-
que omni impedimento transierunt. Templarii preduces in ascensum
equorum erectis signis propero cursu ad civitatem pervenerunt,
*sternentes perfidos, qui audacter portis egressi venientibus occurre- **f.* 156'.
runt. Multi bellatores, relictis uxoribus et parvulis, territi propter
inopinatum transitum fugierunt de Damiata, et sic per girum obsessa
est civitas.

Post festum vero annunctiacionis dominice[1] regina *ib. c.* 13. *Mart.* 25.
civitatum Iherosolima, que videbatur inexpugnabiliter munita, destructa
est a Caradivagio[o] filio Saphadini foris et intus, muri cum turribus

a) *sic R. Oliv.;* quod 1. b) in 1. *R.* c) urcis 1. *R.* d) igne 1. e) profund[illegible] 1. f) dan nate 1. g) solidano 1. h) solidanus 1. i) *sic R. Oliv.;* naviculam 1. k) diliculo 1. l) *sic R. Oliv.; om.* 1. m) *sic R. Oliv.;* alia 1. n) *sic R. Oliv.;* ac 1. o) *sic* 1; Caradiagio f. Caphadin *Eisl.;* cariadiagio *R;* Coradino *Oliv.*

1) *De tempore murorum Hierosolymitanorum destructorum vide Wilken, 'Gesch. d. Kreuzzüge' VI, p.* 237, *n.* 77, *ubi destructio Mart.* 19. *aut* 25. *incepta esse dicitur.*

1219. redacti sunt in acervos lapidum preter templum Domini et turrim
Oliv. c. 13. David. [a]De sepulchro glorioso destruendo consilium habuerunt Sarraceni, sed huic temeritati nemo presumpsit manum apponere propter loci reverenciam. Sicut enim in Alcorano libro legis eorum scriptum habent, Iesum Christum dominum nostrum credunt de Maria virgine conceptum et natum, quem sine peccato vixisse, prophetam et plusquam prophetam protestantur, cecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse firmiter asserunt per verbum et spiritum Dei et vivum ad celos ascendisse non discredunt. Unde, quando tempore treugarum sapientes eorum Ierosolimam ascendebant, codices ewangeliorum sibi postulabant exhiberi et osculabantur propter mundiciam legis, quam Christus docuit, et maxime propter ewangelium Luce: *Missus est Gabriel,* quod literati eorum sepius repetunt et retractant[b]. Legem autem eorum, diabolo dictante, ministerio Sergii monachi et apostate ac heretici Machometus Sarracenis dedit Arabice scriptam, que sic incipit: *A gladio cepit et a gladio tenetur et per gladium terminabitur.* Machometus iste illiteratus fuit, sicut ipse protestatur in Alcorano suo; et[c] prenominatus hereticus dictavit, iste promulgavit et per comminaciones et vanitatem legem statuit, quam[d] carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter observant; et sicut legem nostram
**f.* 157. veritas et mundicia muniunt, ita errores ipsorum timor mundanus *et humanus ac voluptas carnalis firmissime custodiunt.

Mart. 31. In die palmarum anni prescripti hostes fidelium, multa comminacione premissa, quod se ipsos vel nostrates omnes una die perderent, collecto terribili et innumerabili exercitu equitum et peditum irruerunt super Christianos, undique fossatum ipsorum[e] invadentes. Hostes vero cum electis militibus suis de equis descendentes cum nostratibus atrociter pugnaverunt. Mulieres aquam et vinum et lapides ministrabant bellatoribus fidelium; interea oracioni sacerdotes insistebant, vulnera sauciatorum ligantes et benedicentes. Cecideruntque hinc inde mortui multi et vulnerati, quia[f] adeo instabant atrociter qui venerant studio liberande civitatis, ut ab ortu solis usque ad horam fere decimam bellum protraheretur. Tandem hostes
ib. c. 14. retraxerunt se cum maximo dampno[g].

Maii 1. Post hoc instabat passagium vernale, et in Kal. Maii magna pars peregrinorum recessit, sed novi recentesque peregrini cum copia victualium et equorum supervenientes Christi milites letificaverunt.
Maii 16. Circa festum ascensionis Domini irruerunt super fideles perfidi multociens prevalere volentes, sed non poterant. Post diutinos assultus[h] tandem fossatum nostrorum contra miliciam Templi transeuntes et liceas violenter rumpentes, Christianorum pedites in fugam verterunt, adeo ut[i] totus exercitus fidelium periclitaretur. Sarraceni siquidem intra menia nostrorum, fractis municionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinarunt. Timiditas aucta[k] Christianis, sed spiritus, qui induit Gedeonem, animavit Templarios, quia magister Templi cum marscalco[l] ceterisque fratribus per exercitum[m] angustum impetu facto viriliter in fugam convertit incredulos, aliique de diversis nacionibus ipsis tulerunt auxilium. Sic pedites Sarracenorum abiectis clipeis interficiebantur. Sarraceni vero priores recesserunt, occisorumque

a) P̄ *hoc loco praescriptum* 1. b) *eadem manu superscr.* contractant 1. c) que, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* 1. *R.* d) qua 1. *R.* e) eorum, *eadem manu superscr.* ipsorum 1, *et ita R.* f) *sic R;* qui 1. g) etc. *add.* 1. h) *sic R;* assultos 1. i) *sic R. Oliv.;* quod 1. k) est, *quod ex Oliv. inseri debuisset, deest* 1. *R.* l) marcasco 1. m) *sic* 1. *R cum cod. quodam Paris. Oliveri;* exitum *Oliv.*

1219.

157'. *corpora strata iacebant iuxta fossatum plurima. Sic salvavit Deus in Oliv. c. 14. die illa sperantes in se. Instrumenta itaque fidelium contra civitatem parata[a] conbusta sunt fere omnia preter scalas. Igitur Genuenses, Pisani, Veneciani firmiter asserebant se civitatem expugnaturos, sed ipsi non erant de genere virorum illorum, per quos salus facta est in Israel, quia veraciter comprehensum et intellectum est sola virtute divina Damiatam in manu[b] Christianorum fore tradendam. Post fideles inmemores beneficiorum Dei provocaverunt[c] oculos divine maiestatis contra ipsos, et per desidiam maiorum et murmuraciones minorum pedites equitibus inproperabant ignaviam, quoniam[d] equites periculum peditum, quando contra Sarracenos egrediebantur, dissimulabant. Unde factum est, ut communibus culpis exigentibus in decollacione Iohannis, licet vix invenirentur qui in Aug. 29. custodia castrorum remanerent, cum exercitus fidelium contra castra Babiloniorum tenderet, commisso prelio multi nostratum captivarentur nobilium multique occumberent. In quo conflictu Christiani mille peditum et centum milites perdidisse memorantur[1]. Qua de re fideles meror occupavit, sed nulla desperacio, quia pena peccati fuit hec castigacio, et minus erat in pena, quam exigerant[e]. Nec ipsi quoque increduli hunc conflictum sine luctuoso damno transierunt, multis ibidem peremptis. Sane Deus, qui non obliviscitur misereri, luctus suorum convertit in gaudium. Nam soldanus unum de captivis fidelium mittens de pace cum ipsis tractare cepit; in quo tractatu[f] Christiani fossatum suum et municiones reparaverunt. Interim peregrini plurimi ante tempus passagii confretis[g] re- ib. c. 15. cedentes agonistas Christi in summo reliquerunt periculo, quos tamen Deus per Savericum de Malo-leone ac bellatoribus plurimis, qui statim applicuerant, benigne consolatus est.

Instante vero *mense Octobre[2] civitas obsidione, ferro, fame *f. 158. et pestilencia graviter afflicta, adeo ut desiderabiles cibi deessent, panis corrupti abundancia fuit in ea. Durabilis non est annona Egipti propter molles glebas, in quibus crescit, nisi superius circa partes Babilonis artificiose conservetur in annos. Diversa genera morborum vexabant eos. Soldanus eciam de die in diem vanis promis-
389. sionibus impios[h] hortatus *decepit miseros. Illis eciam, qui foris in exercitu Sarracenorum fideles obsederant, copia panis et pabuli cepit decrescere. Nilus siquidem, qui post festum Iohannis baptiste usque ib. c. 16. in exaltacionem sancte crucis solet excrescere, Egipti magnam partem siccam reliquerat, que nec seminari nec arari poterat suo tempore. Unde soldanus caristiam timens et famem, eciam amore retinende Damiate talem pacem cum fratre suo Corindano[i] Christianis obtulit, ut crucem sanctam, que olim capta fuit in victoria Saladini, cum civitate sancta et omnibus captivis, qui per regnum Babilonis et Damasci

a) pirata 1; *om. R.* b) *sic* 1. *R cum cod. quodam Paris. Oliveri;* manus *Oliv.* c) procauerunt 1. d) qmo 1; qn̄do *R.* e) *sic* 1. *R;* exigeret culpa *Oliv.* f) tractu 1. *R.* g) *sic* 1. *R;* consueti *Oliv.* h) *sic* 1. *R;* ipsos *Oliv.* i) *sic R h. l.;* corsdano 1; Coradino *Oliv.*

1) *Ex altero fonte haec auctor Erford. inseruisse videtur. Cf. Iac. de Vitriaco epist., 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XV, p.* 586. 2) *Quia Oliverus paulo antea festum Cosmae et Damiani (Sept. 27) commemoravit, chronista haec verba inseruisse videtur.*

1219. *Oliv. c.* 16. vivi reperiri possent, sumptus[a] eciam ad reparandos muros Ierusalem redderet, insuper totum regnum Ierosolimitanum restitueret preter Cracum et Montem-regalem, pro quibus retinendis tributum obtulit, quamdiu treuga duraret. Que duo castra in Arabia sita Ierusalem, cum voluerint, graviter in vineis et agris ledere possunt. Hanc composicionem acceptandam esse et utilem Christianitati rex et Francigene, comes Zestrie cum capitaneis Teutonicorum censuerunt, nisi sano consilio eis esset obviatum. Legatus autem cum patriarcha, archiepiscopis, Templariis, Hospitalariis[b] et omnibus Italie capitaneis multisque aliis prudentibus viris efficaciter huic tractatui se opposuit, racionabiliter ostendens ante omnia Damiatam fore capiendam. Opinio enim diversa reperit[c] discordiam, quia[d] cito sedata fuit propter **f. 158.* communem necessitatem, quoniam[e] *magnam multitudinem peditum clanculo per loca palustria soldanus misit ad[f] civitatem, quorum *Nov.* 2. CCCXL Christianis dormientibus liceas fuerunt ingressi dominica nocte post festum omnium sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occisi *ib. c.* 17. sunt et capti, qui ad CC conputati sunt. Igitur Nonas Novembris *Nov.* 5. capta est Damiata absque dedicione, sine defensione, sine violenta depredacione, ut soli filio Dei victoria evidenter asscribatur. Et cum caperetur civitas in conspectu soldani, more solito non fuit ausus bellatores Christi ad defensionem paratos super fossatum ipsorum aggredi, sed confusus castra sua conbussit et fugit. Hanc urbem vitule conternanti, que tercio terre motu subversa est, possumus assimilare[g]. Vitulam propter eius lasciviam; piscibus enim, avibus et pascuis, frumento, ortis et pomeriis abundavit, negociando, piraticam exercendo deliciis affluxit[h] in culpa, pereffluxit in gehenna, sed una hora venit iudicium eius. Conternantem dicimus, quia quasi tercio terre motu habitatores eius perierunt, ipsa tamen integra remanente. A Grecis et Latinis primo fuit obsessa, qui ab ea defecerunt, deinde a Latinis sub Almerico rege Ierosolimitano, qui non profecerunt. Hac autem vice rex regum servis suis ipsam tradidit. Tali duce Christiani Damiatam ingressi plateas eius invenerunt stratas cadaveribus mortuorum, pestilencia et fame deficiencium, aurum et argentum nimis, pannos sericos negociatorum in habundancia, vestes preciosas et ornatum cum omni suppellectili in superhabundancia.

Apr. 6. Hoc eciam anno in vigilia pasche Cůnradus episcopus de Sychem[1] Erphordie ordines celebravit in ec- 1220. *Nov.* 18. clesia sancte Marie. Hoc eciam[i] anno octava sancti Martini[2] Fridericus rex a papa Honorio imperiali sublimatur *Nov.* 19. benedictione, et sequenti die regina in[k] impera- **f. 159.* *Iul.* 7. tricem[3]. Hoc eciam[k] anno[4] *Nonas Iulii translacio

a) Sumptos 1. *R.* b) *sic R. Oliv.; om.* 1. c) *sic* 1. *R;* peperit *Oliv.* d) *sic* 1. *R;* que *Oliv.* e) qm̄o 1. f) *sic R. Oliv.;* a 1. g) assimulari 1. *R.* h) *sic* 1. *R cum codd. Oliveri;* effluxit *Oliv.* i) Eodem *E post* processionem *supra p.* 216, *l.* 11. *ad a.* 1216. k) *om. E.*

1) *Episcopus Halberstatensis quondam, a.* 1209. *monachus in Sichem (Sittichenbach) factus.* 2) *Potius a.* 1220. *Nov.* 22. 3) *Imitatus locum a.* 1191, *supra p.* 196, *auctor falso dixit reginam sequenti die consecratam esse.* 4) *Scil.* 1220.

facta est sancti Thome martiris atque pontificis Anglie 1220.
in civitate Cantuariensi[a, *].

Anno Domini MCCXX. in regali villa Northusen
videlicet monialibus depositis[b] canonici successerunt[1].

MCCXXI. Iudei in Erphesfurt[c] circiter XXVI a 1221.
Frisonibus[d] peregrinis et ab aliis Christianis orta sedi-
cione crudeliter et vere digne[e] occisi sunt XVI. Kal. *Iun.* 16.
Iulii[2]. Hoc[f] eciam anno VII. Idus Ianuarii[3] obiit *Ian.* 7.
beate memorie Witelo[g] abbas montis sanctorum apo-
stolorum Petri et Pauli in Erphordia; cui successit
Heinricus, qui fuit camerarius eiusdem ecclesie. Hoc
eciam[h] anno XIIII. Kal. Octobris Magontinus[i] Erphor- *Sept.* 18.
die[k] in ecclesia sancti Petri ordines celebravit ac in
sequenti die dominica magistrum C[ůnradum[l]] in Hil- *Sept.* 19.
densheimensem[m] episcopum et Heinricum in eiusdem
cenobii abbatem[n] consecravit. [o]VIII. Idus Novem- *Nov.* 6.
bris orta sedicione inter cives Erfordie[p] occisi sunt inter
eos Ditericus[q] et Cůnradus et quam[r] plures.

MCCXXII.[s] tercio[t] Idus Februarii Erphordie[u] in- 1222. *Febr.* 11.
cendium magnum pontem[v] et Latam plateam consumpsit.
Hoc[w] eciam anno IIII. Kal. Aprilis Heinricus Minniki- 1225? *Mart.* 29.
nus[x] prepositus Novi-operis Gosllariensis in Hildensheim
390. a Cůnrado eiusdem loci episcopo et C[ůnrado[y]] *predi-

*) *E add.:* Anno M⁰CC⁰XVIII⁰ [z] claustrum in Francken-husen fundatum[a] est[4]. Eodem anno sanctus Dominicus, dux Predicatorum, obiit[5].

a) Cartuar. *E, ubi add.* solempniter. b) *sic* 1. *R. V. L I;* mon. tunc ibi existentibus *E.* c) Erphesfurdt 1; effordia *E.* d) et *add. E.* e) digni *E. R.* f) Hoc — ecclesie *(l. 11) om. E.* g) Wicelo *h. l.* 1. h) Eodem a. *E, om.* XIIII. K. Oct. i) Moguntę archiepiscopus *E.* k) Erffordia *E.* l) C. 1; Cunr̄ *E semper.* m) hildesheym *E.* n) cons. abb. *E.* o) Eodem tempore *praemittit E.* p) erffordn̄ et occ. *E.* q) Thed' et Cunr̄ *E.* r) *om. E, sed adest Eng. I. II.* s) MCCXXIII. 2a. b *(omisso die). N;* Eodem tempore *ad a.* 1221. *E.* t) *om. E.* u) erford̄ *E.* v) mercatorum *add. E.* w) Eodem *E.* x) nunnikinus 1; Nuninkinus *N;* Henr. dictus Nunnekirius *E;* Mundikinus *Lr II. III; om. R* 1. y) C. 1; Cunr̄ *E semper.* z) *sic Le II;* M⁰CC⁰VIII⁰ *E.* a) fundat9 *E.*

1) *Cf. add. Cron. Minoris, SS. XXIV, p.* 197, *n.* ***, *ad a.* 1219. *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 1144. 2) *Cf. Sifr. de Balnhusin c.* 196. *ad a.* 1221, *SS. XXV, p.* 702; *Cron. Minoris cod. B* 2, *l. l. n.* *, *ad a.* 1220. 3) *Eundem diem indicat Necrol. S. Petri in cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 513, *et apud Schannat, Vind. II, p.* 17. 4) *Eadem verba habent Cron. Thur. ampl. et Theod. Engelhus ex chron. codicis E. Cf. Cron. Reinhardsbr. a.* 1215, *p.* 585. 5) *Demum a.* 1221. *Ad a.* 1219. *hoc habet Cron. Minor p.* 197.

catore de Margburc[a] examinatus ac sepius commonitus,
seculari iudicio pro heresi est crematus[1].
1223. *cf. A. Erph.* MCCXXIII. Sifridus Mogontinus[b] archiepiscopus habuit
concilium Erphordie[c] in ecclesia beate Marie et instituit,
quod omne festum habens proprias laudes in novem
Apr. 22. lectionibus celebraretur. Hoc[d] anno in vigilia pasche
celebrati sunt ordines in hospitali a Willehelmo episcopo[2].
Maii 9. Hoc anno VII. Idus Maii[3] rex Dacie[4] captus est a
comite Heinrico de Zwirin[e].
1224? *Nov. 11.* Hoc anno in[f] festo **sancti** Martini Minores fratres
Erphordiam **primo** venerunt*.
1224. MCCXXIIII.[g] Ventus excussit in agro annonam[h. 5].
**f. 159'.* Hoc anno Magontinus *Erphordie suspendit divina a
Febr. 2. Apr. 14. purificacione usque ad[i] pascha et postea per septem
Apr. 21—27. dies in septimana reliquiarum. Hoc eciam anno obiit
Ludewicus scolasticus Sancte Marie Erphordie[k].
1225. MCCXXV. Occisus est Engelbertus[l] archiepisco-
Nov. 16. pus Coloniensis a comite[m] Friderico de Alzena[n] XVI.
1226. Kal. Decembris[6], idemque[o] Fridericus sequenti anno in
(Nov. 13). episcopi[p] anniversario[7] sentencialiter a Coloniensibus
1225. est occisus. Hoc[q] eciam anno, quia in precedenti
ventus excusserat annonam, maxima caristia fuit[8]. Hoc
anno captus[r] est comes Albertus de Orlamunde[9]. Hoc
anno facta sunt organa nova Erphordie[s] in ecclesia
beate virginis[t].

*) *E add.:* et ibi se receperunt.

a) pr. dicto de Marporg *E.* b) Siffridus Moguntr *E. V.* c) errford *E saepissime.* d) Hoc — episcopo *om. E.* e) Swiryn *E.* f) in f. s. M. *om. E.* g) *a.* 1224. *om. E.* h) *sic Cron. Minoris cod. B* 2, *cf. infra l.* 22; *om.* 1; avenam *Lr III.* i) in *R* 2. *Lr III. N.* k) erpho' 1. l) Engilb. *E.* m) Fred. *(semper)* com. *E.* n) Alczena *E, omisso die.* o) Idem quoque *E.* p) ann. ep. *E.* q) Hoc — Orlamunde *om. E.* r) *bis scr.* 1. s) *om. E.* t) gloriose *add. E.*

1) *Cf. Cron. Minoris cod. B* 2, *l. l. n.* **. *Heinricus a.* 1222. *depositus et in carcerem missus (Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p.* 199*), demum post a.* 1224. *Oct.* 22, *a.* 1225, *ut videtur, crematus est, ad quem annum dies hoc loco indicatus referendus esse videtur. Cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 414—417. 2) *Havelbergensi.* 3) *Potius die Maii* 7; *cf. Usinger, 'Deutsch-dän. Gesch.' p.* 422. 4) *Waldemarus II. cum filio Waldemaro.* 5) *Quod die Aug.* 3. *factum esse dicitur in Cont. Pantheon Gotifredi, SS. XXII, p.* 343. *Cf. Cron. Minoris cod. B* 2, *l. l. n.* †. 6) *Potius Nov.* 7. 7) *Neque hoc verum est; cf. Winkelmann l. l. p.* 473, *n.* 3. 8) *Praeter Cont. Gotifredi n.* 5. *laudatam cf. Chron. reg. Colon. a.* 1224, *p.* 255; *Ann. Stad., SS. XVI, p.* 359; *'Sächs. Weltchr.' c.* 368, *'D. Chr.' II, p.* 245. 9) *Ab Heinrico comite de Schwerin in Holsatia.*

MCCXXVI. Inundacio[a] maxima fuit in Thuringia VI. Kal. Septemb. *1226. cf. A. Erph. Aug. 27.* Organa facta sunt ad Sanctum Petrum. Hoc eciam anno IIII. Nonas Octobris *Oct. 4.* migravit ad[b] Dominum sanctus Franciscus, iniciator ordinis fratrum[c] Minorum[1]. Hoc[d] anno factum est mirificum opus in Erphordia ad Sanctum Petrum, scilicet organa[2], que in sabatho sancto pasche primo audita fuerunt. *Apr. 18.*

MCCXXVII.[e] *1227. cf. ib.* Generale passagium ad Terram Sanctam factum est; in qua expedicione eciam[f] imperator Fridericus transfretavit; sed lantgravius Ludewicus in eadem expedicione III.[3] Idus Septemb. *Sept. 11.* decessit in Apulia in[g] civitate Ortrant[h] dicta*. Eodem anno destructum[i] est castrum Eytirsburg a Heinrico lantgravio, fratre Ludewici[4]. Hoc eciam[k] anno Honorio papa defuncto, *(Mart. 18).* Gregorius, qui et Hugo, successit, *(Mart. 19).* qui eodem anno sanctimonialium penitencium sancte Marie Magdalene ordinem confirmavit**. [5].

Hoc eciam anno in passione Domini *1228? Mart. 12?* sacerdos quidam Erphordiam veniens atque benedicendi ac curandi oculos graciam se habere dicens, petivit a Mogontino[l] ibidem tunc existente licenciam benedicendi[6]; qua accepta, dum missam perageret, terram *benedixit **f. 160.* et lutum faciens exemplo Domini oculos hominum linivit; cuius scolaris litterulas[m] scribens ac[n] populis distribuens multos denarios fallaciter ab ipsis emunxit. Sed quoniam

*) *E add.:* honorifice sepultus est.

**) *E add.:* Eodem anno sanctus Franciscus canonisatus est solempniter a papa Gregorio nono in Assisi civitate. *Cf. Cron. Minor a.* 1228, *p.* 198.

a) Inund. — Octobris *om. E;* aquarum *add. Dresd. (N).* b) ad D. *om. E.* c) min. fr. *E.* d) Hoc — fuerunt *om. E.* e) Hoc anno factum gen. pass. ad T. S. *ad a.* 1226. *E.* f) *om. E.* g) *sic E. Erph.; om.* 1. *V.* h) *sic V. N;* ortrand 1; dicta orgrant *E.* i) E. a. c. Eytersburg destruitur ab Henr. fr. Ludowici lantgravii Thuringie *habet E ad a.* 1228. *post* celebravit *(p.* 228, *l.* 17*), sed hoc loco* 1. *R. V. N.* k) Eodem *E.* l) domino moguntƺ *E.* m) *sic* 1. *V;* litteras *E.* n) et *E.*

1) *Cf. Cron. Minor p.* 197. 2) *Idem iam l.* 2. *relatum est.* 3) *Diei numerus* (VI) *in Schannati editione Annalium Erphord. corruptus est.* 4) *Cf. Vitae Elisabeth additamenta Reinhardsbr., Mencke, SS. II, c.* 1995 *sq.* 5) *Cf. Cron. Minor p.* 198; *Ann. Wormat. br., SS. XVII, p.* 75. 6) *Hoc a.* 1228. *factum esse videtur, nam a.* 1227. *dominica* Iudica *(Mart.* 28*) Sifridus Aquisgrani, in parasceue (Apr.* 9*) apud Rhenum fl. moratus est. Cf. Will, Reg. arch. Mag. II, p.* 196, *ubi dele nr.* 534. *Parasceue fuit a.* 1228. *Mart.* 24. *Nam incertum videtur, num* passio Domini *hoc loco sit dominica passionis Domini (Iudica) an parasceue.*

1228? nulli curati sunt et homines spe sua frustrati atque de-
1227. cepti, idem sacerdos fuga[a] latenter elapsus est[b].
Iul. 30. Hoc[c] eciam anno III. Kal. Augusti maxima tempestas
cf. A. Erph. iuxta cenobium Sychem fuit, que magnam cladem proxime
ville que Ysleiben dicitur intulit per torrentem domos ipso-
rum abducendo ac plurimos homines submergendo. Eo-
Dec. 18. dem anno XV.[d] Kal. Ianuarii Erphordie tripartitos[e] cele-
braverunt ordines hii episcopi: Magontinus[f] ad Sanctum Pe-
trum, Halverstatensis[g. 1] ad Sanctam Mariam, *Livoniensis[2] *p.
ad capellam[h] sancte Marie Magdalene in[i] claustro sancti
Dec. 19. Petri; qui[k] sequenti dominica pariter Pragensem electum[3]
in eclesia[k*] sancti Petri episcopum[l] consecraverunt[m].
1228. *Aug.* 29. MCCXXVIII. quarto[n] Kal. Augusti obiit Erphor-
die apud Sanctum Andream Cůnradus abbas Sancti Viti
in Oldesleibin[o]; cui successit Ditericus hospitalarius eius-
Mart. 25. dem loci. Hoc anno vigilia[p] pasche Willehelmus[q]
Haverbergensis[r] episcopus Erphordie ordines celebravit.
cf. ib. MCCXXIX.[s] Predicatores venerunt Erphordiam ac
cenobium ibidem edificare[t] ceperunt[4].
1230. *Sept.* 9. MCCXXX. quinto Idus Septembris Erphordie obiit Si-
fridus[u] Maguntine sedis archiepiscopus ac[v] honorifice sepul-
tus est in ecclesia[w] beate virginis[x] ab Engelhardo[y] Nuwen-
burgense episcopo; cui successit Sifridus patruelis ipsius. Qui
eodem anno cuidam[a] fratri Danieli ordinis Predicatorum
[conventus* Erphordensis, qui fuit sciencia preclarus],
auctoritatem clerum suum visitandi in prepositituris Sancte
Marie Erphordensis[z] et Giecheburc[a] commisit; qui negocium

*) *Uncis inclusis omissis E. R, add. E:* qui postea ab ipso ordine apostatavit[b].

a) *om. E.* b) *sic E. V. N;* f. lapsus lat. recessit 1. c) Hoc — submergendo *om. E.* d) XV. — Erphordie *om. E.* e) tripert. *E.* f) dominus mogunt; *E.* g) *sic N;* haluerstam̄sis 1; halberstat. *E.* h) capl'am 1. i) in cl. s. P. *om. E.* k) omnes *add. E.* k*) *sic h. l.* 1. *E.* l) in ep. *N. Erph.;* ibidem *(pro* ep.*) E.* m) succurre sancte Ieronime *add., post del.* 1. n) quarto — loci. Hoc anno *om. E.* o) oldesleiben *corr.* oldesleibin 1. p) in vigil. *E. V. N, sed* in *deest Eng. I, ex quo haec in V sumpta sunt.* q) Wilhelmus *E.* r) *sic* 1. *E.* s) M⁰CC⁰XX⁰ *inter a.* 1228. *et* 1230. *E, unde hoc vitiose pro* 1229. *scriptum esse patet; etiam R. V. C. N. Dresd. ad a.* 1229. t) cep. ed. *E.* u) Siffridus *(saepe)* arch. M. s. *E.* v) et *E. N;* et ibidem *R.* w) c h o r o *E.* x) ibidem *add. E.* y) Engilhardo Nuweborgensi *E.* z) erphord' 1; erfford̄ *E.* a) ſeheburgn̄ *E.* b) apostotavit *E.*

1) *Fridericus II.* 2) *Albertus I.* 3) *Iohannem II.* 4) *Ad a.* 1228. *hoc habent Ann. Erphord. p.* 81. *et Cron. Minoris add. p.* 198, *n.* *** *(Quod etiam Eng. I. et II. infra hoc ad a.* 1228. *habent, nihili est, cum haec ex archetypo codicis E excerpta sint). Sed ad a.* 1229. *idem habet Liber cron. Erford., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 250. *et infra, et Cron. Thur. Isenac. c.* 18, § 2. *ex hac Cron.*

strennue peragens et, ut plerisque videbatur, districcius exe- [1230. *cf. A. Erph.*] quens, quosdam clericos suspensos disciplina corporali misericorditer punivit, quosdam vero officio et beneficiis privavit, aliquos eciam episcopatum exire compellebat.

60'. *Anno Domini MCCXXXI. mense[a] Septemb.[b] oc- [1231. *Sept.* (16).] cisus est Ludewicus dux Bawarie a servo cuiusdam gentilis regis, qui dicitur Senior[1]. Hoc eciam anno XV. Kal. Decemb. beata Elizabeth[c], Ludewici lantgravii[d] [*Nov.* 17. *cf. A. Erph.*] vidua, migravit. Hoc eciam anno II.[e] Kal. Iunii in [*Maii* 31.] Thuringia in tribus castris, scilicet Glichen, Wassenburc[f] et Mulburc[g], turres et propugnacula uno fulmine pariter succensa succendebantur[h]. Hoc eciam anno V. Kal. Sep- [*Aug.* 28.] tembris[i] comes Albertus[k] de Wie[l] predam innumerabilem in iumentis et gregibus abstulit Erphordensibus.

MCCXXXII. In Alemania[m] perfida heresis, que ibi- [1232.] dem diu[n] occulte pullulaverat[o], est manifestata. Quapropter circa Renum nec non et alibi innumerabiles heretici per magistrum Cůnradum de Marburc[p] auctoritate apostolica examinati ac per sentenciam secularem dampnati igne conbusti sunt. Fuerunt autem presente eodem Cůnrado Erphordie III. Nonas Maii IIII[or] conbusti. Hoc eciam anno [*Maii* 5.] Minores fratres infra muros Erphordenses cenobium edificare [1231.] ceperunt, dum extra muros ibidem per XI[q] annos resedissent.

Hoc[r] anno discordantibus archiepiscopo Magontino et [1232.] Cunrado fratre lantgravii pro monte Heilegenberc in Hassia sito et bella moventibus, idem C[unradus] XVII. Kal. Octo- [*Sept.* 15.] bris civitatem Vritslarensem[s] contra multorum opinionem incendio cepit, captivos secum abducens episcopum Wormaciensem[2] ac Gumbertum eiusdem loci prepositum, Heinricum Heilegenstatensem prepositum et quosdam canonicos cum aliis fere CC militibus. Fridericus itaque de Drivurte[t] ac sui complices ruptis violenter armarii ostiis magnam inde pecuniam a civibus ibidem depositam manu[u] sacrilega auferentes, libros, calices ac ecclesie ornatum cum sanctorum

a) mense — anno *om. E.* b) VII *(pro* septē, *ut in hoc cod. nomen mensis saepe scriptum est)* 1. c) *sic E;* Elisabeth 1. d) landgrauii *h. l.* 1. e) in Thur. II[0] Kalen. Iunii *E. M.* f) Vassenburg *E.* g) Molburg *E. R. V;* Mulburg *N.* h) *sic* 1. *E. M. V cum Erph.* i) V. K. S. *om. E. M.* k) *sic E. M. R. V. N;* ailbertus 1. l) voye *E ex* wye, *ut R. N habent.* m) Almania *E saepe.* n) *om.* 2[a. b]. *V.* o) pulul. 1. p) Marburck 2[a]; Marburg 2[b]; Marporg *E.* q) *sic* 1. *E. R. V. L I. N. C. Dresd., unde archetypum sic habuisse patet, licet ex loco a.* 1223. *cum Ann. Erphord.* IX *legendum esset.* r) *reliqua h. a. om. E.* s) Vritislar. *N.* t) Driwurte 1; dryvurte *N;* Drivort *R.* u) *sic R. N* (sacr. manu) *cum Erph.;* manibus sacrilegis 1.

1) *Cf. Cron. Minor. add. B* 2, *p.* 198, *n.* †. 2) *Heinricum II.*

1232. *cf. A. Erph.* reliquiis distraxerunt. *Fertur eciam a quibusdam, quod *f. 1 dictu est horrendum, ipsum sacrosanctum[a] corpus dominicum a maleficis ibidem in terram ignominiose[b] deiectum. Quot autem ibidem occisi vel quot igne consumpti, novit Deus, arbiter evi, qui eidem loco per modicam presentis ire stillam[c] eternam tonitrui sui comminatus est coruscacionem.

1233. *Iul.* 25. MCCXXXIII. Octavo Kal. Augusti rex et Magontinus[d] et magister Cůnradus[e] de Marburc[f] Maguncie conventum episcoporum et comitum atque clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis ab[g] heresi. Inter quos comes de Seine[1] accusatus inducias expurgacionis[h] ulteriores obtinuit. Super reliquos vero, qui non comparuerant[i], predictus C[ůnradus][k] de[l] Marcburc ibidem populum cruce signavit. Quapropter illi felle amaritudinis commoti, iam dicto C[ůnrado][m] in reditu insidias iuxta Marburc[f] ponentes, ipsum una cum *Iul.* 30. Gerhardo Minoris ordinis fratre, probate vite viro, XII.[n] Kal. Augusti crudeliter occiderunt*.

1232. *Febr.* 13. *Hoc[o] anno Idus Februarii validissimus fuit ventus, *p. 3 et iuxta Ilmena[p] audita sunt tonitrua ac[q] fulgura visa[2]. *Febr.* 27. Hoc eciam anno IIII. Kal. Marcii Erfordie in ecclesia sancti Petri Magontinus ordines celebravit.

1233. *Mart.* 13. Hoc anno III. Idus Marcii Sifridus Maguntine sedis archiepiscopus Maguncie concilium celebravit, pontificatus sui *Sept.* 22. anno III. Hoc anno fuit eclipsis lune X. Kal. Octobris. Hoc eciam[r] anno Sifridus[s] Magontinus[r] habito consilio[t] cum canonicis Magontinis pro sui predecessoris debitis, quibus episcopatus iamdudum Rome fuerat obligatus, in tota diocesi sua redituum vicesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio se nun-

*) *E habet haec tantum:* Anno M°CC°XXXIII° magister Cunradus de Marporg cum Gerhardo de ordine fratrum Minorum XII. Kal. Aug. circa Maguntiam[u] crudeliter occisi sunt.

a) *sic Erph.;* sacrofagum 1. *N;* sarchophagum *R.* b) ignomiose *(recenti manu corr.)* 1. c) *sic* 1. *R cum Erph.* d) Magunt. 2^{a}. e) C. 1; Cunradus *h. l.* 2^{b}; Conr. *saepe* $2^{a.b}$. f) Marckburc 2^{a} *saepius;* Marburg 2^{b} *semper.* g) *sic* 1. *R cum Erph.;* de $2^{a.b}$. h) purgacionis $2^{a.b}$. i) *sic* $2^{a.b}$. *R. Lr III;* comparuerunt 1. k) C. 1. l) de M. ib. *om.* 2^{a}. m) C. 1. *R.* n) III. $2^{a.b}$ (3. 2^{b}) *recte cum Erph., quod tamen archetypum non habuisse patet, nam* XII. 1. *E. R. Lr III. V. N.* o) Hoc — Octobris *(l. 24) om. E.* p) Ilmina *N;* ſimena 1. q) et *N cum Erph.* r) *om. E.* s) Sigisfridus *E.* t) concilio *E.* u) habito concilio *add., sed minio del. E, quae ex l. 25. huc tracta videntur.*

1) *Heinricus.* 2) *Haec* (Hoc — celebravit) *Ann. Erphord. p.* 84. *recte ad a.* 1232. *habent. A.* 1233. *Sigefridus die Febr.* 27. *Oppenheim, non Erfordiae fuit. Cf. Will, Reg. arch. Mag. II, p.* 225, *nr.* 85.

quam a clero suo diebus[a] suis quicquam amplius petiturum. 1233. *cf. A. Erph.* Canonici eciam matricis ecclesie Maguntine[b] fide iuratoria confirmaverunt se de cetero nullum pontificem electuros, nisi in idem privilegium consensurum. Hoc[c] anno hereticorum innumera[d] multitudo *per totam Alemaniam igne[e] *f. 161'. cremata est, multoque plures heresim abiuraverunt.

MCCXXXIIII. XV. Kal. Iunii[f] lantgravius cepit castrum 1234. *Maii* 18. Velseche[g] comitis Heinrici de Glichen ac ibidem XXIII captos decollari precepit. Hoc[h] anno Heinricus lantgravius pertesus malorum, que passus est ab Heinrico comite de Glichen, ipsum tandem legittime citatum ac postea sentencialiter proscriptum, novissime eciam omni suo iure feodali[i] privavit. Quapropter Magontinus Erfordensem advocaciam a lantgravio solvendam[k] conmutans, episcopales redditus in Guteren[l], videlicet XL[m] talenta, eidem iure feodali[n] porrexit tamdiu, quousque per alia bona advocacie restaurum faciat; et hec pacta VIII. Kal. Augusti facta sunt. *Iul.* 25.

Hoc eciam anno II. Nonas Iunii regia[o] villa Nort- *Iun.* 4. husen in parte maiori cum conventualibus ecclesiis sancte Crucis et Minorum fratrum incendio consumpta est. Quem eciam ignem dum fere XX homines in quodam cellario evadere niterentur[p], ex eiusdem domus ruina pariter oppressi sunt.

Hoc[q] anno Erphordenses ingratitudinem domini sui Maguntini et offensam graviter incurrebant; ideo a quarta *Apr.* 12. feria ante palmas usque in[r] Kal. Augusti divinis caruerunt. *Aug.* 1. Quo die mediantibus lantgravio atque prelatis Erphordensibus composicio statuebatur, satisfactione pecuniaria confirmata; sicque divina resumpta fuerunt.

Hoc[s] anno hyems asperrima fuit, adeo ut in Mediterraneo mari institores Veneciam[t] cum oneratis summariis pedestri itinere per glaciem transirent[u]; que scilicet[v] hyems non parvam per totam Italiam in vineis atque[w] iumentis et olivetis intulit cladem[x].

Hoc anno Erfordie in vigilia pasche Willehelmus Ha- 1235. *Apr.* 7. verbergensis[y] episcopus in ecclesia Scotorum ordines cele-

a) suis diebus *E.* b) *sic N;* mog̃ *E. V;* mogunt̃ *R;* maguntie 1. c) Eodem *E.* d) *sic* 1. 2a. b. *R;* innumerabilium *E.* e) *om. E.* f) *diem om. E.* g) *sic* 1. *R. N. C;* dictum veheche(?), *alia manu (ex L II) post superscr.* Viselberg *E;* Viselbech *L I.* h) Hoc — facta sunt *(l. 17) om. E.* i) fedali 1; foeudali *N.* k) *sic* 1. *R;* solvendo *Erph. recte.* l) Guttheren *N.* m) *sic* 1. *R. N;* LX *Erph.* n) fedali 1. *N.* o) Anno M0 eodem regia *pergit E.* p) intrarent *E.* q) Hoc — fuerunt *(l. 29) om. E.* r) *sic Erph.;* III 1. *V;* ad *N. R* 2. *Stolle.* s) Eodem *E.* t) Veneciani 2a. b. u) transierunt *E, ubi* que — celebravit *(p. 232, l. 1) om.* v) *sic* 1. *R;* videlicet 2b; *om.* 2a. w) *sic* 1. *R; om.* 2a. b. x) dampnum intulit 2a. y) *sic* 1; hauerbñ *N.*

1235. *Apr. 18.* bravit[1]. *Hoc anno XIIII. Kal. Maii[a] Parisius super **f. 162.* ecclesiam beate virginis in arce[b] visa est ymago crucifixi atque yris super ipsam protensa*. Eodem[c] anno *Maii 27.* in die pentecosten magna tempestas pluvie et grandinis in Thuringia non modicam ovibus et segetibus intulit cladem.

MCCXXXV. Dominus papa directis in Alemaniam nunctiis ab omnibus episcopis atque[d] regalibus abbatibus milites ac subsidium ad Romanos impugnandos postulavit. Hoc[e] eciam anno Magontini maioris ecclesie canonici, archiepiscopi auctoritate freti, per totam Maguntinam[f] diocesim edictum promulgaverunt, videlicet ut[g] in omni ecclesia conventuali una venderetur prebenda, hoc precio debita episcopatus solvenda[h]. Eodem anno imperator Heinricum filium suum captivum castro Heidelberc custodiendum tradidit, ac post hoc ipsum[i] absumens in Rethia castro Alreheim servandum commisit. Tandem imperator adhuc timens per ipsum ab emulis suis imperii turbacionem moliri, per episcopos Salczburgensem[2] et Babenbergensem[3] ac postea per patriarcham Aquilegiensem[k, 4] eundem in Apuliam transmittens castro Balerne recipi mandavit[l].

Nov. 11. Hoc[m] anno Magontinus Erfordie a festo sancti Mar- *Dec. 25.* tini usque ad Domini[n] natalem moram faciens fructum prebendarum ex Thuringia ibidem collectum ad Renum transduci mandavit. Celebravit[o] eciam idem pontifex ibidem ordi- *Dec. 22.* nes solemnes in ecclesia sancti Petri XI. Kal. Ianuarii. *Aug. 15.* Hoc[p] anno imperator solemnem curiam circa assumpcionem Maguncie celebravit, ibidem coronatus incedendo. Eodem anno dominus papa Gregorius[q] missis per universam ecclesiam litteris crucem constituit predicari, per biennium ad Terram Sanctam expedicionem protelans[r].

1236. *Maii 1.* *MCCXXXVI. Kal. Maii Marburc[s] translacio solemnis **p. 393.* facta est sancte Elizabeth[t], presente[r] Friderico imperatore

*) *E add.:* quod multi digni fide[u] viderunt.

a) *diem om. E.* b) *sic E. R;* in a. *om.* 1. c) Eodem — cladem *om. E.* d) ab omnibus *add. E.* e) Hoc — mandavit *(l. 20) om. E.* f) maguntia 1: moguntinam *N;* moguncīam *R.* g) *sic R. N cum Erph.;* quod 1. h) *sic* 1. *R;* solvendo *Erph. recte.* i) inde *add. R. Lr III.* k) adlegiensem 1. l) O sancte Ieronime *add.* 1. m) Eodem *E.* n) diem natał *E;* natale Dom. *N;* n. D. *Erph.* o) Cel. — Ianuarii *om. E.* p) eciam *add. E.* q) *sic E cum Erph.; om.* 1. r) *om. E.* s) in Marporg *E.* t) *sic* 2a. *E. R;* Elisabet 1; Elisabeth 2b. u) fuerunt(?) *minio del.*

1) Hoc — celebravit *et* Eodem — cladem *Ann. Erphord. p.* 90. *ad a.* 1235. *habent.* 2) *Eberhardum II.* 3) *Ecbertum.* 4) *Bertholdum.*

ac tribus archiepiscopis, Magontino[a], Coloniense[1], Bremense[2]. Ubi eciam[b] Dominus laudabile miraculum ostendere dignatus est, videlicet ut de ossibus *illius oleum evidentissime exsudaret. *1236.* **f. 162'.*

Hoc[c] anno XV. Kal. Iunii obiit Cůnradus cantor in Monte Sancti Petri[3]. Qui in infirmitate positus, dum aliquid cibi sumere rogaretur, negavit dicens se velle expectare adventum spiritus sancti; veniente ergo[d] dominica, qua sacratissima nox penthecosten habebatur, ferme media nocte defunctus est. *Maii 18.* *Maii 18.*

Hoc[e] anno quinto Kal. Ianuarii in Fulda Iudei[f] utriusque sexus XXXII[g] a cruce signatis Christianis sunt perempti, quoniam[h] duo ex eisdem Iudeis in sancto die Christi cuiusdam molendinarii extra muros habitantis et interim in ecclesia cum uxore sua manentis V pueros miserabiliter interemerant ac ipsorum sangwinem in saccis cera linitis susceperant, igneque domui supposito recedentes. Cuius rei veritate comperta et ab ipsis reis Iudeis confessa, ut supra dictum est, puniti sunt. *cf. A. Erph. Dec. 28.* *Dec. 25.*

Ipso[i] anno IIII. Nonas Februarii obiit Cůnradus prepositus Sancte Marie in Erphordia; cui Arnoldus prepositus maior Treverensis successit; qui veniens Erfordiam IIII. Nonas Octobris a clero eiusdem civitatis in processione fuit gloriose cum crucibus et candelis susceptus et a decano[4] in loco suo installitus[k], cantando interim: *Alma redemptoris mater* et *Te Deum laudamus*. *Febr. 2.* *Oct. 4.*

Hoc[e. 5] anno Kal. Novembris Meinhardus[l] comes de Mulburc[m] quendam civem Erfordensem cognomine[n] Legatum in sancta nocte omnium sanctorum ad matutinas euntem captivum deduxit[o]. Quapropter Magontinus[p] apud imperatorem querimoniam deponens ipsum[q] M[einhardum] imperatoris proscripcioni[r] ac sue excommunicacionis sentencia[r] innodari procuravit. *1235. Nov. 1.*

a) Moguntino Coloniensi Bremensi 2a. b. *R* (et Br.). b) et *E;* ubi ex ill. oss. ol. ev. exsudavit 2a. b (desudavit 2b). c) Hoc — defunctus est *(l. 10) om. E.* d) igitur *N.* e) Eodem *E.* f) fulde utr. s. Iudei *E.* g) *sic* 1. *E. R. N;* XXXIIII *Erph.* h) *sic E. R. L III. N* (quia) *cum Erph.*; vero *add.* 1. i) Ipso — laudamus *(l. 26) om. E.* k) *sic* 1; installatus *Erph.* l) Meynhardus *E.* m) Mulborg *E.* n) cōgnomine 1; 9gn. *E. R.* o) *sic E. R. L III cum Erph.*; abduxit 1. *N.* p) moguntꝛ episcopus *E.* q) comitem *add. E.* r) *sic* 1. *E. R cum Erph.*

1) *Heinrico I.* 2) *Gerhardo II.* 3) *Eius obitus ad eundem diem in necrol. cod. Helwici adnotatus est; cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 520. *Falso igitur Nic. de Siegen loco inedito* XV. Kal. Iulii *habet.* 4) *Gunthero.* 5) *Haec* (— procuravit) *Ann. Erph. p.* 91. *ad a.* 1235. *habent.*

1236. (Nov. 1). Imperator[a] civitatem Vincentinam non sine parcium
fraude cepit ac fere totam incendit, in ipsa postea pre-
cf. A. Erph. sidium constituendo. Hoc[b] anno adeo calida fuerat
hyems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari potue-
Mart. 10. rant[c]. In qua eciam audita sunt tonitrua VI. Idus Marcii.
1237. Maii 6. *Anno Domini MCCXXXVII. pridie[d] Nonas Maii in[e] *f. 163
Babenberg dedicatum est monasterium ab his episcopis: Her-
bipolense[f, 1], Eistatense[2], Nuwenburgense[g, 3], Merseburgense[4],
domino papa ibidem faciente[h] indulgenciam magnam.
1238. Maii 5. MCCXXXVIII. tercio Nonas Maii orta tempestate
citra[i] silvam Loibin* in villa Sule[5] dicta super cuius-
dam[k] rustici solius horreum et curiam pluebat Dominus,
Ps. 77, 27. non ut filiis Israel quondam[l] in deserto sicut pulverem
carnes[m], sed grossa carnium frusta[n] in modum interio-
ris pingwedinis. Quarum partem dum volucres et canes
deportassent, relique circa vesperam solis ardore veluti
glacies liquefacte sunt. Cuius autem rei[o] hoc signum
fuerit, melius timore quam disputacione discutitur[p].
cf. A. Erph. Iul. 10. Hoc[q] anno VI. Idus Iulii obiit Sophia mater Heinrici
lantgravii in Ysenach ac in ecclesia beate Katherine sepulta
est. Eodem anno adhuc illis duobus electis prepositis
Magdeburgensibus[6], Alberto videlicet et Brunone, inter se
conflictum habentibus nec ullo consilio vel arbitrio ce-
dentibus, contigit servos Brunonis in Magdeburg manentis
ad castrum vicinum, in quo predictus morabatur Albertus,
insidias ponere et predam venari; quos ipse perniciter
fugando persecutus usque ad muros civitatis, unum ex eis
graviter vulneravit. Quod videns quidam partis adverse,
stans in muro sagittam direxit ac prepositum[r] Albertum
letaliter vulneravit; qui mox accito confessore confessus ac
Mart. 11. defunctus est V. Idus Marcii.

*) silvam que vocatur uf der Bloßeleyben[s] *E.*

a) Eodem anno imp. *E.* b) Hoc — Marcii *om. E.* c) *sic* 1; poterant *Dresd.* d) II. *E.* e) ded. est in Bamburg *E.* f) Erbip. *E. N.* — Eychstatn̄ *E.* g) *sic N. E* (nuwenburgenſ); huwenbergē 1. h) in. ind. fac. *E.* i) *sic* 1. *R. V;* circa 2a. *E. Le III;* intra *N;* apud 2b. k) *sic* 2a. b. *E. Le III. R. V;* rust. cui. 1. l) *om.* 2b; q. Israhel 2a. m) carnis 2a; carnem 2b. n) frustra 1. 2a. *Le III.* o) hoc rei 2b. p) *sic* 1. *R. V;* concutitur *E. Le III;* discuciendum est 2a. b. q) Hoc — Marcii *(l. 31) om. E.* r) Alb. prep. *R.* s) que voc. die BloSinlowe *Le III.*

1) *Hermanno I.* 2) *Heinrico III.* 3) *Engelhardo.* 4) *Eckehardo.* 5) *Suhl, ut videtur, cum* citra *apud scriptores medii aevi plerumque vim vocis* ultra *habeat.* 6) *De quibus supra neque in hac Cron. neque in Ann. Erphord. quidquam relatum est. Cf. supra p.* 78 *sq.*

[1238. *cf. A. Erph. Mart.* 20.] Hoc[a] anno in ecclesia beati[b] Petri Hildensheimensis[c] episcopus[1] ex mandato Maguntini XIII. Kal. Aprilis[d] ordines celebravit, et eodem[e] die Wirceburgensis[f] episcopus[g, 2] in ecclesia sancte Marie et Havelbergensis[h, 3] in ecclesia sancti Augustini[i]. Hii tres[k] episcopi in tribus monasteriis [ordines[l] celebraverunt] in sabato[m] *Sicientes*[4]. Post[n] hoc Maguntinus dominica palmarum [*Mart.* 28.] Maguncie Curiensem [p. 394.] consecravit *episcopum[5].

[*Iun.* 25.] Hoc[a] anno VII. Kal. Iulii[d] Erphordie[o] in basilica beate virginis magnificum opus meritis, ut creditur, eiusdem gloriose virginis Dominus operatus est. Siquidem puer scolaris a sumitate *laquearii ante summum altare [*f. 163'.] super illud lapideum pavimentum[p] corruens mortem contra humanam opinionem evasit, ita ut VII. die ambularet et postea plene convaleret.

[*cf. A. Erph. Dec.* 29.] Anno Domini MCCXXXIX. adeo[q] lenis extitit hyems, ut a festo Thome fere usque ad purificacionem, exceptis [1239. *Febr.* 2.] montanis, nix visa non fuerit nec glacies. Hoc anno [1238. *Dec.* 27.] VI. Kal. Ianuarii validus erat ventus, et contra morem visa sunt fulmina et audita sunt tonitrua[6]. Eodem [1239. *Maio.*] anno mense Maio in Campania Francie iuxta civitatem Provisinam heretici conbusti sunt numero CC minus XVI; qui, ut ipsi confessi fuerunt, ex eorum progenie erant, quos imperator Theodosius temporibus Augustini de Affrica expulerat, qui eciam de secta Manicheorum fuisse creduntur.

Hoc anno imperator per totam estatem Longobardos inpugnans omnia circa Bononiam vireta[r] atque vineta cum aliis arboribus succidit, indeque Mediolanum[s] di- [*(Sept.)*] vertens obsedit ac multa mala illi inferens, duo propugnacula in valli[t] sita[7] expugnavit ac ipsorum defensores suspendi precepit. Dicitur eciam ex eisdem civibus plus quam octingentos occidisse.

a) Eodem *E.* b) sancti P. in Erford̄ *E.* c) hildesħ *E.* d) *diem om. E.* e) e. die *om. E.* f) Wirceberg. 1; herbipoł *E.* g) *om. E.* h) *sic* 1 *h. l.;* hau'b'genſ (hauerberg.) *E.* i) regularium canonicorum *add. E.* k) *sic E;* tunc 1. l) *sic E;* ord. cel. *om.* 1. m) in sab. *om. E.* n) Post — episcopum *om. E.* o) erphordia 1; erford̄. *E;* errfordeñ *R* 1; Erff *V.* p) *sic E. Le III. R. V. N;* fundamentum 1. q) adeo — occidisse *(l. 32) om. E.* r) ficeta *Liber cron. (ex R).* s) div. Med. *Lr III. Liber cron. (ex R).* t) *sic* 1. *Lr III;* valva *Liber cron. (ex R);* bie deme tore *C; unde dubito, utra lectio vera sit.*

1) *Conradus II.* 2) *Hermannus I.* 3) *Wilhelmus.* 4) *I. e. die praedicto, XIII. Kal. Apr.* 5) *Folcardum.* 6) *Cf. similem notitiam ex Ann. Erphord. exscriptam supra a.* 1233. 7) *Melegnanum et Landrianum auctor dicere voluisse videtur. Cf. Reg. Imp. V, p.* 500, *nr.* 2484a. 2485a.

1239. cf. A. Erph. Hoc[a] anno Maguntinus in Thuringia ad annonam Maguinciam deferendam a cenobiis vecturam[b] exegit. Hoc[c] anno magnus lapis ad lavatorium multo[d] labore apportatus, precisus et fossus, Febr. 1. Kal. Februarii suo loco est aptatus in claustro sancti Petri.

Eodem[e] anno obiit Ditericus abbas Sancti Viti in Oldesleiben; cui successit Ditericus cappellanus eiusdem, iuvenis quidem etate, sed sensu maturus, moribus ornatus, factis discretus. Factus enim abbas multa in edificiis ecclesie sue, in quibus antecessores sui minus laboraverant, et ideo dissipata et destructa, sicut coram positi vidimus[1], magno sumptu renovavit.

cf. ib. 1240. *Anno Domini MCCXL. Perniciosa[f] adhuc ecclesie *f. 134. inter papam et imperatorem discordia cunctis fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Cůnradus magister domus Teutonice, qui[g] principum Alemanie consilio ad ipsos concordandos missus, occulto Dei iudicio Rome Iul. 26. VII.[h] Kal. Augusti[2] diem clauserit extremum.

1239? Eodem anno tempore autumnali Maguntinus in qualibet ecclesia Erphordie unam campanam vel ipsius redempcionem accepit[i, 3].

1241. Oct. 6. MCCXLI.[k] pridie Nonas Octobris facta est eclipsis solis generalis hora undecima. Hoc anno XI. Kal. Aug. 22. Septembris Gregorio papa defuncto, Romanus senator[4] X cardinales[5] ad Romanum pontificem eligendum in domo quadam, sicut est[l] moris, reclusit; ubi dum XI[m] ebdomadas[6] in electione laborantes non concordassent, ita ut eciam unus eorum, scilicet Rubertus de Curczim[7], ibidem per[n] aeris intemperiem, que in Urbe tunc in-

a) episcopus mogunt̃ *pergit E.* b) *sic E. V cum Erph.;* victuram 1. c) Eodem *E.* d) in monte s. Petri in ambitu m. lab. app. prec. et f. et loco suo est apt. *E.* e) *reliqua h. a. om. E.* f) Pern. — Eodem anno *(l. 19) om. E.* g) *sic* 1. *R cum Erph., quod falso additum est.* h) *sic* 1. *R;* VI. *Erph.* i) *om. E;* recepit *Eng. II.* k) *haec* — recludi *(p. 237, l. 7) om. E.* l) moris est *R.* m) *sic* 1. *R.* — ebdomodas 1. n) propter *R.*

1) *Fortasse a.* 1244; *vide infra sub hoc anno, supra praef. p.* 125 *sq.* 2) *Potius Iul.* 24; *cf. Reg. Imp. V, p.* 1670, *nr.* 11285a. 3) *Haec Ann. Erphord. p.* 97 *sq. ad a.* 1239. *habent.* 4) *Matheus Rufus de Ursinis.* 5) *Cf. Math. Paris, SS. XXVIII, p.* 222. 6) *Novem septimanis tantum, ut ex diebus hoc loco adnotatis apparet.* 7) *Minime de Curzim (potius Curzun), olim cardinalis presbyter S. Stephani in monte Caelio (v. supra p.* 220, *l.* 12*), sed de Sumercote Anglicus, card. diaconus S. Eustachii, qui obiit Sept.* 26; *Forcella, 'Iscrizioni delle chiese di Roma' II, p.* 170, *nr.* 488. *Cf. Math. Paris, l. l. p.* 223; *Nic. de Curbio Vita Innoc. IV. c.* 5, *Muratori, SS. III, p.* 592[α]; *Reg. Imp. V, p.* 1258.

valuerat[a], extremum exalaret spiritum, tandem VII. Kal. 1241.
Novembris[1] in dominum Gamfredum[b] Sabiensem presu- *Oct.* 26.
lem consenserunt et Celestinum nunccupaverunt. Qui
statim tercio die morbo correptus, nec pallio nec infula *Oct.* 28.
vel bulla functus, XVII. die, IIII. scilicet Idus Novem- *Nov.* 10.
bris, diem clausit extremum; sicque quidam cardinales
ab Urbe dilapsi metuebant iterato recludi.

H o c[c] anno in villa regia Vrankenvurt[d] cuiusdam Iudei *cf. A. Erph.*
filius Christiane fidei baptismum suscipere desiderans[e] a pa-
rentibus et amicis prohibitus est. Quapropter altercacione
inter Christianos atque[f] Iudeos exorta XI.[g] Kal. Iunii valide *Maii* 22.
inter[h] ipsos dimicatum est. Tandem paucis Christianis oc-
cisis, Iudeorum circiter CLXXX gladio et igne, quem[i] pro-
priis m a n i b u s[k] imposuerant, consumpti sunt; ipsoque[l]
igne post hec[m] invalescente *media fere pars eiusdem civi-
p. 395. tatis est concremata. Videntes itaque reliqui q u i d a m[n]
Iudeorum sibi mortis[o] imminere periculum, baptizati sunt
numero XXIIII[p], inter quos eciam ipsorum quidam[q] episco-
pus t r a ditur extitisse[r].

*Anno[2] i p s o[s] IIII. Nonas Ianuarii obiit lantgravius *f. 164'. *Ian.* 2.
Hassie[3], filius sancte Elizabeth[t], in Cruceburc[u], sepultusque
est i n Reinhersburn[v]. H o c anno in vigilia pasche Wil- *Mart.* 30.
lehelmus episcopus Haverbergensis[w] Erphordie apud Predi-
catores ordines celebravit. Eodem anno Tartari in Un-
garia, terra scilicet VII-castrorum, civitatem dictam Her-
manni-villam in Aprili expugnantes[x, 4] usque ad C[y, 5] *Apr.* (11).
peremerunt, Predicatorum cenobium ibidem incendentes[z].

a) invaluit *R.* b) *sic* 1. *R.* c) Eodem *pergit E ad a.* 1240; *ad a.* 1240. *habent haec etiam* $2^{a.b}$. d) Vrankenfurt 2^{a}; Franckenfurt 2^{b}; Franckenfort *E.* e) qui *add. E.* f) *sic* 1. *E cum Erph.;* et $2^{a.b}$. *R* 2. *Lr III.* g) *diem om.* $2^{a.b}$. *E.* h) i. i. *om.* 2^{a}. i) q̄ (que) 1; *om. E.* k) *sic* 1. $2^{a.b}$. *E. R* 2. *Lr III. Engelhus;* domibus *Erph.* l) ai̅p̅o quoque *E.* m) *sic* $2^{a.b}$. *E cum Erph.;* hoc 1. *R* 2. n) *sic* 1. $2^{a.b}$; quid *E;* quidem *Lr III; om. R* 2. o) *om.* 2^{a}. p) II[c] *E.* q) Rabi vel ep. 2^{a}; quid. eorum Rabi seu ep. *R* 2. *Utroque loco ab H. Schedel, qui cod.* 2^{a}. *R* 2 *scripsit, hoc additum esse apparet. Casu evenit, ut etiam Nic. de Siegen scriberet* inter quos unus rabbi id est ep. r) fuisse 2^{a}. s) Eodem anno $2^{a.b}$. *R* 2; Anno — celebravit *(l.* 24*) om. E.* t) *sic* 2^{a}; Elizabet 1; Elisabeth 2^{b}. u) Cruceburg $2^{a.b}$. v) est Reinhersbrun $2^{a.b}$. w) *sic* 1. *N.* x) expūgnaverunt *E.* y) *sic* 1. *E* (centum); ducentos *L III.* z) incenderunt *E.*

1) *Potius VIII. Kal. Nov. (Oct.* 25*), quo cum die concordat, quod* 17. *die pontificatus Nov.* 10. *papa mortuus esse infra dicitur. Cf. Reg. Imp. l. l.* 2) *Haec* (— Ungaria) *Ann. Erphord. p.* 99. *falso ad a.* 1242. *habent.* 3) *Hermannus. Cuius obitum etiam Chron. reg. Colon. p.* 281. *huic anno adscribit. Diem III. Non. Ian. obitus eius habet Necrol. Thuring., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' II, p.* 118. 4) *Cf. notam de invasione Tartarorum editam SS. XXIV, p.* 65. 5) *Centum milia in annalibus hoc loco exscriptis procul dubio legebatur, ut in nota laudata.*

1242. *Febr.* (10 ?). MCCXLII.[a] mense Februarii obiit quondam rex
Heinricus, imperatoris filius. Eodem anno obiit ar-
Mart. (28). chiepiscopus Treverensis Theodericus. Eodem anno
(Apr. 4). obiit Engelhardus Nuwenburgensis episcopus; cui suc-
cessit Ditericus frater marchionis Misenensis[1], ipso mar-
chione agente, ut a quibusdam, licet paucis, eligeretur.
Nam Petrus magister in studio positus canonice fuit
electus; et dum nuncii, ut rediret, missi fuissent, pre-
dictus Ditericus archiepiscopum adiens muneribus datis
in episcopum se confirmari obtinuit. Egressoque eo ve-
niens magister Petrus, dum super sua rata electione
multa allegaret, nisi taceret, baculandum se esse intel-
cf. A. Erph. lexit; sicque confusus abscessit[b]. Hoc[c] anno Magun-
Iun. 8. tinus Erphordensibus[d] offensus ibidem a festo penthecostes
usque ad[e] assumpcionem[f] tercii anni divina suspendit.

1243. *Iun.* 24. MCCXLIII.[g] VIII.[h] Kal. Iulii Innocencius papa electus
est, cum sedes vacasset anno u n o et VIII mensibus. Qui
statim Fridericum imperatorem denunctiavit. Hoc anno
Ian. 6. VIII. Idus Ianuarii[i] Rudolfus Merseburgensis episcopus in
Lipczigk ordines celebravit.

1244. MCCXLIIII. Maguntinus, ut Erphordenses adhuc[k] du-
Ian. 13. rius arceret, in octava epyphanie[l] omnem clerum cum reli-
giosis civitatem[m] exire compulit; qui postea in proxima[n]
*f. 165. *Mart.* 13. sequenti dominica *Letare in villa Wimaria cleri ac populi
conventum statuens, Fridericum imperatorem cum Erphor-
Maii 30. densibus denunctiavit, ac post hoc[o] III. Kal. Iunii in Vrits-
laria concilium faciens eadem confirmavit. Eodem anno
Maguntinus auctoritate domini pape quintam redituum
Sept. 3. partem a clero exegit[2]. Hoc anno tercio Nonas Septem-
bris obiit Sophia comitissa[3], mater comitis Heinrici.

Hoc[4] anno commocione necdum[p] sedata inter Ma-

a) *haec — abscessit (l. 13) om. E.* b) *sic* 1. *N;* discessit *R.* c) Eodem *pergit E ad a.* 1240. d) ab Erfordie *E;* ab Erffurdensibus *V;* a consulibus Erfurd. *N.* e) *sic E. V. R* 2. *Stolle cum Erph.; om.* 1. *N.* f) ascensionem *E.* g) *sequentia — p.* 240, *l.* 11. *om. E.* h) *sic* 1; VII. *recte Erph.* i) *sic* 1; Iunii *Erph.* k) *sic V. R* 2 *cum Erph;* adhoc 1. l) *sic* 1. *V;* domini *add. N. R* 2. *Lr III.* m) *sic* 1. *V. N. R* 2. *Lr III;* civitate *Erph.* n) *sic V. R* 2 *cum Erph.;* seq. prox. 1. o) *sic* 1. *V. N;* hec *R* 2. *Lr III cum Erph.* p) *sic* 1. *V. N;* nondum *R* 2.

1) *Heinrici.* 2) *Cf. Innoc. IV. Reg. I,* 653. 654, *Epist. pont. sel. II, p.* 47 *sq., nr.* 65. 66 *(Berger nr.* 654. 655*).* 3) *De Gleichen, uxor Lamperti II. comitis. Vide trad. S. Petri, Schannat, Vind. liter. II, p.* 9, *nr.* 14; *Werneburg in 'Mitth. d. V. f. die Gesch. v. Erfurt' VI, p.* 33 *sqq. Sophiae obitus etiam in Necrol. S. Petri, Schannat l. l. II, p.* 20, *ad Sept.* 3. *adnotatus est cum nota:* haec dedit mansum. 4) *Sequentibus eadem ex fonte Montis S. Petri referuntur, quae modo ex Ann. Erphord. exscripta sunt.*

gontinum et cives Erphordie, dato mandato Magontinus[a] 1244.
precepit, ut omnes religiosi, tam conventuales quam et[b]
capellani[c], relictis propriis mansionibus ad obprobrium
civium[d] II.[e] Idus Ianuarii civitatem Erphordiam[f] exi- *Ian.* 12.
rent. Inter quos conventus Montis Sancti Petri relicto
claustro in allodia[g. 1] eiusdem ecclesie per[h] duos menses
et dimidium se recepit. Postea appropinquante festivi-
tate paschali, ut divinis non carerent, in cenobia cir- *Apr.* 3.
cumiacencia civitatem conventus[i] divisus est, alii ad
Sanctum Martinum prope flumen Werra[k], alii ad Cel-
lam Pauline, alii in Reinhersburn[l], alii vero ad Sanctum
Vitum in Holdeslebin[m], quos per quatuor menses et am-
plius honestissime tenuerunt.

MCCXLV. in mense Iulio Lugduno[n] Gallie celebratum *cf. A. Erph.* 1245. *Iul.*
est concilium presidente domino papa Innocencio cum CCL
episcopis; ubi per sentenciam Fridericum quondam impera-
torem ab omni iure regni destituit[2]; eandemque sentenciam
Predicatoribus atque Minoribus fratribus[o] denunctiandam
commisit. Idem papa Innocencius in eodem concilio sta- *Cr. Minor.*
tuit octavam nativitatis beate virginis Marie ab omnibus clericis et
religiosis annuatim sollemniter celebrari. Tempore huius pape Lude-
96. wicus christianissimus rex Francie cum *Christiano exercitu
contra consilium domini pape transfretavit, et fugientibus barbaris a
facie eius cepit et in possessione pacifica habuit Damiatam. Postea in
brevi *ipse rex Francie a soldano Babilonie, id est a Pharaone rege **f.* 165'.
Egipti, captus est, et suus Christianus exercitus totus dissipatus et[p]
occisus est. In eadem pugna frater eiusdem regis[3] vali-
dus animo et corpore cum ceteris occubuit. Rex autem[q] *ib.*
Ludewicus pro redempcione sua dedit soldano C milia marcarum
argenti et civitatem Damiatam. Verum arma, tentoria, vasa preciosa,
equos electos, alimenta Christianorum Sarraceni in illo[r] prelio obti-
nuerunt. Eodem autem tempore[4], cum idem[s] rex Fran-
cie moraretur ultra mare, ubi, sicut dictum est, captus et ad
plurima dampna perductus est, venerunt congregati in regnum Fran-
cie plura milia pastorum dicentes se velle venire in adiutorium Lu-
dewico[s] regi Francie ultra mare. Hii unum[s] capitaneum magistrum
habuerunt nomine Iacobum, peritum in pluribus lingwis. Hic fuit
apostata Cisterciensis ordinis et sceleratissimus. Iste in Francia

a) Magunt. (Mogunt. 2b) episcopus 2a. b. b) *sic* 1. *V;* etiam 2a. b; *om. R* 2; earum *N.* c) *sic* 1. 2a. b. *N;* capellarii *V. R* 2. d) Erphordensium *add.* 2a. b. e) *sic* 1. *R* 2; *om. N;* 5. *V.* f) Erphordensem 2a. b. g) *sic* 2a. b. *V. N. R* 2; allodio 1. h) post 2a. b. i) *om.* 2a. b. *V. (N).* k) Werta 2a. b. l) Reinhersbrun 2b. m) Holdesleben 2a. b. n) *sic* 1. *L III (ubi* Iulii*). Erph.* o) *deest L III.* p) est et occ. *R.* q) *sic R. Lr III;* aut 1. r) *sic R;* Sarr. nullo 1. s) *om. R. Lr III.*

1) *Nic. de Siegen addidit hoc loco:* Ailch, Hochstete. 2) *Quaedam verba ex Cron. Minore huic loco immixta sunt.* 3) *Robertus I. comes Artesiae. Cf. Ann. Erphord. a.* 1250, *p.* 109: occiso quoque fratre ipsius Ruberto. 4) *A.* 1251.

Cr. Minor. manus temerarias violenter in clericos iniecit per diversa loca. Istum facinorosum Iacobum sequebantur meretrices, latrones, magi et malefici. Qui Iacobus apud Bituris civitatem sentencialiter a Christianis occisus est, et omnes, quotquot sequebantur eum, occisi sunt[a] et dissipati.

Iste papa Innocencius IIII. inter omnes apostolicos a sancto Petro primo papa dicior fuit, sicut refertur, et opulencior in pecunia
1246. et thesauris[b]; nam, sicut multis constat, eo tempore, quo Heinricus Thuringie lantgravius regni gubernacula susceperat, eidem ad supplementum regni XXV milia [marcarum[c]] argenti transmisit[1].

cf. A. Erph. 1245. Eodem[d] anno captus est episcopus Babenbergensis[e. 2] a Bertoldo comite de Kevernberc[f]. Quem eciam[g] in custodia per tempus tenuit[h]; cuius castrum, videlicet Kevern-
1246. (Apr. 5). berc[f], in quo idem episcopus tenebatur, brevi tempore postea transacto iusto Dei iudicio flamma consumpsit et inhabitabile reddidit[3]. Quem episcopum postea lantgravius Heinricus, in regem electus, a vinculis absolvit.

*f. 166. Apr. 15. *Anno[i] Domini MCCXLVI. decimo septimo Kal. Maii inchoata est structura lignei edificii in turri, ubi maiores campane pendent, in Monte Sancti Petri, et in autumpno stagno[k] operta et consumata est. Hoc eciam
Oct. 29. anno IIII. Kal. Novembris in honore omnipotentis et dilecti sui apostoli Andree fusa est campana multum sonora ab Heidinrico magistro de Achin, parvoque inter-
Nov. 6. vallo postea in die sancti Leonhardi in laudem et gloriam apostolici sideris sancti Pauli fusa est alia minor campana et ipsius apostoli nomine nuncupata. Eodem
(Iun. 15). anno mortuus est dux Austrie Fridericus nomine, ob multam crudelitatem famosus. Hoc eciam[l] anno
Maii 22. XI.[m] Kal. Iunii media nocte ortum fuit[n] incendium Erphordie[o. *] et ita pene[p] usque[q] ad mediam diem perduravit; de[r] quo incendio dixerunt seniores civitatis tam sevum se numquam vidisse. Ipsa eciam nocte simile

*) *E add.:* circa pontem mercatorum[4].

a) *sic R. Lr III cum Cron. Minore;* et diss. sunt 1. b) thezauris 1. c) *sic L I; om.* 1. *R.* d) Anno M^oCC^oXLV^o *pergit E.* e) Bamberg. *E.* f) Keiunernberg *(?) E.* g) *om. E.* h) habuit *E.* i) Anno — famosus *(l. 29) om. E.* k) stanno *N.* l) Eodem *pergit E ad a.* 1245. m) *sic E cum Erph.;* IX. 1. 2^a. b (VIIII. *et* 9). *N* (nono). *R* 2 (noñ). *Lr II* (nono). n) Ortum est inc. . . . m. n. 2^a. b. o) *om.* 2^a. b. p) et fere *E.* q) *om.* 2^a. *E.* r) Et tam sevum sen. civ. se n. vid. 2^a. b.

1) *Cf. Ficker in Reg. Imp. V, p.* 913, *nr.* 4865d. 2) *Heinricus I.* 3) *Cf. Ann. Erphord. a.* 1246, *p.* 101. 4) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 488. 502.

fuit incendium in Meigdeburc[a] et aliis pluribus civitatibus[1]. 1246.

MCCXLVII. Heinricus lantgravius Thuringie in regem[b] eligitur[c]. (Maii 22). Qui lantgravius[d] in regem electus iuxta Renum cum magno exercitu cum Cunrado filio Friderici quondam imperatoris conflixit et eum cum suo exercitu apud Frankenvurt[e] in die sancti Dominici vicit et confudit[f]. Cr. Minor. Eodem anno prefatus Heinricus[g] lantgravius post secundam profectionem in Sueviam ad propria reversus[2], inmatura morte obiit profluvio[h] ventris et[g] sepultus est[g] iuxta[i] Ysenachum[3]. 1247. Hic quia sine herede defunctus est, quamvis feliciter, tamen plurima bella et dira werrarum turbacio in Thuringia et Hassia exorta est et[k] in aliis finibus eius pro habendis possessionibus eiusdem.

Eodem anno ad laudem domini nostri Iesu Christi et ad predicandam gloriam magnificencie principis apostolorum fusa est campana mire dulcedinis a predicto fusore[4] in honore principis apostolorum et ipsius apostoli nomine nuncupata; quam videlicet campanam Theodericus Nuwenburgensis presul consecravit. Qui videlicet *episcopus XI. Kal. Octobris ibidem ordines celebravit. *f. 166'. Sept. 21.

Hoc anno mortuus[l] est comes Hermannus[m] de Horlamunde[5]. (Dec. 27).

697. *Anno Domini MCCXLVIII. Turbacionem adauxit discordia, que facta est inter comites Thuringie et pincernam, dictum de Varila, Rudolfum, qui multas villas comitum depopulans igne[n] consumpsit; per quod factum eosdem comites ad resistendum provocavit. 1248. Veniens autem pincerna cum suis occurrit illis et cum eis pugnam commisit. (Febr. 11). Pincerna igitur prosperis successibus de preteritis factis exhilaratus comites inimicos suos non solum devicit, sed eciam quatuor ex eis*, scilicet Guntherum

*) *E habet tantum:* Anno M°CC°XLVIII° discordia facta est inter comites Thuringie et Rudolfum pincernam de Varila,

a) Meigdeburg 2a; Magdeburg 2b. *E.* — et — civitat. *om. E.* b) Th. rex 2a. b. c) ac confirmatur *add. E, ubi sequentia — l. 23. om.* d) *om.* 2a. b, *ubi* el. in r. e) Franckfurt 2a. b. f) fudit 2a. b. g) *om.* 2a. b. h) *sic* 2a. b. *R. N;* pre fluvio 1. i) prope 2a. k) *eadem manu superscr.* 1. l) mortg 1. m) *sic* 1. *R. N;* Heinricus *Erph.* n) igni *E. R. N.*

1) *Cf. Ann. Erphord. p.* 100. 2) *Cf. ibid. p.* 101: dum secundam in Bawariam atque Sueviam fecisset expeditionem. 3) *Nota in Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 295, *additum esse:* zû sente Katherinen, *quod et in Ann. Erphord. p.* 101. *dicitur. Neque tamen hoc loco hoc omissum esse censendum est.* 4) *Heidinrico; supra a.* 1246. 5) *In Ann. Erphord. a.* 1248, *p.* 102. *comes (falso Heinricus) VI. Kal. Ian. obiisse dicitur.*

1248. comitem de Kevernberc[a] et filium eius Bertholdum[b] et Heinricum et Guntherum comites de Swarczburc[c], captos secum deduxit[d] et in vincula coniecit[1].

Sifridus[e] Mogontinus apud papam obtinuit, ut vacantes prelature et prebende per biennium episcopatui deservirent; et hoc factum per quinque annos perduravit[f·2].

Maii 5. Hoc eciam anno III. Nonas Maii flebilis fama insonuit, quod nobilis illa campana nuper fusa in Monte Sancti Petri esset confracta.

Iul. 24. Hoc[g] anno in vigilia sancti Iacobi apostoli[h] marchio Misnensis[i] veniens prope civitatem Erphordiam resedit[k·3], ita ut ex civitate ad suos et a suis iacula in civitatem iacerentur. Hoc[l] anno civitas Wizense[m], *(Iul. 9).* captis et depulsis habitatoribus, prede patuit et igne succensa est[4].

Eodem[n] anno conventus Sancti Petri aliam fuderunt campanam, sed ignotum est, per quam negligenciam, es in terram defluxit, et campana periit; quam tamen postea perfectam et integram perfecerunt. Ipso *Oct.* 28. anno V. Kal. Novembris Ditericus episcopus Nuenbur- **f.* 167. gensis in Monte Sancti Petri sanctimoniales *benedixit et ad serviendum Deo in puritate et mundicia cordis dedicavit[o].

1249. Anno Domini MCCXLIX. Sifridus Mogontinus in *(Mart. 9).* Pinguia moritur et Mogoncie sepelitur. Quo defuncto, bellis undique[p] adhuc frementibus et crudelitate predonum in depopulacionibus ecclesiarum, civitatum et vil- *Ps.* 101,20.21. larum adhuc ingravescente, *prospexit de excelso sancto suo Dominus et de celo in terram aspexit, ut audiret gemitum*

---

qui multas villas comitum spolians igni consumpsit. Tandem iuxta Mittelnhusen pungnantes[q] invicem, pincerne prospere succedens, comites devicit et 4[or] ex eis.

a) Keuirnberg *E.* b) Bertoldum *E. R. N.* — et *om. E.* c) Swarczburg *E.* d) *sic* 1. *R* 2; duxit *E. L I;* abduxit *R* 1. *N.* e) Sifr. — confracta *(l. 10) om. E.* f) perduraret *R.* g) Eodem *E.* h) *om. E.* i) missenensis *E.* k) *sic* 1. 2[a. b]. *R;* obsedit *E et inde L II. Eng. I (inde V). II.* l) in *add. E.* m) Wissense *E.* n) *sequentia — p.* 245, *l.* 19. *om. E.* o) O virgo virginum confer michi auxilium tuum *add.* 1. p) adhuc und. *R.* q) pūgnantr *E.*

1) *Cf. Ann. Erphord. p.* 105. 2) *Cf. Reg. Innoc. IV. V,* 448, *Epist. pont. sel. II, p.* 338, *nr.* 475 *(Berger nr.* 3498*) d. d.* 1247. *Dec.* 19. 3) *Diebus Iul.* 23—25, *ut referunt Ann. Erphord. p.* 103. 4) *Die Iul.* 9; *cf. ibid. p.* 103.

compeditorum, in eo videlicet, quod clerus Mogontinus 1249.
ad pastorem et rectorem eiusdem sedis elegit fide et
opere Cristianum, qui omnibus viribus suis studuit ecclesie, cui preesse debuit, pacem providere, revolvens animo
illud dictum salvatoris: *Beati pacifici, quoniam filii Dei* *Matth.* 5, 9.
vocabuntur. Fuldenses monachi audito obitu Sifridi Mogontini episcopi abbatem[1] sibi de congregacione statuerunt.

Hoc[a] anno corpus dominicum furto sublatum est in ecclesia sancti Martini et in cuiusdam canonici curia reconditum, pro quo inveniendo omnis clerus processionem egit in Montem Sancti Petri. Sed furto a fure pro- 1250.
dito et loco, omnis clerus civitatis dominicum corpus *(Ian. 14).*
per quatuor menses reconditum, episcopo Cristano presente, in ecclesiam sancte Marie honorifice deportavit[b, 2].
Hoc anno Lampertus clericus, frater Hernesti et Hein- 1249.
rici comitum[c] de Glichin, adiutorio Hermanni Herbipolensis episcopi et amicorum suorum preposituram Er-
phordie a domino papa impetravit[3]. Eodem anno *cf. A. Erph.*
Cristanus Mogonciensis episcopus in vigilia nativitatis[d] Christi *Dec.* 24.
ab omni clero in Monte Sancti Petri honorifice susceptus est[e].

MCCL. Facta visitacione ab episcopo Cristano[f] 1250.
Erphordie[g] in Monte Sancti Petri abbas Heinricus ab abbacia destitutus est, et Volmarus abbas Bursveldensis[h] loco suo substitutus[4].

Eodem[5] anno multi nobiles cum magno exercitu 1251.
intraverunt oppidum Molhusen[i], volentes ipsum[k] ex-
pugnare[l], *ibidem interfecti sunt, scilicet in die Tibur- *f. 167'.
cii et Valeriani, quod fuit VI. feria ante palmarum[m, 6]. *Apr.* 7.

a) *lectiones codd. E. M huius loci vide infra in Addit. ante Cont. II.* b) *sic V;* deportatur 1. *(N).* c) *eadem manu superscr.* 1. d) *sic N cum Erph.; om.* 1. e) O sancte Ieronime *add.* 1. f) ep. Mogont̄ (Mogunt. 2b) Cristanno 2a. b. g) erphord. 1. 2a. h) Bursfeld. 2b. i) Mulhusen *V.* k) illud *V.* l) volentes *iterum add. in f.* 167'. 1. m) palmas *V.*

1) *Heinricum IV.* 2) *Cf. Ann. Erphord. a.* 1250, *p.* 107; *Necrol. S. Mariae Erph. Ian.* 14, *'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p.* 253 *sq.; Liber cron. add., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 230. 3) *Cf. Ann. Erphord. a.* 1250, *p.* 107. 4) *Cf. ibid.* 5) *Haec, quae a.* 1251. *facta sunt, hoc loco male posita, infra a.* 1252. *iterum ex Ann. Erphord. (S. Mariae sive Praedicatorum) relata sunt. In Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 295, *uterque locus ad a.* 1250. *coniunctus est. Cf. Ilgen et Vogel, 'Gesch. d. thür.-hess. Erbfolgekrieges' (sep. ed. ex 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' X) p.* 12. 28. 35. 151. 6) *Hic dies fuit a.* 1251, *Apr.* 7, *non Apr.* 14, *qui scilicet est dies festus praedictorum sanctorum. Cf. infra p.* 245, *n.* 1. 4.

1251. *Anno Domini MCCLI. Cristanus episcopus Mo- *p. 3
gontinus episcopatum sponte resignavit; cui Gerhardus
cf. A. Erph. Sept. 18—21. successit [1]. Hoc eciam anno in ieiunio autumnali sol-
lemnes celebrati sunt ordines Erphordie in ecclesia sancti
Petri ab Heinrico Hildenesheimensi episcopo.

1252. Anno Domini MCCLII. Gerhardus episcopus electus
Febr. 4. Erphordie suscipitur II. Nonas Februarii in monte beate
(Febr. 17). Marie virginis [2]. Eodem anno mortuus est [3] Heinricus
quondam abbas montis sanctorum apostolorum Petri et
cf. ib. Pauli in Erphordia [a]. Ipso anno Mogontinus a clero suo
vicesimam exegit.

Cr. Minor. Eodem anno Fridericus quondam imperator, sed anathemati-
zatus [b] et imperiali honore privatus, veneno interiit et misere mortuus
in die sancte Lucie virginis et martiris, sepultus est apud Fogiam.
Iste Fridericus imperator, sicut prefatus papa Innocencius in decreto
Lugdunensi scribit, irritavit multociens, pacem inter ecclesiam et
imperium reformatam temere violavit. Perpetravit eciam sacrilegium,
capi faciens duos cardinales sancte Romane ecclesie, Ottonem Portuen-
sem et Iacobum Prenestinum episcopos, ac aliarum ecclesiarum pre-
latos et clericos, religiosos et seculares venientes ad concilium, quod
papa Gregorius IX. Rome duxerat convocandum, quod ipse imperator
petiverat convocari. Hos prelatos cum clericis in Siciliam fecit diris
carceribus mancipari, quibusdam in mari mersis. Ecclesias XI archi-
episcopales et multas episcopales, abbacias quoque ac alias ecclesias
prelatorum regimine destituit in regno suo in grave ipsarum preiudi-
cium et periculum animarum. Ecclesiarum non solum facultates et
*f. 168. bona fecit, prout *voluit, occupari, sed eciam cruces, calices et thuri-
bula et alios sacros earum [c] thesauros et pannos sericos velut cultus
divini contemptor auferri iussit. Clericos quippe collectis et talliis
multipliciter affligi procuravit, nec solum trahebantur ad iudicium se-
culare, sed cogebantur subire duella, incarcerabantur, occidebantur et
patibulis cruciabantur in confusionem et obprobrium ordinis clericalis.
De heresi quoque suspectus habebatur. Nam postquam Gregorius
papa IX. ipsum anathematis vinculo innodavit, et post captivacionem
cardinalium, prelatorum et clericorum ad sedem apostolicam venien-
cium claves ecclesie contempsit, sibi faciens celebrari vel pocius, quan-
tum in eo fuit, prophanari divina; scripsit et asseruit se Gregorii
pape sentencias non vereri et coegit alios sentencias papales non ser-
vare. Preterea coniunctus amicicia detestabili Sarracenis nunctios et
munera eorum cum hilaritate [d] et honorificencia recepit et munera eis
pluries destinavit. Ritus eorum amplectens, illos in cottidianis eius
obsequiis secum tenuit. Existens enim ipse in partibus transmarinis,
facta composicione quadam, ymmo collusione verius, cum soldano,
Machometi nomen in templo Domini diebus ac noctibus proclamari
permisit. Bacario regi scismatico, Dei et ecclesie inimico et sollemniter
excommunicato, suam filiam tradidit in uxorem. Ducem Bawarie fecit

a) erphord. 1. b) anathematisatus 1. c) eorum thezauros 1. d) hi hilaritate 1.

1) *Cf. Ann. Erphord. p.* 109. 2) *Cf. ibid. p.* 110. 3) *Die XIII. Kal. Mart., Necrol. S. Petri cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 513.

Cr. Minor. per Asisinos occidi. Nec ecclesias nec monasteria nec[a] hospitalia seu alia pia loca construxit, sed destructioni ecclesiarum institit. Manum suam, sicut decet principem, ad elemosinas non extendit. Neglector salutis et fame sue pietatis operibus non intendit. Possessiones Romane ecclesie, videlicet marchiam Anchonetanam, ducatum Spoletanum, nobilem civitatem in Apulia, scilicet Beneventum, cuius archiepiscopus habet sub se XII suffraganeos, eosdem[b] destruxit preter alias civitates Tuscie. Hec scribit Innocencius *papa in decreto concilio[c] ** f. 168'.* Lugdunensi. Iste Fridericus imperator obtinuit Asisinos, homines mortiferos, perfidos et maleficos, a quodam rege barbarorum, ut fertur, qui appellatur Vetustus de Montanis, quos misit quo voluit ad occidendum. Hic iniquitatem in excelso locutus est, ponens os suum in celum, dixit audiente Heinrico lantgravio: 'Tres', inquit, 'seduxerunt totum mundum, videlicet Moyses Hebreos, Christus Christianos et Machometus barbaros; quam ob rem si principes imperii institucioni mee assentirent, ego utique multo meliorem modum credendi et vivendi cunctis nacionibus ordinare vellem'. Rex Cunradus, filius eiusdem Friderici, post breve tempus eciam misere mortuus, sepultus est apud patrem.

cf. A. Erph. 1251. *(Apr. 7).* Hoc eciam[d] anno[1] quidam comites Thuringie et Saxonie et alii militares viri contra regiam villam Molhusen conspirantes, quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum eidem ville inducentes, portas civitatis nitebantur occupare; quod ut cives cognoverunt, sonantibus campanis ad arma concurrebant, et viriliter se defendentes quosdam ex adversariis trucidabant, ceteros a menibus suis[e] fugantes cum magna eorum iactura a se repulerunt. Illos vero, quos peremerant, in fossam iactantes humo cooperuerunt.*

cf. ib. 1253. *Oct. 5.* Anno Domini MCCLIII. tercio[f] Nonas Octobris dedicatum est monasterium beate et gloriose Dei[g] genitricis et perpetue virginis Marie in Erphordia ab episcopo Theoderico[h] Nuwenburgense, tribus aliis episcopis[i] cooperantibus, quorum unus erat de ordine Cisterciensium[k], alius de ordine Minorum fratrum[2], tercius de ordine domus Teutonice[l.3].

*) *E add.:* quod factum est feria 6[ta] ante palmas. Eodem die instituerunt stipendium omnibus advenientibus, ut fertur[4]. 1251. *Apr. 7.*

a) nc 1, *saepe pro* nec. b) *sic* 1; suffr. episcopos *Cr. Minor.* c) *sic* 1. *V;* concilii Lugdunensis *Cr. Minor.* d) Eodem *pergit E ad a.* 1248. *post p.* 242, *l.* 16. e) *sic E. R; om.* 1. f) *sic* 1. *V; om. E. N.* g) D. g. et p. *om. E.* h) ep. Nuw. scilicet thed. et tribus *E.* i) *sic E cum Erph.; om.* 1. *V;* suffraganeis *N.* k) cisterc *E.* l) theutunice *E.*

1) *Immo a.* 1251; *cf. supra p.* 112, *n.* 8. 243, *n.* 5. 6. 2) *Theodericus episcopus Wironensis; cf. Ann. Erph. a.* 1253, *p.* 114 *sq.; Reg. archiep. Magunt. II, p.* 318, *nr.* 32. 3) *Christianus episcopus Lithuanensis procul dubio.* 4) *Revera pauperibus* sexta feria singulis annis ante pal-

1254. (Dec. 7). MCCLIIII.[a] Innocencius papa quartus decessit;
(Dec. 12). cui Alexander IIII. successit. Hoc anno conventus
*f. 169. sancti Petri in *Erphordia inchoavit ligneam structuram
turris, in qua minores campane pendent. Eodem anno
(Mart. 2). mortuus est Hermannus Wirziburgensis episcopus; cui
successit Irinc canonicus ecclesie sancti Kiliani, quem
Gerhardus Mogontinus *episcopus consecravit in vigilia *p. 3
Apr. 11. pasche in Monte Sancti Petri in presbiterum et se-
Apr. 12. quenti die in ecclesia sancte Marie episcopum ordinavit.
1247. MCCLIIII. Willehelmus comes Hollandie in regem
eligitur[1], qui in divinorum officiis cum tanta[b] devocio-
nis reverencia ac morum disciplina frequenter interfuit
atque in prosecucione iusticie tam studiosus ac distric-
tus apparuit, quod in ipso tam devocionis humilitas quam
iusticie equitas poterat non inmerito conmendari. Et quia
Dominum in omnibus factis suis semper pre oculis habuit,
timuit et amavit, ideo ipse, qui se diligentes diligit ac hono-
rantes honore condigno remunerat ac sublimat, eundem
Willehelmum multiplici sublimavit victoria. Nam cum
1253. Margareta[c] comitissa Flandrie, que tota bellis ac cedibus
inhiabat, ad eiusdem Willehelmi terminos depopulandos[d]
validum emisisset exercitum, ipse, utpote vir in armis
ac strennuitate conspicuus, licet pugnatorum numero
longe minor esset, tamen cum eodem congressus exer-
(Iul. 4). citu, de ipso divina annuente clemencia victoriosum ob-
1248. tinuit triumphum[2]. Preterea eciam cum Aquisgrani civi-
tatem cum magna principum multitudine obsedisset,
ipsam ad dedicionem absque longo temporis dispendio
violenter ac magnifice compulit ac coegit. Nam ex in-
dustria et auxilio Frisonum cuiusdam aque restringendo
decursum tantum in ipsa civitate fecit inundacionis pro-
fluvium, quod diucius resistere seu[e] subsistere aliquate-
nus non valebant[3]. His itaque habitis victoriis una cum
1252. venerabili patre Hugone[4], apostolice sedis legato, ad
partes accessit Saxonie, ubi filiam[5] illustris principis

a) *a.* 1254. *om. E.* b) *sic* 1. *Lr III;* tante *R* 1. c) Margaretha 1. d) populandos *R.* e) vel *R.*

mas *in memoriam victoriae hoc die peractae redditus quosdam distribuendos constituerunt carta data a.* 1252, *Herquet, 'UB. d. Reichsst. Mühlhausen' p.* 41, *nr.* 124; *cf. supra p.* 112, *n.* 8. 1) *Iam a.* 1247. *Oct.* 3. 2) *Apud Westcapellen in insula Walcheren. Sed ipse rex proelio non interfuit. Cf. Ann. Erphord. a.* 1253, *p.* 114. 3) *Cf. Ann. Erphord. a.* 1248, *p.* 102. 4) *Presbytero cardinali S. Sabinae.* 5) *Elisabeth.*

169'. Ottonis ducis de Brunswic duxit in uxorem. Cum *igi- 1252. (Ian. 25).
tur iam peragerentur tede, ac nupciarum solemnia cultu
celebrarentur magnifico, prout regalis excellencia expo-
scebat, ecce in ipso noctis conticinio ex quadam mini-
strorum incuria ipsa aula, in qua rex accubuit, succen-
ditur, ita quod ipse rex cum nova coniuge sua vix nudus
evasit incendium [1]. Omnia vero ornamenta sua, que
multa secum adduxerat, incendio perierunt. Postmodum
vero ad civitatem Hallis pervenit, ubi cum magno ho- (Apr. in.)
nore, sicut regiam maiestatem decuit, susceptus est;
quam plures eciam principes Alemanie ibidem ab ipso
sicut a Romanorum imperatore pheoda sua receperunt.
Usque ad hec ergo tempora fortuna, que in rebus huma-
nis utique discurrit incerta, ipsi regi mater extiterat,
sed nunc nimium novercari incepit, quia letum ac sere-
num ipsius principium, sicut eventu patuit, tristi fine
conclusit. Nam cum idem rex Willehelmus cum exer- 1256.
citu suo terram devastaret Fresonum, ut ipsam impera-
torie subiceret dicioni, heu! nimia seductus animositate,
quosdam Frisones, quos aspexit in littore, cum paucis (Ian. 28).
insecutus, ab ipsis morte miserabili interemptus est.

Hoc eciam anno Volmarus abbas Montis Sancti 1254.
Petri in Erphordia resignavit abbaciam; cui successit
Andreas cellerarius ecclesie.

Anno Domini MCCLV. Alexander [a] papa a beato Petro CXCI. *Cr. Minor.*
ordinatus [2] sedit annis VI. Eodem anno ortum fuit 1255.
incendium Erphordie, quod simile vel maius fuit illis
incendiis, que prescripta sunt [b]. Hoc [c] eciam anno
III. Kal. Novembr. in honore sancte et individue trini- *Oct.* 30.
tatis et gloriam principis apostolorum fusa est campana,
que ipsius nomine nuncupata est; que campana dum
cuidam hospiti pulsaretur, in ipso motu cecidit, et Do-
mino protegente, dum tanta moles caderet, nec ipsa
campana *lesa fuit, nec illi qui pulsabant aliquod peri- **f.* 170.
culum sustinuerunt. Eodem eciam [d] anno cives [e] qui
summi burgenses dicti sunt, quibus ab antecessoribus
suis cura civitatis commissa fuit, statuerunt, ut singulis
annis XII ex omni etate, seniorum videlicet, mediocrum [f]

a) Alex. — VI. Eod. a. *om. E.* b) *sic* 1. 2^{a}. *E;* illis superioribus inc. 2^{b}. c) Hoc — sustinuerunt *(l. 35) om. E.* d) *om. E. V.* e) Erford *add. E;* Erffordenses *add. R. Lr III. V. (N).* f) *sic* 1. *R. Lr III. N. (V);* mediorum *E.*

1) *Cf. Ann. Erphord. a.* 1252, *p.* 110. 2) *De eo vide iam supra a.* 1254.

1255. et iuvenum, eligerentur, qui consules nominarentur, et
super illos duo[a] seniores, ut, quod maior pars illorum
faciendum decernerent[b], hoc isti approbantes, ab omni
populo civitatis firmum teneretur[1].

1256. MCCLVI. Rex[c] Willehelmus[d] in Fresiam veniens[e]
occiditur[2]. Hoc eciam anno XVII. Kal. Februarii,
Ian. 16. que tunc fuit dominica dies, captus est Gerhardus[f] Mo-
gontinus[g] episcopus *et plures[h] cum eo comites et alii[i] *p. 40(
nobiles in villa dicta[k] Bollestete[l], in predio monacho-
rum de Volkolderode[m. 3], quos[n] homines ducis de Bruns-
wic[4] eidem in Brunswic[o] presentaverunt. Paucis vero
diebus deinde transactis idem dux comitem de Eber-
stein[p] dictum[k. 5], patruum videlicet[k] eiusdem episcopi,
ob[q] multas eidem duci exhibitas contumelias suspendio
Ian. 21. fecit interire. Hoc[r] eciam anno XII. Kal. Februarii
universus clerus civitatis Erphordie processionem fecit
in Montem Sancti Petri, ubi missam pro absolucione[s]
episcopi de vinculis sancti Petri celebravit.

Eodem anno Ericus rex Dacie occiditur[6]. Hoc
eciam[t] anno ducissa[7], uxor videlicet ducis Bawarie[u. 8],
apud ipsum rea transgressionis accusata, ipso[v] iubente
(Ian. 18). gladio necata est.

Cr. Minor. Eodem[w] anno papa Alexander Ezelinum de Tervis[x],
tortorem Christianorum, interfectorem[y] LX Minorum[z] fratrum et
aliorum fidelium plurimorum[a], persecutorem sacre[b] fidei catholice,
pro heretico et[c] omnes fautores suos sentencialiter condempnavit[d] et
excommunicavit et a sancta Dei ecclesia tanquam membra putrida et
morbida prescidit in littera apostolica, que sic incipit: *Scandalum fidei,
malum Italie et macula populi.* Iste Ezelinus hereticus publicus, hostis[e]

a) duos *E. R. Lr III.* b) *sic* 1. *E. R. V. N.* c) Rex — dies *om. E.* d) Wilhelmus, qui fuerat comes Holandie, in Fŕ. (Frisiam 2[b]) 2[a.b]. e) a Frisonibus *add.* 2[a] (*ex a.* 1254); a Frisiis *add.* 2[b]. f) *sic* 2[b]. *E. R. V;* Gerardus 1. 2[a]. g) Moguntꝛ 2[a.b]. *E.* h) cum eo pl. *E.* i) *om. E;* alia 1. k) *om. E.* l) *sic* 1. 2[a]. *V. N;* Bollesteten 2[b]; Bolestete *E;* Bolistede *R.* m) Volkolderade *E.* n) per miliciam ducis de Brunβwig, et paulo post idem dux *etc. E.* o) Brunsuic *h. l.* 2[a.b], 2[b] *etiam antea.* p) ederstein 2[a]. q) captum *pro* ob — contum. *E.* r) Hoc — occiditur (*l.* 19) *om. E.* s) sui *add. V.* t) Eodem *E.* u) bauarie *E.* v) duce *add. E.* w) *haec — p.* 249, *l.* 23. *om. E.* x) *sic* 2[a.b] *cum Cr. Min.;* Ez. deterig 1. y) *sic* 2[a.b] *cum Cr. Min.;* et int. 1. z) fr. Min. 2[b]. a) *om.* 2[a]. b) s. f. c. *om.* 2[a]. c) cum fautoribus *pro* et — sentenc. 2[a]. d) dammavit 2[b]. — et exc. *om.* 2[a]. e) Chr. n. h. 2[b].

1) *Cf. Cron. Minor. add. a.* 1254, *p.* 201, *n.* **; *E. M. Lambert, 'Die ältere Gesch. u. Verf. d. St. Erfurt' (Halle* 1868*) p.* 55—64; *K. Beyer in Progr. Erfurt.* 1892. 2) *Vide iam supra a.* 1254. 3) *Eadem fere verba leguntur in add. Cron. Minoris, SS. XXIV, p.* 201, *n.* ***. 4) *Alberti I.* 5) *Conradum.* 6) *Ericus Ploghpenning iam a.* 1250. *Aug.* 10. *occisus est, ut etiam in Ann. Erphord., supra p.* 108, *narratum est.* 7) *Maria de Brabantia.* 8) *Ludowici II.*

Christiani nominis, captivatus[a] est, cum crux contra ipsum predica- *Cr. Minor.* retur cum plena indulgencia omnium peccatorum, *que transeuntibus *f. 170'. in Terre Sancte subsidium est concessa, se[b] ipsum fame et inedia, traditus in reprobum sensum, nequaquam volens sumere[c] cibum interfecit. Hostes sevissimi et oppressores crudelissimi omnium nacionum, Tartari videlicet, potenter expugnaverunt partes orientales, videlicet regnum Indie, regnum Armenie, regnum Ninive, regnum de Baldach potentissimum, interfecto eorum papa kalifa, regnum de Halap, regnum Iherosolimitanum, Anthiochiam et Tripolis et partes Christianorum ultra mare, et fugatis tam Christianis quam Sarracenis, Ierusalem et Arabiam possederunt. Porro soldanus Babilonie, qui est Pharao rex Egipti, resumptis utcumque viribus, cum exercitu barbarorum clam irruit in castra Tartarorum et multa milia ex eis interfecit. Soldanus Babilonie ideo dicitur, quia in tercia mansione in exitu Israel de Egipto, scilicet Ethan, rex Pharao construxit civitatem munitam, quam appellavit Novam Babiloniam. Quidam magistri theologi Parisienses duplici corde composuerunt eodem tempore libellum infamie contra Minores fratres et Predicatores, qui tale habuit inicium: *Ecce videntes clamabunt foris.* Hunc librum ipsis magistris presentibus Anagnie[d] Alexander papa IIII. sentencialiter condempnatum conbussit in audiencia, destituit quoque eosdem magistros ab officiis et beneficiis, fratres autem utriusque ordinis idem papa restituit fame sue. Acta sunt hec anno Domini MCCLVII.

Eodem anno Gerhardus Mogontinus episcopus a 1257. captivitate, qua per annum detentus erat, solutus est. *(Ian.)* Quidam[e] namque comes, frater regis Anglie[1], Ritsardus[f] nomine, cupiditate regni ductus, cum esset multum locuplex[g], principes Teutonie[h], ad quos electio pertinebat imperii, magnis muneribus[i] flectere temptabat, ut eum ad regni gubernacula eligerent; propter[k] quod Gerhardum Mogontinum episcopum datis VIII milibus marcarum *a vinculis liberavit, ea scilicet racione, ut eum *f. 171. eligeret in regem Romanorum et aliis principibus[l] idem facere[m] persuaderet[2].

Eodem eciam[n] anno capitulum abbatum ordinis sancti Benedicti per Thuringiam et Saxoniam celebratum *(Maii 7).* est Erphordie in Monte Sancti Petri super[o] reformacione ordinis[3]. Hoc[p] eciam anno comes Heinricus de Gli-

a) qui postea captus, fama (!) et in. nolens sumere c. interiit 2^a (*om.* Iste — hostis *et* est — se ipsum). b) et se 2^b. c) *sic* $2^{a \cdot b}$; cibum sūmere 1. d) *sic R;* Anagine 1. e) Episcopum vero quidam comes $2^{a \cdot b}$ *post* interire *(p.* 248, *l.* 15*)*. f) *sic* 1; Ricsardus *V;* Richardus $2^{a \cdot b}$. *R;* Anno $M^oCC^oLVII^o$ Gerh. Mogunt. ep. per quendam comitem, regem Anglie, Rushardum nom. VIII mil. marc. liberatus est ea scil. *E.* g) *sic* 2^a. *R. V;* locuples 1. 2^b. h) Theutonie 2^a. i) datis *add.* $2^{a \cdot b}$. k) pr. — episc. *om. h. l.* $2^{a \cdot b}$, *ubi h. l. add.* a capt. qua per a. det. erat *e l.* 25. l) *sic* 1. *R;* hoc *add. E. V.* m) *om. E.* n) *om. E;* MCCLIIII. Cap. 2^a; 1257. Cap. 2^b. o) *sic* 1. *L III. N;* pro $2^{a \cdot b}$. *E.* p) Hoc — sepultus est *om. E.*

1) *Heinrici III.* 2) *Cf. Ann. Hamburg. a.* 1257, *SS. XVI, p.* 383. 3) *Hoc Nonis Maii factum esse dicit Nic. de Siegen p.* 361, *qui quaedam statuta huius capituli affert.*

1257. chin senior obiit et apud Sanctum Petrum honorifice
sepultus est.
1259. Anno Domini MCCLIX.[a] Gerhardus Mogontinus
(Sept. 25). episcopus Erphordiam veniens ibidem moritur et apud
Minores fratres[b] tumulatur*; cui[c] Wernherus[d] preposi-
tus maioris ecclesie successit.
1260. MCCLX. Wernherus[d] Mogontine ecclesie electus
Romam proficiscitur, ut beneficium confirmacionis con-
sequatur. Eodem anno inter Boemie[1] et Ungarie[2]
reges grande bellum oritur. Ungarus equidem Rutenos,
Comanos ac alias diversas barbaras naciones cum innu-
mera multitudine secum eduxit ad prelium. Boemus
vero diviciarum suarum thesauros *aperiens tam larga *p. 40
militibus satellicia ac donativa distribuit, quod ad se
non modicam Teutonicorum evocavit miliciam. Cum
igitur ex utraque parte apud Maram fluvium convenis-
sent exercitus et castra fixissent ibidem, ecce rex Boe-
mus Ottonis marchionis Brandenburgensis, qui eidem in
adiutorium venerat, utili acquiescens consilio, quibusdam
(Iul. 12). armatis post tergum relictis, tamquam fugiendo secessit
retrorsum. His siquidem visis Ungari quasi iam de belli
certi victoria subsannando ac vociferando cum magna
multitudine fluvium transierunt nec non eos, quos relic-
tos invenerant, gravi fortitudine occupantes, ex ipsis
multos occiderunt. His vero cognitis rex Boemie cum
toto revertitur exercitu atque ipsos Ungaros, qui flumen
cf. 1. Mach. 3,18. transierant[e], in manu conclusit hostili. Plurimi[f] qui-
dem ex ipsis gladiorum exterminio perierunt, quam plu-
*f. 171'. rimi eciam, qui gladiorum procellas *effugerant, aque
non evaserunt periculum. Cum igitur rex Ungarie tan-
tam[g] cladem suorum aspiceret, non ultra morari susti-
nens, cum residuo exercitu in fugam conversus[h] est.
Cr. Minor. Anno Domini MCCLXI. Plura milia flagellatorum prodierunt
in mundum. E o d e m a n n o iubente papa Alexandro celebrata
sunt concilia in Mogoncia a domino Wernhero archiepiscopo et alias

*) *E add.:* quia fuit de professione eorundem[3].

a) Anno MCC°LVIII° *E.* b) ibidem *add. E.* c) cui — successit *et a.* 1260—1264. *om. E.* d) Wernh 1. e) transierunt *R. Lr III.* f) Plures *R. Lr III.* g) *sic R;* tandem 1; totam *Lr III.* h) versus *R. Lr III.*

1) *Ottocarum II.* 2) *Belam IV.* 3) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 494. *Auctor Erfordensis in Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 296, *addidit:* in deme kore.

ab archiepiscopis contra Tartaros et alia pericula, ut per verbum crucis *Cr. Minor.*
et manum armatam et per oraciones fidelium resistatur inimicis ecclesie in nomine domini nostri Iesu Christi. Heinricus comes 1261.
iunior de Glichin obiit[1].

MCCLXII. Rex Tartarorum misit solemnes nunctios circiter XXIIII nobiles Tartaros cum duobus fratribus ordinis Predicatorum, qui essent interpretes lingwarum, ad regem Francie Ludewicum, ut se et totum regnum Francie dicioni subiceret Tartarorum; alioquin Franciam inpugnare se velle tempore procedente comminati sunt. Quod Ludewicus rex habito consilio cum primoribus regni sui constanter rennuit. Ipsos tamen nunctios honorifice Parisius tenuit et usque ad papam Alexandrum pacifice remisit. Eodem anno papa Alexander in die sancti Urbani pape defunctus est in Bitervio et ibidem sepultus; et cessavit vel vacavit episcopatus usque ad decollacionem sancti Iohannis baptiste, discordantibus cardinalibus in electione; tunc elegerunt patriarcham Iherosolimitanum Iacobum in papam, et vocatus est Urbanus papa IIII.* Ipso anno frater Theodericus ordinis[a] Predicatorum ictu tonitrui percussus ilico defunctus est.

Eodem anno defunctus est[2] Volmarus abbas quon- *(Ian. 27).*
dam et in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli honorifice tumulatus.

*Anno Domini MCCLXIII.[3] Venit quidam cum exercitu magno *Cr. Minor.* **f. 172.*
dicens se esse Fridericum imperatorem, qui ante X annos mortuus fuerat. Hic inpugnavit[b] Menfridum principem Apulie, eum strennue persequebatur, asserens se velle rehabere regnum Apulie et Sicilie. Eodem eciam anno fuit eclipsis lune a media nocte usque ad diluculum, et in sangwineo colore diu laboravit. Urbanus papa IIII. congregata multitudine tam cleri quam populi cum cardinalibus et pontificibus XIIII. Kal. Decembris incepit predicare solemniter crucem in succursum Terre Sancte et fratribus Minoribus ac Predicatoribus per litteras apostolicas datas Viterbii stricte dedit in mandatis eandem crucem instanter et diligenter per Dei ecclesiam predicare cum larga indulgencia in subsidium Terre Sancte.

MCCLXIII. In sancta festivitate paschali, scilicet 1263.
que erat in[c] Kal. Aprilis, soldanus Babilonie[4] armata manu *Apr. 1.*
obsedit civitatem Accon. Tunc populi Christiani coadu-

*) *In 1 eadem manu, sed minoribus litteris inter lineas et in marg. add.:* qui instituit festum venerabilis sacramenti cum indulgenciis.

a) ord. Pred. *bis scr.* 1. b) *sic R;* inpugnante 1. c) *emendavi;* III. 1; tercio *Lr III;* *cf. supra p.* 231, *n.* r.

1) *Alterius a.* 1258. *defuncti et huius obitus in Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. liter. II, p.* 17. 20, *ad diem Ian.* 20. *et Nov.* 18. *adnotati videntur.* 2) *Die Ian.* 27, *Necrol. S. Petri cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 513; *Schannat, Vind. liter. II, p.* 17. 3) *Sequentia Cron. Minor ad a.* 1262. *habet, et priorem eorum partem etiam Cron. Reinhardsbr. ad a.* 1262. *praebet.* 4) *Bibars.*

1263. nati in unum, de adiutorio Dei confisi, bellum[a] commi-
Apr. 8. serunt in octava pasche cum soldano, multis Sarracenis in certamine interfectis, hostes de sua vicinia strennue fugaverunt[1]. Soldanus proinde in furorem versus ecclesiam domine nostre virginis gloriose, ubi salutata fuit ab angelo, in Nazaret funditus subvertit[b] et destruxit[2]. Quod domina nostra notabiliter ulciscente, sedicione orta in exercitu soldani, mutua se cede invicem crudeliter occiderunt, et magna ibi strage facta iusto Dei iudicio Sarraceni, qui Ierusalem ex parte prefati soldani custodiebant, nimio timore perterriti, ipsam civitatem Ierusalem relinquentes omnes pariter fugerunt. Quod Christani audientes civitatem Ierusalem nullo impediente intraverunt et ipsam possederunt[3].

Cr. Minor. Eodem anno illucescente vigilia Iohannis baptiste, orta tem-
**f. 172'.* pestate cum inundancia pluviarum in quadam *villa dicta Apolde et vicinis villis ac in civitate dicta Gene, que sita est super fluvium Salam, nocturno tempore homines promiscui sexus XXXV submersi sunt, domicilia deducta sunt, et pecora plurima perierunt. Item Nonas Augusti post horam nonam fuit eclipsis solis generalis, ut videri poterat in Teutonica regione.

Eodem eciam tempore cum inter nobiles viros Albertum Thuringie lantgravium et Heinricum comitem Hassie, filium domine Sophie, quondam ducisse Brabancie, que fuerat filia sancte Elizabeth, super terra Thuringorum gravis discordia orta[c] esset, illustris princeps dux de Brunswic[d, 4] predicto comiti, sororio suo, eo quod ad resistendum prefato adversario *suo viribus impar **p. 402.*
esset, sedulo ac diligenti assistebat[e] auxilio. Nam per advocatos suos adeo terram oppressit Thuringie, ut ipsa[f],
cf. Thren. 1, 1. que[g] provinciarum domina fuerat[h] et mater villarum optimarum, ipsis Saxonibus tamquam tributaria subiace-
Ps. 101, 20. ret. Post hec vero Dominus *de excelso sancto suo terram*
ib. 110, 9. Thuringorum *aspexit* et *redempcionem misit.* Nam diutinam eorum[i] tribulacionem et angustiam leto exitu et fine laudabili terminavit. Nam prefatus dux, cum iam

a) *sic* 1. *Lr III;* c. b. *R* 1. b) *sic* 1. *Lr III;* evertit *R* 1. c) esset orta 2a. b. d) Brunsuic 2a. b *saepe.* e) assidebat 2a. f) *sic* 2a. b. *R;* ipsam 1. g) *sic* 1. 2a. b; aliarum *add. R.* h) fuit 2a. i) ipsorum *R.*

1) *Demum post medium mensem Apr. obsidionem Acconis non victus, sed victor soldanus reliquit; cf. R. Röhricht in 'Arch. de l'Orient Latin' II, p.* 374 *sq. et n.* 35. 2) *Cf. epist. Urbani IV. papae ad Ludowicum IX. regem d. d.* 1263. *Aug.* 20; *Potthast nr.* 18624. 3) *Fabula haec est; cf. Röhricht l. l. p.* 374, *n.* 33. 4) *Albertus Magnus.*

1263.

quasi potens in gloria et fortitudine gloriaretur, ex con- *Iudith* 1, 4. tinuis preliorum successibus animatus, ad tantam erectus [est[a]] superbiam et utique mentis vesaniam, ut[b] Orientales et Thuringie milites inclitos et ad bella doc- *cf. Cant.* 3, 8. *Iudith* 5, 27. tissimos tamquam inermes et luteos et sine omni strennuitate[c] viros estimaret. Unde contigit, quod cum paucis, videlicet sexcentis armatis, partes Orientales invasit atque eas graviter devastare[d] cepit incendiis et rapinis. Cum igitur iam[e] tante devastacionis malum in partibus premissis digrassaretur, illustrissimi principes Theodericus marchio Misnensis iunior et lantgravius[f] Adelbertus, subito exercitum colligendo, cum sepe[g] dicto duce f. 173. iuxta Witin[1] in vigilia Simonis et *Iude confligere ceperunt[h], *Oct.* 27. de ipso gloriose et magnifice triumphantes. In quo conflictu *Cr. Minor.* crudeli et hostili odio ferocissime dimicatum est a mane, scilicet[i] post ortum[k] solis, usque circa[l] horam nonam diei. In hoc bello Albertus dux de Brunswic, vir strennuus in armis et vir bellator, vulneratus et captus est. Ibi[m] eciam Heinricus comes de Hanalt[n] vulneratus et captus est. Insuper comites de Zwirin[o] et de[p] Eberstein[q] et omnem exercitum, paucis vel nullis effugientibus, Deo permittente cum maximo damno suo, scilicet equorum electorum et armorum apparatu, ceperunt et in Merseburc[r] secum captivos adduxerunt[s] [2]. Ipsum vero ducem in vincula coniecerunt et alios nobiles, comites et quosdam advocatos ducis, reliquos vero captivos data non modica pecunia pro redempcione sua liberos abire permiserunt.

Anno Domini MCCLXIIII. orta gravi discordia inter regem *ib.* Anglie et universitatem regni eiusdem, congressi sunt cum multitudine pugnatorum; in quo conflictu duo reges, scilicet rex Anglie et rex frater suus, et duo filii ipsorum a populo captivi ducti sunt cum aliis multis nobilibus. Et ibidem ceciderunt plura milia occisorum. Nova enim et inaudita hactenus in pecunia et in aliis rex violenter contra morem exegit a populo. Unde cives et rurenses huic violente[t] exactioni viriliter et pariter restiterunt. Eodem eciam anno inter papam Urbanum IIII. et Menfridum principem Apulie, filium Friderici quondam imperatoris, magna et quasi per stipendarios[u] continua concertacio habita est pro regno Sicilie; sed dominus papa Urbanus, sicut

a) *suppl.; om.* 1. $2^{a \cdot b}$. *R.* b) *sic* 1. $2^{a \cdot b}$; et *add. R.* c) solemnitate $2^{a \cdot b}$. d) *sic* 1. *R;* vastare $2^{a \cdot b}$. e) *om.* 2^{a}. f) *sic* $2^{a \cdot b}$. *R;* landgr. 1. g) *om.* $2^{a \cdot b}$. h) conflixerunt $2^{a \cdot b}$. i) videlicet 2^{b}. k) *sic* 2^{b}. *R cum Cr. Min.;* solis ortum 1. 2^{a}. l) *sic* 1. $2^{a \cdot b}$; ad *L I; om. R.* — n. h. $2^{a \cdot b}$. m) Ibi — est *om.* $2^{a \cdot b}$. n) Anhald *R.* o) zuirñ 2^{a}; Zwirn 2^{b}. p) *om.* 2^{b}. q) et de Anhalt *add. h. l.* 2^{a}; et de Hanalt comitem *e l.* 18. *add.* 2^{b}. r) Mersburg 2^{b} *saepius.* s) *sic* 1. $2^{a \cdot b}$. *R; corr.* abduxerunt. t) violenti 1. *R.* u) *sic* 1.

1) *Cf. Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 43. *Ea quae in E de hac pugna f.* 187'. *habentur vide in Addit., SS. XXX, p.* 465. *et infra.* 2) *Cf. Gesta episc. Merseburg. et addit. Aldenburgense ad ea, SS. X, p.* 192, *n.* **. 193.

1264. *Cr. Minor.* multis claruit, se defendere non prevaluit, cum tamen singulis septimanis suis stipendariis[a] distribueret circiter mille marcas. Ipso eciam anno stella que dicitur cometes[b] apparuit, videlicet in oriente, **f. 173'.* ante ortum diei post stellam matutinam, sed *ante auroram, et visa est cum radiis multis. Ipsi autem eius radii longe lateque apparuerunt, antequam oriretur ipsa stella cometes. Igitur veloci cursu laboravit, ita quod precucurrit et longe versus meridiem precessit stellam matutinam, id est Luciferum. Visa est autem circa festum sancte[c] Marie Magdalene primo et usque ad octavam sancti Augustini apparuit. De hac Isidorus in libro Ethimoloiarum scribens dicit: *Cometes stella est dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus sideris, quando apparuerit, aut pestilenciam aut famem aut bella significat. Cometes autem Grece, Latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt, quas Stoyci dicunt esse ultra triginta, quorum*[c*] *nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.* Eodem anno dux Albertus de Brunswic, cum per annum captivus detentus esset[d. 1], redemit se a captivitate cum octo milibus marcarum et VIII municionibus. Ipso eciam anno Urbanus papa IIII. defunctus est. Eodem eciam tempore[e] pluvie repentine et inundaciones aquarum circa festum beati Nicolai multas villas in Saxonia miserabiliter submerserunt.

1265. Anno Domini MCCLXV.[f] Clemens papa[g] quartus, a[h] beato Petro CXCIIII, ordinatur, qui ante[g] vocabatur Wido[i] et fuerat archiepiscopus Narbonensis, et factus cardinalis electus est in papam. Iste papa, priusquam fieret[k] clericus, habuit legittimam et per eam habuerat filiam; sed et in tantum profecerat in iure civili, ut dominus legum vocaretur. Mortua vero uxore clericus effectus est, et in tantum per Dei graciam profecit, ut de gradu ad gradum ascenderet. Eo- *Cr. Minor.* dem[l] tempore ingravatum est bellum inter papam Clementem et Menfredum principem Apulie pro patrimonio sancti Petri, quod prefatus Menfredus violenter tenuerat*.

Eodem eciam anno multe naves magne et onuste, tam[m] trieres quam cocones, in mari Mediterraneo ac in Dacia submerse perierunt. Soldanus eciam Babilonie in diebus illis inpugnans Christianos in Terra Sancta cepit Azotum *castrum firmissimum domus **p. 403.*

**f. 174.* *) 1 *add. (in textu)*: *Benedictum sit dulce nomen domini nostri Iesu Christi et gloriosissime virginis matris eius in eternum et ultra, et nos cum prole pia benedicat virgo Maria! Quicumque hec legerit tociens quociens, habet tres annos indulgenciarum, quos Clemens ob rogatum Ludewici regis Francie concessit.

a) *sic* 1. b) *sic R cum Cr. Min., ut infra l.* 6: cometa 1 *h. l.* c) scte 1. c*) *sic* 1. *R.* d) fuisset 2[b]. e) tempe 1. f) A. M°CC°LXIX° *E.* g) *om. E.* h) a — ordin. *om. E.* i) Wydo voc. *E, ubi* et f. *om.* k) *sic E. R. Lr III;* fuerat 1. l) *sequentia* — Sicilie *(p. 255, l. 26) om. E.* m) tra, *alio atramento superscr.* tam 1.

1) *Cf. 'Braunschw. Reimchr.' v.* 8526: her was me dan eyn jar ghevanghen; *Ann. Hamburg., SS. XVI, p.* 385: detentus est uno anno et sex septimanis. *Mense igitur Decembri a.* 1264. *solutus est.*

Hospitalis, quod alio nomine Assur vocabatur, in quo habitabant duo 1265.
milia hominum, quos omnes gladio peremit. Sed et fratres milites *Cr. Minor.*
domus Hospitalis et domus Templi CLXXX captivos ac vinculatos deduxit in Egiptum. Cepit eciam castrum et civitatem Cesaream nec non et civitatem que vocatur Cayphas et violenter eas detinet, et nimis invaluit contra cultores Christiani nominis. Eodem eciam[a] anno Albertus lantgravius[b] Thuringie et Otto marchio de Brandeburc[c] cum filio suo, Albertus eciam dux de Brunswic[d] atque multi alii in Prussiam[e] peregrinando contra paganos cum signo crucis profecti sunt. Et quia[f] hyems lenis erat eodem tempore, nichil proficientes ad propria reversi sunt. *Cr. Min.*
Anno Domini MCCLXVI. Clemens papa missis litteris dedit *Cont. I.*
in mandatis per regnum Alemanie fratribus Predicatoribus et fratri- 1266.
bus Minoribus predicare crucem fideliter et instanter contra soldanum Babilonie, qui est Pharao Egipti, et contra Sarracenos ultra mare, ut succurratur afflictioni Christianorum, in subsidium Terre Sancte. Eodem eciam anno Clemens papa congregato magno exercitu instituit eis principem milicie, ducem ac capitaneum, videlicet comitem Karolum, germanum regis Francie *Ludewici, venerabilis viri; qui pro- **f. 174'.*
fectus in Tusciam et deinde in Apuliam contra Menfredum principem Apulie, filium Friderici quondam imperatoris, quem aggressus bello vicit cum glorioso triumpho. In hoc conflictu vulneratus cecidit Menfredus et cum pluribus milibus occisus est. Occiso autem hoste ecclesie Menfredo et interfecto eiusque[g] dissipato exercitu, dominus papa Clemens prefatum Karolum comitem gloria et honore sublimavit et fecit eum regem Sicilie.

Ipso eciam tempore[h] soldanus Babilonie predictus[i] obtinuit quoddam castrum Templariorum ultra mare nomine Saphat et occidit apud idem castrum[k] mille *(Iul. 24).*
quingentos et aliquos Predicatores et Minores fratres occidit[l] et fecit ibi magnam cedem Christianorum [1]. Et accepit in eodem castro arma quatuor milium virorum et multas balistas. Sed et multa victualia invenit ibi[m] et collocavit ibi Sarracenos; et de eodem castro totam terram illam sibi subiugavit.*

*) *Omissis sequentibus (— p. 257, l. 38) E hoc loco addit (ubi a. 1270. falso scriptus pro 1266. praecedit):* Eodem anno 1268.
Cunradus dux Swevorum in Apulia a Carulo rege decollatus est. *Haec infra p. 259, n. * recurrunt.*

a) *om.* 2a. b. *R.* b) *om.* 2a. b. c) Brandeburck 2a; Brandenburg 2b. d) Brunswick 2a; Brunsuic 2b. e) Pruziam 2a. f) quod 2b. g) eius dissipatoque *R.* h) Anno M°CC°LXX° Sold. *pergit E.* i) *om. E.* k) occ. ibidem *E.* l) *sic iterum* 1. *E. R.* m) ibidem *E.*

1) *Quamvis de expugnatione castri Safed in Cron. Minoris Cont. I. ad hunc annum multa narrata essent, haec auctor non transscripsit. De expugnatione huius castri cf. R. Röhricht in 'Archives de l'Orient Latin' II, p.* 382 *sq.*

1266. Eodem anno mortuus est Erwinus[a] comes de Glichin.

Illis diebus mortuus est Iringus[b] episcopus Herbi- *(Cr. Min. Cont. 1.)* polensis[c]; quo defuncto, duo per discordiam electi sunt, unus videlicet frater comitis Hermanni de Henneberc[d, 1], alter vero de Trimperc[2], prepositus eiusdem ecclesie, quem maior pars capituli concorditer elegit; ex qua causa maxima discordia inter comitem Hermannum et cives Herbipolenses exorta est. Nam idem comes collecta[e] non modica milicia veniens prope civitatem Wirceburc conabatur eosdem cives ad propositum sue voluntatis inclinare. Sed Herbipolenses non minus muniti ex inproviso *ib. Aug. 8.* cum valida manu hostibus occurrerunt in die sancti Ciriaci prope Kiczingen cum reliquiis et vexillo sancti Kiliani, et commisso prelio multos ex parte comitis ceperunt et multos ex illis similiter occiderunt. In tantum vero aggrava- *f. 175. tum est bellum, ut[f] ex utraque *parte plus quam sexcenti gladio caderent; quidam vero flumini Mogo se inmergentes ibidem miserabiliter perierunt[3]. Multos eciam tam comites[g] quam ministeriales Thuringie ceperunt Herbipolenses, Fridericum comitem de Bichilingen et comitem de Glichenstein[4]; reliqui vero fuga lapsi sunt.

(Sept. 25). Ipso anno obiit Albertus episcopus Misnensis; cui successit Witego prepositus Northusensis, qui fuerat ca- *ib. (Dec. 19).* nonicus Erphordensis. Ipso tempore obiit Rupertus archiepiscopus Magdeburgensis; cui successit Cunradus de Sterenberc eiusdem ecclesie canonicus[h].

Eodem anno cum magna discordia orta esset inter regem Bohemie[5] et ducem Bawarie[6], et nullus ad concordiam posset[i] eos reducere, idem Boemus in diviciis *(Aug.)* suis confisus magnam fieri procuravit expedicionem in terram ducis Bawarie et congregavit magnum exercitum, videlicet C milia pugnatorum et novem milia cum plenis

a) Erw̄ 1. b) Eringus *N. R* 2. c) herwipol. 1. d) Bertoldus *add. R* 2. e) collcta 1. f) *om.* 1. g) *sic R* 2; comes 1. h) *sic N; om.* 1. i) eos p. *R. Lr III.*

1) *Bertholdus.* 2) *Boppo (falso Conradus a recentibus ut a Laur. Fries, 'Gesch. d. Bischöfe v. Würzburg [Würzburg* 1848*]' I, p.* 364*, dictus); cf. epist. Clementis IV. papae, Epist. pont. sel. III, p.* 721 *sq., nr.* 689. 3) *Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p.* 466 *sq.; Ann. Herbipol. min., SS. XXIV, p.* 828 *sq.; Sifr. de Balnhusin c.* 215*, SS. XXV, p.* 706; *Herm. Altah., SS. XVII, p.* 405; *addit. ad Librum cron. Erford. (infra).* 4) *Albertum I.* 5) *Ottocarum II.* 6) *Ludowicum II. et Heinricum.*

armis et dextrariis; et profectus venit in terram ducis 1266. et multis calamitatibus oppressit eam, et pervenit ad famosam civitatem Ratisponam, et ultra progredi non valens, ad propria reversus est.

Anno Domini MCCLXVII. Cruce signati sunt in subsidium *Cr. Min. Cont. I.* Terre Sancte Ludewicus rex Francie, rex Anglie, rex Arragonie, rex Nawarie, rex Sicilie, comes frater regis Francie et filii regis Francie, archiepiscopus Rothomagensis et multi alii comites et nobiles, milites et cives ac virorum bellatorum multa milia. Hoc anno vite venerabilis ducissa olim Polonie Hedwigis[a] felici transitu ex hac luce migravit[1], que[b] plurimis miraculorum[c] resplenduit 404. prodigiis; hanc[d] *Clemens papa canonizavit hoc anno et cathalogo sanctorum asscripsit. Cuius translacio per cardinalem Widonem, legatum[e] sedis apostolice, cum magna multitudine[f] fidelium utriusque sexus tam religiosorum quam eciam[g] secularium in *episcopatu Wra- *f. 175'. deslaviensi[h] celebrata est VII. Kal. Septembris[i]. Hec sancta Hedwigis fuit matertera sancte Elizabeth de Marcburch[k] ac Bele illustris regis Ungarie fuitque mater famosi Heinrici ducis Polonie, quem strennue pugnantem pro patria atque pro populo[l] Christiano in conflictu Tartari occiderunt. Hec sancta Hedwigis fuerat[m] filia ducis de Meran.

Ipso anno fuit hyems dura et sicca et estas similiter 1267. nimis calida et sicca. Eodem anno apud Coloniam Agrippinam in crastino sancte Lucie[n] in prelio captivi ducti sunt archiepiscopus Coloniensis Engelbertus, episcopus Paderburnensis, episcopus Osnaburgensis, maior prepositus Maguntine ecclesie, comites[o] plures et alii nobiles atque alii armati milites et armigeri ultra mille, sed centum et quinquaginta ibidem occisi sunt, comite de Iuliaco et civibus Coloniensibus ac multis nobilibus et episcopis victoriose triumphantibus de prefato archiepiscopo et episcopis memoratis ac ipsorum exercitibus, quos armatos plures quam mille captivos in illo conflictu duxerunt. In castro Nidecke[p] plures ex ipsis in vinculis detenti sunt. Eodem anno infra assumpcionem gloriose virginis Marie quatuor gnari maris a portu Rodestoc navigantes eduxerunt pro mercede nautica XL meretrices versus Schone in Daciam, cupientes ibi in captura allecum suas spurcicias exercere. Qui cum venissent super altum pelagus, flante ira Dei *operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Omnes vero alie[q] naves, que cum eis navigabant, a periculis marinis gracia Dei liberate sunt.

In[r, 2] Iherusalem in templo sancti sepulchri ad introitum ipsius ecclesie ad dexteram[s] est mons Calvarie, ubi cru-

a) Sancta Hedewigis *h. l.* 2a. b; S. H. ven. vite olim duc. Pol. 2b (ven. — Pol. *om.* 2a). b) *sic R;* qui 1; et 2b; que — prodigiis *om.* 2a. c) respl. mir. 2b. d) hanc — asscripsit *om.* 2a. b. e) l. s. ap. *om.* 2a. f) fid. mult. 2b. g) *om.* 2a. b. h) Wratislaviensi 2a. *R* 1; Breslaviensi 2b; Wrad. episc. 1. i) illaque a papa Clemente canonizata fuit *h. l. add.* 2b. k) Marcburg 2a. l) patria populoque 2a. b. m) *sic* 2a. b; fuit 1. n) *sic* 1; sancti Luce *Cr. Min. Cont.* o) comite 1. p) *sic N;* Flidecke 1. q) alii 1. r) *sequentem descriptionem locorum Hierosolymitanorum habent etiam E et Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 298 *sq.* s) dextram *E.*

1) *Falso hoc additum est; Hedwigis iam a.* 1244. *obiit.* 2) *Sequens descriptio locorum sacrorum cum nulla alia, quod sciam, congruit. Quaedam communia habet cum edita ab Eccardo, Corpus SS. II, c.* 1345 *sqq.*

cifixus est Dominus; ibi sepultus est. Golgata[a], ubi sangwis Domini potenter sibi canalem faciens scidit rupem, et cecidit *f. 176. sangwis *de cruce salvatoris de eius vulneribus super caput Adam, sicut dicitur et depingitur. Adam primo sepultus fuit in Ebron, sed translatus fuit in Golgata Domino disponente, sicut multi alii sancti translati sunt, et eciam[b] Ioseph. Abinde venitur[c] ad columnam, ubi Dominus flagellatus est. Inde itur ad locum invencionis sancte crucis. Deinde ad cathenam, ad[d] quam Dominus fuit ligatus; postea itur[b] ad chorum canonicorum, ubi lotum fuit corpus Christi a Ioseph et Nicodemo[e] et unctum aromatibus, mirra et aloe et involutum sindone nova. In medio eiusdem chori in quodam loco habetur scriptum: *Hic est medium mundi.* Abinde ad sepulchrum Domini, ubi sacratissimum[f] corpus eius iacuerat. Ante introitum eiusdem sepulchri est lapis, qui iacuerat super sepulchrum, super quem sedit angelus. Retro maius altare est locus, ubi Dominus spinis coronatus fuit. Deinde ad capellam sancte Helene[g], ubi crux Domini adoratur. Deinde[h] itur ad balneum Domini. Deinde ad portam, ubi Dominus intravit in die palmarum sedens super[i] asina. Inde[k] ad portas dolorosas, ubi Dominus intravit manibus ligatis nocte passionis. Deinde ubi beatus Stephanus[l] extra portam Ierusalem lapidatus fuit. Postea ad sanctam Annam, matrem domine nostre. Deinde ad Probaticam piscinam, ubi qui prior intravit, sanabatur post mocionem aque ab angelo. Inde itur ad sanctum Iacobum Zebedei, ubi[m] decollatus fuit iussu Herodis Agrippe; deinde ad sanctum Iacobum Alphei, ubi precipitatus et pertica[n] percussus fuit. Deinde ad montem Sion[o], ubi Dominus pedes discipulorum lavit, ubi sermonem de caritate predicavit, ubi corpus suum et sangwinem suum[b] sub speciebus panis et vini dedit et hoc fieri in eclesia constituit, ubi spiritum sanctum in lingwis igneis super centum et viginti misit, ubi domina nostra beata virgo Maria ad celos assumpta fuit. In sabatho sancto[p] pasche hora consecracionis cerei venit ignis de celo visibiliter et accendit *f. 176'. *tres[q] lampades sancti sepulchri, clausas et custoditas a multis, videntibus fratribus Minoribus et Christianis multis et Surianis[r] et eciam Sarracenis, quando nullus fuit ignis in ipso templo, et ex hoc magna ammiracio[s] et exultacio omnibus videntibus fuit. Prope Ierusalem locus est[b], ubi Dominus

a) Golgota *E h. l.* b) *om. E.* c) venit *E.* d) per *E.* e) Nichodemo *E.* f) sanctissimum eius corp. *E.* g) Elene *E.* h) D. itur ad b. D. *iterum eadem manu, sed alio atram. inter lineas scripta* 1. i) in *E.* k) Deinde *E.* l) Stepphanus *E.* m) dns *add., sed del. E.* n) partica 1. o) Syon *E.* p) sancte 1. q) 36 *E.* r) Sur. et ec. *om. E.* s) amiracio 1.

Lazarum resuscitavit[a]; Bethania, ubi Dominus cum Martha cenavit, ubi Dominus ad celos ascendit, relictis vestigiis in marmore. Deinde itur in Bethleem, ubi Dominus natus fuit de sacra virgine; deinde in vallem Iosaphat, ubi sepulchrum[b] sancte Dei genitricis cernitur vacuum; inde[c] ad torrentem Cedron, ubi Dominus oravit, traditus[d] osculo, captus et ligatus fuit, aurem Malcho restituit, ubi Dominus in novissimo die iudicium faciet. Dominus sedebit ad iudicium non in terra, sed in spacio huius aeris contra locum montis Oliveti, ubi ascendit ad celos.

Cr. Min. Cont. I.

Anno Domini MCCLXVIII.[e] magnum fuit bellum in Italia[f] inter Cůnradum[g] et Karolum reges, ita quod amplius quam sex milia utriusque partis occisa[h] sunt. Ipso[i] anno terre motus magnus in Padua et Vienna fuit. Eodem anno Iohannes[k] marchio de Brandeburc[l] in torneamento apud Merseburg cum lancea miserabiliter[m] est occisus. Ipso die redeuntes de eodem torneamento Theodericus prefectus de Kirchberg in Sala apud Nuwenburg cum tribus armigeris miserabiliter submersus est. Ipso anno[n] eciam marchionissa Agnes de Misna[o] vidit in somnis angelum Dei propinare sibi in cipho aureo, et cum bibisset, ipsa dixit: 'Heu, quam amarus potus!' Cui respondit[p] angelus: 'Amara erit pocio tua, sed Dominus
05. te non derelinquet'; et sic in brevi tempore[q] ipsa postea defuncta est. Hoc eciam[r] *anno multe naves perierunt in mari[s] cum allecibus, et in captura allecum orta sedicione multi Saxones occisi sunt. Eodem[t] anno quidam nobiles congregati sunt cum multitudine *armatorum, volentes nocturno tempore civitatem Coloniensem capere, sed a civibus ipsi capti, et plurimi interfecti sunt, inter quos comes de Walkenberg, germanus archiepiscopi Coloniensis, subito occisus est. Item ipso tempore Cůnradus rex Terre Sancte, qui fuit eciam dux Suevie, captus est in Apulia, quando regnum Sicilie tanquam patrimonium suum repeteret armata manu, cum Friderico duce Sirie[u] et cum comite Pisano et cum plurimis aliis a rege Karolo Gallico inmatura morte capitibus sentencialiter quasi latrones truncati sunt. Prius tamen cuidam de ordine Minorum fratrum pluries confessi sunt et audita missa sacrum sacramentum dominici corporis acceperunt. Insuper agenda mortuorum pro ipsis completa, ipse rex Cůnradus dixit spatario: 'Ignosco tibi, quod me occidis', terque figuram dominice crucis faciens, extentis brachiis super terram, sic cum predictis nobilibus decollatus est. Ipso eciam tempore papa Clemens IIII. in Vitervio defunctus est.

*f. 177.

Hoc eciam[r] anno firmissimum castrum Stutirnheim[v] prope Erphordiam valida manu ab eisdem civibus ad solum usque destructum est[1.*]. 1268.

*) *Omissis sequentibus (— p. 262, l. 41) E add.:* Eodem anno

a) susc., *eadem manu corr.* resusc. 1, *et ita E.* b) *om. E.* c) Deinde *E.* d) et traditur *E.* e) A. M°CC°LXXIII° *E.* f) Ytalia *E.* g) Cunrę *E semper.* h) occisi *E.* i) Ipso — defuncta est *(l. 21) om. E.* k) Ioannes 2a·b. l) Brandeburck 2a; Brandenburg 2b. m) *om.* 2a·b. n) *om.* 2a; etiam anno 2b. o) Misnia 2b. p) *sic* 2a·b *cum Cron. Min.;* respondet 1. q) sic brevi in postea def. 2a; sic brevi post def. 2b. r) Eodem *E.* s) *sic E;* in m. *om.* 1. t) Eod. — defunctus est *(l. 39) om. E.* u) *sic* 1. *Lr III. R* (Syrie) *pro* Stirie; von Siren *C.* v) Stoternheym *E.*

1) *Cf. Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 144 *sqq., nr.* 228. 231. 234, *a.* 1269.

1269. *Cr. Min. Cont. I.* Anno Domini MCCLXIX. Soldanus Babilonie, qui est rex Egipti, nacione Turcus, nomine Melchasar, sevissimus hostis sancte catholice[a] ecclesie, civitatem Anthiochiam magnam et opulentam ac Christiano populo plenam bello expugnavit et cepit, spolians eam innumeris opibus, ac incendio vastavit. Occidit quoque in ea plusquam centum milia et XXX milia hominum, et hoc maxime in odium Tartarorum, quia ipsa Anthiochia subiecta fuit et tributaria Tartaris. Idem soldanus publice apostatantibus et Christum negantibus multis milibus dedit vitam. Solemnes nunctii predicti soldani Babilonie et nunctii solemnes regis Tartarorum missi ad principes Christianos et maxime ad Ludewicum regem Francie, navigantes per mare Mediterraneum, convenerunt casu in civitate Ianuensi, et videntes se pugnare **f. 177'.* ceperunt, pars contra partem, in platea *civitatis, ut insimul se occiderent[b], quia odium inveteratum et rancorem portant ad invicem Sarraceni et Tartari. Quod videntes cives Ianuenses, ut decebat eos, lites interceperunt et pugnas[c] sedaverunt eorum. Deinde prefati nunctii cum pervenissent ad regem Francie, Sarracenos nunctios soldani nec videre voluit nec audire. Nunctios autem regis Tartarorum et Tartaros gloriose ac honorifice suscepit et procuravit et legaciones ipsorum nobiliter et utiliter terminavit. In exercitu Karoli Gallici regis Sicilie unus gardianus fratrum Minorum et cum ipso X fratres eiusdem ordinis in suo claustro capti et vestibus spoliati ac deducti sic nudi ad vendendum publice per exercitum cum obprobrio, quos Deus propter suam innocenciam per quendam abbatem ordinis sancti Benedicti a vinculis et obprobrio liberavit et dato precio redemit.

1270. Anno Domini MCCLXX. Germanus[d] sancte Elizabeth de Marcburc, videlicet potens rex Bela, in Ungaria feliciter obiit. Hic enim fuit Dei ac divini officii solemnis amator. Paululum post mortem prefati regis regina uxor eius et consors regni, nacione Greca, feliciter obiit. Similiter christianissimus rex Francie Ludewicus in peregrinacione obiit. Filius quoque eiusdem regis Ludewici nomine Iohannes apud patrem in eadem peregrinacione prope Terram Sanctam in castris, non in bello, sed febre sicut pater suus obiit super mare apud Tunis[e]. Ibidem multi milites in dissenteria mortui sunt, et plura milia peregrinorum submersi sunt in mari. Igitur ossa huius Ludewici regis et filii eius Iohannis solemniter Parisius et honorifice sunt reducta et in sepulchro patrum suorum honorifice sunt sepulta in loco celebri. Iste Ludewicus rex Francie per omnia laudabilis, scilicet in divino cultu, in iudiciis iustus, in **f. 178.* operibus pius, in domibus religiosorum *edificandis ac in pluribus karismatum donis precellens, cruce signatus cum Philippo et Iohanne filiis suis in commemoracione sancti Pauli ad Aquas-mortuas aput Marsiliam ascendit mare, circiter cum LX milibus armatorum in subsidium Terre Sancte navigans; qui mare non transivit, sed febre mortuus est[f]. Multi alii nobiles et barones de eiusdem regis exercitu

---

1268. *Sept. 2.* consecratum est monasterium ad Portam IIII° Nonas Septembris. Ipso[g] anno Cunradus dux Swevorum in Apulea a Carulo rege decollatus est.

---

a) chatolice 1. b) *sic R;* occiderunt 1. c) *sic R cum Cron. Min. Cont.;* eorum p. sed. 1. d) Eodem anno germ. — obiit *habet* 2b *post* sunt *(p.* 261, *l.* 19*), quae om.* 2a. e) Tynis 1; Cunis *C.* f) 2a. b *(ubi haec in brevissimum contracta sunt) add.:* Alias cum centum milibus cruce signatorum et ultra de diversis regnis *e p.* 261, *l* 20 *sq.* g) *haec habet E etiam ante p.* 257, *l.* 38, *vide p.* 255, *n.* *.

1270. *Cr. Min. Cont. I.*

mortui sunt. Eodem anno inclita et venerabilis Thuringie lantgravia Margareta[a], filia Friderici imperatoris, feliciter obiit in Frankenvurth. Eodem anno rex Arragonie[b] et rex Navarie[c] nec non et rex Anglie Odewardus[d] cruce signati cum suis exercitibus in subsidium Terre Sancte per[e] mare cum rege[f] Francie profecti sunt[g], sed minime pervenerunt et contra Sarracenos, hostes ecclesie, nichil aut parum utique perfecerunt[h]. Eodem anno Frisones cruce signati sunt circiter XL milia et amplius; cum suis propriis navibus[i] profecti sunt in subsidium Terre Sancte. Eodem anno missi Westfali cum armis a Simone episcopo Paderburnensi spoliis et incendiis ac captivis educendis vastare Hassiam in odium Heinrici ducis eiusdem terre, subito quasi in una hora non longe a Frizlar[k] apud villam Holzhusen ex ipsis Westfalis occisi sunt centum et quinquaginti viri et quinque, captivi ducti sunt ex ipsis Westfalis centum et XXX viri, quorum unus de oppido Warcberch[l] nomine Cůnradus se redemit MD marcis. Eodem[m] anno Egra civitas exusta est; quatuor fratres de ordine Minorum in ecclesia fratrum ibidem et cum ipsis centum homines et ultra Deo permittente cremati et incinerati sunt. Hoc eciam anno, postquam illustris rex Ludewicus in peregrinacione *de terra sua egressus cum centum milibus cruce signa- *f. 178'. torum et ultra de diversis regnis ascendit mare, ut proficisceretur ad debellandum Sarracenos et barbaras naciones, quoddam mirabile et insolitum, a seculis non auditum, in mense Iulio circa festum sancte Margarete[n] servis suis altissimus ostendere dignabatur in presagium futurorum, secundum quod iudicant sapientes. Nam XIIII. Kal. Augusti per nunctios in scriptis diligenter et celeriter fuit transmissa Parisius magistris ipsa visio terribilis, que talis: Erant Iohannes de Prisco et frater Waltherus de Hoyo ordinis Minorum de custodia Picardie, sed de conventu Valentini[o] in custodia Cameracensi, existentes in castro quod dicitur Herpers[o], hora quasi vespertina viderunt oculis corporalibus solem rutilantem absque nubibus claritatem suam in lunarem palledinem subito commutare; quam palledinem tam mirandam quam horrendam dum dicti fratres cum centum quinquaginta hominibus utriusque sexus, qui tam insolitum videre spectaculum convenerant, cum *multa desolacione et terrore respicerent: ecce facta est subito
406. intra solaris corporis extremitates scissio quedam, que in sole in modum spere circulariter girabatur, et parumper post est ad integritatem pristinam reformatus, pallorem tamen retinens ut prius. Cumque circa quartam partem hore de spacio temporis transisset, ecce sol visus est scindi recte per medium ex transverso in partes per omnia coequales; et dum hec divisio appareret, visus est vir armatus in equo armato ab oriente veniens et per medium solis gradiens paulato incessu divertit ad occidentem. Cumque post modicum iste disparuisset, visus est et alter veniens ab occidente et divertit ad orientem via omnino priori contraria, *vir armatus in equo armato per medium solis ire visus est; *f. 179. et parum post, cum hic similiter evanuisset, duo equi armati absque sessoribus in sole sibi occurrentes transierunt; qui cum evanuissent, apparuit homo magne stature ad modum latronis in solis medio suspensus, qui adeo discrete videri[p] poterat, quod funis cingens collum

a) *sic R* 1. *N;* Margaretha 1. *R* 2. b) Arrogonie 2^{a}. *R* 2. c) Navarre $2^{a.b}$. d) Edewardus $2^{a.b}$; *om. R* 2. e) per — sunt *om.* $2^{a.b}$. f) regie 1. g) *sic R* 2; *om.* 1. h) *sic* 1; profec. *Cr. Min. Cont.* i) *sic R;* manibus 1. k) *sic R* 2; Frisia 1. l) *sic* 1. m) Ipso $2^{a.b}$. n) *sic R;* Margarethe 1. o) *sic* 1. *R.* p) videre 1. *R, alio atram. superscr.* i *corr.* videri 1.

1270. *Cr. Min. Cont. I.* eius et annexus superiori stipiti et manus post tergum ligate satis notabiliter omnibus apparebant. Cumque iste apparere cessaret, sol integritate solita recuperata pallorem in ruborem ad modum cruoris bene rubei commutavit, et post paululum pro rubore sangwineo persicum colorem sumpsit, et postremo illum colorem persicum pro colore croceo commutavit; et hunc croceum colorem cum parum tenuisset, visus[a] est sol paulatim ad claritatem propriam devenire.

1271. Anno Domini MCCLXXI. Fuldensis abbas Bertous[b] nomine, strennuus utique[c] et utilis rector populi sui, cultor et amator pacis, occisus est in Fulda in proprio oratorio[d] infra missam in quadragesima. Eodem anno in Bitervio in missa, presente Philippo rege Francie et cardinalibus, in facie Karoli regis Sicilie invidiose occisus est Heinricus Richardi regis Anglie filius. Eodem anno inimici crucis Christi pagani cum quatuor turmis irruerunt in Prusciam[e], ecclesias et altaria devastantes, unam civitatem Cristisburch ceperunt et occiderunt XIII fratres domus Teutonice[f] et de populo promiscui sexus alios[g] CL nec non et duo milia et innumerabilem populum Christianorum utriusque sexus captivantes cum pecoribus et spoliis secum deduxerunt, villas succenderunt et plurimos homines cremaverunt. Eodem[h] anno in Frankonia[i] tam in villis quam in campis lupi homines crudeliter invadentes plures quam XXX *f. 179'.* homines *devoraverunt, reliquerunt[k] namque oves in campis et invaserunt pastores. Eodem anno sevissimus hostis populi Christiani soldanus Babilonie expugnavit et cepit fortissimum castrum nomine Crak, munimentum ac refugium Christianorum in Terra Sancta. Hec municio inpreciabilis fuerat domus Hospitalis sancti Iohannis baptiste. Eodem anno defuncto papa Clemente IIII, postquam[l] cessavit pontificatus fere[m] tribus annis, cardinales concorditer in Viterbio elegerunt in papam quendam canonicum, archidiaconum ecclesie Leodiensis, nomine Theobaldum, existentem ultra mare ipsa hora in peregrinacione, de civitate autem Placentina oriundum.

Anno Domini MCCLXXII. Gregorius papa decimus, sed a beato Petro CXCV, ordinatur. Hic cum solemni comitatu intravit urbem Romam et Karolum Gallicum instituit regem Sicilie. Nam ante hunc papam nullus papa per XI annos intraverat urbem Romam propter discordiam et rebellionem Romanorum. Hic Gregorius papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolis imperator Baldewinus et Sicilie rex Karolus, ambulantes quasi famuli super terram, per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et inde per frenum tenendo coram omni multitudine usque ad locum debitum stacionis.

1272. Eodem anno[n] facta est fames valida in regionibus Teutonie[o] et alibi, ita quod[p] plures fame[q] morerentur, et[r] maldrum[s] Erfordie[t] solvebat[u] plus quam VI marcas[1].

a) vevisus, ve *del.* 1. b) *sic* 1. 2^{a} (B'tous); Britous 2^{b}. c) *om.* $2^{a.b}$. d) orario *eadem manu corr.* oratorio 1. e) Prußiam 2^{a}; Prussiam 2^{b}. f) theutonice 2^{a}. g) *sic* $2^{a.b}$; alias 1. — LV 2^{a}. h) Ipso $2^{a.b}$. i) Franckonia $2^{a.b}$. k) relinquentes oves $2^{a.b}$. l) *sic* 1; post quem *Cr. Min. Cont.* m) *sic R cum Cr. Min. Cont.*; ferme 1. n) Anno M°CC°LXXII° *pergit E;* MCCLXXIII. $2^{a.b}$. o) Theutonie 2^{b} *(saepe). E.* p) *sic* 1. 2^{a}. *Lr III;* ut 2^{b}. *E. V.* q) *om. E.* r) *reliqua h. a. et a.* 1273. *om. E.* s) *sic* 1. $2^{a.b}$; frumenti *add. Lr III.* t) Erphordie $2^{a.b}$; Errfordeuse *Lr III.* u) *sic* 1. 2^{a}. *Lr III;* valebat 2^{b}; solvebatur quatuor marcis puri argenti *V;* duas m. puri argenti solv. *Lr III, ubi Cron. Reinh. exscripta est.*

1) *Cf. Ann. Lubic. ad a.* 1273, *SS. XVI, p.* 414; *Sifr. de Balnhusin*

Anno Domini MCCLXXIII. Consules et iudices 1273.
Erfordie cum universitate confregerunt domum fratrum
Augustinensium, *non permittentes ipsos in[a] Erfordia *f. 180.
habitare [1]. Eodem anno in captura allecum naves in
mari plurime submerse sunt. Eodem anno principes
convocati in Frankenvurt ad electionem novi regis, videlicet Mogontinus [2], Coloniensis [3], Treverensis [4], palatinus
Reni [5], dux Saxonie [6] et marchio de Brandenburch [7],
omnes unanimi consensu elegerunt simul quasi una voce
concorditer in die sancti Remigii episcopi [8] sancto spi- *Oct.* 1.
ritu inspirante comitem Rudolphum dictum de Habichesburch[b] in Romanorum regem, licet absentem, in
nomine Domini elegerunt[c]. Postea in brevi, scilicet
IX. Kal. Novembris, idem ipse electus Rudolphus in *Oct.* 24.
Romanorum regem Aquisgrani in throno Karoli Magni
regis a Coloniensi archiepiscopo Engilberto cum principum ac maxima nobilium multitudine gloriosa[d] est
unctus et solemniter coronatus. Usque ad hunc regem Rudolphum tanquam oblivioni traditum Romanorum regnum iacuit absque imperatore et absque rege
confusibiliter per XXII annos, multis bellis a soldano et hostibus fidei et, quod turpius est[e], a Christianis tam principibus quam nobilibus gravibus discordiis,
spoliis, incendiis, homicidiis, monasteriis et ecclesiis dissipatis, Deo permittente atrociter laceratum, iuxta illud:
In diebus illis non erat rex in Israhel, sed unusquisque, quod *Iud.* 21, 24.
sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Anno Domini MCCLXXIIII.[f] Imperator Constan- 1274.
tinopolitanus[g] Baldewinus quosdam nobiles VII numero
invitaverat secum ad mensam suam liberaliter ad pran-
.407. dendum [9]; sed *hec[h] *extrema gaudii*[i] *luctus occupavit.* *Prov.* 14, 13.
Nam in ipso eodem[k] prandio prefato reverendo atque
catholico et[l] christiano imperatori acutissimum ac mor-

a) *sic* 1. *V;* hab. in Erff. *R.* b) Habisburch 1; Hobichesburg *R* 1. c) *sic iterum* 1. *R.* d) *sic* 1. *R; cf. infra p.* 273, *l.* 30. e) est — discordiis *om.* 1, *ex R suppleta.* f) A. M^o^CC^o^LXXIII^o^ *E.* g) nomine *add. E. Le III.* h) *om. R;* extr. hec *E.* i) *sic E. R;* gaudia 1. k) *om. E.* l) ac *E.*

c. 219, *SS. XXV, p.* 707, *ad a.* 1271; *Cron. Minoris Cont. VII. ad a.* 1270, *SS. XXX, p.* 719. *et infra.* 1) *Cf. cartam Wernheri archiepiscopi Moguntini d. d.* 1274. *Oct.* 15, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 170 *sq., nr.* 271; *Reg. arch. Magunt. II, p.* 390 *sq., nr.* 340. 2) *Wernherus.* 3) *Engelbertus II.* 4) *Heinricus IV.* 5) *Ludowicus II. dux Bawariae.* 6) *Albertus II.* 7) *Potius marchiones, quorum maior erat Iohannes II.* 8) *Potius Sept.* 29. 9) *Nusquam quidquam certi de obitu Balduini inveni.*

1274. tiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, commedentes communiter intoxicati[a], eodem die mortui omnes carnis debitum per- *f. 180'. solverunt. Quod audiens papa Gregorius *decimus[b] missas de[c] defunctis pro animabus eorum Lugduni solempniter[b] celebravit.

Eodem[d] anno Gregorius papa decimus scripsit Rudolpho regi salutem et cetera[1]: *Sicut petisti, prepositum O[ttonem] Sancti Gwidonis, cancellarium tuum et nunctium*[e], *coram fratribus nostris audivimus. Proposuit enim ex parte tua coram nobis, quod ad Dei honorem et ecclesie Romane totis conatibus intendis ecclesias et ecclesiasticas personas amoris continuacione fovere, ipsis in suis inmunitatibus assistere, illarum iniurias propulsare, iura pro viribus augmentare, ad universalem orbis*[f] *pacem laborare studio efficaci, Terre Sancte partes visitare et ei, ut eius poscit necessitas, subvenire. Ideoque magnificenciam tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, ut, que offers in verborum dulcedine, in operis gratitudine prosequaris, Deo gratum te reddas et ei gracias agas ac instanter de his que concepisti devoto animo persistas, ut sic Deus dirigat gressus tuos. Datum Lugduni.*

Hoc anno Gregorius papa X. indictum concilium Maii 1. (Maii 7). generale cepit celebrare Lugduni in festo Philippi et Iacobi, ubi in concilio ipse papa narravit somnium suum dicens[2]: 'Quando navigavi super mare, et[g] videbatur michi, quod omnes deberemus submergi, sed Christus apparuit michi et manu me apprehendens[h] dixit: "Gregori, nolo, quod[i] submergaris, volo, quod vivas, volo, quod fias papa, et quod ecclesia per te recuperat[k] Terram Sanctam atque Grecos'. Huc usque visio pape. Ita nomen pape et officium papale sibi fuit revelatum, ante- (Maii 18). quam eligeretur in papam. In hoc concilio papa statuit, quod per VI annos debeat dari decima reddituum et proventuum in subsidium Terre Sancte ab omnibus pre-

a) sunt *add. E.* b) *om. E.* c) pro *E. R; om. L III.* d) *sequentia (— p. 267, l. 27) om. E.* e) *sic R; om.* 1. f) *sic R;* urbis 1. g) *sic* 1 *et R, sed* et *delendum videtur.* h) apprehendit dicens *R.* i) ut *R.* k) *sic* 1. *R.*

1) *Pleraque verba huius epistolae conveniunt cum multo longiore edita a Böhmer, Acta imp. II, p.* 694 *sq., nr.* 992; *Potthast nr.* 20857. *Cf. G. v. d. Ropp, 'Erzb. Werner v. Mainz' p.* 95 *sq., n.* 3, *de tempore, quo haec epistola scripta sit.* 2) *Prima sessio celebrata est die Maii* 7; *Brevis nota, Labbe, Conc. XI,* 1, *c.* 955; *Mansi, Conc. XXIV, p.* 61 *sq.*

latis et ab omnibus claustris et ab omnibus beneficiatis 1274. et[a] religiosis habentibus possessiones; ipse eciam papa *et cardinales decimam dabunt similiter[1]. Cum eadem *f. 181. indulgencia eodemque privilegio Terre Sancte crucem instituit predicari instanter ultra mare a festo[b] Iohannis baptiste ad duos annos contra soldanum Babilonie et Sarracenos*. Quosdam episcopos infames de incontinencia et alias facinorosos[c] ab onere et honore episcopatus sentencialiter papa deposuit[2]. Solemnes nunctii Tarta- *(Iul. 16).* rorum, fulgentes vestibus auro textis, fuerunt in concilio pro confederacione facienda inter ecclesiam et ipsos Tartaros; ex quibus unus princeps, filius regis, fuit ibidem baptizatus[d. 3], quem et[e] papa ipse levavit de sacro fonte. Igitur Tartari per litteras imperatoris sui[4] Arabice scriptas pape et ecclesie promiserunt in expedicione cum XX milibus armatorum in bello Christianis assistere contra soldanum Babilonie et Sarracenos et in secundo passagio cum toto exercitu Tartarorum. Sancti spiritus gracia suggerente Greci a papa vocati ad concilium gloriose *(Iun. 24).* suscepti sunt, ita quod cardinales et[f] archiepiscopi et episcopi et prelatorum maxima multitudo ipsis Grecis ad dimidiam leucam obviam exiverunt[5]; quos et papa cum lacrimis et osculis letissime suscepit. Hii prelati et solemnis nunctius imperatoris Grecorum[6] logotheta[g. 7], *(Iul. 6).* gloria indumentorum mirifice adornatus, cum litteris et bullis aureis concilio exhibitis, tactis sacrosanctis ewan-

*) 1 *add.:* Passagium ultra mare a festo Iohannis baptiste ad duos annos papa indixit. *Quae in R desunt et in margine ad praecedentia adscripta fuisse videntur.*

a) ac *R.* b) sancti *add. R.* c) facinorosas 1. d) est *add.* 1, *quod deest R.* e) eciam *R.* f) *deest R.* g) logotheca 1; legotheca *R* 1.

1) *Cf. constitutionem papae editam a Finke, 'Concilienstudien z. Gesch. d. XIII. Jahrh.' (Münster* 1891*) p.* 114, *quam auctor cum reliquis constitutionibus huius concilii legisse videtur. Haec recitata est in secunda sessione die Maii* 18; *Brevis nota, Labbe l. l. c.* 957; *Mansi l. l. p.* 63. 2) *Heinricum III. Leodiensem die Iul.* 3. compulit cedere oneri et honori; *Brevis nota, Labbe l. l. c.* 958; *Mansi l. l. p.* 65. *Cf. infra p.* 270, *l.* 27 *sqq.* 3) *Brevis nota in relatione sessionis quintae (Iul.* 16*), Labbe c.* 960, *Mansi p.* 67: frater Petrus Ostiensis episcopus baptizavit unum ex nunciis Tartarorum cum duobus sociis. 4) *Abaghae chaan.* 5) *Cf. Brevis nota, Labbe c.* 957 *sq.; Mansi p.* 64. 6) *Michaelis Paleologi.* 7) *Gregorius. Vide Sacr. imp. Graec., Labbe, Conc. XI,* 1, *c.* 967.

1274. geliis pro se et pro eis qui[a] miserunt ipsos, videlicet pro quinquaginta *metropolitanis archiepiscopis et pro *p. 408. quingentis episcopis et eorum sinodis et subditis, ac (Iul. 6). logotheta[b] pro imperatore Grecorum publice iuraverunt iuxta formam que habetur *De iureiurando*[c] extra: *Ego episcopus*[1]. Confitentur papam esse caput et summum *f. 181'. primatem *omnium prelatorum et omnium ecclesiarum, et ei reverenciam et obedienciam promiserunt; articulos sacre fidei cum ecclesia Latina eisdem verbis confitentur, recipiunt et credunt. Sic Greci orientalis ecclesie, qui in scismate scismatici[d] fuerunt ab anno incarnacionis Domini MXXVIII, hoc est per annos CCXLVII, usque modo, ad unitatem ecclesie redierunt sub isto papa Gregorio decimo, qui sub Gregorio papa[e] VI. et sub imperatore Cunrado Salico ab unitate ecclesie contumaciter recesserunt[2]. Itaque redierunt subicientes se humiliter sancte Romane ecclesie, eo tamen salvo, quod permittantur servare et tenere consuetudines Grecorum, que non sunt contra divina mandata et contra sancta ewangelia. His ita[f] peractis papa cum toto concilio, ingenti exultacione et lacrimacione perfusi, clara voce in excelsum resonantes cantaverunt ad laudem Dei *Te Deum laudamus* usque in finem et similiter *Credo in unum Deum* per totum. Continuo Greci per se Greca lingwa id ipsum *Credo in unum Deum,* sed illum articulum *Qui ex patre filioque procedit* tribus vicibus successive cantaverunt, informati ab ipsorum interprete[3]. Et merito gaudendum omnibus Christi fidelibus fuit et pre gaudio flendum, quod filius prodigus de regione dissimilitudinis Luc. 15, 22. ad patrem et ad stolam primam reversus est. Ideoque papa cum omni concilio hortatur et monet omnes Christi fideles multum gaudere de hoc, quod tam solemne membrum universalis ecclesie, videlicet L archiepiscopos nec non et D episcopos cum suis sinodis et subditis, simul et imperatorem Grecorum cum suo regno, misericors Deus per ipsum papam reducere dignatus est a scismate et errore. Defuncto antistite Lugdunensi[4] papa Gre-

a) *bis scr.* 1. b) logotheca 1; legotheca *R* 1. c) *sic R;* iure 1. d) *om. R.* e) *eadem manu superscr.* 1. f) itaque *R.*

1) *Decretal. Gregorii IX. l. II, tit.* 24, *c.* 4. 2) *Haec ex Cron. Minore a.* 1028, *SS. XXIV, p.* 189, *auctor sumpsit.* 3) *In quarta sessione (Iul.* 6*); Brevis nota, Labbe c.* 958, *Mansi p.* 65, *qua eadem relata sunt.* 4) *Non defuncto, sed Petro de Tarentasia archiepiscopo in episcopatum Ostiensem translato.*

gorius X. virum approbatum et religiosum et per omnia 1274. sciencia eruditum, priorem de ecclesia Cloniacensi nutritum [1], in episcopum constituit.

*Idem [a] Gregorius papa in concilio diligenter com- *f. 182. misit fratribus predicare crucem in subsidium Terre Sancte, et ut plus ad hoc eos alliceret, libellum [b] delicatum papa misit ad perlegendum, cuius tenor talis est: *Olim Constantinopolitani a Sarracenis violentissime oppressi, a Karolo Magno imperatore auxilium suppliciter postulantes, impetraverunt, quod ipse Karolus cum exercitu Christianorum personaliter in adiutorium venit eis. Quo audito* [c] *timentes Sarraceni, pace facta, Constantinopolitanos inpugnare* [d] *de cetero non audebant. Post quorum recessum Karolus ex devocione sibi et suis ostendi rogavit crucem Domini et spineam coronam* [e]*; quibus cum reverencia monstratis, inmensi odoris suavitas tanta exinde respersa est, quantam nullorum etas hominum tunc temporis meminerat se sensisse, ut putarent se presentes in amenitate paradisi positos; et in ipsa hora de suavitate odoris illius plurimi sunt* [f] *curati a diversis infirmitatibus, et plures, qui sepeliendi erant mortui, sunt resuscitati. Cum autem Karolus coronam Domini spineam manibus devote tractaret, albi flores miri odoris ex spinis, omnibus videntibus, mox exorti sunt, quos colligens Karolus rex iam maturos in cirotecam suam honorifice deposuit, qui paulo post in manna conversi sunt* [2]. Igitur lecto libello illo in Lugduno, statim papa misso suo nunctio eundem libellum repeciit [3].

Decrevit [g] eciam papa cum concilio [4], quod tantummodo in ecclesia sint duo ordines mendicantes. Alii [h] autem se ad alia [i] claustra et religiones transferant; sin [k] autem, plures non recipiant, sed paulatim deficiant. Hic [l] papa Gregorius decimus statuit [5], quod episcopi, qui ordinant clericos aliene parrochie sine licencia episcoporum suorum *scienter, per annum a collacione ordi- *f. 182'. num sint suspensi; tamen clerici ipsorum possunt alibi

a) Item *R.* b) quendam lib. *R.* c) *sic R;* aut 1. d) non aud. de cet. imp. *R.* e) corononā *statim corr.* coronā 1. f) *sic R; om.* 1. g) Eodem anno decr. papa in conc. Lugdim *pergit E.* h) alia *E.* i) *sic E; om.* 1. k) sui, *eadem manu superscr.* sin 1. l) Hic — valitura *(p.* 268, *l.* 24*) om. E.*

1) *Ademarum.* 2) *Cf. Helinandi Chron. a.* 802, *Migne, Patrol. Lat. CCXII, c.* 845. 3) *Fortasse quia cognovit libellum esse mendacissimum.* 4) *Sequentia sumpta sunt ex Constitutionibus concilii, Mansi, Conc. XXIV, p.* 81—102; *Labbe, Conc. XI,* 1, *c.* 974—994. *Haec ex Const.* 23 = *Sexti Decret. l. III, tit.* 17. 5) *Const.* 15 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 9, *c.* 2.

1274. canonice ordinari. Statuit eciam papa[1], quod omnes advocacionis officium in causis ecclesiasticis *habentes, *p. 409. sive procuratores apud sedem apostolicam sive alibi, tactis sacrosanctis ewangeliis prestent iuramentum, quod omni sua virtute et omni ope quod equum et iustum est suis clientulis inferent; quodsi huiusmodi iuramentum violare presumpserint scienter aut iniquam causam fovere, duplum restituant, quod tam pro iniqua advocacione vel procuracione receperunt. Item papa Gregorius X. prohibuit[2], ne aliquis advocatus in quacumque causa ultra XX, procurator vero ultra XII libras salarii recipere presumant; qui autem ultra receperint, ad restauracionem integram eorum que receperunt teneantur. Item[a] statuit papa[3], ut prelati, qui ob procuracionem sibi debitam racione visitacionis pecuniam exigunt et recipiunt, ut avari archiepiscopi et episcopi aut alii prelati, duplum, quod receperunt, ecclesie a qua receperunt infra mensem reddere teneantur, alioquin extunc ingressum ecclesie sibi noverint interdictum et sentenciam a nobis contra tales sciant iam latam[b. 4]. Inferiores vero ab officio et beneficio noverint se suspensos, quousque in duplo huiusmodi ecclesiis gravatis satisfaciant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberacione seu gracia aliqua valitura. Personis[c. 5] ordinum mendicancium prohibet papa in concilio omnino predicacionis[d] et audiende confessionis officium absque licencia plebanorum, qui ecclesiis presunt, et admittendi sepulturam
*f. 183. mortuorum in preiudicium *aliorum. Et prohibet, ne aliquis de cetero novum ordinem et religionem inveniat aut habitum nove religionis assumat. Reprobat eciam[e] omnes post Lateranense concilium institutos ordines nec a sede apostolica approbatos, ita ut nullum deinceps ad ordinem eorum recipiant nec domum vel aliquem locum[f] acquirant nec res eorum aut domos alienare valeant

a) Itm̄ 1 *saepe*. b) et sentenciam a nobis contra tales etc. *iterum add.* 1. c) Personas 1; Item personis mend. ord. *pergit E.* d) *sic V. E* (predicacō⁊); predicaciones 1. e) *om. E.* f) deinceps ad ordinem eorum recipiant *iterum add., sed* ad — rec. *del.* 1.

1) *Haec fere ad verbum exscripta sunt ex Const.* 19, *quae in Corp. iuris canonici non exstat.* 2) *In eadem Const.* 19. 3) *Const.* 24 = *Sexti Decret. l. III, tit.* 20, *c.* 2, *quae ad verbum fere exscripta est.* 4) *Verba* (et — latam) *perverse addita, quae ab ipso papa* (a nobis) *dicta videantur, desunt in constitutione laudata.* 5) *Const.* 23 = *Sexti Decret. l. III, tit.* 17; *ex qua iam supra p.* 267, *l.* 28. *quaedam excerpta sunt.*

absque licencia, et quod contrarium facientes sentenciam 1274. excommunicacionis incurrant. Ceterum ipse papa decrevit in concilio de ordinibus mendicancium et non mendicancium ordinare, prout animarum saluti et eorum statui[a] viderit expedire[1]. Item[b] Gregorius papa X. statuit de electione pape in decretali: *Ubi periculum maius*[2], quod defuncto papa cardinales convocentur in X diebus et claudantur, quilibet cum uno serviente, clerico vel laico, et non egrediantur[c] nec mittant nunctios aut litteras nec alicui extra loquantur, sed eligant papam. Si autem infra tres dies non eligunt, in aliis quinque diebus subsequentibus unum solum ferculum detur eis; et si non eligunt papam[d], nichil plus postea detur eis nisi solummodo panis et[e] aqua[3], donec provideant ecclesie de papa. Cardinales qui claudi contemnunt careant electione ipsa vice, et irrequisitis eis eligatur papa. Cardinales qui contra fecerint vel nunctios miserint vel litteras, ipso facto excommunicacionis sentenciam incurrunt. Rectores autem civitatis[f], quibus data est potestas ista claudendi cardinales, si contra predicta fecerint, ipso iure excommunicacionis[g] sentenciam incurrunt et infames sunt, et illa civitas est statim[d] interdicto supposita et pontificali dignitate semper privata. Statuit eciam papa[4], quod canonici vel ecclesie volentes cessare a divinis publico instrumento sigillato causam ipsius cessacionis exprimant et ei exhibeant, propter quem cessare intendunt; quod si non fecerint, vel si causa non fuerit inventa canonica, omnibus proventibus et redditibus, que illis debentur, illo tempore cessacionis carebunt; et si receperint, restituent; si autem causa clericorum vel ecclesiarum[h] iusta iudicata fuerit, ille, pro quo officium divinum subtractum est, ad omne interesse tenetur et a iudice condemnetur. Sentencie[i] excommunicacionis decrevit subiacere idem papa[5] eum, qui per vim vel per metum absolucionem excommunicacionis vel revocacionem vel suspensionis vel interdicti sentencias ex-

a) statu 1. *E.* b) Item — extorsit *(p.* 270, *l.* 1*) om. E.* c) *sic R;* egridiantur 1. d) *om. R.* e) *sic R. Engelhus;* et *om.* 1. f) civitatum *R.* g) sent. exc. *R.* h) eccła 1. i) Sentencia, *superscr.* e *corr.* Sentencie 1.

1) *Haec* (Ceterum — expedire) *non ex constitutione praedicta sumpta sunt.* 2) *Const.* 2 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 6, *c.* 3. 3) panis, vinum et aqua *habet constitutio praedicta.* 4) *Const.* 17 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 16, *c.* 2. 5) *Const.* 20 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 20.

1274. torsit. Prohibuit eciam stricte[1], quod nullo modo imagines sanctorum pro aggravacione[a] sentencie prosternantur super terram in spinis et urticis; et qui fecerint, *sicut reprobantes[b. 2], graviter puniantur. Bigamos[c. 3] *p. 410. mundanos prohibet ferre tonsuram et habitum clericalem, nudando eos omni privilegio clericali, et quod coherceri debeant iudicio seculari, non spirituali. Statuit eciam idem papa in concilio[4], quod nullus presbiter manifestos[d] usurarios ad confessionem admittat sive ipsos absolvat, nisi usuras restituant vel promittant ydoneam caucionem. Omnes religiosi vel alii clerici, qui manifestos usurarios in sepultura ecclesiastica recipiunt, patriarche, archiepiscopi et episcopi suspensionis, minores vero clerici excommunicacionis vinculum, collegium autem vel alia universitas interdicti sentencias incurrunt. Nam usurarii manifesti sunt excommunicati. Item prohibet[5] prelatos omnes ecclesias sibi commissas, bona immobilia seu iura ipsarum laicis submittere seu supponere absque capituli sui consensu et sedis apostolice licencia speciali[e] in emphiteosim; huiusmodi advocati dicuntur[6]. Clerici et prelati episcopis suis, cum gravantur a tali-
*f. 184. bus, *denunctient; quod si neglexerint, per triennium a beneficiis et officiis sunt suspensi. Si ultra debitum receperint advocati, nisi moniti restituant, eo ipso excommunicacionis incurrunt sentenciam, et extunc terra eorum interdicto supponatur. Multas eciam alias decretales et statuta fecit in concilio ipse papa. Gregorius idem papa in concilio Lugdunensi destituit Bertoldum de Hennenberc de episcopatu Herbipolensi[7], provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie nomine Bertoldum ibidem instituit episcopum[8].

a) agravamine *E.* b) fec. sint approbantes *E.* c) *reliqua h. a. om. E.* d) manifest9 1. e) *fortasse hoc loco quaedam exciderunt, supplenda ex verbis laudatae constitutionis:* non concedendo bona ipsa vel iura.

1) *Const.* 17 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 16, *c.* 2, *iam supra p.* 269, *l.* 23 *sqq. exscripta.* 2) sicut reprobantes *male ortum videtur ex verbis Gregorii l. l.:* detestabilem abusum . . . penitus reprobantes. 3) *Const.* 16 = *Sexti Decret. l. I, tit.* 12. 4) *Const.* 26. 27 = *Sexti Decret. l. V, tit.* 5, *c.* 1. 2. *Sed harum constitutionum argumenta sequentibus non bene expressa sunt.* 5) *Const.* 22 = *Sexti Decret. l. III, tit.* 9, *c.* 2. 6) *Haec, sensu constitutionis male intellecto, corrupta sunt ex verbis:* seu ab ipsis eadem (bona vel iura) advocando, prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, avoyer. 7) *Cf. supra p.* 256. 8) *Haec iam supra p.* 151 *sq. in indiculo ordinum exscripta sunt.*

Eodem anno illustris ac venerabilis Hassie lantgravia[1], cognata[a] sancte Elizabet, obiit in mense Iunio ac in Marcburc tumulata est prope sepulchrum sancte Elizabet. Hec fuit soror ducis Alberti de Brunswic. 1274. *Iun.*

Eodem anno Rudolfus Romanorum rex auctoritate regia convocatis episcopis ac principibus ac magnatibus regni in Nurnberg celebravit curiam suam in festo beati Martini, ostendens ibidem robur virtutis sue cum duobus milibus militum armatorum et insuper quingentorum militum similiter armatorum vallatus presidio, qui contradictorum et inimicorum rebellancium, si qui forsitan apparerent, machinaciones et seviciam propulsarent, sive Otthocarii[b] regis Boemie, adversarii sui, sive aliorum; sed Deo[c] disponente nullus ibi[d] contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi Rudolfo regi Romanorum, quia ipsum hic Gregorius papa X. et ecclesia favore permaximo confovebat[2]. *Nov.* 11.

Anno Domini MCCLXXV. Cives Erfordenses[e], provocati a comitibus vicinis[f, 3], rebellantes tribulaverunt comites et alios quosdam barones[g] usque ad cineres per miliciam et armatos circiter CCC aliunde conductos. Adhuc[h] durante eodem prelio cives Erfordenses de communi consilio auxilium venerabilis domini sui archiepiscopi Mogontini[i] implorare *decreverunt[k] et eundem advocare personaliter studuerunt[4]. Quo adveniente universitas cleri prefate civitatis cum crucibus et candelis et aliis apparatibus et solemni processione in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli eundem honorifice susceperunt. Qui[l] eciam mansionem ibidem 1275. *f. 184'. *(Mart. ex.)*

a) congnata 1. b) Orcthocarii 1; Odackari *R.* c) disp. Deo *R. Lr III.* d) *sic R et supra p.* 152; sibi 1. e) Erphord. 2a; Erphordienses 2b *saepe.* f) et baronibus *add. E (cf. C).* g) latrones 2b. h) Et de comm. cons. aux. arch. 2a, b; Posthec predicti cives invocaverunt episcopum Mogunt. pro adiutorio et auxilio; quo adv. honor. sepultus (*sic pro* susceptus) est *E pro* Adhuc — susceperunt *(l. 29).* i) Magunt. 2a. k) statuerunt 2a, b. l) qui in monte P. et P. mans. pene per quatuor 2a, b (*omisso* Quo — susceperunt); qui mans. in monte sancti Petri per IIIIor *E.*

1) *Adelheidis, uxor Heinrici I. lantgravii.* 2) *Haec iam supra p.* 152. *in indiculo ordinum exscripta sunt.* 3) *Alberto de Gleichen, Ottone de Orlamunde, Gunthero de Käfernburg, Alberto et Friderico de Rabenswald, comitibus de Stolberg, dominis de Heldrungen.* 4) *Qui cum Heinrico comite de Honstein pacem inter eos composuit, carta d. d. Erfordiae a.* 1275. *Apr.* 23; *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 175 *sqq., nr.* 277. *Cf. etiam notitiam damnorum comiti de Gleichen ab Erfordensibus illatorum ib. p.* 173 *sqq., nr.* 275, *cartam comitis de Orlamünde d. d.* 1276. *Maii* 29, *ib. p.* 182 *sqq., nr.* 285, *cartas comitis de Gleichen d. d.* 1277. *Sept.* 29, *ib. p.* 187 *sq., nr.* 290. 291.

1275. in quodam habitaculo fratrum per IIII ebdomadas[a] *Mart. 30.* habuit et[b] ibidem sacros ordines sabato[c] *Sicientes* cele- *Apr. 11.* bravit, et in cena Domini penitentes reconciliavit et sacrum crisma consecravit et[d] eodem die ad mandatum *Apr. 14.* fratrum personaliter *affuit. Insuper in sancto die pasche summam missam in eodem monasterio, nonnullis *p. 4 astantibus, celebravit*.

1274. *(Oct. 28).* Eodem[e] anno mortuus est Engelbertus archiepiscopus Coloniensis; cui successit Sifridus dictus Runchel, prepositus maioris ecclesie in Maguncia, consangwineus videlicet domini archiepiscopi Mogontini.

1275. Eodem anno in marchia Misenensi[f] facte sunt inundaciones aquarum, videlicet in Albia et aliis fluminibus, *Aug. 24.* de nimietate pluviarum circa festum sancti Bartholomei, ita quod[g] multe ville ac multi homines submersi

*) *De Wernhero Erfordiam tunc adveniente notitia quaedam saec. XIII ex. non integra exscripta est ab N. A. Heuser, 'Hist.-jurist. Abhandlung von den Erz- und Erb-Land-Hof-ämtern des h. Erzstifts Mainz' (Maynz* 1789. 4°*) p.* 93*, unde repetita est a Böhmer-Huber, Fontes IV, p.* 391 *sq., et Böhmer-Will, Reg. arch. Mag. II, p.* 393*, nr.* 362: 1275. *(Mart. ex.)* Veniente [Erfordiam Wernhero] episcopo obviam processit ei clerus cum magna comitiva baronum terre et lantgravius Turingie[1] cum LXX equis faleratis et magno sumptu. Cumque venisset ad curiam[2], descendit episcopus. Lantgravius vero tenens strepam equi episcopi humanissime amplexabatur illum; et precedens ad ecclesiam ministrabat illi tanquam ecclesie sue marescallus, ante illum etiam clerus et populus civitatis. Postquam vero intrasset ecclesiam[3], consedit archiepiscopus, et iocunde cantabatur hymnus dominicus cum responsorio et collecta. Quo finito cum magna gratulatione et hilaritate omnes qui aderant accesserunt ipsum et ad curiam episcopi reduxerunt. Fuitque in illa die magna sollempnitas et circumcursatio, ita quod nemo per plateas ire vel stare poterat. Postera die . . . . . .

a) hab. ebd. 2a. b) sacrosque ord. ib. cel. 2a. b. c) *sic E;* sabatho 1. d) et in *E.* e) Eod. — permittente *(p.* 273, *l.* 2*) om. E.* f) misenhnensi 1; Misnensi 2a. b. g) Itaque 2a. b.

1) *Albertus.* 2) *Archiepiscopi Moguntini (Mainzer Hof).* 3) *S. Mariae.*

1275. sunt, montes magni destructi sunt, et pecora, frumenta quoque[a] plurima perierunt Domino permittente.

Ipso[b] anno grisei monachi in suo generali concilio vel capitulo Cisterciensi prohibuerunt pena taxata districtius statuentes[c], quod in toto ipsorum ordine per mundum neque in domibus neque in grangiis[d] ulli de ordine fratrum Minorum ad commedendum vel ad[e] hospitandum nullatenus recipiantur[f], nec eis in aliqua elemosina succurratur.

Eodem anno Mediolanenses[g] cives unanimi consensu omnes pariter prestiterunt[h] iuramentum fidelitatis per *(Nov.)* interpositas regi Romanorum Rudolfo. Hoc[i] anno tempora mutata sunt, et intemperies aeris pravaluit *in **f. 185.* tantum, quod vina[k] et multe fruges ex habundancia pluviarum et ex defectu estivi caloris inmatura permanserunt[l].

Eodem anno soldanus Babilonie[1] in odium ecclesie Armeniam vastavit et populum regni illius in ore gladii[m], cum tamen essent treuge[n] inter ipsos et ipsum, quas idem soldanus impie contra fas crudeliter violavit, nec Armenis[o] fidem tenuit, quam promisit.

Ipso[b] anno in festo sancte Margarete in Traiecto *Iul. 13.* Superiori clerici et populi multi processionem facientes solemnem, dum quidam iam transissent pontem fluminis[2], et posterior multitudo magna sequeretur, ipse pons fractus ex pondere multitudinis Deo permittente, cuius iudicia incomprehensibilia sunt, in fluvium[p] trecenti cir- *Rom. 11, 33.* citer vel plures utriusque sexus homines submersi sunt.

Hoc[b] anno circa festum sancti Galli papa[q] Grego- *Oct. 16.* rius et rex Rudolfus cum procerum multitudine gloriosa et cum grandi leticia adinvicem[r] convenerunt in civitate Losanna[s]. Tunc ibidem prefatus rex et regina coniunx sua[3] et dux Lotharingie[t. 4] et[u] dux Bawarie[5] nec[v] non et quingenti milites expediti in plenis armis cruce signati

a) frumentaque 2a. b) Eodem *E.* c) *sic* 1. *E. N; om.* 2a.b. d) *sic N;* grandiis 1. *E;* grangriis 2a; granariis 2b. e) *om.* 2a.b. f) reciperentur *E.* g) *sic E;* Mediolanensium 1. h) restit. *post corr.* prestit. 1. i) Hoc — permanserunt *om. E.* k) vites 2b. l) immaturae permanserint 2b. m) *sic* 1. *E;* occidit *add. R. Lr III.* n) lites *E.* o) Armeniis *E.* p) *sic* 1. *E;* flumen *R.* q) *sic* 1. *E. Lr III;* Gr. p. *R* 1. r) *sic* 1. *R. Lr III;* let. invicem *E.* s) *sic R. Lr III;* Losamia 1; Losannia *E.* t) *sic E. R;* Lacaringie 1; Lateringen *C.* u) *sic* 1. *E; om. R. Lr III.* v) nec non *om. E.*

1) *Bibars. Cf. 'L'Estoire de Eracles', 'Recueil des hist. des croisades, occid.' II, p.* 467; *Röhricht in 'Arch. de l'Orient Latin' II, p.* 405. 2) *Mosae. Cf. Herm. Korner* § 354 (237) *ed. J. Schwalm p.* 189, *ubi hoc Iul.* 12. *factum esse dicitur.* 3) *Gertrudis.* 4) *Fridericus III.* 5) *Ludowicus II.*

1275. sunt omnes pariter de manu pape ad transfretandum personaliter ultra mare in subsidium Terre Sancte.

Eodem anno Theodericus illustris marchio Misnensis, zelum habens pacis et tranquillitatis, in patria persequens maleficos raptores et comprehensos numero XXXIIII decollavit.

Ipso anno de civitate que vocatur Heidelberc[a] Spirensis diocesis, in qua tunc generale fuit interdictum, multi cives cum suis uxoribus et familiis navigaverunt ultra fluvium Neckarum[b], ut audirent cuiusdam sacerdotis celebrantis suam primam missam in quadam capella; quibus redeuntibus, in predicto fluvio navi periclitante ex nimia multitudine tam hominum quam equorum plures quam centum homines utriusque sexus divites[c] permittente Domino submersi sunt.

*f. 185'. *Eodem[d] anno Sarraceni et Barbari cum aliis paganis in multitudine gravi potenter irruentes in Hispaniam, videlicet in regnum Castelle, Toletanum archiepiscopum, primatem illarum regionum, nomine Sanc- *p. 4
(Oct. 21). tium[e] interfecerunt et multos alios Christianos[1]; preterea ipsum regnum crudeliter devastantes, multa spolia asportaverunt, et hoc in vindictam. Nam pridem rex Castelle[2] cum exercitu valido Christianorum Sarracenorum regiones et Sibiliam magnam civitatem cepit, alias quoque multas eorum municiones sibi potentissime subegit et[f] tributarios[g] sibi fecit*.

---

*) *Manu scribae in* 1 *adnotatum est:* Hic nullus est defectus. *Deinde tribus lineis vacuis relictis sequuntur haec ex Isidori Etym. XIII,* 13. *sumpta:* De lacu Cicilie[h] qui biberit, amorem Veneris tollit.

Ex Ditorie[i] lacu Italie[k] qui biberint, vini tedium habent.

In Campania sunt aque, que hauste sterilitatem feminarum auferunt et virorum libidinem.

Fons Archadie fieri aborsum non patitur.

In Sicilia sunt duo fontes, quorum unus sterilem fecundat, alter fecundam sterilem facit.

In Thessalia duo sunt flumina; ex uno bibentes oves

a) Heydeberg *E.* b) qui vocatur Neckir *E.* c) et div. deo promittente *E.* d) *reliqua h. a. om. E.* e) *sic R;* sancliū 1. f) ac *R.* g) *sic* 1. *R.* h) Cizici *Isid.* i) Clitorio *Isid.* k) lacu *iterum add.* 1.

1) *Vicerunt exercitum Alfonsi X. regis Castellae proelio aestate a.* 1275. *commisso.* 2) *Ferdinandus III. a.* 1248.

*Hoc[1] anno ante tribunal Philippi regis Francie *f. 186. quibusdam disceptantibus pro quodam opulento predio cuiusdam divitis defuncti, prefatus rex de falsis testibus[a] unum, quamvis pauperem, modicum[b] et despectum, vocavit ad se, dicens ei: 'Si scis, dicas michi occulte *Pater noster'*; qui dixit regi dominicam oracionem usque ad finem. Tunc exclamavit rex coram omnibus dicens: 'Ecce iste narravit michi totam veritatem'; quo audito alii undecim testes falsi multum exterriti narraverunt unus post alium[c] successive totum processum, dicentes se per pecuniam fuisse conductos et subornatos[d] ab actore avaro[e] et bibisse mercipotum, quod[f] vulgariter dicitur lihkouf[g. 2], circa corpus defuncti, cuius fuerat predium, et ei, postquam fuit[h] mortuus, vinum in os fudisse. Idcirco rex condempnans actorem convictum et iniquum, relicte defuncti et liberis eius restituit predium cum pace. Prefatus idem[i] rex Francie Philippus duos cecos solebat pascere cottidie elemosina, ex quibus unus semper gracias egit Deo, alter vero cecus non Deo, sed semper gracias egit regi Francie atque in hunc modum pluries contendebant, unus Deum laudando, alter regem Francie. Hoc audiens rex a ministris sibi astantibus iussit infra prandium parari[k] duo pastilla de carnibus equaliter bona, sed in uno poni et superaddi iussit colligatam panniculo marcam auri; quo facto dixit rex: 'Date ceco, qui me laudat, pastillum cum marca auri[l] et aliud pastillum date alteri ceco'; et adiunxit rex dixens: 'Scio tamen, quia Deus prevalebit'. Ceci

nigras fieri, ex altero albas fieri dicunt, ex utroque bibentes varias fieri.

In Trogodicis[m] ter in die fit amarus et in die ter dulcis.

In Sardinia fontes calidi oculis medentur, fures arguunt. Nam cecitate detegunt eorum facinus.

Apud Garamantos fons ita rigidus die, ut non possit bibi, ita ardens nocte, ut non tangatur.

In Epico[n] fons est, in quo faces accense extingwantur et extincte accendantur.

a) *sic* 1. *V. N;* dubius *add. R.* b) *sic* 1. *R. V. N.* c) *sic* 1. *V. N;* unum *R.* d) *sic R. N;* subordinatos 1. *V.* e) *sic R. V. N;* auore 1. f) *sic* 1. *V. N;* qui *R.* g) leinkauf 1; ligkouff *R;* linckauff *V;* lychoff *N.* h) *sic R. V;* fuerat 1; fuisset *N.* i) *sic* 1. *V. (N);* Item predictus *R.* k) *sic R. V. N;* pari 1. l) *sic* 1. *N;* cum auro *R. V.* m) Troglodytis lacus est *Isid.* n) Epiro *Isid.*

1) *De sequentibus duabus fabulis vide quae dixi supra p.* 124. 2) *I. q.* lîtkouf, Weinkauf.

illi ignorantes de marca auri permutacionem fecerunt de pastillis. Tunc cecus laudator veri Dei superaddidit unum denarium Parisiensem alteri ceco pro suo pastillo, in quo reclusa fuit marca auri, et sic, omnibus cum rege mirantibus, cecus Christi laudator prevaluit iuxta verbum regis; alter vero cecus, venditor marce, lamentabatur et nimio dolore, postquam cognovit rem gestam, plurimum[a] se afflixit.

1276. *Anno[b] Domini MCCLXXVI. Gregorius papa de- *f. 18
Ian. (10). cimus obiit in Arecio post festum epiphanie. Huic pape propinatum[c] fuit venenum, per quod et mortuus est; ad eius[d] sepulchrum in Arecio multa miracula et magna Dominus[e] operatur. Ipso[f] anno Innocencius papa *(Ian. 21). (Iun. 22).* quintus ordinatur; sedit[g] mensibus sex, et[h] veneno interfectus est. Hic vocabatur Petrus et assumptus[i] fuit ex[k] ordine Predicatorum in cardinalem[1], postea electus in papam. Hic papa[i] frequenter et personaliter predicavit crucem contra Sarracenos in subsidium *Terre *p. 41 Sancte. Iste papa excommunicavit solemniter omnes presumptuose possidentes redditus[l] et possessiones imperii Romani invito Rudolfo rege Romanorum[2], sicut[m] Odoackar rex Boemie[n] nec non et Karolus rex Sicilie iniuste municiones et[o] dignitates ac terras imperii multas tenent, et alii quam plures similiter. Nam Clemens papa IIII. iam pridem dedit ipsi Karolo[p] regnum Apulie et fecit eum vicarium et presidem Romani[q] imperii, et quod iuratus deleret dignitatem senatoriam urbis Rome; propter hoc discordia et bella atque homicidia plurima sunt secuta[r]. Eodem eciam[i] anno rex Castelle et rex Francie bellabant adinvicem pro regno Arrogonie[3], sed exercitus regis Francie victus in fugam

a) *alio atramento superscr.* 1. b) *huic loco in E minio praescr.* Sequitur de obitu Gregorii pape. c) *sic E. R. L III. N;* datum 1. d) *sic* 1. *R;* cuius *E. L III. N.* e) ibidem *add. E.* f) Eodem *E.* g) *om. E, ubi* sex mens.; seditque *R.* h) *sic E. R. L III; om.* 1. i) *om. E.* k) *sic E. R. L III;* de 1. l) reditus *E.* m) odacl odo *add., sed del.* 1; sed *E.* n) Bohemie *E.* o) *sic* 1. *E; om. R.* p) Karulo *E.* q) *sic E. R;* imp. Rom. 1. r) *sic* 1. *R;* subsecuta *E.*

1) *Ostiensem episcopum; cf. supra p.* 266, *n.* 4. 2) *Nusquam quidquam eiusmodi traditum est. De Gregorio X. haec aliquantulo iure, non recte quidem, dici potuissent.* 3) *Potius pro regno Navarriae discordiam inierunt Alfonsus X. et Philippus III, et quia ille filios Ferrandi filii sui defuncti et Blancae sororis Philippi successione regni privavit, sed bellum inter eos non commissum est. Exercitus Francorum in Navarria Pampelonam contra ipsos Navarrenses expugnavit. Antequam Philippus rex exorto bello regnum Castelliae invaderet, mense Nov. pax facta est. Cf. Ch.-V. Langlois, 'Le règne de Philippe III. le Hardi' p.* 96—108.

conversus est. Hoc anno, quod mirabile dictu[a] est, 1276.
tres pape, videlicet Gregorius papa[b] X. et[b] Innocencius
papa quintus et Adrianus papa quintus, infra dimidium
annum immatura morte defuncti sunt. Sed iste predictus Adrianus papa[c] et Richardus cardinalis[1] pariter intoxicati sunt. Iohannes[d] papa XXI. ordinatur. *(Sept. 8).*

Eodem anno apud Urbem-veterem et in terminis[e] illic[f] terre motus factus est magnus[2], qui incepit in[g]
die Veneris *ante festum penthecosten et duravit per *Maii 22.* *f. 187.
IIII dies, quibus singulis diebus et noctibus factus est terremotus, ita quod turres alique ceciderunt, domus corruerunt, lapides angulares de suis iuncturis exilierunt, et iterum clause sunt iuncture[h], arbores in campis evulse sunt radicitus; viri et mulieres, senes et iuvenes vestibus exuti flagellis se ceciderunt, de[i] civitate fugierunt[f], nec ausi fuerunt redire et in campis se receperunt; nulli[k] in civitate remanserunt nisi soli religiosi, qui ecclesias intraverunt et Deum[l] pro populo devotissime oraverunt. Segetes[m] et vina[n] perierunt.

Hoc eciam[o] anno civitas Lubecke in die sancti
Barnabe apostoli nimis multum destructa fuit[p] per hor- *Iun.* 11.
ribile incendium, Domino[q] permittente[3].

In[r] eodem anno inter Rudolfum illustrem regem Romanorum et Odoackar[s] regem Boemorum orta est discordia magna pro quibusdam terris et municionibus pertinentibus imperio Romano, quas rex Bohemie temere et violenter iam dudum possedit[t]. Insuper ipsum regem Romanorum notabiliter contemnens tanquam insane mentis eum nec regem Romanorum nec dominum, sed comitem solummodo verbis et litteris subsanatorie nominavit. Proinde[u] prefatus rex Romanorum
anno tercio regni sui *congregavit exercitum fortem nimis* 1. *Mach.* 1, 4.
per *auxilium* sibi *datum de celo et intravit [in]*[v] Austriam 2. *Mach.* 8, 20. 1. *Mach.* 1, 18.

a) dictm *E;* dcm *R* 1. b) *om. E.* c) *om. E. R.* d) Ioh. — ordinatur *om. E.* e) *sic* 1. *R;* terris *E.* f) *sic* 1. *E. R.* g) *sic E. R; om.* 1. h) *sic E. R;* iuncte 1. i) et de *E.* k) et n. *E.* l) *sic E. R;* dominum 1. m) Seg. et v. per. *om. E.* n) vinea *R.* o) Eodem *E.* p) est *E.* q) deo *E.* r) *sequentia (p.* 285, *l.* 23*) om. E. Sed tota fere narratio belli a.* 1276. 1278. *legitur in cod. Hannoverano Chronographiae Conradi Halberst. (H), ex Cron. Reinhardsbr., ut videtur, sumpta.* s) Odackarum *H.* t) *hoc loco inserenda esse quae in H sequuntur:* et multociens vocatus est ad curiam regis Romanorum et nusquam comparuit, *ut C. Wenck, 'Forschungen' XX, p.* 284, *censuit, nullo modo, ut credam, facere possum.* u) Rodolphus *add. H.* v) *sic H; om.* 1.

1) *Diaconus S. Angeli.* 2) *Cf. Ann. Urbevet., SS. XIX, p.* 270. 3) *Cf. Detmar, 'Chron. d. deutschen St., Lübeck' I, p.* 356, *ubi hoc die Iun.* 15. *factum esse dicitur, sed cf. Korner* § 356 (239) *ed. Schwalm p.* 189 *sq.*

1276. *in multitudine gravi* principum et equitum et sagittariorum 1. Mach. 1, 18. 19. ac *copiosa multitudine* armatorum *et constituit bellum adversus* rebellem et contumacem regem Boemorum, et obtinuit terras et municiones plurimas; firmam quoque pacem in sua expedicione ordinavit, ita quod a vicinis regionibus alimenta et pecorum greges venderentur[a] et Judith 2, 8. omnia necessaria usibus humanis, quod[b] *exercitibus*[c] *sufficeret*[d] *copiose*. Cum igitur rex Boemorum[e] multis et variis concuteretur bellis ab exercitu regis Rudolphi, *f. 187'. Luc. 14, 32. non *valens resistere forciori, *legacionem mittens rogat ea que pacis sunt*. Igitur reges[f] reconciliati sunt Domino disponente, et forma composicionis talis est[1]: Rex Bohemorum Rudolfo regi Romanorum has terras, videlicet Austriam, Karinthiam[g], Carniolam, Stiriam[h] cum dominio Portuensis[i] et cum marchia Egra[2] similiter[k] et libere resignavit, et regi Ungarie[3], qui confederatus fuerat regi Rudolfo pro prestando sibi auxilio contra ipsum regem Boemorum, omnes municiones ipsius, quas ceperat olim, *restituit absolute. Et ut[l] huiusmodi composicio et *p. 4 ordinacio inter Romanorum[m] et Boemorum reges indissolubiliter conservetur, rex Romanorum[n] duos pueros suos, videlicet filium[4] et filiam[5], rex Boemorum[o] filium[6] et filiam[7] versa vice ad invicem desponsarunt[p]. Acta Nov. 26. sunt hec[l] in crastino beate Katherine virginis[8] ante Wigennam. Ibi cum rege Rudolfo fuerunt duo[l] archiepiscopi, videlicet Mogontinus[9] et[l] Salczburgensis[10], episcopus Herbipolensis[11] et alii VIII[q] episcopi[12] et pala-

a) et vend. omnia *H;* vend. *om.* 1. b) *sic* (ꝙ) 1. *H.* c) competeret ac *add. H.* d) *sic H;* sufficiunt 1. e) Odackarus rex Bohemie *H.* f) rec. sunt dom. disp. rex Rodolfus et Odackarus *H.* g) Corinthiam *H.* h) scitiam 1; *quod iam in antiquissimo cod. scriptum fuisse videtur, cum C habeat* Cicien; Siciliam *H.* i) *sic* 1. *H* (*pro* Portu-Naonis); herschaft zů Portuen *C.* k) *sic* 1. *H;* simpliciter *emendare posses.* l) *om. H.* m) reges Rom. et Bohem. *H.* n) Bohemorum *h. l. H;* Bohemie *L III.* o) Romanorum *h. l. H. L III.* p) desponsaverunt *H. L III.* q) *sic H* (ep. VIII). *N* (octo). *C* (achte); IX 1.

1) *Arbitrium quatuor principum infra dictorum et confirmationem eius a regibus datam vide LL. II, p.* 407—409. *Non facere possum, quin coniciam auctorem nostrum has pacis leges legisse.* 2) *Sane hic auctor* marchia Egra *coniunxit, ut auctor Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 301: die marke zû Egir *interpretatus est, in pacis lege:* Marchia, Egra *editores et historiae scriptores interpretati sunt.* 3) *Ladislao.* 4) *Hartmannum.* 5) *Iuttam.* 6) *Wenceslaum.* 7) *Kunigundem.* 8) *Hoc die arbitrium principum die Nov.* 21. *constitutum a regibus confirmatum est.* 9) *Wernherus.* 10) *Fridericus II.* 11) *Bertholdus.* 12) *Qui in lege pacis recensentur. Vide eos praeter Olomucensem infra dictum in altera narratione huius belli Partis III.* (*infra p.* 281) *enumeratos.*

tinus Reni[1] et dux Bawarie[2] et lantgravius Hassie[3] 1276.
et comites[a] de Tyrol[4] et alii comites et nobiles circa ducentos[b]. Tunc rex[c] Boemie principatus suos[d] a rege Rudolfo cum vexillis recepit, homagium faciens. In recon- *(Nov. 25).*
ciliacione autem[e] istorum regum arbitri fuerunt[f] Herbipolensis episcopus, Olomuncensis[g] episcopus[5], palatinus Reni et marchio Brandenburgensis[6]. Rex autem Rudolfus duobus pueris suis, quos desponsavit pueris regis Boemie, dedit XL milia marcarum et[h] iterum XL milia marcarum[7].*

---

*) *Spatio lineae vacuo relicto sequuntur in* 1: Sanctus Ysidorus Hispalensis episcopus in libro Ethimoloiarum sic scribit: Temporibus Xersis[i] regis vulpes ex equa *Isid. Etym. XI, 3.* nascitur. Sub imperatore Alexandro mulier peperit monstrum, quod superius erat homo et inferius diversarum bestiarum. In Umbra[k] peperit mulier serpentem.

*Tycion gigas tam magnus fuit, quod in IX iugeribus iacere debuit. **f. 188.* Nam sunt homines cubitales, quos Greci Pigmeos[l] vocant; alii vultum canis vel thauri habentes nascuntur . . . .[8] *ib. XIII, 13, 3. 4.* Onen centauros hominibus azinos mixtos dicunt. Ex muliere vetulus generatus est. Duo fontes, alter memoriam, alter oblivionem affert haustus. De lacu Boecie[m] qui biberit, ardore libidinis exardescet. *Rome[n] puer ex ancilla natus est qua- **f. 188'.* drupes et quadrimanus, oculis IIII, auribus IIII, naturam *Cr. Minor. cod. B 2.* virilem duplicem habens.

In Erphordia[o] quidam adolescens non habens brachia nec manus comedit[p] et consuit[q] cum pedibus[9].

Tempore Theodosii imperatoris in castello Emmaus[r] *ib.* natus est puer perfectus inferius, sed ab umbilico et sursum divisus ita, ut haberet duo capita et duo pectora et omnes

a) *sic* 1. *H;* der grefe von Tirol *C.* b) CCLII centos 1, *quod ortum apparet ex* CC *et* ducentos, *altero alteri superscripto;* educentes *H;* bie driehunderten *C.* c) bōme *add., sed del.* 1. d) Boh. terram Bohemie et dominium *H.* e) *om. H.* f) Archiepiscopus Moguntinensis *add. h. l. H falso, omisso infra* Olom. ep. g) Momūcensis 1. h) et — marcarum *om. H.* i) Xexrsis, *alio atram. superscr.* Xersis 1. k) Umbria *Isid.* l) pigi||neos 1. m) Boeotiae *Isid.* n) Rome — cum pedibus *habet etiam E post p.* 277, *l.* 22. o) erat *add. E;* In Erph. — pedibus *habet etiam Varil. ad a.* 1275. p) et bibit *add. E.* q) consuerat *E.* r) estmraus 1.

1) *Ludowicus II, dux Bawariae superioris.* 2) *Inferioris scilicet, Heinricus I.* 3) *Heinricus I.* 4) *Meinhardus II, qui infra p.* 281, *l.* 2. *falso gener regis dictus est. Albertum etiam comitem de Goricia, fratrem eius, auctor dicere voluisse videtur, nisi lectio Cont. Thuringicae vera est.* 5) *Bruno.* 6) *Otto V. Longus.* 7) *Minime dedit, sed promisit se daturum in pacis lege, pro qua summa pecuniae quaedam bona Austriae oppignerata sunt, l. l. p.* 408. 8) *Multa omisi.* 9) *Cf. Liber cron. Erford. a.* 1270, *'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 233. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 259.

PARS III.

1276. Anno Domini MCCLXXVI. Odoackar[a] illustris rex Boemie[b] pace tutissima functus cum sibi subiectis audivit Rudolfum comitem de Habichesburc[c] electum in regem Romanorum potenter regnare; quod cum experimento didicisset ipsius litteris visis, quibus ad curiam suam in Nurnberc[d] citatus est, ipsum spernens minime venire voluit[e], nec aliquem honorem ipsi[f] exhibens parvipendit sua[g] precepta stomachatusque animo proponit se contra eum munire. Unde[h] missis nunctiis ad terras suas petivit a baronibus et civitatibus obsides *pro certitudine sibi dari; quibus receptis, nec hiis con- *p. 415 tentus, cepit munire tutissima castella cum suis Bohemis. Sed fortuna Dei permissione sibi non arridente, omnia versa sunt[i] in contrarium. Nam rex Rudolfus
*f. 189. quarto anno regni sui magno *exercitu in unum congregato Austriam pergit civitatemque Winensem ipsius pro-
(Oct. Nov.) vincie principalem obsedit quinque septimanis. Rex igitur Bohemie audiens regem[k] Rudolfum ad Austriam cum suo comitatu pergere, et ipse suo[i] collecto exercitu prope quandam civitatem que dicitur Linzha[l] resedit[m]; et cum rex Rudolfus ex alia parte Danubii pergeret, ipse cum suis in isto littore eiusdem aque eque pergebat[n] usque

---

Cr. Minor. cod. B 2. sensus; quandoque alter edebat vel dormiebat et alter non, quandoque simul dormiebant, quandoque se percuciebant; vixerunt autem duobus annis, et uno mortuo alter supervixit quatuor diebus.

Item in Northusen[o] natum erat quoddam animal ad modum porci de muliere[p], in fronte caudam habens, pedes habens quatuor sicut porcus et ventrem et os auresque habens sicut homo. Et circa eandem civitatem in villa que dicitur czum Libenchrode natum est quoddam animal de ove, inferius fuit ovis et superius homo; et cuius erat, ille postea fuerat interfectus in brevi; hoc contingit 1384. anno. *Tum spatio lineae vacuo relicto sequitur Pars III.*

a) Eodem anno Odackarus *H.* b) Bohemorum *V. H* (Boh. rex). c) Habesburc 1; Habisburg *V;* Habichesborg *H.* d) Norenberg *H.* e) *sic* 1. *L III;* min. devenit *H.* f) sibi *H; om. V.* g) prec. sua *H.* h) Unde — cepit munire *om.* 1, *oculo scribae a priore* munire *ad inferius aberrante, ex H. suppl.;* Unde rex Rudolfus *(male add.)* m. n. ad terras *habet etiam L III.* i) *om. H.* k) talia *H, om.* regem — pergere. l) Linza *H;* Linzcha *L III.* m) res. et *om.* 1, *ex H suppl.* n) pergebant *H.* o) Northusenn 1. p) de mul. *alio atram. superscr.* 1.

ad civitatem Winensem. Interim eciam comes de Thirol[a], gener eiusdem regis Rudolfi, Charintiam[b] et Carriolam[c] cum suo exercitu, sibi aliquibus de eiusdem terris iuvantibus, regi Romanorum subegit. Quid plura? Regibus ita cum suis tanto tempore iacentibus sibi ex opposito, augetur numerus regis Romanorum, Australes enim ad ipsum venientes se et sua dederunt. Puppes, cimbe et naves Danubii ab utroque exercitu furantur et franguntur ac in aqua[d] dimerguntur. Quidam eciam[e] nobilis de Austria[1] quandam cimbam furatur[f] et de nocte cum aliquibus ad Bohemos transiens nomen sibi acquirere voluit; sed cum sedicionem faceret in castris, Boemos non latuit, et ab eis occisus interiit[g]; quem rex Romanorum cum omnibus suis lamentabiliter planxit, quia[h] ipsum de Reno ad Austriam duxerat, cum pre omnibus nota sibi esset via. Erant igitur cum[i] rege Rudolfo summi et[k] nobiles principes, scilicet archiepiscopus Mogontiacensis[l], episcopus Herbipolensis, episcopus[m] Babenbergensis[2], episcopus Ratisponensis[n, 3], episcopus Pataviensis[4], episcopus Frisiensis[o, 5], episcopus Prixensis[p, 6], episcopus Salczburgensis, Seccoviensis[7], Goarcensis[o, 8], Chimensis[9], Lavatinensis[o, 10], dux Ludewicus, dux Heinricus, fratres de Bawaria, lantgravius Hassie, dux Saxonie[11], comes Meinhardus de Tirol, de Hollo[q, 12], de Kazzinellebo[r, 13], de Trumingen[14], de Brunecke[15], Rinecke[s] et alii quam plures nobiles et barones, scilicet comes[o] de Suevia, de Brawancia[t], de Francia, de Halsacia[u], de Stiria, de Karinthia[b], de Carniola; advenit *eciam rex Alprandus Comanus et Philippus quondam patriarcha Aquilegie[v]. Nunc ad propositum redeamus. Regibus taliter[w] sibi ex opposito iacentibus, marchio Branden- 1276. *f. 189'.

a) Tyrol *H.* b) Car. *H.* c) *sic h. l.* 1. *H.* d) fur., frang. et in aquam *H.* e) *om. H.* — nobiles *post corr.* nobilis 1. f) furantur, n *post del.* 1. g) est *H.* h) qui *H.* i) ig. Rod. rege *H.* k) s. nob. et *H.* l) Moguntinensis *H.* m) ep. *ter abhinc om. H.* n) ratispanensis 1. o) *sic* 1. *H.* p) Spirensis *H falso.* q) de H. *om.* 1, *suppl. ex H.* r) Catczen ellebo *H.* s) de Rynecke *H.* t) Prauancia *H.* u) *eadem manu, sed alio atram. superscr.* Alsacia 1; Hollandia *H.* v) Aquyleye *H.* w) ex opp. tal. sibi *H;* ex opp. tal. ibi *L III.*

1) *Wernhardus de Wolfkerstorf; Cont. Claustroneob. VI, SS. IX, p.* 745. 2) *Bertholdus.* 3) *Leo.* 4) *Petrus.* 5) *Conradus II.* 6) *Bruno.* 7) *Bernhardus.* 8) *Theodericus II.* 9) *Iohannes I.* 10) *Gerhardus. Sed hic et episcopus Seccoviensis in lege pacis non nominantur.* 11) *Albertus II.* 12) *Gotefridus.* 13) *Eberhardus I.* 14) *Nomen corruptum ex Truendingen (Trüdingen). Fridericus VI?* 15) *Gotefridus; v. Winkelmann, Acta imp. II, p.* 93, *nr.* 109.

1276. burgensis adveniens[a], aliquibus episcopis secum assumptis, composicionem inter eos fecit cum coniunctione aliquarum copularum[b] et resignacione aliquarum terrarum, videlicet Stirie, Carinthie, Carriole[c], Portu-Iunonis, terre Egre, Austrie ex illa parte Danubii, ex ista parte in vadium posita in copulis predictis. Sicque concordatis re-
Nov. 26. gibus, sequenti die post festum sancte Katherine rex Bohemie transfretavit Danubium et cum vexillis resignavit terras predictas iniuste possessas. Paceque[d] ab utrisque iurata, Wienna[e] civitas aperitur, et in[f] ipsa omnia per litteras roborantur. His ita[g] peractis rex Boemorum[h] domum revertitur torvoque vultu[i] a regina[1] suscipitur, dicente ipsum nullius esse[k] valoris, qui se simplici comiti tam leviter subiugasset. Unde rex nimis turbatus sollicitatur et, quid agere debeat, ignorat. In-
1277. terim ergo fiunt a baronibus utrorumque regum circa metas residentibus incendia, rapine, spolia et multa mala. Cum igitur[l] Deus vellet ista finiri, misit in cor regis Boemorum aut cum honore vivere aut pocius mori velle quam sic in tali discrimine esse.

1278. [m]Anno Domini MCCLXXVII. Rex Boemorum[n] spiritu Nabuchodonosor repletus iuravit[o], ut defenderet se et excuteret iugum regis Rudolfi a cervice sua; fecit igitur preparari[p] multa opera, que ad expugnandas municiones et civitates secum veheret, congregatoque multo exercitu, assumpto auro et argento copiose et aliis rebus ultra quam credi potest, *accepta licencia a Pragensibus *p. 416. flentibus et plangentibus fere omnibus, circa festum pen-
Iun. 5. thecostes[2] cum omni[q] multitudine Austriam profectus[r] est. Ubi cum prosperos brevi tempore habuisset succes-
*f. 190. sus, rege Rudolfo *id[o] ignorante, tandem Domino volente, consilio ablato ab eo, qui antea sapientissimus regum[s] erat, ignorabat, quid potissimum sibi tunc [agendum[t]] esset. Cum enim ipse regem Rudolfum subito

a) *om. H. L III.* b) ut iam pretaxatum est *add. H, omissis* et res. — possessas. c) *sic h. l.* 1; Thirolie *L III.* d) *sic* 1. *L III;* et pace utr. *pergit H.* e) Wyna *H. L III.* f) *om. H. (L III).* g) itaque *H. L III.* h) Bohemie *L III;* rex Odackarus in Bohemiam rev. *H.* i) wttu 1. k) *sic* 1. *V;* val. esse *H. L III.* l) ergo *H.* m) Et tandem *praemittit H; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 239, *n.* 1. n) Rex B. *om. H;* Bohemie *L III.* o) *om. H.* p) preparare *corr.* preparari 1, *et ita H;* preparare *L III.* q) maxima *H.* r) ingressus *H;* prof. est in Austr. *L III.* s) cons. abl. sap. ab eo erat regum *H.* t) *supplevi;* sibi *iterum* 1; tunc ag. *om. H.*

1) *Kunigundi.* 2) *Cf. Busson in 'Archiv f. österr. Gesch.' LXII, p.* 28, *n.* 2.

expugnasse debuisset, castra et civitates alias expugna- 1278. vit[1], adversario suo interim operam danti[a] et auxilium aliorum imploranti[a]. Nam rex Rudolfus mittens legatos ad regem Ungarie pro auxilio ferendo promisit multa et magna donativa[b]; quibus verbis[c] rex credulus venit ei in adiutorium cum quadraginta milibus Ungarorum et Comanorum. His peractis rex Rudolfus precepit expedicionem fieri per totam terram septem diebus congregacionemque fieri prope civitatem Marech[d]; quod et[e] factum est. Illuc enim advenit episcopus Basiliensis, *(Aug. 21)* frater Heinricus[2], postea archiepiscopus Mogonciacensis[f. 3], cum suo comitatu. Rex igitur[g] Boemie cum obsedisset quandam civitatem que dicitur La[h], audiens regem Rudolfum preparare[i] se ad pugnam suumque exercitum iacere in campestribus, cessavit a civitate, *(Aug. 18.)* consilioque accepto a suis non fidelibus, — suaserunt eum[k] venire cum omni exercitu[e] ad locum qui dicitur Drezingin[l] minus tutum. Nunc[m] ad finem tendamus. Adveniente igitur[n] vigilia beati[e] Bartholomei, que tunc *Aug.* 23. tercia[o] feria fuit, rex Romanorum castrametatus est inter quoddam castrum Stilfrit dictum et quandam villam dictam Deurintrhut[p], rege Boemie iacente in loco predicto[q]; sic interim utrobique preparantur per[r] tres dies ad pugnam. Sexta ergo[s] feria iam illucescente die *Aug.* 26. Comani et Ungari prelium inchoaverunt, castra invadentes Boemorum, rege eorum non longe existente a castris cum suo exercitu. Congressoque[a] prelio quidam miles armis[t] strennuus, a rege Boemie ad hoc specialiter conductus, ut regem Romanorum sibi subiceret, ipsum pre aliis notans, equum, cui insedit, audacter interfecit[4].

a) *sic* 1. *H.* b) donacula *H.* c) *sic H; om.* 1. d) Mareth 1; *sic aut* Marech *legi potest in H.* e) *om. H.* f) Moguntinensis *H.* g) ergo *H.* h) *hoc loco spatium 2 litterarum vacuum rel.* 1. i) se prep. *H.* k) *sic* 1; esse *H, ubi* venire *post* tutum *positum; fort. emendandum* enim ei. l) Drezingen *H;* Dresingin *L III.* m) N. ad f. tend. *om. H.* n) Veniente itaque *H.* o) feria tercia *H.* p) Deurentrut *H.* q) dicto *H.* r) p. tr. d. *om. H.* s) igitur *H.* t) *sic* 1. *L III;* in a. *H.*

1) *Solum castrum Drosendorf expugnavit.* 2) *Chron. Colmar., SS. XVII, p.* 250, *tradit episcopum Basiliensem die Aug.* 21. *Wiennam ad regem advenisse; quod certe falsum est, ut Busson l. l. p.* 38, *n.* 1. *monuit, sed episcopum die Aug.* 21. *advenisse verum censeo.* 3) *A.* 1286. *Vide infra a.* 1284. 1286. 4) *Cum hoc loco consentiunt omnino Herm. Ann. Cont. Altah., SS. XVII, p.* 410, *et Ottocarus v.* 16006 *sqq.* 16432 *sqq., 'D. Chr.' V, p.* 212. 218, *qui dicit hunc militem Thuringum fuisse. Cf. etiam Matth. de Neuenburg c.* 19, *ed. Weiland in 'Abhandl. d. Ges. d. Wiss. zu Göttingen' XXXVIII, p.* 25 *sq. (ed. Studer p.* 16 *sq.).*

1278. Sed divina dispensacione[a] longe aliter quam cogitaverant evenit. Nam quidam milites[b], speciales sui viri[c] et amici[1], restituentes eum in alium equum, de instanti *f. 190'. *mortis periculo eum eruerunt. Regibus taliter[d] inter se cum suis dimicantibus, Boemi multo copiosiorem exercitum habentes pene victoriam obtinuerunt[e]; sed qui *Ios. 10, 12. 13.* solem stare fecit in medio centri in diebus Iosue ad[f] unam fere diem, donec Israheliticus populus devinceret inimicos suos, huic eciam[f] populo, scilicet Boemorum, tantam[g] debilitatem et timorem incussit, ita[f] ut nec viriliter se movere[h] possent, et equi eorum multo valentiores equis hostium, omni agilitate[i] postposita, incederent, quasi omnino debiles essent et infirmi. Quidam eciam potenciores Boemorum cum sexcentis faleratis equis de prelio quieti recesserunt. Unde contigit, ut cedes magna fieret in Boemos. Capiuntur enim, ceduntur, mortificantur et quasi pecora in campo mortui disperguntur, Romanorum regis exercitu viriliter agente, quorum vix triginta occulto Dei iudicio ibidem remanserunt. Inter quos quidam nobilis[k] dictus Albertus de Thuringin[l] occubuit. Sic ergo Boemis in fugam conversis hostes quasi lupos eos insecuntur[m] pene ad tria miliaria, et ita miserabiliter per devia queque occiduntur. Interea rex Boemorum in una acie cum aliquibus suis fidelibus contra hostes preliabatur prelia fortitudinis, similis Machabeo[n] viriliter incedens, ita ut pauci ad[o] eum accedere auderent. Cum hec ita aguntur, lassatus tandem de nimiis laboribus declinavit *et ipse de *p. 417. prelio, vidensque populum suum dispersum, fugam iniit contra oppidum Drezingin[p]. Cui occurrens quidam nobilis ipsumque regem esse[c] agnoscens, captum eum deducere secum volebat[2]. Cumque pre lassitudine non posset ulterius procedere, depositus est ad terram; galeaque deposita[q], ut paululum respiraret, quidam dictus

a) *sic* 1. *L III;* disposicione *H.* b) *sic* 1. *L III;* miles *H.* c) *om. H. L III.* d) *om. H;* sic *L III.* e) *sic* 1. *L III;* optinuerant *H.* f) *om. H.* g) tim. et deb. tantam *H.* h) vir. moveri *H.* i) *sic H;* abilitate 1. k) d. Alb. nob. *H.* l) Thuringia *H.* m) insequuntur, *eadem manu alio atram. superscr.* insecuntur 1, *et ita H.* n) Iuda *(sic)* Mach. *H.* o) acc. aud. ad eum *H.* p) Dreßingen *H;* Dresingen *L III.* q) *sic H. L III;* est *add.* 1 (*ex praeced.* dep. est).

1) *Praesertim Waltherus de Ramswag; cf. Köhler in 'Forschungen' XIX, p.* 337. *Alius nominatur in Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p.* 804. 2) *Ab ignobilibus regem captum esse tradunt Hist., SS. IX, p.* 653, *et Chron. Colmar., SS. XVII, p.* 251.

Kelremeistir[a. 1], cuius patrem in carcere[b] interfici fece- 1278. rat[2], videns eum scrutandoque cognoscens[c], iussit[d] servum suum, ut tolleret loricam ipsius[e] regis ipsumque gladio transfoderet. Cuius[f] iussioni servus obediens predicto modo ipsum miserabiliter occidit. *O Deus, quanta *f. 191. et[e] qualia et quam inscrutabilia sunt iudicia tua! quia, *cf. Rom.* 11, 33. cuius potestas antea in multis mundi partibus timebatur, qui eciam inter Tartaros ferreus rex vocabatur, cui divicie et honores fuerant, quales nullus regum[e] nostris temporibus habuit, iacet mortuus et nudus ut indiguus[g], nec aliqua misericordia respicitur[3]. Quod cum rex Rudolfus percepisset, iussit eum lavari[h] corpusque eius[e] deduci ad civitatem Winensem, ubi multo tempore[i] stans inhumatus, tandem perductus est [in[k]] Boemiam[4], nec ibi ausus fuit[l] sepeliri[5]. Que postea ibi miseria[e] a Comanis et Ungaris facta sit, captivis nobilibus dicentibus se non esse nobiles, sed et[e] humilibus dicentibus se ignobiles esse, ut mortem evadere possent, nullus, nisi qui vidit, per singula effari potest, nec nostris temporibus tanta tribulacio in multis mundi partibus unquam facta fuit. Postea Rudolfus rex Romanorum[e] venit Boemiam cum magno[e] exercitu, ibi[m] omnia secundum velle suum ordinavit atque[n] disposuit[o].

Anno Domini MCCLXXVII. Comes[p] Iuliacensis[6] 1278. nimium[q] confidens in diviciis suis et in multitudine sui *Prov.* 11, 18. *Iudith* 9, 9. exercitus, cum iam diu cives Aquisgrani bellis, incendiis et rapinis et variis calamitatibus lacessisset, tandem ausu

a) Kelremester *H;* Kellermeyster *L III.* b) in c. *om. H. L III.* c) fec. cogn. eum regem *H.* d) *sic* 1. *H; in* 1 *eadem manu superscr.* precepit servo suo. e) *om. H.* f) et sic servus ipsum mis. *H.* g) *dubius emendavi;* dignus (*vel* diguus), n *e corr.* 1; ut ind. *om. H.* h) *sic* 1. *V. C* (hiez er in wasche); levari *H;* tolli *L III.* i) *sic H. V; om.* 1. k) *sic* 1; *om. H. V, ut infra l.* 21; ad *N. L III.* l) *sic H. V. N;* est 1. m) *sic* 1. *L III;* et ibi *H.* n) et *H.* o) O gloriose sancte Ieronime michi succurre *add.* 1. p) Marchio Guliac. *H.* q) *sic* 1. *R;* nimis *E. L III.*

1) *Eundem indicat Ottocarus v.* 16661—16667, *p.* 221, *qui regem ipse vulneraverit.* 2) *Aliam causam ultionis indicat Ottocarus v.* 16668—16674, *dicens Bertholdum de Emerberg (quem Cont. Vindobon., SS. IX, p.* 710, *solum inter eos nominat, qui regem interfecerint) regem occidisse, qui eius avunculum interfecerit. Aliter etiam Chron. Colmar., SS. XVII, p.* 251. *Cum nostro hac in re consentit Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 526. *Cf. Busson l. l. p.* 141 *sqq.* 3) *Iure monachus Montis S. Petri planxit necem Ottocari regis, qui huic monasterio* 80 *marcas argenti dederit. Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 515 *sq., n.* 12. 4) *In conventum fratrum Minorum in Znaim.* 5) *Loco edito corpus eius positum est; Ottocar. v.* 16989 *sq., 'D. Chr.' V, p.* 225; *Mon. Furstenfeld., Böhmer, Fontes I, p.* 9. 6) *Wilhelmus IV.*

1278. (Mart. 16). temerario sub ficta pace eandem civitatem ingressus ab eisdem civibus cum CCC[a] militibus miserabiliter occisus est. Unde quidam rogatus hos versus dictavit:

Dudum passa scacum mactavit Aquis Iuliacum,
*Dumque quiris peditem captat, capit ipse quiritem.**

1277. (Maii 20). Eodem[b] anno mortuo papa Iohanne Nicolaus papa ordinatur, senatoria stirpe[1] progenitus; qui iuxta monasterium sancti Petri palacium mire magnitudinis et pulchritudinis ex proprio domate fabricavit[2].

1278. Anno Domini MCCLXXVIII. Archiepiscopus Coloniensis Sifridus dictus Runchil opposuit se domino regi Rudolfo, a quo humiliatus coactus est resignare
*f. 191'. quoddam castrum munitissimum Starkinberc[c] *dictum, ad quod attinebant redditus[d] quinque milia[e] marcarum, quod vi[f] detinebat ipse episcopus et multi antecessores sui Romano imperio.

1279. Anno Domini MCCLXXIX. Cives Erphordenses incurrerunt ingratitudinem domini archiepiscopi[g] Mogontini Wernheri; qui directo mandato clero civitatis precepit ibidem suspendi divina, quod per duos annos et dimidium a sibi astantibus et obedientibus inviolabiliter observatum est[3].

1280. Anno Domini MCCLXXX. episcopus Magdaburgensis[h. 4] cepit marchionem Misnensem[5] cum pluribus Thuringie nobilibus.

1281. *Anno Domini MCCLXXXI. Gravis guerra orta[i] *p. 418.
est inter seniorem lantgravium Albertum et filium eius

*) *E add.:* In emendam autem huius rei ipsi cives et prelati, ut fertur, dabunt perpetue terciam partem oblacionum beate virginis Marie ipsi marchioni[k] de Iuliaco[6].

a) XXX^tis *E.* b) Eod. — fabricavit *om. E.* c) Starkinberg *E.* d) reditus *E.* e) *sic* 1. *E. R.* f) *sic* 1. *E;* det. vi *R.* g) Wernh. arch. Mogunt. *E. N.* h) Magdeburg. 2b. *E. R* 1. *V;* Meideburg. 2a. *R* 2. i) est o. 2b. k) marchione *E;* duci Iuliacensi *Le III.*

1) *Ursinorum.* 2) *Cf. Mart. Cont. Rom., SS. XXII, p.* 476. 3) *Melius hac de re nos docet Nicolaus de Bibera v.* 327—423, *'GQ. d. Prov. Sachsen' I,* 2, *p.* 49 *sqq.; cf. ib. p.* 125 *sq.* 153—158. 4) *Bernhardus.* 5) *Theodericum. Cf. Liber cron. Erford., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 234 *sq. et infra; 'Magd. Schöppenchr.' ed. Janicke p.* 164 *sq.; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 208. 6) *Vera de hac re vide in carta pacis edita a Quix, Codex dipl. Aquensis I,* 2, *p.* 152 *sqq., nr.* 226. *Ex chronico quod E continet haec Theod. Engelhus exscripsit.*

Theodericum, civibus Erphordensibus astantibus lantgra- 1281.
vio seniori[1], quibusdam vero ministerialibus adiuvanti-
bus partem iunioris lantgravii. In qua eciam gwerra
dominus Cristanus[a] episcopus domus Teutonice[b] captus
est a iuniore[c] lantgravio et aliquandiu detentus[d] in
castro Slatheim[e]; qui tandem coactus redemit se cum
trecentis marcis. Quo soluto, et ipse iuvenis[f] lantgra-
vius captus est a comite de Kevernberc[g, 2] et traditus
est[h] patri suo, qui per integrum annum detinuit eum
in castro Wartperc[i] iuxta Ysenachum[k], donec a quibus- 1282.
dam commilitonibus[l] et servis eiusdem iuvenis[m] lant-
gravii, quibus aditus ipsius castri notissimus erat, noctu
furtive[n] intrantibus, eundem, ablatis omnibus que de-
ferri poterant, ex[o] captivitate viriliter eripuerunt[p, 3].
Eodem anno Erphordenses[q] destruxerunt Novum-forum[4] 1281.
in[r] die beati Pancracii. *Maii* 12.

Eodem anno mortuus est papa Nicolaus, pro quo 1280. *(Aug. 22).*
Martinus *papa ordinatur; quo mortuo[5] successit Hono- **f.* 192.
rius quartus.

Anno Domini MCCLXXXII. Composicione facta 1282.
inter dominum archiepiscopum Mogontinum[s] et cives
Erphordenses[6], dominus abbas[7] Montis Sancti Petri cum
clero civitatis Erphordie[t] feria IIII. post palmas hono- *Mart.* 25.
rifice revocatus est a consulibus et pocioribus eiusdem
civitatis; qui eciam[h] pro emenda domino archiepiscopo
circa mille marcas et clero civitatis pro eorum dampno,
quod pene per biennium pertulerant[u], trecentas marcas
dederunt.

Anno Domini MCCLXXXIII. magna mortalitas de- 1285.
sevit in nobiles Thuringie. Nam vix infra dimidii anni
spacium nobilis vir[v] marchio Theodericus de Landis-

a) Cristannus 2a. b; Cristianus *E.* b) Theutonice 2a; thetunice *E.* c) iuniori *E.* d) tentus *E.* e) Slacheim 1. 2a. b; Slotheim *E.* f) iunior 2b. *N.* g) Kevernberck 2a; Kevernburg 2b; Keuirnberg *E.* h) *om. E.* i) Wartberck 2b; Wartberg *E.* k) Ysenacum 2b; Ysanacum *E.* l) suis *add.* 2a. b. m) *sic E. R;* iunioris 1; eiusdem — erat *om.* 2a. b. n) castrum *add.* 2a. b. o) *om.* 2b. p) *sic* 1. 2a. b. *E. R. Sententia male constructa est.* q) cives erford. *E.* r) in — quartus *om. E.* s) *om. E;* Moguntin 2a. *R;* Moguntiae 2b. t) Erphord' 2a; Erphordiensis 2b; erford *E.* u) intulerant *E.* v) nob. ac illustris dominus *E.*

1) *Vide cartas eius Erfordensibus datas a.* 1281, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 197 *sqq., nr.* 306 *(Oct.* 2*).* 309. 310. 312. 2) *Gunthero VII.* 3) *Cf. Cron. Reinhardsbr. p.* 630 *sq.* 4) *Cf. cartam Alberti nr.* 310, *n.* 1. *laudatam.* 5) *Demum a.* 1285. 6) *Vide* composicionis formam *et cartam Wernheri archiepiscopi d. d.* 1282. *Mart.* 21, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 202 *sqq., nr.* 313. 318*; Reg. arch. Mag. II, p.* 415, *nr.* 536. 537. 7) *Andreas.*

1285. berc[a, 1] et comes Albertus[2] de Orlamunde et frater eius comes Otto, comes Heinricus de Swarczburc[b] et comes Albertus de Glichinstein[c] et multi alii ministeriales et nobiles mortui sunt.

1283. Eodem anno quidam civis Erphordensis nomine Volradus de Gota[d] spiritu dyabolico inflammatus sedicionem maximam excitavit inter cives Erphordenses[3]. Si enim maxima bonitas divine pietatis non affuisset, idem Volradus cum infinita populi multitudine, quam sibi allexerat, tantam cedem in divites et nobiliores quosque civitatis exercuisset, ut vix hoc effari[e] quisquam valuisset.

Eodem anno tempestates et grandines tales[f] fuerunt, quales[g] ante longa tempora non fuerunt audite; multos homines submerserunt et precipue dominum plebanum de Cymmern prope Eytirberg[h].

1284. Anno Domini MCCLXXXIIII. Dominus Wernhe-
(Apr. 2). rus archiepiscopus Mogontinus obiit, et vacavit sedes per duos annos et tres menses; nam duo electi[4] per discordiam ambo Romam pro confirmacione perrexerunt et ibidem infinitam pecuniam expenderunt, et tamen neuter
**f. 192'.* eorum obtinuit quod volebat. Nam *rex Rudolfus episcopum Basiliensem, fratrem videlicet Heinricum de ordine Minorum fratrum, Romano pontifici direxit, petens pro uno electorum predictorum; qui omnia callide agens,

a) Landisberck 2b; Landisberg *E.* b) Swartzburg 2a; Swarczburg *E.* c) Glichenstein 2a·b; Glichensteyn *E.* d) Gotha *E.* e) fari *E.* f) maxime *E.* g) ita ut pleb. in C. pr. Eyt. cum multis hominibus subm. *E.* h) cycertberg *corr.* cycirtberg 1; Eytesburg *E.*

1) *Huius et trium sequentium mortem Sifr. de Balnhusin c.* 228, *SS. XXV, p.* 710, *a.* 1285. *adsignat. Ac quidem Theodericus marchio a.* 1285. *Febr.* 8. *obiit (Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 91, *n.* 1; *cf. etiam Necrol. Leisnic. in 'Bericht d. deutschen Ges. in Leipzig'* 1839, *p.* 28*). Etiam Ottonem II. (III) comitem de Orlamunde a.* 1285. *paulo ante diem Iun.* 25. *obiisse colligendum est ex carta data hoc die, quam citavit liber baro de Reitzenstein, 'Regesten der Grafen v. Orlamünde' p.* 102. 2) Hermannus *(III) Sifrid. l. l. Qui Hermannus in carta a.* 1284. *Febr.* 26 *(de Reitzenstein p.* 101*) postremo nominatur. Albertus II. comes, frater Ottonis II. et Hermanni III, in carta a.* 1260. *Maii* 21 *(de Reitzenstein p.* 90*) postremo nominatur et multo ante fratres obiisse videtur. Cf. W. Rein in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p.* 10 *sq., qui quidem locum Sifridi ignorans Hermannum III. cum filio eius Hermanno confudit.* 3) *Cf. Nicol. de Bibera v.* 1773—1784, *'GQ. d. Prov. Sachsen' I,* 2, *p.* 98; *cf. ib. p.* 135. 158 *sq. Vide etiam quod in Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 303, *additum est.* 4) *Petrus de Reichenstein et Gerhardus de Eppenstein.*

quantum pro illo laborare[a] in manifesto videbatur, pro quo rex miserat eum, tanto sibimetipsi diligencius eundem archiepiscopatum obtinere conabatur[1]; quod et fecit. Nam dominus papa, electione cassata, archiepi-
scopatum Magontiacensem[b] cum pallio et confirmacione 1286. (Maii 15).
predicto domino episcopo Basiliensi fratri Heinrico favorabiliter porrexit. Illique, pro quo rex petiverat[2], episcopatum Basiliensem donavit[c].

419. *Anno Domini MCCLXXXV. Iudei quendam pue- 1285.
rum Christianum Mogoncie miserabiliter occiderunt.

Anno Domini MCCLXXXVI. Dominus episcopus 1286.
Basiliensis frater Heinricus datus est Mogontinensibus[b] in archiepiscopum a domino papa Honorio[d].

Eodem anno[3] quidam senex trufator[e] veniens circa 1284.
Renum[f] in civitatem que vocatur Nus dixit se esse imperatorem Fridericum, qui pene transactis XXXVI annis ex hac luce migravit; ad quem multi[g] nobiles confluebant, quos omnes per nigromanciam[h] propriis nominibus suscipiebat. Multi eciam ex variis provinciis illuc advenientes ab eo benigne[i] suscepti sunt et honeste in cibo et in[k] potu tractati, nec solum his[k], sed et verbis et factis et variis donariis. Quod postquam aliquo tempore duravit, tandem a domino archiepiscopo Coloniense ab eadem civitate fugatus venit in aliam civitatem, que dicitur Wephlaria[l], ubi tandem a domino rege Rudolfo[m]
miserabiliter igne crematus est[k].*. 1285. (Iul. 7).

193. *Anno[n] Domini MCCLXXXVII. Dominus archi- 1287.
episcopus Mogontinus frater Heinricus veniens in Thu-

*) *E add:* Eodem anno iniciatum est cenobium sancti- 1287.
monialium grisearum dominarum in Ylmene a domino
Gunthero comite de Swarczburg, et sequenti anno idem 1288.
dominus Guntherus obiit, sepultus ibidem[4]. Eodem
anno edificata est interior valva Sancti Iohannis[5]. 1286.

a) *sic* 1. *E. N;* in man. lab. *R.* b) mogunt̄ *E.* c) ac$_e$ confirmavit *add. E, ubi a.* 1285. *om.* d) IIII⁰ *add. E.* e) *sic E. N. C* (ein alt tüscher). *Eisl.;* triumphator 1. f) Rhenum *h. l.* 1. g) *sic E. N. C* (vil herren); iuste *Eisl.; om.* 1. h) *sic E. N;* nicrom. 1. i) benigni 1. k) *om. E.* l) Wepflaria *E;* venit Wetsflariam *Eisl.* m) Rudulfo *h. l. E.* n) *sequentia* — obiit *(p.* 290, *l.* 25*) om. E.*

1) *Cf. F. Heymach, 'Gerhard v. Eppenstein' (Diss. Strassburg.* 1880*) p.* 8, *n.* 1. 2) *Petro.* 3) *Minime. De tempore huius facti vide V. Meyer, 'Tile Kolup' p.* 18, *n.* 47. 4) *Eadem fere vide infra p.* 291, *n.* *. *Cf. Thur. sacra p.* 563 *sq.* 5) *Eadem vide supra p.* 194. *ad a.* 1186, *ad quem falso adscripta videntur.*

1287. *(Ian.)* ringiam honorifice susceptus est ab omni clero et populo tocius civitatis Erphordie[a]. Vocatis igitur ab eo principibus terre et liberis et ministerialibus multisque nobilibus, cepit cum eis tractare de pace, quia iam per multos annos incendia et rapine et vastaciones in eadem provincia per malos homines exercebantur. Qui cooperante spiritus sancti gracia ita omnes principes et nobiles sibi dulcibus suis exhortacionibus subiugavit, ut *(Febr. 25).* omnes firmissimam cum eo per totam Thuringiam pacem firmaverunt[b, 1]; sed heu! eadem pax parvo tempore duravit[2].

Mart. 16. Eodem anno circa mediam quadragesimam generale concilium celebratum est Herbipoli, presente legato domini pape Iohanne Tusculano; cui concilio interfuit eciam dominus rex Rudolfus cum multis nobilibus multarum provinciarum; aderant eciam ibidem archiepiscopi Mogontinensis et Coloniensis et multi alii archiepiscopi, episcopi, abbates nigri ordinis et grisei, Premonstratensis et multi alii prepositi et prelati diversorum ordinum ex multis terrarum provinciis. Sed hoc concilium anichilatum est, universitate cleri se opponente eidem legato[3].

Eodem anno in Fresia[c] submersi sunt[d] per inundacionem aque pene[e] octoginta milia hominum. Ipso *(Nov. 14).* anno episcopus Herbipolensis de Sternberc[4] obiit.

Eodem[f] eciam anno Iudei quendam servum nomine Wernherum[g], dictum Bonum, qui eis pro mercede ser- *Apr.* 4. vierat, in die parasceue martirio decoraverunt, omnia genera contumeliarum explentes in eo, que dominus noster[h] Iesus Christus passus fuit, excepta crucifixione, alias vero crudelissima morte eum interfecerunt[5]; quod postquam Christiane plebi innotuit, omnes Iudeos, quos invenire poterant in civitatibus et[i] villis, circa mille **f. 193'.* *viros interfecerunt, exceptis parvulis et mulieribus, et

a) erphord 1. b) *sic* 1; firmarent *N.* c) Frisia 2[b]. d) *om.* 2[b]. e) *om.* 2[a]. f) *haec habent E. Le III. ad a.* 1286, *E post p.* 289, *n.* *. — eciam *om. E. L III.* g) Vernherum *E.* h) *sic* 1. *L III; om. E. N. Conr.* i) *sic* 1. *L III;* in *add. E. Conr.*

1) *Carta pacis data est die Febr.* 25; *Reg. arch. Mag. II, p.* 430 *sq., nr.* 52. 2) *Vide infra a.* 1288. 3) *Quintam partem redituum a clero exigenti.* 4) *Bertholdus.* 5) *In oppido Oberwesel; cf. Gesta Boemundi c.* 10, *SS. XXIV, p.* 470; *Sifr. de Balnhusin c.* 230, *SS. XXV, p.* 711; *Ann. Colmar. mai., SS. XVII, p.* 214; *Cont. Claustroneob. VI, SS. IX, p.* 746.

omnia eorum bona diripuerunt. Tres vero ecclesias eidem bono Wernhero Christiani construxerunt, in quibus Dominus multa miracula propter[a] eundem operari dignatus est [circa[b] Renum in civitate que dicitur Bacharach; ibi requiescit in Christo]. 1287.

Eodem anno archiepiscopus Mogontinus frater Heinricus transposuit[c] dedicacionem ecclesie montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli[d] in Erphordia[e] in dominicam *Quasimodogeniti*, que ante fuerat in festo sanctorum Aurei et Iustine[1]. (Sept. 7). Ipso[f] anno idem Mogontinus celebravit ordines *Karitas*[g] *Dei* apud confratres[h] suos Minores in Erphordia[i]. Maii 31.

Eodem anno circa adventum Domini Tartari terram Ungarie ingressi multa claustra religiosorum cum variis ecclesiis everterunt et ipsos religiosos abinde miserabiliter fugaverunt; senes vero, qui effugere non poterant, occiderunt. Civitates eciam et[k] villas succenderunt, occisis hominibus et captivis ductis circa octoginta milia[l]. Tandem vero propiciante Deo turpiter fugati sunt ab illa terra, occisis ex eis pene centum milibus. 1284. Dec. 3. 1285.

Anno Domini MCCLXXXVIII. Dominus episco- 1288.

*) *E add.:* Anno e o d e m iniciata est domus Dei sanctimonialium[m] in Ylmene ad honorem gloriose virginis Marie et sancti Nicolai nec non venerabilis patris[n] s a n c t i Benedicti, quem i b i d e m[o] sanctimoniales[m] imitando secuntur[2], a domino Gunthero comite de Swarczburg[3]. 1287. (Mart. 26).

a) *sic* 1. *L III. Conr.;* per *E.* b) circa — Christo *om. E. L III. Conr., sed mutata haec habet N.* c) *sic* 1. *V. N;* transponit *E.* d) montis sancti Petri *E. V.* e) erphord. 1; erford *E, ubi add.* in s o l e m p n i o r e m d i e m, s c i l i c e t. f) Ipso — Erphordia *om. E.* g) *sic V. N;* Charitas 1. h) *sic* 1. *N;* fratres *V.* i) erphord 1. k) ad 1; Civ. et *E;* Civ. insuper et *Conr.;* ec. et *om. N.* l) *sic* 1. *E.* m) scē mon. *E.* n) pr̄i *E.* o) idem *E.*

1) *I. e. Iun.* 16; *cf. infra append. nr. VI. Vide cartam d. d. Sept.* 7; *Wadding, Ann. Minorum V, p.* 166. *In capella monasterii S. Petri imago archiepiscopi picta erat his verbis subscriptis:* Frater Henricus Minorum fratrum ob reverentiam huius loci transtuli dedicationem a d s o l e m n i o r e m d i e m, *ut in E, quae exhibet Gallus Stassen in Collectione sua miscella p.* 658. *Aliter haec inscriptio descripta est in codice Columbani Fugger p.* 77. *et in Necrologio Galli Stassen p.* 341, *utroque loco legitur:* contuli dedicationi solemniorem diem. *Lectionem duorum codicum Galli Stassen conflavit R. Böckner, 'Das Peterskloster in Erfurt' p.* 239 *('Mittheil. d. V. f. d. Gesch. von Erfurt' XI, p.* 177*).* 2) *Haec sumpta sunt ex inscriptione edita Thur. sacra p.* 564: A. D. MCCLXXXVII. VII. Kal. Aprilis iniciata est hec domus Dei in honorem gloriose virginis Marie et sancti Nicolai nec non venerabilis patris Benedicti, quem hic sanctimoniales imitando sequuntur. 3) *Cf. supra p.* 289, *n.* *.

1288. pus Wratislaviensis[a] [1], postquam per aliquot[b] annos a duce Polonie Heinrico a sua sede expulsus fuisset, et non solum ipse, sed et plures[c] religiosi et clerici, qui eidem episcopo astiterunt, a suis monasteriis et ecclesiis eiecti fuissent, tandem Domino disponente ab eodem duce ad suam sedem revocatus, gloriosissima satisfactione honoratus est. Eodem[d] anno frater Heinricus archi-
(Mart. 18/19). episcopus Mogontinus obiit, et vacavit sedes per annum et tres menses[2].

1287. (Apr. 3). Ipso anno Honorius papa mortuus est; pro quo Nicolaus *papa de ordine fratrum Minorum eligitur. *f. 194.

1288. Hoc eciam anno gravis dissensio[e] orta est inter dominum archiepiscopum Sifridum Coloniensem dictum Runchil et suos cives Colonienses, quibusdam nobilibus foventibus partem Coloniensium. Que in tantum excre-
Iun. 5. vit, ut exercitu ex utraque parte congregato grave prelium[f] consequeretur[g] [3], in quo multi de exercitu archiepiscopi[h] perempti sunt. Ipsum vero episcopum captivum deducentes, ita ut erat armatus, in vincula coniecerunt. Ipso[i] die, quo hec facta[k] sunt Colonie, hoc[l]
Iun. 5. est in die sancti Bonifacii archiepiscopi et martiris, occisi sunt Saxonie in civitate que vocatur Helmistete[m] crudelissimi tiranni et predivites raptores Anno et Heino[n] dicti de Lapide et advocatus Hildemarus[4].

Eodem anno mortuus est illustris princeps Heinricus marchio Misnensis; post cuius mortem maxima discordia orta est inter marchionem Fridericum de Landisberc[o], filium Theoderici[p] marchionis, et episcopos Merseburgensem[5] et Nuwenburgensem[6], astantibus episcopis iuvenibus lantgraviis Friderico et Ticemanno[q]. Ipso eciam[i] anno lantgravius Albertus senior captus est a filio suo[r] Friderico et aliquanto tempore ab eo detentus[s] est.

Sept. 29. Eodem anno circa festum sancti[p] Michaelis per

a) Vratisl. *E.* b) aliquos *E.* c) alii *add. E.* d) Eod. — eligitur *(l. 11) om. E.* e) Eodem a. gr. gwerra et discordia *E.* f) bellum *E.* g) *sic E. Theod.;* conseretur 1; consereretur *N.* h) episcopi *E.* i) Eodem *E.* k) *sic E;* f. s. *om.* 1. l) hoc — martiris *om. E.* m) Helmstete *E.* n) Heyno *E.* o) Landisberg *E.* p) *om. E.* q) Tizemanno *E.* r) *sic* 2a. b. *E. L I. R* 1. *N; om.* 1. *R* 2. s) eodem tentus *E.* — est *om.* 2a. b.

1) *Thomas II. Zaremba.* 2) *Non per annum integrum; cf. infra p.* 293, *n.* 2. 3) *Prope Worringen.* 4) *Cf. Cron. ducum de Brunswick c.* 20, *'D. Chr.' II, p.* 587. *et SS. XXX, p.* 27; *Cron. Reinhardsbr., ib. p.* 633. 5) *Heinricum II.* 6) *Brunonem.*

nimiam vim ventorum multa milia hominum in aqua 1288.
que vocatur Lacus prope civitatem Lubecensem cum
omnibus que habebant simul cum navibus miserabiliter
submersi sunt.

Anno Domini MCCLXXXIX. Duobus electis[1] ad- 1289.
huc Rome altercantibus de episcopatu, tandem Domino
disponente dominus papa archiepiscopatum Mogontiacen-
sem[a] cum debita confirmacione et consecracione necnon *(Mart. 6). (Apr. 3).*
et pallio porrexit[b, 2] domino Gerhardo de Eppinstein
omniaque illius beneficia multa et valde bona distribuit,
sicque[c] ad partes Germanie ire[d] precepit. *f. 194'.

*Anno[e] Domini MCCXC. Rudolfus Romanorum 1289.
rex anno regni sui septimodecimo perveniens Thurin-
giam[f] intravit Erphordiam in crastino[g] sancte Lucie *Dec.* 14.
cum maximo comitatu principum ac nobilium plurimo-
rum, et susceptus est[h] cum maxima[i] solemnitate in ec-
clesia sancte Marie[k] ab omni clero et populo civitatis
cum crucibus et reliquiis sanctorum. Qui gloriose sus-
ceptus precepit districte servari[l] pacem, faventibus sibi
ad hoc civibus Erphordensibus, qui cum militibus ipsius
regis armati exeuntes conprehenderunt in Ilmina[m] XX
et novem predones, quos predictus rex personaliter se-
.421. dens pro tribunali in vigilia sancti *Thome[n] precepit *Dec.* 20.
sentencialiter extra muros Erphordie[o] decollari. Ex quo
facto terror ipsius irruit super omnes malefactores, et *Iob* 13, 11. *Dan.* 10, 7.
fugierunt[p] a facie eius, audientes edictum regis super 2. *Reg.* 10, 13.
pace promulgatum cum gladiis confirmari. Ipso[q] anno
dominus Gerhardus archiepiscopus Mogontinus in vigilia
sancti Thome Erphordiam veniens ab universo clero ac *Dec.* 20.
populo civitatis honorifice est susceptus[r].

Anno Domini MCCXC.[s] dominus Rudolfus rex[t]
curiam suam Erphordie celebravit in festo natalis Chri- *Dec.* 25.
sti proximo, ad quam vocati[u] convenerunt de vicinis et

a) mogon. 1; mogunt̄ *E.* b) direxit *E.* c) sic *E.* d) r e d i r e *E (recte?).* e) *haec habet R* 1 (Eodem anno) *recte ad a.* 1289, *sed* A. (D.) MCCXC. *iam h. l.* 1. *E. V. R* 2. f) *sic* 1. *E;* in Th. *R.* g) *sic* 1. *R. V;* die *add. E.* h) *om. E.* i) magna *E.* k) virginis *add. E.* l) servare *eadem manu corr.* servari 1. m) Ylmena *E.* n) appostoli *add. E.* o) erph' 1; erford̄ *E.* p) *sic E. R. N;* fugerunt 1; *cf. p.* 277, *l.* 16. q) Ipso — susceptus *om. E, ubi h. l. sequuntur, quae infra p.* 300, *l.* 18 *sqq. leguntur.* r) *spatium lineae vacuum rel.* 1. s) *sic h. l. R. E* (Dom. *om.*). 2a. b (A. D. *om.*); Eodem anno 1. *(C).* t) *sic* 1. *R;* Romanorum *add.* 2a. b. *E.* u) advocati *E.* — venerunt 2a. b.

1) *Gerhardo infra dicto et Emerico de Schonecke, quorum supra mentio non habita est.* 2) *Die Mart.* 6. *eum confirmavit, Apr.* 3. *pallium ei dedit. Cf. Gesta Boemundi c.* 2, *SS. XXIV, p.* 466.

1289. longinquis regionibus multi principes et[a] spirituales[b] et seculares et plurimi nobiles ac barones, et qui venire non poterant, per[c] solemnes legatos suam absenciam coram rege excusabant. Principes spirituales[b] hii fuerunt[d]: Dominus[e] archiepiscopus Mogontinus[f], archiepiscopus Salzburgensis[g. 1], archiepiscopus Magdaburgensis[h. 2]; episcopi simplices: Herbipolensis[i. 3], Babenbergensis[4], Hildensheimensis[5], Padeburnensis[k. 6], Nuwenburgensis[7], Merseburgensis[l. 8], Misnensis[9], Colnensis[m. 10], Laventinensis[11], Halberstatensis[n. 12], Eichstetensis[o. 13],
*f. 195. Werdunensis[p. 14], Constanciensis[15]; abbas *Fuldensis[16], Hersveldensis[q. 17]. Principes seculares hii erant[r]: Marchiones de Brandeburc[s] Longus[18] et Cum-telo[19] et frater eius[20], marchio Fridericus Misnensis, lantgravius Albertus[t] cum filiis suis Friderico et Ticemanno[u], dux Heinricus de Brunswic[v] et fratres eius Albertus et Willehelmus[w], Heinricus lantgravius Hassie, rex Boemie[21], dux Austrie Rudolfus, filius regis[x] Rudolfi, dux Bawarie[y. 22], dux Karinthie[23], dux de Luneburc[z. 24], dux Saxonie[25], gener regis Rudolfi, comes Gunzelinus de Zwirin[a], comes de Kazzinelleboin[b. 26] et filius eius, qui[c] ibidem obiit[27];
1290. item[d] comes de Bren[28] iuvenis, qui ibidem obiit sine herede. Cuius bona omnia dedit rex genero suo duci

a) *sic* 1; *om.* $2^{a.b}$. *E. R.* b) spiritales 2^{a}. c) *om. E.* d) erant $2^{a.b}$. *R*; sunt *E.* e) Gerhard *add. E.* f) Maguntī 2^{a}; Moguntinensis 2^{b}. g) *sic* 2^{a}; Salczburg. 1. *E*; Saltzburg. 2^{b}. *R.* h) Magdeburg. 2^{b}. *E. R*; Madeburg. 2^{a}. *N.* i) Herpipol. Babinberg. Hildesheym. *E.* k) *sic* 1. 2^{a}; Padeborn. 2^{b}. *R. Eng. I*; Padeburgen. *E.* — Neuburg. 2^{b}. l) Mersburg. $2^{a.b}$. m) *sic* (*vel* Coluensis) *E. R. (C)*; Tolnensis 1. $2^{a.b}$. *Eng. I*; Tullñ *N.* n) Halberstaden. *E.* o) Eichistet. 2^{a}; Eistet. 2^{b}; Eychsteden. *E. R.* p) Werdensis et *E.* q) abbas H. $2^{a.b}$; Hersfeld. 2^{b}. *E* (et H.). r) fuerunt *E. Theod.* — Marchio 2^{b}. s) Brandeburck 2^{a}; Brandenburg 2^{b}. *E. R.* t) Thurg *add. E.* u) Thizemanno *E.* v) Brunswig *E*; Brunsuic 2^{b}. w) Wilhelmus $2^{a.b}$. *E.* x) Rud. regis 2^{b}. *R.* y) Bavarie 2^{b}. *E*; d. B. *om.* 2^{a}. z) Luneburg 2^{a}. *E*; Lunenburg 2^{b}. a) Zcwirin 1; Zwirn $2^{a.b}$ (Guntzel. 2^{b}); Gunczel. de Swiryn *E.* b) Kazzinellebogin 2^{a}; Catzenelnbogen 2^{b}; haczenelleboyn *E*, *sed* Kaczenellebogen *Eng. I.* c) qui — iuvenis *om. E, sed adest Eng. I.* d) *sic Eng. I (ubi* item *deest, et inde V). Engelhus in Chron. univ. et C*; filius eius *add.* 1. $2^{a.b}$. *R*; *cf. praef. p.* 147.

1) *Rudolfus.* 2) *Ericus de Brandenburg.* 3) *Manegoldus.* 4) *Arnoldus.* 5) *Sigefridus II.* 6) *Otto.* 7) *Bruno.* 8) *Heinricus II.* 9) *Witigo.* 10) *Wernherus Culmensis?* 11) *Conradus I.* 12) *Folradus.* 13) *Reimboto.* 14) *Verdensis Conradus I. de Brunswig.* 15) *Rudolfus I.* 16) *Heinricus V. de Weilnau.* 17) *Heinricus IV.* 18) *Otto V.* 19) *Otto IV.* 20) *Conradus.* 21) *Wenceslaus II.* 22) *Rudolfus filius Ludowici II. ducis.* 23) *Meinhardus de Tirol.* 24) *Otto.* 25) *Albertus II.* 26) *Eberhardus I. Filio eius tunc mortuo Philippi nomen fuisse coniecit Wenck, 'Hess. Landesgesch.' I, p.* 349. 369. 655. 27) *Eum apud fratres Minores sepultum esse addit auctor Erfordensis Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 303 *sq.* 28) *Otto.*

Saxonie[1] et uxori sue[2], filie videlicet eiusdem regis, valencia duo milia marcarum annue pensionis. Dux de Meckilburc[a, 3], comes de Anhalt[b, 4], duo fratres de Holloch[c], quorum unus ibidem obiit, quem tamen frater suus in patriam mortuum reduxit. Item alius de Holloch[d, 5], fratruelis predictorum fratrum, item[e] burcgravius[f] de Nǒrnberc[g, 6] et multi alii[h, 7]. 1290.

Eodem anno dominus rex[i] Rudolfus, ut pacem indictam plenius stabiliret, missis militibus suis cum civibus Erphordensibus et cum populo Thuringorum in media quadragesima imperavit[k] destrui fere sexaginta et *Mart.* 5—12. sex municiones in diversis locis Thuringie sitas, in quibus se recipere soliti erant iniqui homines rapinas et latrocinia exercentes[8]. Item in crastino dedicacionis nostre[l], que celebratur in octava pasche[9], idem rex in- *Apr.* 9. vitavit ad prandium reginam Boemorum[m], filiam suam[10], et procuravit eam et ducissam Saxonie, sororem eius, in pomerium nostrum[n] et omnes milites ac famulos et famulas earum tam splendide, sicut regali magnificencie credidit expedire.

**p.* 422. *Eodem eciam[o] anno tercia feria post dominicam *Maii* 16. *Exaudi* veniens ad Rudolfum[p] regem dominus[q] Rudolfus archiepiscopus Salczburgensis *cum suffraganeo suo **f.* 195'. episcopo[r] Laventino Cunrado et[s] magno comitatu honorabilium clericorum, militum ac servorum, hospitatus est

a) Meckilburg 2^{b}; mokelnburg *E.* b) Anehalt *E.* c) Hohenloch *h. l.* $2^{a,b}$; fr. comites de Honloch *E.* d) *sic C;* Hollo *h. l.* 1. $2^{a,b}$; al. comes de Honloch *E.* e) Bertramus *add. E falso (deest Eng. I), quod ex sequente voce$_{e}$ bis scripta ortum videtur.* f) burgravius $2^{a,b}$. g) Nuremberc 2^{a}; Nurnberg 2^{b}; Nor̊nberg *E.* h) minoris nominis *add. E.* i) Rud. rex *E;* Rudolffus *saepe* 2^{a}; Rudolphus *saepe* 2^{a}, *semper* 2^{b}. k) *sic* $2^{a,b}$. *E. R. V. N;* mandavit 1. l) Eodem anno in cr. ded. sancti Petri in monte Erford. *E.* m) Bohem. *semper E.* n) sancti Petri *E.* o) *om. E.* p) regem Rud. *E. R.* q) dom. Rud. *om. E;* dom. *om. R.* r) Cunr. (Conr.) ep. Lav. *E. R. N.* s) cum *E;* eciam *add. R.*

1) *Filio eius Rudolfo. Vide diplomata regis d. d.* 1290. *Iun.* 28. *et Aug.* 31, *Böhmer, Reg. Rud. nr.* 1046. 1068. 2) *Agneti.* 3) *Heinricus II.* 4) *Otto I.* 5) *Adfuit Fridericus de Hohenlohe. Nomina reliquorum duorum huius gentis, qui Erfordiae fuerint, e stemmate non satis certo, quod dederunt H. Bauer in 'Zeitschr. d. V. f. d. Würtemb. Franken' IX* (1855), *p.* 16 *sqq., et Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' III, p.* 673 *sqq., cognoscere nequeo.* 6) *Fridericus III.* 7) *Quos vide enumeratos inter testes cartarum Erfordiae datarum, quas recensuit Kopp, 'Gesch. d. eidgen. Bünde' I, p.* 446—468, *et Winkelmann, Acta imp. II, p.* 136, *nr.* 183. 8) *Cf. Ann. br. Wormat., SS. XVII, p.* 78, *falso ad a.* 1287. 9) *Cf. supra p.* 291. 10) *Iuttam. Cf. Chron. Aulae-regiae I,* 34, *Fontes r. Austr., SS. VIII, p.* 97.

1290. nobiscum[a] in claustro nostro cum clericis suis, reliqua familia extra claustrum in officinis ecclesie nostre melius collocata. Cui domino Rudolfo archiepiscopo testimonium perhibemus, quod plenus caritate[b] et dilectione congregacionem nostram, tam professos quam novicios,
Matth. 23, 37. id est scolares, more galline foventis pullos suos multis beneficiis nos fovit et cottidie ad mensam suam nos invitans satis largiter nos refecit per undecim septimanas, quibus aput nos fuerat hospitatus.

Maii 11—18. Item infra octavam ascensionis[c] Domini[1] dux Austrie, regis Romanorum filius, obiit Pragis apud regem et reginam Boemorum, sororem[d] suam; cui ad peticionem dicti regis[e] celebravimus[f] solemnes exequias tanquam presenti in choro nostro[g], presentibus omnibus conventibus religiosorum et capitulis clericorum et populo[h] civitatis. Cui celebravit primam missam episcopus Laventinus, secundam Cristanus episcopus Samniensis[i], terciam dominus[k] archiepiscopus Salczburgensis. Eo-
Iun. 6. dem[l] eciam anno die sequenti sancti Bonifacii consecratus est novus chorus capelle beate virginis a domino Cunrado episcopo Laventino, presente venerabili domino
Iun. 11. archiepiscopo Salczburgense. Item in die sancti Barnabe consecratum est altare sancti Leonhardi a predicto domino episcopo Laventino, presente domino archiepiscopo Salczburgensi; et eodem die facto prandio ab episcopo introducti sunt penitentes, et duo milia et eo amplius diversi sexus et etatis sunt confirmati. Hoc
Maii 28. eciam[m] anno in octava penthecosten Albertus lantgravius Thuringie fecit in Monte Sancti Petri[n] sedecim novos milites, presente rege[o] Romanorum ac singulos singulis gladiis precingente in presencia militum plurimorum[p].

*f. 196. *Iul.* 4. *Item[q] in die sancti Udalrici confessoris rex Romanorum desponsavit unam virginem consangwineam suam[2], de longinqua regione per Constanciensem episco-

a) comit. hospitatus est in claustro sancti Petri, qui fratres XI septimanis suis beneficiis fovit et cottidie ad mensam invitans largiter fratres refecit *breviata E.* b) charitate 1. c) Eodem anno circa ascensionem *E.* d) uxorem *E.* e) Romanorum *add. E.* f) celebrate sunt sol. exequie *E. R* (ex. sol.) g) Sancti Petri *(R)* Erford. *E.* h) omni pop. civ. Erford. *E.* i) *sic* 1. *R;* Samiensis *E;* Sammensis *N.* k) *sic* 1. *R;* Rudolfus *add. E. N.* l) Eod. — confirmati *(l. 27) om. E.* m) Eodem *E.* n) in Erford. *add. E.* o) Rudolfo *add. E. N.* p) ac nobilium *add. E.* q) *haec — p. 297, l. 11. om. E.*

1) *Rudolfus iam die Maii* 8. *obiit.* 2) *Margaretam filiam Eberhardi I. comitis de Kyburg, cognati Rudolfi regis.*

pum sibi adductam, cuidam precellenti comiti de Cle- 1290.
ven[1]; quam dominus Salczburgensis mane introduxit in
ecclesiam nostram cum maxima solemnitate et celebra-
vit ei missam, presente eodem rege et duodecim princi-
pibus spiritualibus et secularibus, comitibus[a] ac aliis
nobilibus et militibus. Quibus omnibus ad nupcias in-
vitatis rex convivium magnum, prout regalem magnifi-
cenciam decuit, preparavit et eos cum nobilibus matro-
nis sponse adtinentibus et aliunde advenientibus consti-
tuit splendide epulari, mensis in circuitu claustri nostri
et in omnibus nostris officinis[b] composite collocatis.

Eodem anno in ad[c] vincula sancti Petri dominus *Aug.* 1.
Rudolfus[d] archiepiscopus Salczburgensis morbo appo-
plexie[e] mane post missam subito pregravatus[f] decubuit,
omnium membrorum et maxime lingwe officio destitu-
tus; qui tercio die ex hoc seculo migravit[g] intestatus, *Aug.* 3.
non sine magno luctu clericorum suorum ac[h] famulorum
et cum magno dolore congregacionis nostre, quia patrem
misericordiarum et consolacionis nostre cum damno irre-
cuperabili amisimus. Cuius corpus sine ossibus cum[i]
magna exequiarum devocione, presente domino rege Ro-
manorum[k], clero ac omnibus collegiis[l] religiosorum et[m]
populo tocius civitatis, sepelivimus ante altare sancte
Dei genitricis Marie[n], ossibus suis ad urbem Salczbur-
gensem[o] a suis clericis et famulis cum magna mesticia[p]
deportatis.*

p. 423. *Hoc[q] eciam anno in sabato post assumpcionem *Aug.* 19.
beate virginis venit ad regem Romanorum[r], patrem
suum, dux Austrie[2] cum maximo comitatu baronum,
militum ac servorum et[s] maximo apparatu diviciarum
et diversarum rerum, qui de mandato regis hospitatus

*) *E add.:* Unde versus (*in marg.* Ephitafium):
Versus: Salczburg pontificis Rudolfi conflet[t] amicis,
Eius sola caro iacet hic tumulo sibi caro.

a) *sic R;* comilitibus 1. b) *sic R; om.* 1. c) *sic* 1. *R;* ad *om. E;* in *om. N.* d) *sic E. R. N;* Rudolphus *h. l.* 1. — Salczb. arch. *E.* e) apoplexie *E. R. N.* f) apopl. percussus dec. *E, om.* omnium — destitutus. g) *om.* 1. *N;* migrans *R;* die obiit non s. *E.* h) ac — amisimus *om. E.* i) cum — devoc. *om. E.* k) *sic R. N. E* (*ubi* rege dom.); *om.* 1. l) clericorum ac *add. E, om.* clero. m) et — civit. *om. E.* n) relig. ante alt. beate virginis in monte sancti Petri in Erford. sepultus(!) est *E.* o) Salczburgk *E.* p) cum tristicia *E.* q) *haec — p.* 298, *l.* 9. *om. E.* r) *sic R;* romanum 1; romām *N.* s) cum *add. R.* t) *emendavi;* 9ftet *E.*

1) *Theoderico VII.* 2) *Albertus.*

1290. est in claustro nostro cum ducibus Bawarie ac[a] Karinthie et aliis nobilibus per quatuordecim dies; et replete sunt per eos et familiam ipsorum omnes officine nostre
*f. 196'. intra et extra *claustrum existentes; solum dormitorium et refectorium hyemale conventui reliquerunt. Qui dux Romanorum et Boemorum reges et eorum miliciam ad convivium invitavit et in refectorio nostro estivali ac in circuitu nostri claustri ordinate collocatos, prout decebat honorem suum, gloriose ac splendide procuravit.

Ipso[b] anno obiit comes Albertus de Glichin[c] in
Mart. 24. vigilia annunctiacionis[d] dominice[1] ac[e] in ecclesia nostra[f] est honorifice[g] tumulatus; qui[h] omnia mobilia sua ecclesie nostre[i] contulit, valencia plus quam quadraginta[k]
Sept. 5. marcas. Item[l] eodem anno quinto die mensis Septembris circa horam terciam facta est eclipsis solis particularis, quam quidam astrologus cum marchione de Brandenburc Erphordiam ad regem veniens longo ante tempore predixerat, et scripserat in quadam apoteca[m] tali mense, tali die ac[n] tali hora esse futuram; quod et[l] ita factum est, sicut predixerat[o].*.

1290. *) *E add.:* Anno eodem[2], quo rex Rudolfus erat[p] Erfordie[q], contigit quoddam[r] factum et vere[s] relacione dignum. Nam cum idem rex cum milicia sua quadam vice pro deductione temporis equitaret Erfordie[q] per vicos et plateas, et veniens ante domum cuiusdam civis, nomine Siffridus de Butstete, qui eodem anno erat unus de magistris consulum[3]; qui videns regem apropinquantem, rogans eum, scilicet regem, ut saltem dignaretur cum suis militibus bibere de cervisia Erfordie[q]; quod rex annuens, qui

a) et *R.* b) Eodem *E.* c) Glichen *E. R;* senior *add. E.* d) anunct. 1; in vig. ann. dom. *om. E.* e) et *R; om. E.* f) sancti Petri *E. R.* g) est hon. *om. E. (R).* h) *sic E. R. N;* quia 1. i) sua monachis in Sancto Petro ibidem *E.* k) *sic* 1. *R;* val. LX[a] m. puri auri *E.* l) *om. E.* m) apatheca ibidem *E.* n) *om. E. Theod.* o) idem astrologus *add. E.* p) ēet *E.* q) erford *E.* r) quodam *E.* s) fere *E.*

1) *In Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p.* 18, *ad Mart.* 25. *adscriptus est* Albertus comes, *ut Stübel adnotavit, fortasse ille qui hic dicitur.* 2) *Breve excerptum huius narrationis praebent Eng. I. (et inde Erph. antiq. Varil., Mencke II, col.* 491 *sq.) et Eng. II, quod vide infra.* 3) *Hic a.* 1288. *et* 1296. *inter consules nominatur, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 244. 307. 313, *nr.* 373. 448. 455; *cf. ibid. p.* 287, *nr.* 423; *a.* 1290. *minime magister consulum fuisse videtur, ib. p.* 277 *sq., nr.* 406. 407; *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 533.

Eodem anno in vigilia omnium sanctorum rex[a] Romanorum cum omni familia sua recedens de Erphordia[1] terram[b] in firma pace reliquit et commisit vices suas cuidam strennuo militi suo dicto de Bruberc[c, 2], qui violatores pacis regali auctoritate coerceret; et abiit ipse cum suis in provinciam Orientalem, resumens imperiale castrum et oppidum Aldenburc[d], quod lantgravius [Albertus[e]] senior et filii eius multo tempore titulo pignoris possederunt[f, 3]. Hoc eciam anno facta est eclipsis lune in nocte sancti Valentini ante tempus matutinum.*

1290. *Oct.* 31.
1291. *Febr.* 14.

---

proferens regi vitrum magnum, continens alteram dimidiam[4] stopam cervisie, exhibendo regi. Rex vero, postquam bibit, summe potum laudaverat, et dans vitrum suis militibus circumcirca. Quo facto predictus Siffridus dicens ad regem secundario, si aduc semel ipsi liberet[g] bibere rege[h] respondente, quod sic, et adiecit: 'Infirmi conpellendi et interrogandi sunt, sanis autem dandum est'. Quo audito ipse Siffridus iterum protulit impletum vitrum de electa cervisia, quod rex accipiens ponensque supra manum dexteram incepit equitando clamare talibus verbis Theutunicis[i] et similibus, ut moris est in partibus Reni: 'Wol in[k], wol in[k], eyn edel trut gut Erforts[l] bir had Sifrid[m] von Butstete uf geton[n]'. Et sic ultra sex curias vel circa equitando, clamando et sic revertendo, cum bibisset ipse rex et sui, ipsi Siffrido dignas laudes referendo. Mira res, quod rex Romanorum dignatus est proclamare cervisiam civis Erfordensis[o]. 1290.

*) *Ante a.* 1291, *post p.* 295, *l.* 14 (exercentes) *add.* 2ª: 1392. Incepit universitas seu studium Errfordie. *Quae in* 2ª *iam supra (p.* 152, *n.* q*) leguntur.*

a) Rom. rex *E. R.* b) *sic* 1. *R* 2; rel. t. in p. f. *E. R* 1. c) Bruberg *E.* d) Aldenburg *E.* e) *om. E. R.* f) ac habuerunt *add. E, ubi* Hoc — matutinum *om.* g) ipm libet' (ipsum libenter) *E.* h) regi *E.* i) Theuic *E.* k) *sic Eng. I. II;* yn *E.* l) erfertf byt *E.* m) safrid *E.* n) uff gethon *E;* eyn gut erff bir daz had er Sifert von Butstete uffgetan *Eng. I;* eyn gut beir dat hat her Siferd von Bustede ufgetan *Eng. II.* o) civi erfordiā *E.*

1) *Hoc non in dubium revocaverim, quamvis diploma quoddam regis (Böhmer, Reg. Rud. nr.* 1082*) datum sit Erfordiae Nov.* 1. 2) *Gerlaco.* 3) *Loco dotis Margaretae filiae Friderici II. imperatoris, uxoris Alberti lantgravii; cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 51, *n.* 2. 4) *I. e.* $1^1/_2$.

1291. Anno Domini MCCXCI. Propter frequenciam hospitum et eorum insolencias, ut timebamus[a], ad maiorem cautelam et certitudinem reconciliatum est mona- *Febr. 25.* sterium nostrum[b] dominica *Exurge* a domino Cristano[c] episcopo Samniensi[d] de ordine domus Theutonice[e]. *Apr. 13.* *Eodem anno Ydus[f] Aprilis, hoc est vigilia Tiburcii et *p. 424. *f. 197. Valeriani[1], *circa mediam diem[g] incepit incendium in Erphordia in curia claustri Novi-operis, quod consumpsit fere terciam partem civitatis[h], a predicta videlicet curia ultra valvam que dicitur Cramphintore[i]; in quo incendio monasterium Minorum fratrum est exustum et monasterium sancti Augustini[k] ac[l] albarum[m] dominarum necnon[n] ecclesia Saccitarum[o] extra portam predictam, quam sanctimoniales de Bercha[p] eodem anno ex voluntate domini Mogontini possederant[q], cum officinis et curiis ipsorum pariter sunt exusta. Ecclesia eciam[b] sancti Bartholomei periit incendio.

1290. Anno[r, 2] eodem draco Egipcius, soldanus videlicet Babilonis[3], sperans se posse delere totam ecclesiam transmarinam et proponens in proxima hyeme eiusdem anni Thyrum[s] et Sydonem obsidere et, priusquam succursus posset accidere[t], Accon et Castrum-Peregrini in Marcio vel Aprili proxime instantibus totaliter extirpare, fertur in spiritu furoris et iactancie verba huiusmodi protulisse: 'Si totum thesaurum[u] et populum Sarracenicum[v] ad granum salis vel milii deberem reducere[w] et consumere, utique volo[x] Accon et cetera Christianorum loca radicitus extirpare'. Sed gloriosus ille et[b] manufortis

a) monachi Sancti Petri timuerunt *E.* b) *om. E.* c) Cristanno *E. N.* d) Sammiensi *E.* e) Theutunice *E.* f) Idibus 2b; Yd. — Valeriani *om. E.* g) *sic* 2a. b. *E. R*; c. meridiem 1. *Le III.* h) Erford. *add. E*; Erffordie *add. Le III.* i) kamphentor *E*; Kremphinthor *Le III.* k) r e g u l a r i u m c a n o n i c o r u m *add. E. Le III.* l) et 2b. *E.* m) *sic* 2a. b. *E. Le III. R. N*; albanarum 1. n) et *add.* 2a. b. o) mercatorum 2b. p) Berka *E. R.* q) e x p u l s i s S a c c e l l i t i s *add. E.* r) *haec — p.* 301, *l.* 16. *habent E. R recte ad a.* 1290, *E post p.* 293, *l.* 27. (confirmari), *R post p.* 299, *l.* 9. (possederunt); Eod. a. *E. R.* s) Thirum *E.* t) *sic* 1. *E. R.* u) thezaurum 1. *E.* v) Sarracenum *E.* w) redigere *E.* x) *sic E. R*; nolo 1.

1) *Quod Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 305, *addit:* der was zů dem male an deme fritage vor palmen, *verum est, sed ex alio fonte haustum.* 2) *Non dubito, quin haec particula in cod. autographo recte ad a.* 1290, *ubi E eam habet (supra p.* 293, *n.* q*), scripta fuerit, in cod. Continuatione usque ad a.* 1338. *aucto a scriba omissa, tum ab eo suppleta sit hoc loco, signo posito, quo notaretur eam ad a.* 1290. *collocandam esse; quo signo observato auctor Cron. Reinhardsbr. eam sub a.* 1290. *posuit.* 3) *Kelawun.*

1290. *Ps.* 32, 10. *Ps.* 21, 22. (*Nov.* 10). *Ps.* 21, 22. **f.* 197′.

Deus, qui reprobat consilia principum, humilitatem ecclesie transmarine liberavit a cornibus unicornis. Nam cum dictus tirannus, Christianorum sangwinem nimis[a] siciens, ea que mente conceperat eciam opere satageret[b] adimplere, quidam de baronibus eius, qui dicuntur amirati[c], quem olim turbaverat, venenum sub sella equestri virulento serpenti subtiliter propinavit[1]; qui mox acerbo viscerum dolore afflictus de temporali pena transivit ad eternam, mortem anime morti corporis continuando. Cui successit filius perdicionis de ipso natus[2], ante[d] biennium coronatus, qui timetur impiissimus[e] patrem facinorosissimum secuturus et nefandissimum illius propositum impleturus. Sed sperandum est[f] in Deo potenti[g], qui quondam quadrigas Pharaonis subvertit, quod[h] populum suum de ore leonis liberet *et conservet, quem suo sangwine est mercatus.

PARTES IV. V.

1291. *Apr.* 4. *Maii* 18.

Anno[i] Domini MCCXCI. Civitas Acconensis, que[k] per soldanum Babilonie quarto die Aprilis fuerat obsessa, per[l] eundem soldanum decimo octavo[m] mensis Maii, id est in vigilia sancte Potenciane, fuit capta; ubi patriarcha Ierosolimitanus[3] et magister milicie Templi[4] et multi Christiani utriusque sexus diversimode perierunt. Nam alii in ecclesiis[n] et[o] hospitalibus et domibus per Sarracenos conclusi[p] sunt ignibus concremati[q], alii in mari[r] submersi, alii equorum ungulis conculcati, et alii sunt Sarracenorum gladiis trucidati; et sic ibidem ingens multitudo Christianorum periit, exceptis mulieribus[s] et iuvenibus, qui in[o] captivitatem sunt deducti, et exceptis illis qui ad naves fugere potuerunt. Dicitur

a) *sic E. R;* nimium 1. b) satagaret *eadem manu corr.* satageret 1. c) ammirati *E.* d) et a. *E.* e) us *in loco raso* 1; impiissimum *E.* f) *sic E. R; om.* 1, *ubi* in Deo pot. sper. g) omnipotenti *E.* h) et *E.* i) *haec post p.* 300, *l.* 17. *E. R;* Eodem anno civ. *E.* k) *om. E. Le III.* l) pe 1. m) *sic R;* die *alia manu post superscr.* 1, *add. E. Le III.* n) *sic E. Le III. R;* eccłe 1. o) *om. E.* p) sunt concl. *E. Le III.* q) cremati *E. Le III.* r) sunt *add. E. Le III.* s) muleribus 1.

1) *Etiam alii (Iacobus Aurie in Ann. Ian. a.* 1289, *SS. XVIII, p.* 331; *Haitho c.* 52*) soldanum ab amirato quodam veneno necatum esse tradunt; cf. Röhricht in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch.' XV, p.* 22. *et 'Forschungen' XX, p.* 106. 120. 2) *Al Aschraf.* 3) *Nicolaus.* 4) *Wilhelmus de Bello-ioco.*

1291. eciam[a], quod ad domum Templariorum bene septem milia hominum confugierunt[b], que domus, eo quod in forti loco civitatis super litus maris sit locata et bonis muris circumdata, duodecim forsitan diebus post capcionem civitatis a Sarracenis viriliter se defendit. Sed cum[c] Templarii et alii qui illuc confugerant se viderent[d] deficere in expensis nec sperarent humano *sub- *p. 425. sidio liberari, oracionibus devotis et confessionibus premissis, de necessitate facientes virtutem[1], Iesu Christo suas animas[e] committentes, in Sarracenos strennuissime irruerunt et multos valde ex adversariis[f] prostraverunt. Sed tandem ipsi omnes a Sarracenis finaliter sunt[g] occisi. Omnes eciam fratres Predicatores de conventu Acconensi[h] preter septem et omnes fratres Minores preter quinque et alii religiosi diversorum ordinum sunt ibidem, ut dicitur, interfecti. Acquisita ergo[i] civitate Acconensi[k] soldanus obsedit civitatem Tyri, que infra (Maii 19). paucos dies a Sarracenis similiter capta fuit. Quod audientes Christiani, qui erant in aliis parvis locis, mu- *f. 198. nicionibus et[l] castellis, *relinquentes habitaciones suas, ad insulam Cipri[m] et alias fugierunt[n]. Et sic soldanus totam terram ultramarinam[o], quam Christiani habuerant, occupavit, exceptis[p] insula Cipri et duobus castris, scilicet Castro-Peregrini et castro Sydonis, que adhuc retinent Christiani[2]. Dominus[q] igitur papa et domini cardinales audita tanta desolacione Terre Sancte et Christianitatis planctum maximum fecerunt et fuerunt gravissime perturbati. Propter quod quasi omni die faciunt consistoria, tractantes et querentes consilia, qualiter illi Terre Sancte debeat subveniri, Creditur[r] a plerisque, quod ordinare debeat[3] de celebrando concilio generali.

a) *om. E.* b) *sic* 1. *Le III;* confugerunt *E. R.* c) *sic E. Le III. R;* tamen (*ex* tm̄ *pro* cū) 1. d) *sic E. Le III;* viderent²(ur) *R;* viderunt 1. e) *sic E. Le III. R; om.* 1. f) *sic E. Le III. R;* adversis 1. g) *sic E. Le III. R;* occ. sunt 1. h) ac cōuersi 1; aguēsi *R;* Pr. et eciam Min. fr. de conventibus Acconen*ſ* preter qu. *E. (Le III eadem mutata).* i) *sic* 1. *R;* igitur (i²) *E. Le III.* k) *sic* 1. *E;* Accon *R. Le III.* l) *sic* 1. *E;* ac *Le III. R* (et mun. ac). m) Cypri *E h. l.* n) *sic* 1. *E. R.* o) transmarinam *E. Le III.* p) Eceptis 1. q) Dom. — generali *(l. 31) om. E.* r) Et cr. *R.*

1) *Dictum Hieronymi, Epist.* 54, 6, *adv. Rufin.* 3, 2. 2) *Sydonis castrum iam die Iul.* 13, *Castrum-Peregrinorum (Athlîth) die Aug.* 14. *a.* 1291. *a Sarracenis expugnata sunt. Cf. Röhricht, 'Mitth.' l. l. p.* 34 *sq. Cf. praef. p.* 127. 3) *Scil. Nicolaus IV. papa.*

Modus autem, quomodo Sarraceni civitatem Accon 1291. ceperunt, ut dicitur, iste fuit: Habuerunt enim forsitan viginti vel XXX milia camelorum, equorum et mulorum, qui nichil aliud faciebant, nisi quod ligna[a] et arbores portabant, de quibus fossata civitatis continue replebantur. Quibus repletis fecerunt subterraneum meatum et suffossiones adusque[b] murum civitatis pertingentes, de quibus nulla penitus a Christanis suspicio habebatur; et sic in[c] vigilia sancte Potenciane, scilicet XVIII. die *Maii* 18. mensis Maii[1], summo mane in aurora, cum adhuc homines pro magna parte dormirent[d] et nichil periculi[e] suspicarentur, ecce subito corruit fortior et melior turris civitatis et iuxta ipsam aliqua pars murorum[2]. Et tunc Sarraceni in continenti cum maxima multitudine preparati per illam[f] aperturam civitatem intraverunt et statim muros ascenderunt et sua vexilla erexerunt. Christiani itaque audientes maximum clamorem et civitatem ex inproviso esse captam, tanto timore[g] sunt perculsi[h], quod nec simul[i] poterant congregari nec ad defensionem civitatis pariter convenire[k]. Sed unusquisque cepit fugere et curam habere, qualiter se et sua posset tucius conservare. Et sic Sarraceni prevalentes occupaverunt civitatem. De quibus fuisse dicitur maxima *multitudo, **f.* 198'. ita quod ducenta milia equitum, exceptis peditibus, a plerisque et[l] relacione plurium computantur[m].

Anno Domini MCCXCI. quinta[n] Idus Iunii, vigilia *Iun.* 9. penthecosten, media die, adhuc cunctis in mensa residentibus[o], capelle Omnium sanctorum inter turres inferiores super testudine repente ictu fulminis et tonitrui altare medium scissum est et confractum et tabula desuper deaurata inflammata, et lapides cristallini excussi et comminuti sunt et pro parte quidam incinerati; purpura eciam ante altare quasi matta per ignem visa, et omnia indumenta altaris, manutergia, ipsa eciam corporalia molestata, et duo gradus ante altare concussi et

a) lingna, *eadem manu superscr.* ligna 1. b) *sic* 1. *E;* usque ad *R. Le III. V.* c) in — scilicet *om. E. Le III.* d) dormierunt *E. Le III.* e) *bis scr.* 1. f) *sic E. Le III. R;* illa 1. g) *sic* 1. *R. Le III;* terrore *E.* h) percussi *E. Le III.* i) *bis scr., alterum* (sil) *del.* 1. k) *sic* 1. *R. Le III;* venire *E.* l) *om. E. Le III.* m) *sic* 1. *R. Le III;* reputantur *E, ubi sequentia* — *p.* 304, *l.* 3. *om.* n) *sic* 1. o) sedentibus, *alio atram. corr.* residentibus 1, *et ita N.*

1) *Hic dies ex praecedente relatione repetitus est.* 2) *Cum hac narratione Ottocar. v.* 48721—48809, *'D. Chr.' V, p.* 643 *sq., ita convenit, ut conicere possis eandem relationem ab eo et a nostro adhibitam esse.*

1291. perforati. Organa eciam ex opposito magna ex eodem
ictu fulminis vel tonitrui sic sunt contusa[a], ut pro plu-
rima parte ea oportuerit denuo reparari.
Iun. 24. Eodem anno Rudolfus rex Romanorum circa festum
sancti Iohannis baptiste in Frankinvurt[b] proch dolor!
ultime curie sue presedit; ad quam[c] episcopus Mogon-
tinus et[d] Coloniensis et Treverensis cum aliquibus prin-
cipibus secularibus ad electionem spectantibus ac aliis
plurimis principibus ac nobilibus convenerant, cum qui-
bus idem gloriosus rex de successore imperii pro habenda
perpetua pace tractaverat; sed electoribus inter se dis-
cordantibus *eadem electio est anichilata[e]. Sed postea, **p.* 426
ut lamentabiliter dicam, obiit anno regni sui XVIII.
Iul. 15. absque successore in divisione apostolorum atque in Spira
secundum regiam magnificenciam est sepultus.
(*Aug.* 16/7). Ipso[f] anno obiit Fridericus marchio Misnensis,
dictus Tuto, sine filiis. Cui successit in principatu
Fridericus filius patrui sui Alberti lantgravii Thuringo-
Sept. 17. rum. Item ipso[g] anno in die sancti Lamperti[h] or-
tum est grande incendium Erphordie, in quo concremata[i]
**f.* 199. fuit valva Sancti Iohannis *baptiste et fere centum curie
sibi[k] adiacentes.
1292. Anno Domini MCCLXXXXII.[l] obiit[m] papa Nico-
Apr. 3. laus in cena Domini. In eodem anno in die sancti
Maii 6. Iohannis ante portam Latinam comes Adolfus de Naz-
howe[n] electus fuit in regem in civitate regia que dici-
tur Frankinvurth[o]; ad cuius electionem convenerant
multi principes tam spirituales[p] quam seculares et cum
eis tanta multitudo militum ac diversorum hominum,
ut ipsorum vix posset numerus estimari. In hac eciam[q]
Dan. 4, 14. electione adimpletum est illud propheticum: *Quoniam*[r]
dominatur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit
dabit illud, et humilimum hominem constituet super eum.
Cum enim plures principes fortes[s] et potentes vocati
venissent illuc et se sperarent esse eligendos, eo quod
ab electoribus quibusdam spes eis facta esset, contra
opinionem multorum et divino, ut[t] creditur, nutu pre-
fatus Adolfus comes, amator pacis et iusticie, regni api-
cem est[u] adeptus. Item electus rex[v] in festo sancti

a) concussa *N.* b) Franckenfort *R.* c) quem *E.* d) *om. E. R.* e) *sic* 1. *E* (anichillata). f) Eodem *E.* g) Eodem 2a. b. *E.* h) Lamberti 2b. i) cremata *E.* k) ibi 2a. b. l) MCCLXXXII, X *post add.* 1. m) obiit — anno *om. E.* n) Nazowe *E.* o) r. dicta Franckinfort *E;* Frankinwurth 1. p) *sic E;* spiritales 1. *R.* q) *om. E.* r) Quo *E;* Qm̄o 1. s) et f. et *E.* t) nutu ut cr. *E.* u) *sic E. R;* ad. est 1. v) ad. et eodem anno in f. *E. Le III;* ad. et in f. *R.*

Iohannis baptiste cum gloria et honore et solemnitate [1292. *Iun.* 24.] debita est coronatus[a]. [*(Iul. 1).*]

Eodem[b] anno in nocte sancti Mathei quidam male- [*Sept.* 21.] factores monasterium Reinhersburn, id est capellam domine nostre cum dormitorio et refectorio et edificiis ad abbaciam specialiter spectantibus, succenderunt. Sacristiam eciam cum omnibus rebus ibi repositis vel ad eam pertinentibus, id est campanis, altaribus ac ornamentis eorundem, curiam cellerarii et alia quedam edificia[c] claustri, igne tribus locis apposito, sevissime cremaverunt[1].

Anno Domini MCCXCIII. Dominus Witego Mis- [1293.] nensis episcopus in dominica *Letare*[2] obiit ac in propria [*Mart.* 8.] ecclesia cum honore est sepultus.

Anno Domini MCCXCIII.[d] Sequenti nocte post [*Aug.* 10/11.] festum sancti Laurencii incendium Erphordie exortum[e] pontem apotecarum[f·3] penitus absumpsit capellamque sancti Egidii cum nonnullis adiacentibus edificiis concremavit.

Eodem anno consules Erphordenses ipsius[g] anni, [1294.] quorum *nomina inferius sunt annexa, antique[h] illud [*f. 199'.] nobilitatis ius sive libertatem ecclesie Montis Sancti Petri[i], qua per multos retroactos annos in domunculis sitis[k] in pede eiusdem[l] montis*, que ab omni exactione aliorum libere penitus ac secure sancto Petro dinoscuntur[m] totaliter deservire[n], eadem[o] ecclesia est gavisa, violare, ymmo violenter preripere sunt aggressi deque singulis domunculis sive laribus, quod vulgo[p] 'eyn hert' nuncupatur, exactiones alibi solitas extorquere, quasi hoc, ut aiebant, in subsidium proficeret civitatis[q]. Ac[r] domino

*) *E add.:* et alibi in civitate et extra sitis inquilinis.

a) *sic R. Le III;* hon. et sol. est debite cor. *E;* deb. sol. cor. est 1. b) *haec — l.* 14. *om. E.* c) *emendavi;* beneficia 1. d) MCCXCIIII. *radendo corr.* MCCXCIII. 1; Anno M^o^CC^o^XCIII^o^ in festo s. L. *E.* e) est *add. E.* f) *sic* 1. 2^a^; apotecarium *E;* apothecarium 2^b^. g) ipsius — annexa *om.* 2^a·b^. *E, pro quibus E:* divitibus regnantibus. h) *sic* 1. *E;* antiquum 2^a·b^. i) Erfordn̄ *add. E.* k) suis 2^a^. l) *om. E.* m) *sic* 2^a·b^. *E* (dinoscitur); tot. din. 1. n) adherere, *eadem manu, sed alio atram. superscr.* deservire 1, *et ita* 2^a·b^. *E.* o) eccl. ead. 2^b^; ecclesiam eandem gavisi sunt 2^a^. p) vulgariter *E.* q) civitati *E.* r) a *E;* Ac dom. *om.* 2^a·b^.

1) *Cf. Cron. Reinhardsbr. p.* 636. 2) *Qui die Mart.* 7. *obiit secundum Necrol. S. Mariae Erford., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' IV, p.* 254; *die Mart.* 6. *secundum Necrol. S. Mariae in Kemniz, Codex dipl. Sax. II, VI, p.* 474. 3) *I. e. pontem mercatorum (Krämerbrücke), ut in Eng. I (inde Varil.) et II. et a Nicolao de Siegen nomen mutatum est*

1294. abbate[1] suoque conventu humilime ipsis insistentibus[a], quatenus pro amore sancti Petri eo iure et libertate, que egregiis, sacris[b] et autenticis privilegiis confirmata, quamquam simile sepius fuerit attemptatum, hactenus tamen perdurasset, perfrui se sinerent et gaudere, ipso eciam domino abbate etatis sue gravedinem respici supplicante[c]: consules nil his moti, ad tantam sunt fecem oblivionis iusticie devoluti, ut Gotefridus[d] dictus de Northusen stomachanti voce tumultuando garriret, futurum asserens, quod non solum domuncule supradicte[e], verum *eciam omnes officine et ipsum monasterium coge- *p. 42 rentur exactionibus subiacere. Incepti igitur violenti perfectores contra ipsum celi clavigerum consurrexerunt, habitatoribus ipsarum domuncularum coram se comparere iussis ipsisque timore eorum[f] comparentibus exactiones secundum facultatem singulorum singulis extorserunt, quosdamque renitentes[g] aut non habentes ablatis pignoribus ad propria cum dedecore remiserunt.

Heinricus[h. 2] de Biltersleibin et Tylo de Sachsa[i] magistri consulum, Hermannus de Alch[k], Gotscalcus[l] Magister-fori[3], Gotefridus qui supra, Gotscalcus[l] Lubilin, Hartungus de Frinstete, Theodericus Murer[m], Ulricus Rabenoldi, Bertoldus de Tutilstete, Heinricus de Heilingin, Hugo de Cimmirn.

Iul. 13. Eodem anno circa festum sancte Margarete[n], exceptis[o] conventu Sancti Petri Sanctique Iacobi Scoto- *f. 200. rum et capitulo[p] Sancti *Severi Erphordie[q] cum prepositura sua, ad instanciam canonicorum Sancte Marie ibidem totus clerus civitatis et aliarum prepositurarum Thuringie ad curiam Romanam contra Mogontinum[r] appellavit, Erphordensibus civibus in tali facto sibi uni-

a) abb. et conv. reclamantibus, insuper dicentes futurum esse 2[a. b], *om.* quat. — asserens *(l. 10)*. b) satis ac *E.* c) supplicanti *E.* d) *sic E* (Gothefr.); G. d. de N. *om.* 1, *sed nomen casu quodam excidisse patet infra l.* 21. *et ex eo, quod et in* 1 *singularia sequantur.* e) praedictae 2[b]. f) eorum q̄ *E.* g) q. renitentibus aut non habentibus *E.* h) *sequentia* — Cimmirn *(l. 24) om. E.* i) Sathsa 1. *Nomina correxi ex carta laudata.* k) Alth 1. l) Got's 1. m) Theomurer 1. n) Margarethe 1. o) *sic* 1. 2[a]. *E. V;* excepto 2[b]. p) capituli 2[a. b]. q) erphord' 1. 2[a]; erford *E;* Erphordensis 2[b]. r) Maguntinensem 2[a].

1) *Andrea.* 2) *Omnes hi consules inter alios nominantur in carta data a.* 1294. *Mart.* 5, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 296, *nr.* 435. 3) *Hic* Gotsalcus Ebirhardi *dicitur in carta laudata, fuit enim filius Eberhardi Marcmeister (Magistri forensis, quod tunc iam non officii, sed gentis nomen erat). Cf. 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 277, *nr.* 406.

tis[a]; unde circa festum Michaelis pro eadem causa legatos *1294. Sept. 29.* ad curiam miserunt[1].

Anno[b] Domini MCCXCIIII. feria secunda post *Iul. 5.* festum apostolorum Petri et Pauli, quibusdam cardinalium pro quibusdam negociis convenientibus[2], ex inproviso orta tristi conquestione de dampnosa vacantis sedis apostolice destitucione, subito divini spiritus, qui et quando et ubi vult spirat, ut creditur, inspiracione omnes *Ioh. 3, 8.* cardinales, tam presentes quam absentes, postquam vocati venerunt, in eleccionem Petri dicti de Moron, nigri ordinis heremite, unanimiter consenserunt. De quo cum multa memorabilia et pene incredibilia ferantur, hoc ad presens de eo dixisse sufficiat, quod XL annis et amplius semper stetit in heremo in quodam deserto monte[3] in Apulia. Centum domus[c] ordinis sui[4], que in optimo sunt statu, construxit, quolibet anno IIII[or] quadragesimas in pane et aqua et iugi silencio fecit, asperrimam vitam instar antiquorum patrum duxit, adeo ut nonnulla signa per eum visa fuerunt[d]. Verum post electionem suam missis ad se cum decreto tribus cardinalibus per dies quindecim non respondit[5], post quos iussu[e] sui abbatis[6] recepto decreto humiliter consensit, moxque se de omnibus amministracionibus papatus intromittens seque in octava assumpcionis[7] contra voluntatem cardina- *Aug. 22.* lium in Aquila in regno Sicilie coronari faciens, cum miserabilis esset in persona, surdus multumque debilis, utpote octogenarius, et tamen omnia de plenitudine potestatis invitis eis faceret, ipsos cardinales vehementer in[f] sui vertit timorem pariter et stuporem. Iter eciam sedens asino[g] faciebat, vinum non gustans, panem tantum, fabas et radices manducans, in terra nuda iacens sextamque feriam perpetuo silencio dedicans. Unde sperabatur *Deum per ipsum sue ecclesie provisurum. Sed **f. 200'.* o iudicia Domini abissus multa! Hec enim spes subito *Ps. 35, 7.*

a) *sic E;* inuitis, *eadem manu superscr.* mutis 1; Erphord. — Mich. *om.* 2[a. b], *pro quibus* et. b) *haec — p.* 308, *l.* 5. *om. E.* c) domos *R.* d) *sic* 1. *R.* e) sui abb. iussu *R.* f) vertit in sui *R.* g) *sic R;* azino 1.

1) *Cf. cartas datas a.* 1294. *Nov.* 13. 22, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 299 *sq., nr.* 437. 438. 2) *Perusii.* 3) *Morrone prope Sulmonem. Sed multis aliis locis Petrus moratus est. Cf. G. Celidonio, 'Vita di S. Pietro del Morrone' (Sulmona* 1896*) II, p.* 88. *et passim.* 4) XXXVI loca, *ut dicitur in Vita eius* § 26, *Analecta Bolland. IX, p.* 167. 5) *Haec corrigas ex Vita eius conscripta a Iacobo cardinali, Muratori, SS. III, p.* 616. 628 *sq.* 638. 6) *Onuphrii de Cornu.* 7) *Potius die Aug.* 29.

1294. decidit. Quorundam equidem calliditatibus circumventus
Dec. 13. papatum parvo post tempore, videlicet circa festum Lucie[1], resignavit. Dicunt quidam ipsum ab eius successore Bonifacio aliquandiu detentum, in brevi presentibus feliciter emigrasse[2]. Vocabatur autem Celestinus quintus[a].

Hoc[b] anno rex Adolfus ad terras Thuringie receptandas, quas a seniore Thuringie[c] lantgravio[3] promissis, ut aiunt, eidem[d] nescio* quot[e] marcarum milibus** coemerat[4], reclamantibus *tamen eiusdem[f] lantgravii filiis, *p. 42 maxime Th[eoderico][g] iuniore lantgravio, cui eadem provincia non solum hereditatis, ymmo et empcionis iure debuerat obvenire: rex, inquam, coacto undecumque exercitu gravi, histrionum peditum, ut assolet, multitudine comitante, nonnullis nobilium eidem suffragantibus, circa
Sept. 22. festum sancti Mauricii in Thuringiam movens[h] iter[5], cum secus villam Eisleibin[i, 6] fixis tentoriis consedisset, regali clemencia, quam non habebat, in tirannicam rabiem commutata, pace proch dolor! in regione longinqua, ubi non est lis neque[k] discordia, constituta, quid[l] quantumque miseriarum[m], rapinarum videlicet, incendiorum cediumque, per XIIII[n] prope dies ab ipsius sequacibus cottidie fuerit[o] actitatum, incredibile videbitur[p] inexpertis. Equidem cruentis satellitibus, utpote capite carentibus, pro victualibus conquirendis circumquaque

*) *Sic E. R. C; pro* n. q. marc. mil. *habent* 1. 2[a. b]. *V. (N):* pro[d] duodecim[q] milibus marcarum puri argenti; *et etiam L III:* pro duodecim milium(!) marcarum argenti, *inserta textui L II ex codicis E archetypo, ut opinor, neque tamen in sequente nota* XI *corruptum videtur. Nam vide infra p.* 328, *n.* *.

**) *E add.:* credo cum XI milium(!) marcarum.

a) *post haec spatium 4 linearum vacuum* 1. b) Anno M°CC°XCIIII° rex *E; ad a.* MCCLXXXXV. *habet haec* 2[a]; 1295. vel 1299. 2[b]. c) *om. E.* d) *om.* 2[a. b]. e) q (quod) *E. R* 1. f) eisdem tamen 2[a]. g) Thēd. iuniori *E.* h) it. m. 2[a. b]. i) Eisleiben 2[a]; Eisleben 2[b]; eysleybū *E.* k) *sic* 1. *Le III;* nec *E. R.* l) *sic* 2[a. b]. *E. Le III. R;* qd (quod) 1. m) miserarum *E. Le III.* n) *sic* 1. *R. Le III;* XIII 2[a. b]; ced. p XI *E.* o) *sic* 1. *R;* fuit 2[a. b]. *E. Le III.* p) *sic* 2[a. b]. *E. Le III. R;* videtur 1. q) XII (12) 2[a. b]. *V. N.*

1) *Ipso hoc die.* 2) *Obiit a.* 1296. *Maii* 19. 3) *Alberto.* 4) *Fortasse a.* 1293. *mense Aprili, cum Albertus apud eum in civitate Nurnbergensi moraretur. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 170, *n.* 2. 5) venit Cosme Damiani *(Sept.* 27*) carmen ab Erfordensi quodam compositum v.* 56, *infra in appendice (nr. II[b]) editum (ubi v.* 6. 7. Tempore Septembris . . . adiit villas*), quo die rex prope Erfordiam transiisse videtur. Quod carmen auctor huius partis legerat, ut infra p.* 313, *n.* 2. *patet.* 6) *Eischleben ad rivum Wipfra (duc. Gothani, A. Ichtershausen), ut Wegele l. l. p.* 190, *n.* 1. *recte statuit.*

turmatim diffusis, segetes succiduntur, greges abiguntur, 1294. ville incenduntur, omnia diripiuntur, pauperrimis quibusque, quod pudet dicere, eciam brace perviles et calige auferuntur, et ut breviter dicam, nil preter infelicem vitam miseris et infelicibus hominibus relinquitur[a]; *re- *f. 201. clamantes quique more pecorum passim prosternuntur. Nusquam pax, ubique Mars, nusquam Christiana pietas, ubique paganica[b] crudelitas debachatur. Illud autem impudencie illorum testimonium non pretereain, quod ab asserentibus dici solet. Aiunt enim a quibusdam ipsorum anum quandam[c] seu vetulam comprehensam ungentoque[d], quo curruum rote solent[e] ungi, toto corpore perlinitam[f] seu perunctam ac deinde in plumis disrupti plumarii totaliter volutatam sicque[g] coherentibus ei undique plumis in bestialem similitudinem deformatam[1], monstruosum ridiculum, ab ipsis per exercitum quasi ad spectaculum circumductam. *Inicium dolorum hec*[h]. Ce- *Marc.* 13, 8. terum[i], quod omni est miseria miserabilius, claustra sanctimonialium invaduntur[2], proch pudor[k]! crudum et crudele spectaculum! Deo[l] sacrate virgines protrahuntur et ab inmundis hominibus, ymmo inpudentissimis canibus prostituuntur; sed nec vel sic cessatur; sangwis *Osea* 4, 2. sangwinem tangit. Cum famelici canes in villis iam exhaustis nil rerum victualium invenirent, ad ecclesias convertuntur, fores effringuntur[m], vix a sacerdote celebrante manus cohibentur, altaria nudantur, vestes sacre, missales libri cum calicibus[n] distrahuntur, et o amarissimi sceleris inmanitas! iam nec[o] ab ipsius domini Dei universorum iniuria humana, ymmo beluina hominum rabies temperatur: scelus, inquam, a modernis seculis inauditum, et quod Christiane aures exhorrescunt, pixides[p] hostiarum vivifici corporis Christi, in quo tocius humane

a) relinquunt 2[b]; relinquuntur *E, ubi* recl. — prosternuntur *om., quae in Le III exstant.* b) iniquitas et *add.* 2[b]. c) quendam *E. Le III. N.* d) ungento *E. Le III.* e) *sic E. Le III. R. N;* ungi sol. 1. f) *sic* 1. *E. Le III. N;* perlitam *R.* g) sic *E. Le III.* h) *post haec spatium lineae vacuum* 1. i) Insuper claustra 2[a. b]. k) dolor *E. Le III. R.* l) deoque 2[a. b] (*om.* proch — spect.). m) *sic* 1. 2[a. b]. *R. N;* confringuntur *E. Le III.* n) *sequentia (— p.* 314, *l.* 5*) desunt E, duobus foliis* 166. 167. *evulsis, sed in Le III ex archetypo codicis E multa eorum exscripta sunt.* o) *sic R; om.* 1. p) *sic* 2[a. b]. *R. Le III. N;* pixidem 1.

1) *Idem narrat Sifr. de Balnhusin c.* 237, *SS. XXV, p.* 712, *in cuius priore opere etiam verba (ib. n. *)* ungento quo rote curruum ungi solent, *cum hoc loco convenientia, leguntur. Etiam carmen laudatum v.* 33: senes denudavit mulieres. 2) *Vide quae in Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 306, *addita sunt.*

1294. salutis summa consistit, si cuius precii forent, abiecto nonnunquam ubicumque sacramento, abripiuntur[1]. Quid multa memorem? Plane inpossibile est dictu et pene incredibile, in quem miserrimarum[a] miseriarum gurgitem hec[b] nunc infelicia Thuringorum tempora fuerint[c] devoluta. *f. 201'. *Deo autem gracias, qui naviculam Erphordensem inter tot tantarumque miseriarum tempestuosam procellam sua misericordia conservavit[2], cum utique et ab his, qui cum domino episcopo Maguntino[3] advenerant et intra urbem ficta pace et amara, ut post patuit, intencione commanebant[d], nec non ab aliis extra urbem constitutis contra ipsam multipliciter fuerit machinatum, quamquam monasteria eiusdem civitatis et nonnulli civium in bonis suis extra urbem sitis dampna gravia pertulerunt, inter que monasterium sancti Petri ad *CCC talenta dampnum noscitur incurrisse. *p. 429. Sed pius Deus, qui, etsi antiquiori tempore, per servum suum Nabuchodonosor Israhelitas et nuper per Attilam populum[e] Christianum aliquamdiu flagellavit[4], quique tales ministros mercede obsecundacionis huiusmodi non fraudavit, licet duricia Thuringorum hactenus cervicosa ipsarum sibi auctrix extiterit erumpnarum: ne[f] tamen et hii cruenti satellites impune evasisse penitus viderentur, cum ipsi funesti nullas ponerent insolencie sue metas, nulli honori seu religioni deferrent, nulli etati miserieve parcerent, quibusdam ex desperacione rerum vel vite fiduciam sumentibus, a[g] nonnullis eciam castellanis[h] lantgravio faventibus, et quorum res ac[i] homines diripiebantur[k], impudici homines vagabundi passim invadebantur, cedebantur, abducebantur, et crebris incursibus[l], licet furtivis, regius exercitus minuebatur[m]. Dicitur eciam, et adhuc vulgares clamant cantilenė[5], nonnullos nobilium de Reno[n]

a) *om.* 2[a.b]. *N.* b) nunc hec 2[b]. c) *sic R;* fuerunt 1. 2[a.b]. d) manebant *eadem manu corr.* comman. 1, *et ita V.* e) chr. pop. *R.* f) Verum ne t. 2[a.b], *omissis praecedentibus.* g) a nonn. — faventibus *om.* 1, *leguntur in* 2[a.b]. *R. Le III* (*ubi* ab aliquibus cast.). h) Theoderico *add. R;* Frederico *add. Le III; utrumque deest* 1. 2[a.b]. i) et 2[a.b]. k) diripiebatur 2[a]. l) incursionibus 2[a]. m) imminuebatur 2[b]. n) Rheno *h. l.* 1.

1) *Cf. carmen laudatum v.* 18—24. *Etiam Sifr. l. l. similia tradit.* 2) *Carmen v.* 52: Da Cristo grandes, Erfordia regia, laudes. 3) *Gerhardus a.* 1294. *Oct.* 16. *Erfordiae civibus cartam dedit; Beyer, 'UB.' I, p.* 297 *sq., nr.* 436. 4) *Cf. carmen laudatum v.* 42. 5) *Quae exstant, R. v. Liliencron, 'Die histor. Volkslieder' I, p.* 9 *sq.* (*Ioh. Rothe c.* 566, *ed. R. v. Liliencron p.* 477 *sq.*):

regi[a] fidelium ante castrum Raspinberg exectis[b], ut vul- 1294. gari ioco dicitur, hallensibus ad suos[c], ignominiosum[d] satis spectaculum, reverti fuisse permissos. Visa fuit hoc anno a nonnullis cometa[e] stella, effusionis humani sangwinis et harum prenunctia erumpnarum.

*Rex igitur exercitus sui fieri senciens detrimenta *f. 202. seque pro rebus male gestis, pro tot scilicet[f] ac tantis suorum insolenciis perpetratis, ab omnibus notari iamque omnium pene obnoxium maledictis, Thuringia[g] tantarum calamitatum miseriis oppleta, inactus[h] reverti statuit. Sublatis itaque tentoriis a villa Mitelhusin[i], ubi post recessum a predicta villa Eisleibin diebus non (Sept. ex. — Oct. in.) paucis consederant[1], ventum est ad villam Vitpeche; ubi dum[k] quidam non ignobilium de exercitu ecclesiolam[l] sancti Andree ibidem sitam effractis foribus irrupissent cunctaque inibi reposita[m] cum ornamentis altaris librisque et calicibus diripere temptassent[n], mox violentos invasores manifesta Dei[o] ulcio subsecuta est. Nempe[p] eisdem nondum ab eadem ecclesiola egressis, clamore ad[q] regem cum querimonia perlato, rex quasi in hoc suam innocenciam de prioribus insolenciis, tanquam in-

a) *sic* 1. *Le III;* regique *R.* b) erectis 1; exactis *R* 1. *Le III.* c) *sic R. Le III;* suorum (rum *e corr.*) 1. d) ignomiosum 1. e) cometes st. a nonn. *R.* f) *sic* 1. *R;* videlicet $2^{a \cdot b}$; *om. Le III.* g) de Th. egredi st. $2^{a \cdot b}$. h) *sic R*; mactus 1. i) Mitelhusen 2^{a}; Mittelhusen 2^{b}; venit *add. perperam* $2^{a \cdot b}$, *om.* ubi — consed. k) *om.* $2^{a \cdot b}$. *Le III.* l) ecclesiam $2^{a \cdot b}$. *R. Le III. V. N.* m) posita $2^{a \cdot b}$. n) *sic* 1. $2^{a \cdot b}$; temptavissent *R.* o) est dei u. subs. *R.* p) Nam *R.* q) cl. autem cum quer. ad r. $2^{a \cdot b}$.

Die ediln von dem Rine
die retin zu dem wine
und quomen undir Raspinberc.
Des koniges houfgesinde
begrifin die gotiskinde
und trebin schemeliche werk.
Got mochte sin nicht erliden,
ere butil liez er sniden,
daz waren lesterliche mær.
Sie han noch mime gedunken
ere hellir do vortrunken,
daz on die butil worden ler.
Do sie en heimen quomen
und ere wip vornomen,
daz sie die hellir hatten vlorn,
sie worden obil entphangen;
vil bezzer wær gehangen
denn sulche smaheit unde zorn.

1) *Die Sept.* 30. *Oct.* 4. 7. *in castris apud hunc locum positis cartas dedit; Böhmer, Reg. Ad. nr.* 220 — 222.

1294. scio eo factis, comprobaturus, quin pocius divino iudicio, beato Andrea ecclesie sue vastacionem non ferente, ad ecclesie prefate[a] fores se applicuit ac predictis invasoribus singulis de ecclesia protractis, uni post unum[b], manum dexteram[c] amputari fecit. Inde autem se con-
1295. (Ian.) vertens, Mulhusin[d] se recepit[1]; ubi cum aliquantisper conmoraretur, tumultu gravissimo propter consuetas sequatium regis insolencias et maxime ob debita seu refusionem expensarum negatam civibus excitato, tota pene civitas concitatur, ad arma convolatur, inquieti satellites ceduntur, propelluntur, adeo ut ipse rex vix evasisse vita comite referatur. Sic itaque rex Thuringie fines
1294. (Oct.) transgressus ad terram Orientalem se convertit, pari modo omnia devastando; ubi eciam nonnullas obtinuit
1296. (Febr.) municiones seu castella. Inde civitatem Friberg obsessam[2] aliquamdiu prodicione quorundam civium cepit, quos tamen postea in multis milibus marcarum dampnatos vix vita [donare[e]] dignatus fuit. Castrum nichilominus Fribergense *captum evertit, quam plures[3] civium *p. 430
*f. 202'. et castrensium ignobiliter *et miserabiliter vita privavit. Quam crudeli autem inmanitate et inmani[f] crudelitate in reliquos sibi[g] et ibi et alias rex humanitatis oblitus deseverit[h], qualiterve Misnensem marchionem Fridericum honore patriaque[i] privaverit, quantisque et quot amarissimis cladibus, incendiis et rapinis eciam[k] illam provinciam compleverit, pro sui horrore[l] et inmanitate singula dicere supersedi. At ne vel ibi quidem divine ulcionis expers cruentus exercitus remaneret, adeo hiemis austeritas, que[m] eo anno inhorruerat satis dura, in impios homines desevit, ut inedia frigoreque plurimis tabefactis et extinctis idem exercitus regis non modica ex parte fuerit[n] imminutus[4].

a) praedictae 2b. b) *sic* 2a. b. *R. Le III. N;* alium 1. c) dextram *R. Le III.* d) in M. *R. Le III.* e) *supplevi; om. R* 1; vita comite evaserunt. Castrum 1 (*fortasse e l.* 11. 12); vitam dignatus est concedere *R* 2. f) crud. inm. *R.* g) *sic* 1. 2a. *R; om.* 2b. h) *sic* 1. 2a. *R;* desaevierit 2b. i) *sic* 1. *R. N;* et patria 2a. b. k) *sic* 1. *R;* et 2a; *om.* 2b. l) *sic* 2a. b. *R. N;* honore 1. m) *e corr.* 1. n) *sic R;* fuerat 1.

1) *Demum, postquam e terra Orientali rediit, a.* 1295. *Ian. regem ad civitatem Mühlhausen profectum esse recte censuisse videtur Wegele l. l. p.* 195, *n.* 3. 2) *Quod demum a.* 1296. *mensibus Ianuario ex. et Febr. factum est. Auctor confudit duas expeditiones regis in terram Orientalem et marchiam Misnensem factas a.* 1294. *auctumno et hieme a.* 1295/6; *secundam infra omisit.* 3) *Sexaginta; cf. Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 44; *Herm. Alt. Cont. Ratisbon., SS. XVII, p.* 416; *cf. etiam Sifr. de Balnhusin c.* 240, *p.* 713. 4) *Etiam Ann. Vetero-Cell. ed. Opel*

Anno Domini MCCXCV. Rex ubique regnum per- 1295. vertens, fas nefasque confundens, tanquam mala in Thuringia preterito anno facta minus sue impietati crudelitatique sufficerent, reparato denuo exercitu in Thurin- *(Aug.)* giam iterum properavit. Castrum igitur[a] Frankenstein[1] obsessum aliquamdiu non sine magno sui[b] exercitus dispendio, tandem facto castrensium discidio, in dedicionem recepit, salva[c] castrensibus[d] vita et libertate. Eo effectu animosior rex effectus Cruceburg[e] contendit. Castrum vero ibidem cum diebus non paucis[*] obsedisset, incensa *(Sept. Oct.)* urbe, cum[f] plurima[g] multitudo utriusque sexus super castrum confugisset, ceperunt castrenses, dum multitudine faciente nimiam aque penuriam sustinerent, a quibusdam de exercitu[h] aquam clanculo comparare. Quo prodito et auctoribus huius vendicionis iussu regis miserabiliter trucidatis, cum hii qui super castrum erant tanta aque carencia urgerentur[i], ut et equis cerevisia[k] potus esset, et panes cum cerevisia[k] coquerentur, cum fortissime, non absque dampno regii exercitus hactenus restitissent, *hac una compulsi necessitate castrum dedi- *f. 203. derunt[l], permissa sibi et rebus et[m] vita ac libertate. Itaque rex, dum eciam alio similia facturus pertendere cogitasset, quo nescio obstaculo prepediente, cum id perficere nequivisset, iterum de Thuringia egredi statuit. Sic, sic rex, pupillorum viduarumque cesor, non defensor, pauperum desolator, non consolator, ecclesiarum violator, non edificator, rex, inquam, non iam rex, sed regni fex[2], e[n] Thuringia est egressus, tot in ea egregiis faci- *(Dec.)* norose crudelitatis insigniis derelictis, ut[o] et ipsum nomen

*) *Pro* diebus non paucis *habet L III:* per quatuor septimanas. *Ubi cum hoc loco exscripta sint quae in foliis evulsis cod. E exstabant, ex eius archetypo hoc sumptum esse credo.*

a) *sic* $2^{a\cdot b}$. *R* 2; ergo *R* 1; castrumque 1. b) *sic* 1. *R* 2; ex. sui $2^{a\cdot b}$. *R* 1. c) Deinde $2^{a\cdot b}$ *pro* salva — effectus. d) *sic* 1. *R* 1; castrensium *Le III*. *R* 2. e) *sic* $2^{a\cdot b}$. *R* 2: cruteburg 1. f) ubi cum 2^{a}; At cum 2^{b}, *omissis praecedentibus*. g) *sic* 1. *R*. *Le III;* magna $2^{a\cdot b}$. h) regis *add. Le III*. i) urgeri $2^{a\cdot b}$, *om.* castrenses *(l. 12)* — trucidatis cum. k) cervisia 2^{a}. *R*. l) dederunt *R*. *Le III*. m) *om. R*. n) *sic* 1. 2^{b}; a 2^{a} (Tandem rex a [e] Th. egr. tot $2^{a\cdot b}$, *omissis praecedentibus*); de *R*. *Le III*. o) ut *om.* 2^{a}; et *om.* 2^{b}.

in 'Mitth. d. D. Ges. in Leipzig' I, p. 214. *idem de hieme a.* 1294/5. *referunt, sed ad menses Ian. et Febr. a.* 1296, *quibus rex castrum Fribergense obsedit, hoc potius referendum videtur.* 1) *Situm olim super Kloster-Allendorf prope Salzungen ad Werram fl.* 2) *Cf. carmen laudatum v.* 54: Adolfus rex, regum fex *et v.* 57. fex regum.

1295. eius cottidiana et pene quottidie nova inversione turpetur et omnium sputis seu[a] maledictis obnoxium amarissimis inprecacionibus oneretur[b]. Reliquit autem militem de Bruberg[1] ad ea que ipse cogitaverat exequenda; qui qualiter regi paruerit queve fecerit, pro rerum incertitudine[c] dicere superfluum esse reor.

Iul. 26. Eodem anno in crastino sancti Iacobi[d], cum et tonitrua terribili fragore mugirent, coruscacionesque[e] frequentibus ictibus emicarent, frater quidam Augustinensis in ecclesia Erphordie infra vespertinales laudes occulto Dei iudicio ictu fulminis tactus cecidit et expiravit.

1296. Anno Domini MCCXCVI. Incendium grande exor- *Iul. 15/16.* tum[f] Erphordie sequenti nocte post divisionem apostolorum plateas fori rapularum et pergamenorum absumens, numerosa admodum edificia concremavit. Ipso[g] anno triste infortunium et flebilis admodum eventus conventum Sancti Petri omnesque amicos eorum, cives Erphordenses, graviter contristavit, quia nobilis et dulcisona *Nov. 1.* illa maior campana[2] ibidem in festo omnium sanctorum infra pulsacionem, nescio quo Dei iudicio, fracta fuit.

1297. Anno Domini MCCXCVII. Conventus Sancti Petri *Febr. 19.* habitis gravibus et magnis expensis in vigilia innumerabilium martirum aliam campanam, et quantitate et sonoritate priorem *superantem, ad honorem ipsius apostolo- **f. 203'.* rum principis fuderunt. Aliam nichilominus *ad laudem **p. 431.* beati patris Benedicti post paucos dies fundi procurarunt[h].

Mart. 5. Hoc[i] anno tercio Nonas Marcii ignis nocte exortus in pede Montis Sancti Petri Erphordie penes[k] ecclesiam sancti Leonhardi in tantum violencia ventorum convaluit, ut maximam partem edificiorum et ibi et[l] ex adverso usque pene ad domos clipeariorum sitorum conflagraret[h].

Eodem anno rex Boemorum Wencezlaus[m], filius Ottakkerii[n] regis interfecti, in Praga coronatus et unctus est in regem cum illa nobili coniuge sua[3], Romanorum

a) et 2b. b) oneratur 2b. c) *pergit E f.* 168. d) apostoli *add. E. N.* e) corusc. — emicarent *om.* 1, *ex E. N suppl.* f) est *add. E.* g) Ipso — procurarunt *(l. 28) om. E.* h) *h. l. spatium lineae vacuum rel.* 1. i) Eodem *E ad a.* 1296; *unde Eng. I (inde Varil.) et II haec et Le III l. 35 sqq. ad a.* 1296. *habent.* k) *sic E;* pene 1. l) *sic E; om.* 1. m) Wenezlaus 1; Wenczeslaus *E. R.* n) Octakkerii 1; Octackari *E;* Octakkari *N.*

1) *Gerlacum.* 2) *Cf. supra a.* 1255, *p.* 247. 3) *Iutta.*

regis Rudolfi filia, in die sancto penthecostes a venerabili[a] Gerhardo archiepiscopo Mogontino cum maxima solemnitate et leticia, presentibus archiepiscopo Magdeburgensi[1], Pragensi[2] et[a] Ulmuncensi[b, 3] et aliis duobus episcopis de Ungaria[4]. Ipse enim rex, ut legitur de rege Aswero, ostendere volens magnitudinem potencie sue et divicias regni, fecerat[c] grande convivium in ipso die sancto, durante[d] per quatuor[e] dies, et omnia que convivantibus necessaria erant, prout magnificenciam regiam decebant[f], copiosissime amministrabantur[g]. Dux eciam[h] Austrie Albertus cum septem milibus equitaturis[i] illuc venit, habens in comitatu suo ducem Karinthie[k, 5] et generum[l] suum marchionem Longum iuvenem[6] et multos comites, barones et nobiles Austrie, Carriole[m] et Karinthie. Sed et marchio Brandenburgensis[n] Cum-telo cognomento[7] rogatus ibi affuit cum duce Saxonie[8] et duce Polkone[o] de Polonia[9] cum plurimis potentibus multarum terrarum. Ut igitur transierunt[p] dies iocunditatis et leticie, principes[q] soli cum rege per aliquod tempus remanentes tractaverunt, qualiter regnum Romanum in[r] suo honore atque potencia persistere posset, regisque Adolfi confusione et erumna . . . . . .[*, 10]; quod postea rei probavit eventus. Inter cetera rem flebilem narrabo, quod tantam exultacionem tantus fuit luctus subsecutus. Nam illa nobilis regina, regis Rudolfi filia, coronata simul cum rege Boemorum, infra anni spacium diem *clausit extremum. Nec eciam

[Margin: 1297. *Iun.* 2. — *Esth.* 1, 3. 4. — *f. 204. — (*Iun.* 18).]

*) *Nonnulla verba, quae in* 1 *et R omissa esse patet, quodammodo suppleri possunt ex C:* wan der konig Adolf were nicht wan ein schender des riches, also er iz wol bewisete.

a) *om. E. Le III.* b) olmacenƒ *E;* Olmacensi *Le III;* Olmucensi *R.* c) *sic* 1. *E;* fecit *R. N.* d) *sic* 1. *E. R.* e) *sic* 1. *R. C. Le III;* X *E.* f) *sic* 1. *E;* decebat *R.* g) aministrabant *E.* h) *om. E (adest Le III).* i) *sic* 1. *E. Le III;* equitibus *R.* k) *sic E. Le III. R et* 1 *infra l.* 15; Karintie *h. l.* 1. l) generem *E. Le III.* m) *sic* 1. *E;* Cariole *N.* n) Brandeburg. *E.* o) palkone *E.* p) transirent *E.* q) princ. — narrabo quod *(l. 24) om. E.* r) pers. posset in suo hon. a. pot. *R.*

1) *Burchardo II.* 2) *Gregorio.* 3) *Theodorico.* 4) *Theodoro Iaurinensi et duobus Poloniae, Iohanne II. Cracoviensi et Conrado Lubucensi. Alii etiam episcopi Germaniae affuerunt. Cf. Chron. Aulae-regiae I,* 62. 64, *Fontes r. Austr., SS. VIII, p.* 150. 157; *Emler, Reg. Boh. et Mor. II, p.* 753, *nr.* 1754, *d. d. Iun.* 4. 5) *Heinricum VI.* 6) *Hermannum Brandenburgensem.* 7) *Otto IV.* 8) *Alberto II.* 9) *I. de Schweidnitz.* 10) *Cf. Cron. Aulae-regiae I,* 64, *l. l.; Sifr. de Balnhusin c.* 242, *p.* 713.

1297. pretereundum esse puto, quod idem rex Boemorum in
eadem septimana penthecostes quoddam claustrum Ci-
sterciensis ordinis[1] ab eo antea constructum cum qua-
dringentis marcarum redditibus[a] dotavit annuatim[b].
Iun. 24. Eodem[c] anno in die sancti Iohannis baptiste post
nonam quidam iuvenis in Monte Sancti Petri nomine
Rudigerus, adhuc in scolis existens, dum funem lam-
pade[d] capelle sancte Marie reparare deberet, ex inpro-
viso de trabibus corruens ad pavimentum medie capelle
miserabiliter vitam finivit ibidem.

1298. Anno Domini MCCXCVIII.* Albertus dux Austrie,
Febr. ex. regis Rudolfi filius, circa inicium quadragesime expedi-
cionem ordinavit de Austria versus Renum contra Adol-
fum regem Romanorum cum maximo exercitu; que ex-
Iul. 2. pedicio duravit usque Processi Martinianique[e]. Veniente
igitur duce Alberto ad confinium Bawarie, dux Otto
(Apr. 17). eiusdem provincie habuit conflictum[2] cum aliquibus ab
exercitu sequestratis[f]; in quo amicissimus ducis Austrie
ac avunculus eius Albertus comes de Heyrlo nobilis ac
liber cum aliis ferme centum occisus est. Dux igitur
Austrie, his nichil territus[g], sed spem suam ponens in
Domino, ultra cum exercitu suo progressus, cum tamen
plurimi assererent ipsum cum suis gladio regis Adolfi
fore lacerandum, ad confinium Suevie tandem pervenit.
Ubi cum propter viam longiorem *repausaret exercitum[h],
ad aures regis Adolfi eius[i] adventus usque pervenit; *p. 432.
qui per idem tempus in Frankenvurt existens preparavit
se duci Austrie viriliter occurrere aut cum decore[k] vitam
finire. Interea dux Austrie de confinio Suevie movens
exercitum, paucis diebus peractis iuxta Wormaciam ad
*f. 201'. litus Reni[l] fluminis usque devenit. Quid *multis moror?

*) *Sequentia breviata sunt in E sic:* Anno M°CCXCVIII° Dux Austrie Albertus, regis Rudolfi filius, per electores in regem electus in confusionem regis Adolfi et obprobrium sempiternum. Commisso vero prelio inter[m] predictum Albertum et regem Adolfum maxima cedes *etc. ut p.* 317, *l.* 35 *sqq.*

a) *sic E. R. N;* reditibus 1. b) *h. l. spatium lineae vacuum rel.* 1. c) *reliqua h. a. om. E.* d) *sic* 1. *N.* e) et Martiniani *R. Lr III.* f) *sic R;* sequestris 1; sequestras *Lr III.* g) veritus 1. *R* 1. *Lr III* (exterritus *corr. Schedel in R* 2); irsrag . . . nicht sere *C.* h) *sic* 1. *R.* i) *sic* 1. *R* 2; adv. eius *R* 1. k) *sic Lr III;* dedecore 1. *R* 1. l) Rheni *h. l.* 1. m) ad *E.*

1) *Aulae-regiae (Königsaal).* 2) *Prope Oberndorf.*

1298.

Rem dicam seculis mirandam, *quam incomprehensibilia* (Rom. 11, 33.) enim *sunt iudicia Domini et investigabiles vie eius!* Mogontinus namque existens consangwineus regis Adolfi, qui eciam eum ad regem regnique dignitatem exaltaverat et in omnibus eius coadiutor ac fautor fuerat, nunc inimicus eius per omnia, audito, quod dux Austrie esset prope Wormaciam, collecta maxima multitudine in auxilium eius properavit. Cum igitur venisset ad ducem et secum aliquos principes spectantes ad electionem repperisset, habito cum eis consilio, ducem predictum ad regni gubernacula elegit in confusionem regis[a] Adolfi (*Iun.* 23) et obprobrium sempiternum[1]. Quod cum rex Adolfus nunctio didicisset, animo consternatus magis eligit[b] mori quam cum confusione vivere. Veniens igitur in Oppenheim, postera die cum exercitu forti castrametatus est contra ducem Austrie ac electum in regem Romanorum. Interim plurimi de ducis exercitu propter temporis prolixitatem et suorum domi manencium affectum clam recedentes ad sua[c] redierunt. Sicque factum est, ut de die in diem populus ducis minoraretur regisque Adolfi vulgus multiplicaretur. Quo viso, ducis[d] nobiles et amici calliditate usi, cum adhuc exercitus eorum esset satis copiosus, consilio cum duce habito, fugam simulaverunt, ponentes insidias, ut sic rex[e] Adolfus deceptus cum ipsis cicius[f] bellum iniret, ne tardior mora ipsum faceret forciorem; quod et factum est. In die namque Processi et Martiniani, cum rex Adolfus adventum plu- (*Iul.* 2.) rimorum prestolaretur, subito ducis[g] exercitus de loco motus terga vertit regi Adolfo. Unde rex attonitus, sangwinem ducis ac suorum quam plurimum siciens, insequitur eos viriliter et[h] potenter; cumque transissent insidias, dux cum omnibus suis se contra regem Adolfum vertens cepit preliari prelia Machabei. De insidiis eciam exilientes circumvallabant exercitum undique regis Adolfi. Unde commisso prelio maxima cedes hominum facta *est, et[i] multi de exercitu regis captivi[k], inter (*f. 205.) quos et regis[l] filius[2] captivatur; simulque rex[m] Adolfus

a) *sic E. R. Lr III;* regi 1. b) elegit *R. Lr III.* c) propria *R.* d) *sic* 1. *Lr III;* nob. ducis *R* 1. e) *sic* 1. *Lr III;* Ad. rex *R* 1. f) b. c. *R. Lr III.* g) *sic* 1. *Lr III;* ex. ducis m. de l. *R* 1. h) *sic* 1. *Lr III;* ac *R.* i) *om. E.* k) *sic* 1. *E. R.* l) *sic* 1. *E;* fil. regis *R. Lr III.* m) *sic* 1. *R* 2. *Lr III;* Ad. rex *E. R* 1.

1) *Cf. F. Heymach, 'Gerhard v. Eppenstein' (Diss. Strassburg* 1880) *p.* 67 *sqq.* 2) *Rupertus.*

1298. Eccli. 10, 9. est[a] occisus, ut adimpleretur illud[b]: *Quid superbit[c] lutum* *Iob 20, 6. 7.* *et cinis? et illud: Si ascenderit usque ad celum superbia[d], in puncto ut sterquilinium erit.* His ita peractis rumor extollitur ducem Austrie non posse esse regem Romanorum, quia rex[e] Adolfus non fuisset rite depositus, nec potuisse duos reges simul regnare, et quia ipse dux occidisset regem Adolfum. Unde ad nutum principum ad electionem spectancium dux per triduum regno cessit, *(Iul. 27).* et postea ab eisdem solemniter est electus ac[f] cum *(Aug. 24).* magna gloria Aquisgrani perductus intronizatur et[g] ad regni sedem usque pervenit cum maxima pompa tam *Ps. 71, 18.* clericorum quam laicorum Deum laudancium, qui facit mirabiles res. Sicque cum consilio principum curiam *Nov. 11.* suam primam indixit in festo sancti Martini in Noren- *3. Reg. 1, 31.* berg, et recesserunt leti, dicentes: 'Vivat rex in eternum! Alleluia!'*

Maii 25. Eodem anno circa festum penthecosten quedam pestis vehemens et valida nutu Dei in Frankonia Iudeos invasit, que in tantum invaluerat, quod omnes Iudeos Almanie extinxisset, *si non ipsorum infinita pecunia circa aliquos principes et civitatenses intercessisset. Nam *p. 433.* in precipua civitate Herbipolensi et in Rotinburch[h] ita omnes fuerunt occisi, quod a maiore usque ad minorem,

*) *Omissis praecedentibus (a l. 11.* cum maxima*) add. E:* Nota versus:

Mactat Iudeos Rex Rintberg, contigit illud
Post annos Domini sine binis mille trecenti[i] [1].
Albertus dux Australis prostravit Adolfum
Regem Romanum, regno successit eidem.
In Iulio mense rex Adolfus cadit ense
Iul. 2. *Per manus Australis, Processi Martiniani*[k].
Anno milleno trecenteno sine bino[l]
Mars creat Albertum regem, qui[m] *stravit Adolfum.*

a) *sic* 1. *E;* occ. est *R. Lr III.* b) *sic R; om.* 1; ut — Adolfum *(l. 7) om. E.* c) superbis pulvis *R.* d) eius *add. R. Vulg.* e) *sic* 1. *Lr III;* Ad. rex *R* 1. f) *sic* 1. *E. Theod.;* et *R* 1. *Lr III.* g) *om. E.* h) rotinbruch 1; Rotinburg *N.* i) *sic E. Le III. Engelhus.* k) matiani *E;* et Martiani *Le III.* l) bine *E.* m) *sic Engelhus;* ne *E.*

1) *Hos quinque versus* (2—6) *habent Theod. Engelhus ed. Mader p.* 264. *et Hist. Eccard. (L III) c.* 449 *sq. ex codicis E archetypo; sed deest utrique v.* 1. *V.* 7. 8. *habent Engelhusii codd. Dresd. (cum v.* 2—6*) et Hannover. (cum v.* 2—4*) et ex hoc ed. Leibnitii, SS. R. Brunsv. II, p.* 1124, *qui desunt in Hist. Eccard.*

1298. a masculo usque ad feminam unus non fuerit derelictus. Unde alie civitates minute[a] exemplo eodem gavise plurimos sibi commanentes occiderunt*. Dicitur eciam, quod, dum Iudei viderent se non posse evadere[b] manus occisorum, quod[c] pro quadam sanctitate secundum legem ipsorum, ne traderentur manibus incircumcisorum, se mutuo interfecerunt. Huius[d] interfectionis inicium referunt fuisse quendam nobilem dictum de Rinberch[1], qui coadunatis sibi aliquibus ad hoc idem similibus per quendam favorem civium hec eadem exercuisset[e]. Timendum namque est, quod absque gravi merore dicere non possumus, ut quidam pro vero asserunt, quod[f] propter divini[g] cultus *irreverenciam corporisque Christi sub- *f. 205'. sanacionem hec omnia eis digne evenisse[h]. Referunt[i] namque corpus Christi eos in sinagogis ac in secrecioribus suis furtim reconditum habuisse illudque cultellis et subulis suis confodisse novoque et[k] inaudito martirio Christum crucifixisse, ut paternis execracionibus viderentur esse participes. Christiani namque, ut dicitur, post interfectionem ipsorum ipsa secreciora eorundem[l] purgantes invenerunt corpus Christi plurimis[m] locis confossum, illudque pro sacramento habentes loca eadem dicunt[n] miraculis choruscare[o].

1299. Anno Domini MCCXCIX. Rex[p] curiam suam Fulde[q]

*) *Praecedentia ita breviata praebet E et aucta*: Eodem anno circa festum penth. in Werczenborg et Rotinborg occisi sunt fere omnes Iudei in Franckonia, iniciante quodam nobili dicto de Rintberg cum CC[r] adiutoribus suis; quod utique per totam Almaniam contingisset[s], si non — intercessisset[t].

a) munite *R.* b) *sic E. R;* manus evad. 1. c) *sic iterum* 1. *E. R.* d) Huius — asserunt *(l. 12) om. E.* e) *emendavi;* exercuisse 1. *R.* f) *delendum, sed ita* 1. *E. R.* g) pr. irr. corporis Chr. eis *breviata E.* h) dicitur *add. E.* i) Nam corpus Chr. in sin. cult. et sub. conf. *breviata E.* k) *sic R; om.* 1; novoque — dicitur *om. E.* l) ipsorum *E; om. R.* m) *sic* 1. *E;* pluribus *R.* n) plurimis *add. E.* o) *spatium duarum linearum vacuum rel.* 1. p) Albertus *add. E. Le III.* q) celebravit *iam h. l. (infra p.* 320, *l.* 3. *om.) E. Le III.* r) *alterum* C *incertum E.* s) *sic E.* t) intercessissent *E.*

1) *Potius König Rintfleisch dicebatur. Cf. Ellenhardi Chron., Ann. Colmar. mai., Herm. Alt. Cont. Ratisbon., SS. XVII, p.* 139. 224. 419; *Ioh. Victor., Böhmer, Fontes I, p.* 341; *Chron. Aulae-regiae I,* 55, *l. l. p.* 137 *sq. Etiam multi alii de hac clade referunt, ut Ann. Halesbrunn. mai., SS. XXIV, p.* 46; *Sifr. de Balnhusin c.* 245. 246, *SS. XXV, p.* 714 *sq.; Gesta Boemundi c.* 28, *SS. XXIV, p.* 480; *Cont. Florian., SS. IX, p.* 751.

1299. presentibus illic archiepiscopo Mogontino nonnullisque aliis spiritualibus[a] quam secularibus principibus circa festum
Iul. 25. sancti Iacobi celebravit. Ubi eciam legati cleri seu civium Erphordensium advenientes obtentu regis ac aliorum principum graciam eiusdem domini sui archiepiscopi Mogontini, qua iam per annos quinque caruerant, habita pecuniaria satisfactione, datis scilicet ex parte cleri CCC[b], ex parte vero civium MCCC marcis argenti, coemerunt. Quam tamen summam ex parte inobedientis cleri[c] colligendam versa, ymmo perversa vice hactenus obedientes gravius pendere[d] sunt coacti. Eodem[e] anno civitas Wimar per quosdam malefactores succensa igne seviente et vento opitulante in tantum exusta est, ut paucissima edificia cum castro remanerent.

Item[f] eodem anno orta est discordia inter dominum Gerhardum archiepiscopum Mogontinum et Eberhardum[g] comitem[1] de Hayno[h]. Comes igitur collecta suorum complicum manu res episcopi rapinis et incendiis devastabat. Archiepiscopus autem non ferens suorum iniuriam congregato exercitu quasi quingentorum virorum omnia que ipsius comitis erant depopulabatur
*f. 206. in *tantum, ut una die quinquaginta villas comitis igne consumeret et omnia que ibi invenire poterat sibi suisque sociis vendicaret; ad ultimum vero ipsum comitem in castro suo Hayno[h] obsedit et obpugnavit. Comes igitur videns se ei non posse resistere, gracie eius se tradens, captivus abducitur et in Binge[i] civitate episcopi custodie mancipatur; ubi per multum tempus degens, cum nullam graciam episcopi inveniret, occulte[k] inde dicitur fuga lapsus.

(Nov.) Eodem[l] anno Albertus rex Romanorum Tholetum[2] pergens duxit secum Rudolfum filium suum, ducem Austrie, cui desponsaverat sororem regis Francie[3], habens secum in comitatu Gerhardum archiepiscopum Mogonti-

a) spiritalibus *E. R;* tam, *quod ante hoc verbum desideratur, deest* 1. *E. Le III. R.* b) marcis *add. E. Le III.* c) *sic E. R; om.* 1. d) pondere *E. R* 1. e) Eod. — remanerent *om. E.* f) Anno eodem *E;* Eod. a. *Le III.* g) Ebirh. *E. Le III. R* 1. h) *sic* 1. *R. N. V (semel* Haino); Haynowe *E. Le III.* i) Bynge *E. R* 2. *N.* k) *sic* 1. *E. Le III. V;* occulta *R.* l) *reliqua h. a. om. E.*

1) *Ulricum I. potius dominum, non comitem, de Hanau, a.* 1300. *advocatum Wetteraviae a rege constitutum. Nemo scriptorum, quod sciam, praeter Ioh. Latomum, Mencke, SS. III, c.* 524, *quem hunc locum legisse apparet, quidquam de hoc bello retulit.* 2) *Toul.* 3) *Blancam filiam Philippi III. regis.*

.434. num et alios multos nobiles Austrie et Almanie, *comites 1299. et barones. Elegerat autem ipse rex quingentos milites forma et moribus egregios, quos uniformibus paribus vestium exornavit, exceptis his, quos illi nobiles, qui secum erant, in honorem regie magnificencie vestierant in suo quilibet comitatu. Cum autem Toletum attigissent, rex Francie ibi[1] cum virgine expectans *(c. Nov. 30).* eis occurrere festinavit. Erat autem multe pluvie dies *(Dec. 8).* ille[a]. Rex ergo Romanorum mandavit omnibus suis, ut melioribus prout[b] habebant vestibus vestirentur. Quod si quis negligeret, hac sentencia multaretur, quod nil pabuli de regia[c] curia reciperet illa die. Intraverunt igitur ipsam civitatem cum magna[d] gloria et comitatu circa festum sancti Andree, nupcias filio suo, cui copulaverat *Nov. 30.* sororem regis Francie, festivissime celebrantes[2]; sed heu! *extrema gaudii luctus occupat.* Nam rex Francie *Prov. 14, 13.* regem Romanorum hortatur, ut electores regni induceret, quatenus filium suum in regem eligerent, et ipse Romam pergeret pro imperiali benedictione ab apostolico expetenda. Sed Mogontinus, qui tunc aderat, hoc reclamavit, dicens se numquam assensurum, ut regni Romani gubernacula in alicuius viventis heredes transferrentur. Rex *Romanorum his commotus omnibus nobilibus, **f. 206'.* qui secum venerant, redemit sua pignora[e] obligata, solius episcopi[f] pigneribus[g] non redemptis. Mogontinus autem, quamvis cum penuria suorum, redemit sua[h] pignora[e] obligata. Rege autem cum suis omnibus ad propria reverso, archiepiscopus ob hoc, quod ei rex fecerat, *(Dec. ex.)* commotus archiepiscopos Coloniensem[3] et Treverensem[4] 1300. cum Rudolfo duce Bavarie contra regem Romanorum secum induxit coniurare[5]. Rex[i] his auditis manu valida Bawariam intravit, omnia rapinis et incendiis devastans, 1301. municiones capiens, ipsum ad ultimum ducem in dedicionem coegit. Cui postea graciam suam petenti sua[k] omnia redonavit. Hinc se convertens ad superiora Reni fluminis processit et Binge civitatem episcopi[f] *(Sept. 25).*

a) illa *R.* b) quos *R* 1. c) regis *R.* d) gl. m. *R.* e) pignera *etiam h. l. R.* f) *sic* 1. *N*; archiepiscopi *R.* g) *sic h. l.* 1. *R.* h) *sic R;* suo 1. i) Hiis rex *R.* k) omnia sua *R.*

1) *Philippus IV. Valle-coloris fuit, non Tulli.* 2) *Nuptiae demum a.* 1300. *factae sunt, desponsatio a.* 1299. *Dec.* 8. *constituta. Circa Nov.* 30. *rex Tullum advenit.* 3) *Wicboldum.* 4) *Dietherum.* 5) *Causam veram huius coniurationis auctor ignoravit.*

1301. cepit, omnia que eius erant rapinis et incendiis devastans, municiones capiens omniaque bona episcopi[a] et feoda imperiali protectione privans; quicumque nobilium ea acquirere possent, suis litteris ipsis ea confirmavit. Que pestis tocius fere Alamanie fines infestavit. Ad 1302. ultimum tamen rege prevalente, episcopus talem composicionem meruit, ut, quatuor castris munitissimis loco obsidum datis, quinquennio ipsi ad quevis regni necessaria assisteret nec se ultra[b] ei opponere conaretur[1]. Postea ad terras Coloniensis et Treverensis episcoporum veniens et similia faciens, composicione pro suo placito expetita, eos sue amicicie adunavit[c].

PARS VI.

1300. Anno Domini MCCC. Bonifacius papa omnibus ad limina apostolorum Rome accedentibus reverenter, vere penitentibus et confessis, vel qui vere penitebunt et confitebuntur in[d] huiusmodi presenti anno, videlicet MCCC. dominice incarnacionis, et quolibet centesimo[e] secuturo non solum plenam et largiorem, ymmo plenissimam omnium suorum veniam[f] peccatorum concessit, statuens, ut qui voluerint huiusmodi indulgencie fore participes, si fuerint Romani, *f. 207. ad minus[g] *triginta diebus continuis vel interpolatis[h] et saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus XV ad eadem limina accedant[2]. Huiusmodi constitucionis seu indulgencie gracia incitata innumerabilis multitudo hominum diverse condicionis, sexus et etatis de diversis mundi partibus eo ipso anno Romam gregatim dicitur properasse, adeo ut similiter[i] factum nulla antiquorum recordacio vel sui ipsius memoria vel a scripturarum noticia potuerit meminisse.

1301. *(Dec. 1).* Anno[k] Domini MCCCI. obiit dominus Andreas abbas montis sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia[3]; cui successit Iohannes monachus eiusdem cenobii.

1303. *(Oct. 11).* Anno Domini MCCCII. obiit dominus Bonifacius papa, vir per omnia laudabilis et peritus. Hic consti-

a) *sic* 1. *N.;* archiepiscopi *R.* b) ei ultra *R.* c) *spatium duarum linearum vacuum rel.* 1. d) et *E.* e) quinquagesimo *E.* f) conc. v. pecc. *E.* g) *om. E.* h) interpallatis *E.* i) simile *E. N.* k) *h. a. om. E.*

1) *Cf. cartam datam Spirae a.* 1302. *Mart.* 21, *LL. II, p.* 477 *sqq.; Böhmer, Reg. Alberti nr.* 377. 2) *Haec exscripta sunt ex bulla papae d. d.* 1300. *Febr.* 22; *Potthast nr.* 24917. 3) *Kal. Dec. Cf. necrol. cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 516.

tuit omni festo paschali, pentecosten, nativitatis Domini, assumpcionis beate[a] virginis, nullo interdicto vel excommunicatione[b] obstantibus, ab omni ecclesia divinum
435. *officium solemniter celebrari[c, 1]. Cui successit Benedic- 1303.
tus[d, *]. Quo post annum et dimidium defuncto successit 1305.
Clemens quintus.

Anno Domini MCCCIII. Cives Erphordenses ca- 1303.
strum dictum Hophgartin captum funditus everterunt[2]. Eodem anno impii Iudei, sequentes vestigia patrum suorum, cuiusdam castrensis[**] filium in Wizzense[e] comprehendentes secrete morte miserabili occiderunt. Quem (Mart. 10—16).
in tugurio[f] cuiusdam vinee prope dictam civitatem in proprio cingulo suspenderunt[g], quasi se suis manibus suffocasset. Qui post triduum ibidem inventus et in civitatem reductus multis miraculis a Domino insignitur; pro qua re omnes Iudei in eadem civitate sunt occisi et in aliis[h] quibusdam civitatibus. Quod idem Erphordie evenisset, nisi quod multa[i] eorum pecunia apud magistros consulum et reliquos meliores civitatis defensavit[k, 3].

*f. 207'.
*Eodem[l] anno orta est discordia inter regem Fran- 1302.
cie et Flandrenses, cuius causa dicitur hec fuisse. Rex Anglie[4], inimicicias habens ad regem Francie[5], ducem Brabancie[6] et comitem Flandrie[7] sibi pro auxilio federavit; quod ut firmius perstaret, filio suo[8] filiam comitis
Flandrie[9] desponsavit. Que cum ipsi deferretur, rex 1294.

*) 1 *add.:* undecimus, de ordine fratrum Predicatorum assumptus. *Quae cum E. R. C desint, post addita esse apparet.*

**) castr., dictus de Somerde[10], filium Cunradum nomine[11] *E.*

a) *sic* 1. *R;* Marie *E.* b) excoicatis 1. *L III;* exguicatr *E. R.* c) celebrare *E.* d) beatus Ben. *E.* e) Wissense *E. R.* f) *sic E. R;* thugurio 1. *V. N. Le III.* g) *incipit M.* h) qui *add., sed del.* 1. i) *sic E. M. R. N. V;* eorum multa 1. k) O gloriose sancte Ieronime *add., post del.* 1. l) *sequentia h. a. om. E.*

1) *Sexti decret. l. V, tit.* 11, *c.* 24. 2) *Cf. notam in appendice (nr. III) editam.* 3) *Cf. narratiunculam passionis eius, Schöttgen et Kreysig, 'Diplom. u. cur. Nachlese der Historie von Ober-Sachsen' I, p.* 600—610; *Sifr. de Balnhusin c.* 251, *SS. XXV, p.* 715 *sq. Carta Friderici marchionis de hac re data, Mencke, SS. II, col.* 945, *spuria est.* 4) *Eduardus I.* 5) *Philippum IV.* 6) *Iohannem II.* 7) *Guidonem.* 8) *Eduardo, postea II. regi.* 9) *Philippam.* 10) *Bertholdus.* 11) *Cf. Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 309: den guten sente Conraden; *'N. Archiv' XXI, p.* 532, *n.* 2.

Francie audiens fedus, quod comes Flandrie cum rege
1296. Anglie fecerat, viam preoccupans[1], ipsam cepit. Insuper
1297. expedicionem in Flandriam faciens, comitem cum filio
1300. suo et cum aliis multis nobilibus cepit[2] provinciamque
graviter depredatur. Cunctis igitur sibi subiectis advocatos in civitatibus et castris instituit cum manu valida, ipse vero ad propria remeavit. Flandrenses vero videntes graviter[a] se opprimi filiasque suas vel sorores, virgines vel relictas tradi nupciis Francigenum violenter, ab imo gemere ceperunt et, quid facerent, cogitare.
1302. Omnes igitur civitates Flandrie equalia pacientes secretis litteris se invicem obligabant[b] et unum capitaneum nomine Petrum eligentes decreverunt una die in singulis suis civitatibus omnes Francigenas occidendos; quod et efficaciter impleverunt. Hec discordia multis annis perduravit[c]. Postea ad capitaneum suum congregati elegerunt omnes, qui vel pre senectute vel iuventute arma ferre poterant, et eos armis instruentes, primo obsederunt quandam civitatem[3], que sibi contraria Francigenis noluit rebellare. Rex Francie audiens quod Flandrenses fecerant, motus congregat exercitum valde copiosum, pergens civitatem a Flandrensibus eripere et ipsos Flandrenses penitus extirpare[4]. Qui hec audientes ducem Brabancie[5] vocant in auxilium, se suaque audacter defendere cogitantes. Rex itaque Francie cum exercitu suo veniens Flandrensium castra[6], utpote sibi inequalia, vilipendit. Flandrenses[d] videntes se tanto exercitui[e]
*f. 208. non posse resistere fossatum amplum *et profundum
fecerunt, quod lignis superpositis terraque tegentes[f, 7],

a) se gr. *R.* b) obligantes *R.* c) duravit *R.* d) vero *add. R.* e) exercitu 1. *R.* f) *emendavi;* terra detegentes 1. *R.*

1) *Immo comitem cum filia Parisios allectum a.* 1296. *perfide cepit, filia retenta, comitem dimisit.* 2) *Comes cum filiis Roberto et Wilhelmo se Karolo fratri regis a.* 1300. *dedidit, rege iam a.* 1297. *in Franciam reverso.* 3) *Castrum Curtracense, civitate Curtraco dedita Flandrensibus.* 4) *Non ipse rex, sed Robertus II. comes Artesiae.* 5) *Minime. Wilhelmus de Iuliaco advenit dux Flandrensium, quibus etiam praeter eum Guido et Iohannes, filii Guidonis comitis, praefuerunt.* 6) *Apud Curtracum posita.* 7) *Hanc fabulam a Francogallis inventam esse, ut ignominiam cladis acceptae tegerent, docuit H. Pirenne, 'Bull. de la comm. r. d'histoire de Belgique'* 4. *ser. XVII, p.* 26 *sqq.,* 5. *ser. II, p.* 85 *sqq. Quam fabulam etiam alii nostrates, ut Ottocarus v.* 64303 *sqq., 'D. Chr.' V, p.* 852 *sq., referunt. Sed verum est in fossata campi multos Francogallos corruisse.*

ex altera parte castra sua firma posuerunt. Francigenis 1302.
igitur cum rege suo primo mane ad bella procedentibus *(Iul. 11).*
et contra Flandrenses super fossatum magna virtute
136. venientibus, ligna rumpuntur, et in fossatum *cadentes
a suis post se venientibus obprimuntur, a Flandrensibus
occiduntur. Nec ultimi Francigenum pre multitudine
scire poterant periculum, quod antecessores sufferebant.
Multitudine itaque Francigenum oppressa et occisa, ceteri
fugam ineunt. Quos Flandrenses magna virtute perse-
quentes a suis finibus expulerunt. Inde ad castra re-
deuntes et occisorum spolia detrahentes incredibiliter[a]
sunt ditati. Secundo iterum cum rege Francie, qui exer-
citum reparaverat, decertantes victoria sunt potiti. In
quo certamine multi nobiles ex parte regis Francie sunt
occisi[1]. Inter quos filius sororis regis Francie[2], et ipse
existens rex, occiditur. Rex vero Francie cum magno
periculo est salvatus[3]. Tercio omnes vires regni sui
congregans et exercitum innumerabilem reparans contra 1304.
Flandrenses properavit. Qui omni virtute sua congre- *(Aug. 18).*
gata contra regem ad pugnandum procedunt; bello ita-
que inito[4] Flandrenses viriliter se defendunt, Franci-
gene fugere pre multitudine non sinuntur. Hinc inde
itaque multis vulneratis cadentibus[b], ex parte tamen
Francigenum pluribus, Flandrenses terga dederunt[c] et
in municiones suas se receperunt, tante multitudini re-
sistere non valentes. Miserunt tamen ad regem legatos
honorabiles, pacem petentes et emendam magnificencie
regie debitam pollicentes. Rex igitur animadvertens suo-
rum casum et virtutem animi illorum, et quia parati
sunt aut viriliter mori aut[d] vivere, legatos suscepit,
emendam pollicitam acceptavit, comitem cum filio et
filia sua ipsis restituit[5], et sic omnia sunt pacata. 1305.

a) inedicibiliter *R.* b) *sic distinguunt* 1. *R.* c) devertunt *R.* d) honeste *supplendum videtur, quod deest* 1. *R.*

1) *Ipso rege Flandriam a.* 1302. *Aug. Sept. ingresso nulla pugna commissa est.* 2) *In pugna apud Curtracum a.* 1302. *Iul.* 11. *commissa Robertus II. comes Artesiae, cognatus regis, et Godefridus de Lovanio, cuius frater dux Brabantiae uxorem habuit Margaretam filiam Ludovici IX. regis, amitam Philippi IV, praeter alios comites ceciderunt. Nescio an horum quendam auctor in mente habuerit. Nullus filius sororis Philippi III. vel Philippi IV. regum in bello Flandrensi occisus est.* 3) *Quod in pugna apud Montem in Pabula commissa, de qua mox refertur, factum est.* 4) *Apud Montem in Pabula a.* 1304. *Aug.* 18. 5) *Guido comes captivus obiit a.* 1304. *Mart.* 7. *Philippa filia eius non*

1304. Anno Domini MCCCIIII.[a] Quidam puer in partibus Hassie est deprehensus. Hic, sicut postea cognitum *f. 208'. est, et sicut ipse retulit, cum *trium esset annorum, a lupis est captus[b] et mirabiliter educatus. Nam, quamcumque predam lupi pro cibo rapuerant, semper meliorem partem sumentes et arbori circumcucientes[c] ipsi ad vorandum tribuebant. Tempore vero hiemis et frigoris foveam facientes, folia arborum et alias herbas imponentes, puerum superponebant, et se circumponentes, sic eum a frigore defendebant; ipsum eciam manibus et pedibus repere cogebant et secum currere tamdiu, quod[d] ex usu eorum velocitatem imitabatur et saltus[e] maximos faciebat. Hic deprehensus lignis circumligatis[f] erectus ire ad humanam similitudinem cogebatur. Idem vero puer sepius dicebat se multo carius cum[g] lupis, si in se esset, quam cum hominibus diligere conversari. Hic puer in curiam Heinrici principis Hassie pro spectaculo est allatus[h. 1].

Cron. S. Petri.

1305. (Febr. 25). Eodem anno obiit Gerhardus archiepiscopus Mogontinus, duobusque electis per dissensionem capituli diuque in curia Romana litigantibus, quorum unus erat scolasticus eiusdem ecclesie[2], alter canonicus dictus de Spanheim[3], tandem dominus apostolicus 1306. (Nov. 10). domino Petro Basiliensi episcopo contulit eundem episcopatum[i], electis spem auferens litigandi[h].

E.

*Eodem anno XII. Kalen. *130[.] Nov. Decembris audita sunt tonitrua, visa fulgura, magna tempestas facta est hora vesperarum, ita ut multi perirent vi tempestatis.

1304. Eodem[k] anno cives Erphordenses manu valida tria

a) *haec infra ad a.* 1344, *quo similis fabella narratur, posita sunt in* 2[a. b], *sed cum recto numero anni* MCCCIIII. 2[a]; 1344. 2[b]. b) *sic* 1. 2[a. b]. *R. N;* raptus *E. Le III. V.* c) *sic* 1. *E. Le III. R. V. N;* circūcientes 2[a]; circumiacientes 2[b]. d) quoad 2[b]. e) saltos *E. Le III. V.* f) *sic* 1. *E. V. (N);* circumligatus 2[a. b]. *R. Le III.* g) *sic* 2[a. b]. *E. Le III. R. V. N;* cum lupis *om.* 1. h) *spatium lineae vacuum rel.* 1. i) *sic* 1. *V;* archiepiscopatum *R. Lr III. N.* k) *haec habet E infra ad a.* 1305.

liberata est, sed captiva obiit a. 1306. *mense Maio (Ann. Gand., SS. XVI, p.* 592*). Robertus comes institutus est a.* 1305. 1) *Cf. versus de puella a lupis non laesa editos 'N. Archiv' I, p.* 598 *sq.* 2) *Emicho.* 3) *Emicho.*

castra firmissima obsederunt et ceperunt: Kirchberc[a], 1304.
Wintberc[b], Grifinberc[c, 1], quorum duo Kirchberc et
437. Wintberc funditus *everterunt et Leistein[d], quod ante[e]
ceperant[f, 2]; que omnia erant burcgravii[g] de Kirchberc[3],
qui eorum[h] offensam incurrerat. Cui tamen postea eo-
rum[i] graciam et amiciciam impetranti Grifinberc reddi- 1307.
derunt[k, *, 4].

Eodem[l] anno in vigilia octave assumpcionis beate 1304. Aug. 21.
virginis baptizata est maxima campana in monte sanc-
torum apostolorum Petri et Pauli in Erphordia in hono-
rem ipsius principis apostolorum ac eius nomine nuncu-
pata. Eodem anno in die sanctorum Sergii et Bachi Oct. 7.
baptizate sunt *due schelle in honorem sanctarum vir- *f. 209.
ginum Petronelle et Scolastice ac earum[m] virginum
nominibus nuncupate.

Anno Domini MCCCV. Rex Romanorum collecto 1304. (Sept.)
exercitu Boemiam intravit contra Wenezlaum[n] regem
Boemie[o], sororium suum, qui ei rebellare nitebatur.
Cum[p] vero ante montes, quos vulgariter Kuthin[q] vo-
cant, venisset et totam Boemiam variis cladibus oppri-
meret, supervenientis hiemis asperitate et victus inopia
regredi est compulsus, proponens futuro anno expedicio- (Oct.)
nem iterare[5]. Sed divina permittente voluntate longe

*) *E add.:* cum omnibus attinenciis.

a) Kirchberg *semper* 2b. *E;* Kirchberck *semel infra* 2a. — et *add.* 1. b) Wintberg *E bis, infra* 2b; Wintberck 2a *bis;* Winsberg *h. l.* 2b. c) Grifenberg 2a. b, *infra E;* Griffenberc 2a *infra;* Griffenberg *h. l. E.* d) Leinstein 1 (leīstein). 2a. b. *V;* Leystensteyn *E;* Leysten *R;* Leynsteyn *N;* Lewenstein *C.* e) antea 2b. f) *sic* 1. *E. R. V. N;* ceperunt 2a. b. g) burggravii *E. R. V;* lantgravii 2a. b. h) illorum 2b. i) gr. et am. eorum 2b. k) *spatium lineae vacuum rel.* 1. l) *reliqua h. a. om. E.* m) *sic* 1; earundem *N.* n) regem Wenzlaum *E;* Wenczesl. *semper R.* o) *om. E.* p) ibi totam Bohemiam usque ad montes Kuttin cladibus obprimebat *E, reliquis omissis* — accidit *(p. 328, l. 1).* q) Kuttinis *R.*

1) *In monte Hausberg prope urbem Jena olim sita.* 2) *Cf. cartam Alberti lantgravii datam Erfordensibus a.* 1304. *Iun.* 21, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 355, *nr.* 512: si pro expugnatione et inpugnatione castrorum Lesten, Grifenberch, Kirchperg et Wintberg vobis quidquam aversionis . . . evenerit . . . vos manutenebimus. . . . Et quia nobis ad obsidionem dictorum castrorum iuxta pacis statuta estis et fuistis cooperati, de ipsis munitionibus expugnatis et adhuc . . . nostro auxilio expugnandis disponemus et faciemus quicquid vestre fuerit voluntatis. *Cf. etiam notam in appendice (nr. III) editam, lingua Germanica conscriptam.* 3) *Ottonis IV.* 4) *Cf. cartas de pace datas a.* 1307. *Mart.* 10, *Beyer I, p.* 371 *sqq., nr.* 531. 532; *d. Mart.* 16, *Herquet, 'UB. d. RSt. Mühlhausen' p.* 257 *sq., nr.* 577. 5) *Cf. Cont. Zwetl., Sancruc., SS. IX, p.* 661. 733; *Eberh. Ratisp., SS. XVII, p.* 600;

1305. (*Iun. 21*). aliter accidit. Nam[a] inclitus rex Boemie Wenezlaus intoxicatus diem clausit extremum, omnibus suis luctum et mesticiam derelinquens; fuit enim idem rex amator cleri, orphanorum et viduarum defensor, pauperum nutritor, divini officii cultor, pacis amator et omnes antecessores suos terrarum adiectione, diviciis et gloria supercellens. Cui successit filius suus Bolezlaus[b. 1], filius sororis[2] regis[c] Romanorum Alberti, qui ante eciam fuit[d] electus in regem Ungarie[3]. Sed Ungaris eum non ut decebat tractantibus, a patre fuerat revocatus. Qui pacem[e] cum avunculo suo rege Romanorum fecit; que
1306. pax brevi tempore perduravit. Nam sequenti anno in
Aug. (4). mense Augusto[f], dum quiesceret in meridie in civitate quadam Moragium[g] que[h] Olmunz dicitur, a quodam dicto Iohanne de Botilstein[4] cultello a vertice usque ad mentum transfixo occiditur fraudulenter.

Anno Domini MCCCVI. Cives Ysinacenses[i] castrum[5] quod erat in sua civitate de voluntate Alberti senioris lantgravii Thuringie, data ei pecunia, funditus everterunt. Insuper litteras ad Albertum regem Romanorum mittentes ei ad memoriam revocabant, quod Adolfus rex[k], predecessor suus, Thuringiam pro multis* milibus marcarum comparaverat a dicto lantgravio[l], et quod se regno Romano per fedus et iusiurandum subdidissent. Conquerebantur eciam, quod filii dicti lantgravii, Fride-
*f. 209'. ricus et Theodericus, se de Thuringia *intromittentes quasi de hereditate paterna, eos sibi confederari nolentes[m] graviter infestarent, contra eosque auxilium regis postulabant[n].

*) pro XI milium marcarum[6] *E.*

a) Eodem anno idem rex Bohemie intox. interiit *E, sequentibus omissis* — supercellens *(l. 7).* b) Bolislaus *E, ubi* filius — revocatus *om.* c) *sic* 1. *N;* Alb. r. Rom. *E.* d) fuerat *E.* e) fecit amiciciam cum av. rege Rom. *E, reliquis h. a. omissis, ubi sequuntur p.* 326, *l.* 34 — *p.* 327, *l.* 7. f) Augusti *E.* g) *sic* 1; marauiū *E.* h) Olm. que *corr.* que O. 1. i) Isenac. *E.* k) *om. E.* l) *sic E. R;* ndgra *alio atram. in loco raso* 1. m) *sic E. R;* volentes 1. n) *spatium trium linearum vacuum rel.* 1.

Ann. Halesbr. mai., SS. XXIV, p. 47; *Chron. Aulae-regiae I,* 71, *l. l. p.* 173 *sqq. etc.* 1) *Wenzeslaus III.* 2) *Iuttae.* 3) *A.* 1301. 4) *Cunradus de Botenstein Thuringus dicitur in Chron. Aulae-regiae I,* 84, *l. l. p.* 209, *et a Pulkawa, Dobner, Mon. Bohem. III, p.* 262. *Alia nomina habent Ottocar. v.* 89522 *sqq., 'D. Chr.' V, p.* 1165, *et Necrol. cap. Olomuc., 'Archiv f. Oesterr. GQ.' LXV, p.* 553. 5) *Hist. Eccard. c.* 452. *textui Cronicae Thuring. Isenac. ampl. (L II) insertum habet:* quod dicitur Klemme. 6) *Cf. supra p.* 308, *n.* **.

Eodem[a] anno rex Fulde colloquium cum principi- 1306. (Iul. in.)
bus habuit, ubi lantgravius Thuringie Albertus affuit.
Qui a rege de filiorum suorum contumacia arguitur et
pro empcione Thuringie ammonetur[1]. In eodem igitur
colloquio expedicio in Thuringiam a rege Romanorum
proclamatur circa festum ad vincula sancti Petri contra Aug. 1.
filios lantgravii facienda. Sed longe aliud accidit. Nam
eodem tempore rex audita morte Bolezlai regis Boemie,
438. *avunculi sui[2], ipsam expedicionem in Boemiam diver-
tit, ubi iam duo fuerant[b] per dissensionem electi, vide-
licet Rudolfus dux Austrie, filius regis Romanorum, et
alter dux Karinthie[3]. Sed rege veniente dux Karinthie
cessit, filius vero regis a Boemis in regem ipsius terre
solemniter est electus. Cui rex pater suus filiam ducis
Kalisie[4] uxorem dedit, que ante fuerat in matrimonio
regis Wenezlai, quam sorore regis Romanorum[c] mortua
duxerat in uxorem. Que nupcie circa festum sancti Oct. 16.
Galli solemniter sunt celebrate. His peractis rex Boe-
miam exiens, terram Orientalem intravit contra Frideri-
cum seniorem filium lantgravii Thuringie[5]. Sed propter
hiemem instantem nichil ibi dignum egit, sed recedere
est compulsus. Interim ergo Ysinacenses Albertum se-
niorem lantgravium filiis suis contra eos consencientem
in castro Wartberc obsederunt et ad magnam inopiam
victualium deduxerunt. Filii sui his auditis, congregata
omni qua[d] poterant armatorum manu, vocato eciam in
auxilium Heinrico duce de Brunswic, sororio suo[6], com-
parataque multa farina et aliis victualibus, ad ipsum
castrum perrexerunt. Ysinacenses videntes se eorum
virtuti[e] non posse resistere intra muros suos *inclusi ipsos *f. 210.
tuebantur. Illi vero omnia ad castrum duxerunt, patris
et aliorum qui ibi manebant inopiam relevantes. Postea
Fridericus filius lantgravii, dictus marchio Misnensis, per
lantgraviam[7], cuius filiam[8] habebat in matrimonio, et

a) *reliqua h. a. om. E.* b) per diss. f. *R.* c) m. R. *corr.* R. m. 1. d) *sic* 1. *R. N.* e) virtute 1. *R*, *corr.* virtuti 1, *et ita N.*

1) *Vide cartam Alberti lantgravii d. d. Fuldae* 1306. *Iul.* 9. *in 'SB. d. Wiener Akad.'* 1854. *p.* 56, *nr.* 32. 2) *Scribendum erat:* nepotis sui; *cf. p.* 328, *l.* 7 *sq.* 3) *Heinricus, cuius uxor fuit Anna filia Wenzeslai II. regis.* 4) *Elisabeth filiam Primislai II. ducis Poloniae Maioris, postea regis.* 5) *Cf. Ottocar. v.* 90077 *sqq., 'D. Chr.' V, p.* 1172; *Huber in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch.' VI, p.* 400 *sq.* 6) *Heinricus I. Agnetem sororem eorum uxorem duxerat.* 7) *Elisabeth de Arnshaugk, uxorem Alberti.* 8) *Elisabeth.*

1306. alias interpositas personas, multa pollicitacione pecunie habita, dictum castrum obtinuit tradi sue dicioni[1]; quod Ysinacensibus et toti Thuringie maxime cladis causa fuit.

1307. Anno Domini MCCCVII. Cives[a] Ysinacenses[b] videntes se opprimi a rege[c] auxilium contra filios lantgravii frequenter postulabant; qui[d] eorum peticionibus *Febr. 8— Mart. 25.* annuens in quadragesima quendam nobilem dictum de Wilnowe[2] cum manu valida eis misit; qui fultus adiutorio abbatis Fuldensis[3] totam Thuringiam incendiis et rapinis devastabat, nullusque ei saltem pro[e] modico resistebat. His[f] fretus in loco qui Ysinnachirburc dicitur municionem erexit, in qua machinam fecit, unde in Wartberc habitantes lapidibus et iaculis affligebat. Postea eciam[g] castrum Winterstein, quod marchio tenebat, obsedit cum adiutorio Ysinacensium[h], nichilque dignum memoria ibi agentes, octo diebus transactis[i] recesserunt. Idem igitur nobilis, cum multa mala Thuringie intulisset, quadam die cum quatuor militibus pergens ad municionem, quam fecerat, a famulis marchionis circumventus et in Wartberc captivus est deductus.

Maii 21. Eodem anno circa festum sancte[k] trinitatis[4] dicti[l] filii lantgravii cum advocatis regis Romanorum, qui terram Orientalem[m] incendiis et rapinis devastabant, bellum prope civitatem Luckowe habuerunt, multisque hinc inde occisis, filii lantgravii victoriam obtinuerunt, ex alia parte multis nobilibus captivatis.

(Iul. 4). Eodem anno circa mensem Augustum[5] filius regis Romanorum, tunc existens rex Boemie, obiit intoxicatus, ut dicitur, fraudulenter. Hic multum laudabilis et omnibus carus[n] fuit. Quo[o] defuncto Boemi contra iusiuran- *(Aug. 15).* dum, quod regi Romanorum fecerant, ducem Karinthie **f. 210'.* *in regem sibimet elegerunt. Rex igitur magnam expe- *(Iul.)* dicionem contra Boemos movit, et tempore messis Thu-

a) Cives — Eodem anno *l.* 21. *om. E.* b) Ysnac. 2^{a}; Isnac. 2^{b}. c) *sic* 1. *R. N;* Alberto *add.* $2^{a.b}$. d) Quibus 2^{a}. e) *sic* 1. *R. N;* in $2^{a.b}$. f) Hic *R* 1; Is *R* 2. g) Hic $2^{a.b}$. h) Isinac. 2^{a}; Isnac. 2^{b}. i) *sic* 1; transitis $2^{a.b}$. *R.* k) *om. E. R.* l) trin. Thed[ericus et Fred[ericus] *E.* m) causa (tā *pro* cā *E*) emptionis Thuringie *add. E.* n) et amabilis (āālis) *add. E.* o) Quo — edicenda *p.* 331, *l.* 26. *om. E.*

1) *Vide cartam Alberti lantgravii d. d. Wartperg* 1307. *(Ian. ?)* 18, *Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 445 *sq., nr.* 78. 2) *Nomen Heinrici ei fuisse coniecit Wegele l. l. p.* 282, *n.* 1. *Sed cf. I. Rübsam in 'Zeitschr. f. Hess. Gesch. N. F.' IX, p.* 61, *n.* 211; *Wenck, 'Hess. Landesgesch.' I, p.* 570. 3) *Heinrici V. de Wilnowe (Weilnau).* 4) *Cf. infra p.* 332, *n.* 6. 5) *Potius iam Iul.* 4.

ringiam veniens multa depopulatur, multeque placitacio- 1307. nes per interpositas personas inter se et Fridericum seniorem filium lantgravii Thuringie propter captivos, quos in bello ceperat, habebantur, sed casso conamine nichil penitus diffinitur.

Eodem tempore dominus Petrus archiepiscopus Mogontinus, qui cum rege in expedicione erat, primo[a] veniens Erphordiam a clero et populo eiusdem civitatis cum crucibus et vexillis honorifice suscipitur in monasterio beate[b] virginis. Inde in Montem Sancti Petri veniens tribus diebus ibi mansit. Postque digna spon- *p.* 439. sione subiectionis a *populo Erphordensi sibi facta, ad regem, unde venerat, est reversus. Rex igitur per Thuringiam et terram Orientalem transiens, Boemiam adiit, variis[c] cladibus eam opprimens, ubi filius suus[1] dux Austrie ei cum valida manu in adiutorium venit. Sicque quibusdam civitatibus et municionibus se regi tradentibus, pluribus vero repugnantibus, propter victus inopiam regredi sunt coacti, dimissa tamen in expugnacionem illius terre in traditis municionibus manu valida armatorum. Quibus digredientibus occurrit dux Stepha- *(Nov.)* nus Bawarie, qui inito certamine cum exercitu regis, multis suis occisis, pluribus vero captis, in fugam est conversus; et sic rex in Norenberc properavit.

Ipso anno in vigilia sancte Marie Magdalene res *Iul.* 21. accidit omni cum tristicia edicenda. Nam[d] civitas Pigavia[2] cum egregio monasterio sancti Iacobi per complices Theoderici iunioris lantgravii est succensa, vehemencia ventus[e] exurgente magnum dispendium est perpessa. Ingredientes igitur civitatem multos ibi[f] ceperunt, plurima ibi diripuerunt. Omnem igitur ornatum illius ecclesie cum privilegiis[g] et libris sacrilegis manibus auferentes, edificia succenderunt. Dicam quoddam[h] detestabile: Pueri Deo ibidem oblati per turpes *male- *f.* 211. factores vestibus abstractis undique circumcurrebant, quid facerent, nescientes. Scrinia sancta fringuntur[i], reliquie sanctorum per pavimentum disperguntur, et

a) *sic R. N;* proximo 1. b) Marie *add. R.* c) diversis *R.* d) Eodem anno civ. *E.* e) *sic* 1. *E. R.* f) occiderunt, plurima ibi, *quae add. R, desunt* 1. *E. C;* m. ibidem cep., plures interemerunt, plur. dir. *N.* g) priv. et *om. E.* h) quidam *E;* quid *R.* i) *sic* 1. *E. R;* franguntur *N.*

1) *Fridericus.* 2) *De qua exercitus regis sibi victualia procuraverat; Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 216.

1307. quod his omnibus[a] peius est, corpus dominicum, spes nostre salutis et firmamentum, cum dedecore abicitur manibus pollutorum. Heu, heu, scelus inauditum, nostris vero[a] temporibus assuefactum!

Dec. (10). Eodem anno circa adventum Domini obiit Theodericus iunior lantgravius Thuringie et in Lipcz[b] apud fratres Predicatores est sepultus[1]. Cuius morte frater eius Fridericus marchio audita, advocatis illius vocatis
1308. multaque pecunia pollicita[c, 2], de omnibus, que frater eius habebat, se quasi de hereditate[d] paterna intromisit*.

PARS VII.

1304. Virginei[e] partus anno millesimo tricentesimo quarto Heinricus[f] iunior[g] comes de Honstein[h] congregata electa manu Thuringorum partes Buchonie[i] ingreditur in preiudicium abbatis Fuldensis[3] incommoda illaturus[k]. Advocati vero predicti abbatis hoc cognito, parva manu suorum, utpote in brevi, adunata, sed tamen communitate rurensium[l] conclamata, ei[m] occurrunt, quoslibet occidunt, plurimos abducunt captivos; ubi ipse comes[4] et comes de Bichelingin[n] iunior[a, 5] cum multis aliis capti-

1307. *Maii* 30. *) *E add.:* Eodem anno in die Felicis pape[6] illustris princeps Fredericus marchio Misnensis detinuit[o] et expungnavit Swevos[7].

a) *om. E.* b) *sic E. V. N;* Lypczigk 1. c) *sic* 1. *E. R;* pollicitata *V.* d) heredate 1. e) *hoc loco haec posita sunt in* 1. 2[a] (*ubi* MCCCIIII). *E* (*ubi* Anno M°CCC°IIII°); *post p.* 327, *l.* 7. *in* 2[b] (*ubi* Eodem anno), *ante p.* 326, *l.* 1. *R.* f) *sic* 2[a. b]. *E* (Henr.). *R* 1 (Hinr.). 2; H. 1. g) *sic E. R. N;* comes iunior 1. 2[a. b]. h) Honsteyn *E.* i) Buchovie 2[a. b]. k) allaturus *E.* l) *sic* 1. 2[a. b]. *R. N;* rusticorum *E;* sive rusticorum *add. N.* m) eis *E.* n) Bichelingen 2[a. b]. o) *fort.* devicit *legendum.*

1) *Vide quae ad Cron. Reinhardsbr. p.* 647, *n.* 1. *adnotavi.* 2) *Idem infra p.* 333, *l.* 9 *sqq. iterum relatum est. Cf. praef. p.* 129. 3) *Cf. supra p.* 330, *n.* 3. 4) *De Honstein scilicet, quod additum est in L I et R* 1 *et a Nic. de Siegen.* 5) *Heinricus, ut dicit I. Leitzmann in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VIII, p.* 207, *nescio an recte. — Ioh. Rothe c.* 595, *p.* 502 *sq. hunc locum exscribens quaedam addidit.* 6) *Hist. landgr. Eccard. c.* 453. *et Herm. Korner ed. Schwalm p.* 36, § 325[a], in die b. Petronelle = *Maii* 31. *Quem diem habent etiam versus allati a Petro Albino, 'Meißnische Land.- u. Berg-Chronica' (Dreßden* 1589) *p.* 257, *inde Mencke, SS. II, col.* 949:

In sanctae festo Petronellae, memor esto,
Occidit saevos Fridericus marchio Suevos.

7) *Iterum de proelio prope Lucka commisso relatum est, quod iam supra p.* 330, *l.* 21 *sqq. etiam in E commemoratum est.*

vantur, multis, ut premissum, sic[a] occisis. Qui postea multa pecunia se redemerunt[b].

Cron. S. Petri.

*Hoc anno fusa est dulcisona campana Gloriosa nomine apud beatam virginem et hoc in translacione beati Benedicti abbatis[1]. *1307? *Iul.* 11.

E.

Anno M⁰CCC⁰VIII⁰ in die sancti Michaelis fusa est maior campana nomine Gloriosa apud beatam virginem Erfordie[c]. 1308. *Sept.* 29.

. 440. *Anno[d] Domini MCCCVIII. Fridericus dictus marchio Misnensis post mortem fratris sui Theoderici iunioris lantgravii singulos advocatos terre Thuringie et Orientalis multosque alios nobiles terre ad se litteris petitoriis convocavit, cum quibus ante carnisprivium placitacionem habuit Erphordie in Monte Sancti Petri, eos sibi promissionibus annectens, ut sibi singula castra et municiones sui fratris contraderent[e], eos sibi confederaturus, *cuilibet[f] ipsorum quodlibet dampnum suum et expensas refundere pollicens ad perfectum. Quibus omnibus sibi annuentibus, omnia castra et municiones recepit sibique confederatos advocatos[g], sicuti ante fuerant fratris sui, constituit in eisdem[2]. 1308. *Febr.* 28. **f.* 211'.

Circa idem tempus Albertus rex Romanorum, predicti lantgravii morte audita, iterum Ysenache veniens[3], litteras suas nobilibus terre mittens et advocatis, suum propositum perducere non potuit ad effectum, dum nobiles terre secreto[h] magis foverent partem marchionis, ut post patuit, et advocati sibi essent, ut diximus, federati. Quapropter satis commotus[i], dum Ysenacenses suum auxilium continue expeterent, se pluribus malis circumdatos asserentes. Qui[k] se auxilium eis futurum promittens, disposuit, ut, quanto cicius posset, expedicionem quanto posset forciorem colligeret contra dictum marchionem et terram Thuringie quasi ad nichilum deduceret devastatam. Et sic ad partes Reni[l] rediit, hec *(Ian. ex.)* *(Febr.)*.

a) est *E;* multis suorum prius occ. 2a. b. b) redimerunt 2a. c) Mariam *M, ubi haec cum E ad verbum conveniunt. Cf. Eng. II.* d) *sequentia* — ordinavit *(p.* 334, *l.* 2*) om. E.* e) *sic R;* contradederent 1. f) quilibet 1. *R.* g) *sic R;* advocatus 1. h) *sic R; om.* 1. i) *sic* 1. *R;* est *supplendum videtur.* k) *sic* 1, *sententia praecedente non perfecta;* Cui *R* 1. l) Rheni *h. l.* 1.

1) *Ad a.* 1307. *habet haec Nic. de Siegen p.* 374. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 503. 2) *Haec iam supra p.* 332, *l.* 7 *sqq. narrata sunt.* 3) *Cf. Böhmer, Reg. Alb. nr.* 595, *d. d. Eisenach, Ian.* 30; *Winkelmann, Acta imp. ined. II, p.* 211, *nr.* 314, *d. d. Eisenach* 1308. *Febr.* 3, *et Herquet, 'UB. d. RSt. Mühlhausen' p.* 265, *nr.* 588, *datum ibidem eodem die.*

1308. intendens ducere ad effectum; sed longe aliud divina providencia ordinavit. Eodem[a] anno Albertus rex Romanorum superiora Reni[b] peragrans expedicionem
Iun. 24. circa festum sancti Iohannis baptiste nobilibus et baronibus ceterisque ministerialibus terre in Thuringiam promulgavit. Cum igitur in inicio Maii mensis [1] a Spira
(Maii 1). digrederetur[c] et Havesburc tenderet, una dierum in civitate Rinstete [2] se recepit[d]; habuit tunc in comitatu suo dominum Petrum archiepiscopum Mogontinum et Iohannem fratruelem suum, ducem Austrie, multosque alios nobiles et barones[e]. Cum itaque[f] ad fluvium[g] dictum Ruzze rex[h] cum fratruele aliisque familiaribus utriusque[i], ceterisque subsequentibus a longe, pervenisset, navem uterque, ut transmearet, cicius est ingressus. Ordinaverat itaque dictus[h] Iohannes[k], ut sui familiares secum insilirent navem, regis familiaribus sic exclusis. Cum autem[h] ipsum fluvium transfretassent, ipse[l] cum suis complicibus, quos[m] ad idem sibi confederaverat, regem circumdedit nichil talium[n] suspicantem. Quem
**f. 212.* primo verbis *procacibus aggreditur, deinde[o] extracto gladio unam partem capitis cum oculo et maxilla abscidit eidem, ceteri vero eum gladiis confoderunt. Quod hac de causa dicitur esse factum[h], quia[p], cum predictus rex ante eleccionem dux esset Austrie et frater suus [3], pater predicti[q] Iohannis, qui ante aliquot annos obierat [4], similiter ipsius[r] Austrie dux fuisset, rex suo filio [5] Austriam tradiderat, Iohannem vero secum detinebat, in omnibus ei providendo; qui cum ad[h] adultam etatem pervenisset, regem precibus movit, quatinus ei sua pars hereditaria redderetur, ut[h], cum[s] ipse per se dominaretur, de suis indigenciis ad ipsum respectum non haberet. Rege vero[t] eius precibus dissimulante et pollicita-

a) *breviata haec habet E:* E. a. rex Rom. Alb. circa f. s. Ioh. hapt. cum esset in civ. Rinstete habens secum in com. suo. b) Rheni *h. l.* 1. c) *sic R;* digrediretur 1. d) *sic R. N;* recepit 1. e) et bar. *om. E.* f) *sic* 1. *R;* Cumque ita *E;* Cum autem *N.* g) *sic* 1. *E. N. R* 2; fluviolum *R* 1. h) *om. E.* i) utr. — longe *om. E.* k) f i l i u s f r a t r i s s u i *add. E.* l) *sic* 1. *R;* Iohannes *add. E. N.* m) quos — confederaverat *om. E.* n) *sic* 1. *R. N;* m a l i conspicantem *E.* o) *sic* 1. *N;* demum *E. R.* p) quod *E. R.* q) dicti *E.* r) *sic* 1. *R;* dux i. A. *E.* s) *sic E. R;* tn̄ (tamen, *ex* cū) 1. t) v. e. pr. *om. E.*

1) *Cum auctor eo tempore (Maii* 1*) regem occisum esse audivisset, hoc non recte de tempore scripsit, quo Spira digrederetur.* 2) *Error. In oppidum Baden tunc profectus est. Auctor* Rinstete *scripsit pro* Rinfelden, *per quod oppidum rex ivit, cum Basilea ad oppidum Badense proficisceretur.* 3) *Rudolfus.* 4) *Cf. supra a.* 1290, *p.* 296, *l.* 10. 5) *Friderico.*

1308.

cionibus differente, intime super his dolens, tantum nefas est aggressus, ipsum regem, patruum suum, a quo a iuventute nutritus fuerat, nichil mali de ipso suspicantem, fraudulentissime occidendo. O rerum instabilitas humanarum! qui gloriabatur in virtute exercitus sui, nobilitate generis, affinitatis amplitudine, qui multos principes sua potencia devicerat[a], nobiles subiecerat, terras intraverat et vastaverat perlonginquas, ecce in paterno dominio, in natali solo[b] a fratris filio dolose occiditur circumventus. Predictus[c] vero Iohannes cum suis complicibus in quasdam proximas municiones se recepit huiusmodi scelere perpetrato. Regina vero relicta[1] quasdam municiones[d] complicum eius in terminis Austrie cepit et omnes inibi (p. 441.) captos capite *plecti fecit. Morte itaque regis undique audita, Ysenacenses[e] tali nunctio attoniti omnique solacio destituti, quibusdam nobilibus terre mediantibus, ne quid adversi paterentur, se et civitatem marchioni dediderunt[2], eius iurisdictioni ammodo subiacentes. (Maii 22). Marchio ergo Fridericus omnem Thuringiam, terram Orientalem et Misnensem et quasdam civitates regni in eisdem partibus sitas, scilicet Aldenburg[f], Kemelicz[g], Zwickowe[h] et alia[i], nullam habens resistentiam, suo dominio subiugavit[3]; insuper plebiscito *indicto (*f. 212'.) omnes nobiles terre Thuringie cum civitatibus advocans, cum eis pacem verbotenus est aggressus, quia ipsam exactiones nimie fedaverunt.

Eodem[k] anno venerabilis dominus Petrus Mogontinus[l] archiepiscopus Erphordiam venit in vigilia invencionis sancti Stephani (Aug. 2.), et in monte sanctorum apostolorum Petri et Pauli ultra nativitatem beate virginis (Sept. 8.) commorans, frequenti accessione tam nobilium quam civium pro quibuscumque expediendis negociis frequentatus[m. 4]. Postea vero civitatem Gotha veniens a predicto marchione honorifice suscipitur, ipse suique multis dotibus honoratur[m]. Quod vulgi rumor eum spe et ambitu elec-

a) *sic* 1. *R. N;* vicerat *E.* b) suo *E.* c) vero pred. *E.* d) *sic* 1. *E;* compl. e. mun. *R.* e) Isenac. *E.* f) *sic N. R* 2. *C. E* (aldenb²g); aldinburg *R* 1; aldenberg 1. g) *sic* 1. *N. C;* Kempnicz *E.* h) *sic C. N;* Zcwickowe 1; Czwickaw *E.* i) *sic* 1. *R;* aliam *E.* k) *haec* — murmurabat *p.* 336, *l.* 2. *om. E.* l) arch. Mog. *R.* m) *sic* 1. *R.*

1) *Elisabeth.* 2) *Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 296, *n.* 2. 3) *Cf. ib. p.* 297, *n.* 2. 4) *Cartas Erfordiae dedit Sept.* 1. 7, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 382 *sqq., nr.* 547. 548.

1308. tionis regni, que proxime[a] futura erat, fecisse maxime murmurabat[b].

Eodem[c] anno principibus electoribus regni multisque aliis principibus nobilibusque[d] tocius Alemanie[e] *Nov. 18.* circa octavam beati Martini ad curiam indictam in Frankenvorth[f] convenientibus, Heinricus comes de Luzelburg[g], amator pacis incliteque fame, in regem Romano- *(Nov. 27).* rum concorditer est electus ac postea in brevi Aquis- 1309. *(Ian. 6).* grani in sede regni locatus a venerabili domino Petro archiepiscopo[1] coronatur[h].

Anno Domini MCCCIX.[i] Orta est discordia[k] inter Fridericum marchionem Misnensem et cives Erphordenses, que toti Thuringie causa maxime cladis fuit; cuius discordie causa[l] efficiens ista[m] fuit. Nam[n] cives Erphordenses ac eorum progenitores ab Alberto seniore lantgravio, huius Friderici patre, et a pluribus nobilibus Thuringie quasdam advocacias sive[o] iurisdictiones sibi comparaverant in circumiacentibus villis Erphordiam[p] circumquaque, quas pace facta predictus[q] Fridericus et sui advocati sibi usurpabant, dicentes burgenses debere iurisdictiones et advocacias minime possidere. Econtra[r] Erphordenses sua patrimonia sive que comparaverant **f. 213.* *defensare omnimodis[s] conabantur. Multis itaque placitacionibus[t] habitis, sed incassum, cum strate publice spoliarentur[u] frequenter, Erphordenses circa purificacio- *Febr. 2.* nem[v] beate Marie[w] municionem in Andisleibin[x], in quo[y] se marchio[z] recipere solitus erat, destruxerunt; deinde coniuracione[a] habita cum Hermanno comite de Wimar[b] et civibus de Mulhusin[c] et Northusin, datis utrobique solariis[d], multis se armigeris tutaverunt. Sicque tota Thuringia rapinis et incendiis desolatur. Post hec[e] marchio congregata manu valida municionem comitis de

a) proxima *R.* b) m u r m u r a t *R.* c) Anno eod. *E.* d) nobilibus atque *E.* e) Almanie *E.* f) Franckinfort *E.* g) Luczelnburg *E.* h) coronatus est *E; spatium lineae vacuum sequitur* 1. i) 1308. 2b. k) *sic* 1. *E. M. R. L I. V. N;* dissensio 2a. b. l) *sic E. M. R. V. N;* eff. causa 1; disc. *et* eff. *om.* 2a. b. m) hec 2a. b. n) *om.* 2b; quod *M.* o) et *E. M.* p) *sic* 2b. *N;* herphord' 1; Erphord' 2a; erford *E;* Erffordenſ *R* 1; erffſ *V.* q) Frid. pred. 2b. r) Contra *E.* s) *sic E. N;* omnimode *R;* omnibus modis 1. *V. M; om.* 2a. b; *cf. p.* 337, *n.* h. t) placitis communibus 2b. u) *sic* 2a. b. *E. M. R. V;* freq. spol. 1. v) *sic* 1. *R. V;* festum purificacionis *E. M. N; diem om.* 2a. b. w) v i r g i n i s *add. E. (M). R.* x) Andisleiben 2a. (b). *N;* andisleybū *E.* y) *sic* 1. *E. M. R. L II. V. N;* qua 2a; quam 2b. z) m. se *E. M.* a) conspiratione *E. M,* ac coniuratione *add. E.* b) Wymar 2b. c) Mulhusen et Northusen 2a; molhuſ et northuſ *E.* d) *sic* 1. 2a. *E. R. V;* salariis 2b. *M. N.* e) *sic E. M. R. V;* hoc 1.

1) *Immo ab archiepiscopo Coloniensi Heinrico II.*

Wimar nomine Wie[a] obsedit[1], sed incassum. Postea 1309. (c. Apr. 1). Erphordenses congregata manu valida cum suis adiutoribus[b], processionaliter ab omni clero civitatis et religiosis ante civitatem deducti, municionem in[c] Utstete[d] quinque diebus obsessam et deditam funditus destruxerunt, inibi inventis vite[e] datis. O dies confusionis et luctus Erphordensium notandus[f]! Nam[g], si processissent, multa utique castra marchionis occupassent et quasi omnimode[h] prevaluissent; sed amissis omnibus ad propria sunt reversi. Tandem, cum nec sacris diebus nec
442. cimiteriis nec ecclesiis *parcerent, in octava ascensionis Maii (8–)14. Domini LXX[2] armigeri eorum cum capitaneo dicto Ludewico de Guttirn[i], omni defensione postposita feminea mollicie, dedecorose captivantur, marchione[k] suisque apparatu armorum et equorum absque labore sic potitis. Pauci vero ex eis, equis armisque reiectis, fuge presidio sunt elapsi. Nec tamen sic a divina iniuria cessaverunt. Nam religiosos et clerum multis iniuriis infestabant, eorum curiis et domibus armigeros imponentes, nec a virgine gloriosa[l] nec a celi clavigero[3] temperando. Nam cuiusdam canonici dicti de Malsleibin[m. 4] H.[n] militi ministeriali de Ebeleibin[o], suo adiutori, vi hospicium fecerunt. Monialibus[p] Novi-operis in curiam suam armigeros inducentes procurandos, filiis vero ecclesie[q] celi clavigeri introitum et exitum civitatis negantes, ne[r] in molendinis suis ante *civitatem sitis vel ipsi vel qui cum *f. 213'. ipsis molere solebant [molerent[s]], violenter prohibentes. Postea rursum[t], dum rapinis intenderent, a complicibus

a) wye *E.* b) adiutoriis 2a. c) *sic* 2a·b. *E. M. R. V; om.* 1. d) Udenstete *E;* Udenstat *M.* e) *sic E. M;* vita 1. *R. V.* f) *sic* 1. *R. V;* notanda *E. M.* g) Quod 2a·b. h) *sic E. M. R;* omnimodo 1; omnino 2a·b; omnibus modis *V. N; cf. supra p.* 336, *n.* s. i) Guttern *E. M.* k) *sic V;* marcħ *E;* marth' suisque, *eadem manu superscr.* a marchione suisque 1; marchioni *M;* Marchio *R* 1. l) *sic E. M. R. V. N;* gloriose 1. m) malsleybñ *E;* maltleibin 1; Mansleybin *R;* Molsleben *V;* Aasleben *M.* n) *sic omnes; recenti manu suppl.* einrico 1. o) Ebeleybñ *E.* p) Sanctimonialibus *E;* Sanctimonialium *M.* q) eclesiis *E;* ecclesia *M.* r) nec *E. N; om. M.* s) *supplevi; om.* 1. *E. M. R. V. N.* t) *sic* 2a·b. *E. (M). R. V;* dum rursum I.

1) *Cf. cartam confoederationis Ottonis II. principis de Anhalt et Friderici marchionis datam in castris apud Wiehe* 1309. *Apr.* 1, *O. von Heinemann, Codex diplom. Anhalt. III, p.* 122 *sq., nr.* 183. 2) LX *narratio infra appendicis loco (nr. IV) edita, ubi plura de hac clade invenis.* 3) *Monasterio Montis S. Petri.* 4) *Heinricus de Malesleiben sacerdos occurrit in carta data a.* 1310. *Nov.* 27, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 395, *nr.* 562. *Cf. Necr. S. Mariae, Mone, 'Anz. f. K. d. Deutschen Vorzeit'* 1835. *col.* 144: Non. Sept. obiit Henricus de Malsleybin huius ecclesie canonicus.

1309. marchionis, circa villam Zcimmirn[a, *] congressi pugna, victi[b], ex eis plurimi captivantur; quo rumore communitas attonita, de civitate egressi victores insequuntur, quosque invenire poterant captivabant. Hinc igitur[c] Erphordenses tanta calamitate attacti nec resistere aliqualiter amodo attemptabant. Unde marchio expedicione valida Wimar civitatem obsedit, ipsum comitem ad de- *Aug.* 29. dicionem compulit[1]. Inde circa decollacionem sancti Iohannis civitatem Erphordiam[d] aggressus, castra ponens in villa Hocheim[e] non longe ab ipsius menibus civitatis. *Sept.* 5. Inde[f] feria sexta, que tunc[g] in vigilia beati Magni erat, ipsam civitatem aggressus, ortos et domos extra civitatem sitos[h] in parte que vulgariter Brul[i] dicitur et ex aliis partibus fossatis et sepibus valde munitos[k], vento vehementi[l] exurgente, ignibus conflagravit. Tanta[m] eciam amencia et hebitudo[n] omnes civitatenses invaserat, quod, nisi[o] divina clemencia subvenisset, ipsam civitatem periculosius[p] affligisset[q]. Tantum ergo periculum Erphordenses experti[r] postea muros suos tucius munierunt, tam Christianos quam Iudeos in turribus[s] et propugnaculis collocantes. Sequenti eciam[t] dominica, vigilia[u] *Sept.* 7. videlicet nativitatis beate[v] virginis, cum quidam de exercitu iterum civitatem aggrederentur, similia prioribus attemptantes[w], civitatenses viriliter prorumpentes, balistis et ceteris generibus machinarum quosdam vulnerantes, quosdam occidentes et precipue equos vel dextrarios impetentes, eos viriliter repulerunt. Postea marchio omnia vineta circumposita succidi fecit, dampna qualia-

*) *E. M add.:* in montanis sitam[2].

a) Zcimmern *E.* b) *sic* $2^{a.b}$. *E. M. R. V; om.* 1. c) *sic* 1. *E. M. R;* ergo $2^{a.b}$. *V.* d) aggr. Erphordiensem $2^{a.b}$. e) Hocheym *E;* Hochheim 2^{b}. f) *sic* 1. *E. M. R;* Deinde $2^{a.b}$. *V.* g) VI^a videlicet in *E. M.* h) *sic* 1. 2^{a}. *E. R;* sitas 2^{b}. *V. M.* i) brůl *E;* Bruel *M.* k) *sic* 1. 2^{a}. *E. M. R. V;* munitas 2^{b}. l) *sic* 1. *M. V;* venti vehemencia *E; om.* $2^{a.b}$. m) Tanta — quod *om. E. M.* n) *sic* 2^{a}. *R;* hebetudo 1. 2^{b}. o) enim *add. E.* p) *sic* $2^{a.b}$. *E. M. R. V;* periculose 1. q) *sic E. M. R. V;* aflixisset 1. $2^{a.b}$. r) experte *E;* experto *M.* s) Iud. et duos in quolibet turri et propungnaculo coll. *E;* Iud., duos videlicet Christianos et duos Iudaeos in qualibet tribu et propugnaculo coll. *M.* t) *om. E. M.* u) vid. vig. *E. M.* v) Marie *add. E* (*ubi* b. M. virg. nat.). *M. R.* w) acceptantes *E. M.*

1) *Cf. Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 217 *sq. Hoc non ante mensem Aug. factum esse apparet, cum Hermannus comes in cartis regis et Erfordensium d. d. Iul.* 18. *et Aug.* 1, *infra p.* 339, *n.* 2. *laudatis, adiutor eorum dicatur.* 2) *Zimmern-supra, ut videtur, cum ex narratione infra appendicis loco (nr. IV) edita pateat hanc villam inter urbes Erfurt et Gotha sitam fuisse.*

cumque a longe intulit. Inter que execrabile et facino- 1309.
rosissimum, cannas plumbeas, per quas fons ductilis[a]
longe a civitate usque ad Montem Sancti Petri ab[b] anti-
quis temporibus magnis impensis est deductus[1], execran-
dis suis manibus effoderunt impudentes satellites, *eas *f. 214.
in exercitu undique circumferentes vendiderunt, que[c]
postea in diversis et longinquis partibus sunt invente.
His itaque omnibus perpetratis per XIIII dies, que[d]
ante civitatem resedit, postea sunt dispersi[e]. Erphor- c. Sept. 12.
denses super his omnibus Romanorum regis auxilium
implorabant[2]. Insuper Iohannem[f] lantgravium Hassie
443. *vocaverunt[3], multis armigeris aliis expensis propriis con-
quisitis. Qui lantgravius cum suis veniens Erphordiam,
omnino inactus[g] contra spem post aliquot[h] dies ad pro-
pria est reversus. Postea rursum vocatus venit cum
quodam nobili dicto[i] de Nurenberc[k. 4], quem rex Roma-
norum ad auxilium eorum miserat; qui insimul congre-
gati villam Rinkeleibin[l] et villam Sumeringin[m. 5] rapinis
et incendio vastaverunt. Postea[n] lantgravius ad propria
rediit, regis advocato remanente. Qui dum nil dignum
memoria agerent[o], eciam[p] ipsi ad propria repedarunt.
Orta est eciam[q] dissensio in civitate, communitate divi-
tes variis murmuracionibus lacescente[r. 6], per quod ad
tantam infamiam[s] sunt deducti, ut quicumque volebant
eorum vicinitates infestabant in tantum, ut tres vel qua-

a) ductibilis *E.* b) ab — impensis *om. E. M.* c) que — invente *om. E. M.* d) *sic* 1. *E. R. V;* quas *M.* e) disperse 2a. f) item 2b. g) *sic R. V;* ui actus *et superscr.* omnino viactus 1; o. in. *om.* 2a. b; Erf. nichil agens *E. M.* h) aliquos 2a/e; contra — dies *om. E. M.* i) *sic R. V; om.* 1; nob. b u r g g r a v i o *E. M.* k) Nörenberg *E.* l) rinckeleybñ *E.* m) sommeringñ *E.* n) autem *add. E.* o) *sic* 1. *R. V;* ageret *E. M.* p) et *E;* et *add. V.* q) et *E.* r) *sic* 1. *E;* lascescente *R. V;* lacessente *M.* s) diffamiam *E.*

1) *Cf. supra a.* 1136, *p.* 17. 173. 2) *Cf. cartam Heinrici VII. d. d.* 1309. *Iul.* 18, *qua Erfordensibus sibi contra marchionem foederatis* capitaneum cum ducentis dextrariis . . . infra nativitatem s. Marie *in auxilium se missurum esse promisit; Böhmer, Acta imp. p.* 422, *nr.* 594; *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 385 *sq., nr.* 552; *et cartam Erfordensium d. d.* 1309. *Aug.* 1, *'SB. d. Wiener Akad.'* 1854. *p.* 67 *sq., nr.* 45. 3) *Qui carta regis d. d.* 1309. *Aug.* 26. *missus est, ut Erfordenses, Molhusenses, Nordhusenses contra Fridericum marchionem protegeret, Retter, 'Hess. Nachrichten' III, p.* 19; *Böhmer, Reg. Heinr. VII. nr.* 150. 4) *Friderico IV. burggravio, qui etiam infra a.* 1323. *p.* 353. nobilis vir de Norenberc *dicitur.* 5) *Lützen- et Gangloff-Sömmern (Kr. Weissensee), ut videtur, cum reliquae villae Sömmern cum diversis agnominibus (Wenigensömmern, Haussömmern etc.) longius a Ringleben distent.* 6) *Vide narrationem infra appendicis loco (nr. IV) editam.*

1309. tuor usque ad fossatum civitatis devenisse in equis sepius viderentur, quoslibet ad valvas usque persequentes,
Deut. 32, 30. ut[a] in eis scriptum impletum videatur: *Quomodo persequebatur*[b] *unus mille, et duo fugarent decem milia,* et item:
Levit. 26, 17. *Fugient nemine persequente.*

1310. Sequenti anno cum consules futuri secundum consuetudinem[c] essent promulgandi, communitas congregata tam veteres consules quam promulgatos[d] exterruit et coegit, ut quedam, que ipsi dictaverant, publice legerentur, et ipse littere sigillo civitatis in futurorum certitu-
(Ian. 9). dinem munirentur[1]; que tamen ipsimet postea penitus infregerunt. Quorum quedam hic insero[2]: scilicet ut omni[e] anno quatuor de communitate eligerentur, qui in pretorio ante estuarium sedentes adveniencium causas discerent et consulibus inferentes cicius facerent diffiniri. Item, ne cuiquam[f] pro quacumque exactione in
*f. 214'. *propria domo tollatur vadimonium violenter. Post hec Erphordenses[g] communitate quasi cogente[3] pacem a marchione expetunt, quam tandem data magna pecunia[4] meruerunt[5]. Molhusenses Northusensesque idem[h] facere sunt coacti[6]. Marchio eciam Erphordensibus petentibus quedam iura concesserat et scriptis firmaverat[i], que pecunia persoluta[k] penitus sunt[l] infracta.

1310. Eodem[m] anno facta est eclipsis solis particularis
Ian. 31. in vigilia sancte Brigitte.

1309. Magna inundancia aquarum facta fuit circa diem
Iul. 17. sancti Alexii[n]. Corpora[o] duorum regum Romanorum,
(Aug. 29). scilicet Adolfi et Alberti, in presencia Heinrici regis[e] Spiram delata et honorifice sunt sepulta. Nam Albertus Adolfum[p] regem occidens, eum inter reges tumulari[q] noluit Spire, dicens eum regno depositum et occi-

a) ut — persequente *om. E. M.* b) *sic* 1. *R. V;* persequatur *N cum Vulg.* c) *sic* 1. *M. V. N;* conswetudines *E. R.* d) *sic* 1. *R. V. N;* p r o m u l g a n d o s *E* (prouulg.). *M.* e) *om. E.* f) *sic E. M. R. V. N;* unquam 1. g) Erphordienses *h. l.* 2a.b; erfordñ *E.* h) *sic* 1. 2a.b. *R. V. N;* eadem *E. M.* i) confirmaverat *E. M.* k) soluta 2a.b. l) *om.* 2b. m) *haec* — Alexii *om. E. M.* n) (alle *del.*) alexii 1. o) Ipso anno corp. *E.* p) r. Ad. *E.* q) *sic* 1. *R. Le III*; tumulare *E.*

1) *Quas vide editas a Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' I, p.* 387 *sqq., nr.* 555. 2) *In universum tantum auctor argumentum duorum statutorum refert, minime verba cartae repetiit.* 3) *Quod in carta n.* 1. *laudata longius exponitur.* 4) *Decem milium marcarum, ut asserunt Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 218. 5) *Vide cartas a Friderico marchione de pace datas a.* 1310. *Maii* 29. *et Iul.* 17, *Beyer I, p.* 391 *sqq., nr.* 557. 559. 6) *Cf. cartam marchionis d. d.* 1310. *Aug.* 1, *Herquet, 'UB. d. Reichsst. Mühlhausen' p.* 277 *sq., nr.* 612.

sum. Postea idem Albertus a suo patruo fraudulenter 1309.
occisus[a] nec ipse sepulturam[b] Spire meruit, civibus re-
clamantibus, donec per interventum Heinrici novi regis
Adolfus exhumatus a loco[c], quo sepultus fuerat, Spiram
delatus cum predicto Alberto ibidem meruit sepultu-
ram[d].

Anno Domini MCCCX. Cum quidam fratres Hos- 1310.
pitalarii ad capitulum generale pergerent, unus eorum
dictus de Ebeleibin[e], qui commendator Erphordie[f] fue-
rat, quandam paludem cum equo[g], quo[h] sedebat, in-
gressus divino iudicio[h] submersus est.

Eodem anno Heinricus Romanorum rex Italie par-
tes omni qua potuit virtute congregata adiit, quasdam
civitates munitissimas[i] cepit, multis inibi occisis, ceteris
ad dedicionem coactis; *inter quas etiam[k] Mediolanen- *(Dec.)*
44. sem civitatem adiens primo dolose suscipitur, civibusque 1311.
nova molientibus, rex his[1] per ducem Austrie Lupol-
dum certificatus[1] cum suis ad arma convolat, et sic
multorum morte molimine sopito, Mediolanensibus humi- *(Febr. 12).*
liatis, sue subiacere *compulit dicioni*. Postea Brixiam *f. 215.
civitatem adiens obsidione conclusit; quibus resistenti- *(Maii 19).*
bus et vineta, aquarum fluenta et omnia que ad usus
humanos pertinent veneno intoxicantibus[m], innumerabilis
multitudo regii exercitus veneno dicitur interiisse. Ibi
eciam frater regis Walrabin[n] nomine, miles forma[o] egre-
gius, muris incaute[p] appropians iaculo dimisso[q] saucius *(Iul. 27).*
expiravit. Rex** vero cum[r] suis civitatem fortiter ob-

*) *E haec breviata habet:* Eodem anno Henr. Rom. rex maximas partes Ytalie Romano imperio subiugavit, non tamen sine magno dampno nobilium occisorum. Nam Mediolanensem civitatem primo sue[s] subiacere compulit dicioni.

**) *Sequentia h. a. E breviata habet:* Rex expungnans civitatem, dicioribus plurimis occisis, muro circumcirca[t] destructo solotenus, hospiciis munitis destructis, composicionem pecuniariam obtinuerunt, promiserunt eciam con-

a) est *add. E. Le III.* b) Sp. sep. *E. Le III.* c) suo *add. E. Le III.* d) *spatium lineae vacuum rel.* 1. e) Ebeleybn̄ *E.* f) erphord' 1; erford̄ *E;* erfordꝛ *R.* g) suo *add. R.* h) *om. E.* i) cepit mun. *R.* k) *emendavi;* cum 1. *R.* l) *sic* 1. *R.* m) intoxicatos *E.* n) *sic* 1. *R;* Walrabe *E.* o) *sic E. R; om.* 1. p) *sic E. R;* nimis 1. q) dimissio 1. r) civ. cum suis *R.* s) suo *E.* t) circumcerta *E.*

1) *Cf. G. Sommerfeldt in 'D. Zeitschr. f. Geschichtswiss.' II, p.* 105, *n.* 1. *Haec et sequentia de rebus Italicis narrata a.* 1311. *acta sunt.*

1311. pugnans ad tantam dedicionem eos coegit, ut eciam matrone nobiliores miserrimo cultu exeuntes eius pedibus (Sept. 19). se prosternerent; nec tamen sic eius graciam obtinuerunt, donec dicioribus plurimis vario mortis genere occisis, muro solotenus destructo, hospiciis munitis[a] destructis et inestimabili pecunia mulctatis, tandem inde recedens, presidio ibi relicto, non sineret actenus rebellare. Dicitur eciam, quod monasterium construere promiserint et multas ibi personas sufficienter dotare, ubi fratris eius memoria[b] continua habeatur. Plurime itaque civitates Italie percipientes Mediolanensium et Brixianorum horrendum excidium, legatos honoratos mittentes, regi se dediderunt, ipsum magnifice honorantes; qui postea (Oct. 21). Ianuam veniens, honorifice susceptus, ibidem dicitur hyemasse.

1310. Eodem anno marchio Fridericus congregato exercitu resedit in villa Tungede[c] in autumpno, disponens ire in Buchoniam[d] in preiudicium abbatis Fuldensis[1]. Quo tempore natus est ei filius in Gotha nomine Fridericus[2]; quod audiens, gavisus valde, consilium habuit cum nobilibus terre et baronibus de expedicione sua; qui nolentes ei assentire, illa expedicio anichilata est.

1312. Anno Domini MCCCXI. Heinricus rex a civitate Ianuensi digrediens, Italiam[e], Tusciam, Liguriam Longobardiamque peragrans, venit Veronam[3], omnesque[f] civitates munitas obtinuit. Veronenses vero[g] cum advocato imperii dicto Cane[h] de Verona regem cum gaudio susce- *f. 215'. perunt ipsumque[i] ad Romam cum multis auxiliariis *deduxerunt.

---

struere monasterium et multas ibidem pers. — — habeatur. Eodem anno natus est Fred. filius marchionis Friderici Misnensis in Gota, *reliquis h. a. omissis.*

a) *sic E. R;* minutis 1. b) *sic* 1. *R;* cont. mem. *E.* c) *sic L I;* tungende 1. d) *sic L I;* Buckoniam *h. l.* 1. e) Ytaliam Tussiam *E.* f) omnes civitatesque *E.* g) vero — susceperunt *om. E.* h) *sic R;* Tane 1. i) ipsum cum m. aux. ad R. ded. *E.*

1) *Heinrici V.* 2) *Cf. Chron. parvum Dresd., Mencke, SS. III, c.* 348. 3) *Immo a.* 1312. *Febr.* 16. *Genua Pisam navigio profectus est, Veronam nunquam intravit. Auxilium Canis de Scala et Veronensium regi datum nimis elatum est. Qui Canis morte Alboini fratris impeditus est, quominus Heinricum regem Romam proficiscentem comitaretur. Cf. H. Spangenberg, 'Cangrande I. della Scala' p.* 35 *sqq. Cf. infra a.* 1327.

Ipso[a] anno Fridericus marchio Misnensis[b] multa 1311. castra Hermanni comitis de Wimar cepit ipsumque ad dedicionem coegit[c. 1].

Anno Domini MCCCXII. Heinricus rex cum multa 1312. gloria Romam[d] ingressus imperialem adeptus est digni- (Iun. 29). tatem maximo cum honore. Post hec digressus a Roma cum omni exercitu suo et auxilio Romanorum Florensem civitatem attigit eamque obsidione[e] conclusit; quod vi- (Sept.) dentes civitatenses, timore perterriti sibique[f] resistere non valentes, miserunt nunctios cum inmenso[g] pondere auri ad papam Clementem, ut eis succurreret auxilio vel[h] consilio; qui, ut dicitur[i], egit cum quodam Predicatore, ut imperatori mortis poculum propinaret.

Ipso[k] anno facta est discordia inter marchionem Brandeburgensem Woldemarum et Fridericum marchionem Misnensem; in qua multa dampna, cedes hominum, rapinas, incendia[l] faciebant. Tandem pervenitur ad pugnam, ubi Fridericus marchio captivus abducitur apud civitatem que vocatur Hagen-Elbe[m], quam idem marchio ceperat[2], *indeque eductus marchioni Woldemaro[n]
445. cum suorum gaudio presentatur, qui ipsum dire custodie tradidit vinculatum[o].

Anno Domini MCCCXIII. Cives Erphordenses audientes captum marchionem Fridericum, in unum coadunati castrum marchionis Rinkeleiben[p] funditus everterunt. Similiter abbas Fuldensis et abbas Hersveldensis[q. 3] pariter coadunati castra marchionis Rotinberg[r] et Bretinbach[s] pariter destruxerunt. Marchio Fridericus audiens per Erphordenses abbatesque predictos castra iam[t] dicta subversa, ut eisdem, si lecior arrideret[u] fortuna, meritum condigna talione refunderet, pro sui liberacione modis[v] quibus poterat *fervencius laborabat. Unde fac- *f. 216. tum est, ut unam de filiabus Elizabet[w] Alberto de Ko-

a) Eodem *E. R* 2. b) *om. E. R* 2. c) *spatium lineae vacuum rel.* 1. d) *om. E.* e) obsedicione *E.* f) *sic* 1. *V. Le III;* sibi *E. R* 1. g) *sic* 1. *E. V;* inmensi *R. Le III.* h) *sic* 1. *V;* et *E. Le III;* aut *R.* i) ut dic. *om. E. Le III.* k) Eodem *E.* l) *sic* 1. $2^{a\cdot b}$. *R;* et inc. *E. L I.* m) *sic R;* ob der Elbe *E;* Elbe *om.* 1. $2^{a\cdot b}$; *cf. p.* 346, *l.* 14. n) Volmaro *h. l.* $2^{a\cdot b}$. o) *spatium lineae vacuum rel.* 1. p) Remkeleiben 2^{b}; Rinkeleybn̄ *E.* q) Herveld. 2^{a}; Hersfeld. *E.* r) Rotenberg $2^{a\cdot b}$. s) Bretenbach $2^{a\cdot b}$; Breytinbach *E.* t) dicta castra (iam *om.*) $2^{a\cdot b}$. u) accederet *E.* v) omnibus *add.* $2^{a\cdot b}$. w) Elizabeth *E.*

1) *Ad hoc bellum quaedam pertinere videntur, quae Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 217. *priore bello a.* 1309. *facta esse tradunt.* 2) *Aliter hoc relatum est in Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 218 *sq. Cf. Chron. parvum Dresd. l. l.* 3) *Heinricus V. et Simon I.*

1312. tin[a], filio sororis[1] marcgravii Woldemari, in legittimam conthoralem traderet: et insuper omnes municiones, quas in terra Orientali habebat, eidem tradidit, seque similiter Plisenensis terre municiones, quarum[b] eciam tunc[c] possessor extiterat, se[d] daturum fidelius repromisit[2]. Subactis[e] ex advocatorum presentacione mandatoque principis Orientalis terre municionibus alienis manibus[3], advocati municionum[f] Plisenensis terre ex mandato domini castra, quibus prefecti fuerant, ut Orientales captivatoribus contradere reunuerunt, dicentes mandatum sui[g] domini, nisi viva voce sanusque corpore id eis preciperet, minime se explere. Quapropter termino ad hoc deputato marchio Misnensis ad id precipiendum in suorum advocatorum valida[h] manu collectorum ab hostibus adducitur[i], sed ab eisdem suis advocatis, cum validas tetendissent insidias, eodem loco et die placiti captivatur[3]. Ductus igitur in castrum Aldenburg, is[k] qui eum ceperat sic eum alloquitur, ut motu voluntatis proprie, cum iam liber sit ab hostibus propriaque in municione receptus, in sui detrimentum perpetuum denuo[l] hostilibus vinculis, si libeat, recludatur. Grates igitur suis pro hoc facto refundens quam intimas, de reddita sibi libertate non modicum gaudebat, municionesque orientales hostibus subactas validaque[m] manu per eum postea expugnacionibus reobtentas[n. 4] denuo pacifice possidebat.

1313. Per idem tempus[o] Heinricus imperator Romanus obsidebat civitatem Florensem. Cives vero videntes se resistere non posse, ipsum, ut post patuit, in dolo hono-

a) Kocin 1; Kotyn *E.* b) quorum *E. R* 1. *V.* c) *sic* 1. *R. V;* poss. tunc *E.* d) *sic iterum* 1. *E. R.* e) Sub acīs, *eadem manu superscr.* actis 1. f) *sic R;* municōȝ *E;* municionē 1. g) *sic* 1. *R;* dom. sui *E.* h) manu val. *E.* i) *sic E. L I. R* 2; abducitur 1. *R* 1. k) hys *E.* l) *sic E. R; om.* 1. m) que *eadem manu superscr.* 1. n) *sic* 1; reobtenta *E. R;* re optenta *L I.* o) Eodem tempore *E.*

1) *Agnetis uxoris Alberti principis de Anhalt.* 2) *Carta data iam a.* 1312. *Apr.* 13, *Riedel, Codex dipl. Brand. B I, p.* 319 *sq., nr.* 401. 3) *Carta data a.* 1312. *Maii* 3, *Riedel B I, p.* 327, *nr.* 406, *Fridericus marchio cum filio promisit se die Iacobi Lipsiam venturum esse, ut feoda et allodia Woldemaro marchioni dimitteret. Quod et revera fecit (vide cartas ib. p.* 330—332, *nr.* 412—416*). Unde Fridericus paulo post diem Maii* 4. *a.* 1312. *a Woldemaro sponte dimissus videtur esse. Quid veri insit huic narrationi, non facile est cognitu, quod nec Wegele, 'Friedrich d. Freid.' p.* 326, *n.* 2*, perspexit.* 4) *Cf. infra a.* 1314.

rifice suscipiunt[1], et[a] in ecclesia Predicatorum[b]·* in die 1313. assumpcionis beate virginis divinis[c] misteriis corporis et *Aug.* 15. sangwinis domini nostri[d] Iesu Christi communicantem[e] intoxicant[f] et in die sancti Bartholomei, ut creditur[g], *Aug.* 24. ad siderea regna transmittunt[h]. O scelus inmanissimum! o crimen detestabile! o nephas et miseria a seculo inaudita! Angeli perhorrescunt, homines contabescunt, *demones contremiscunt, Iudei derident, dum vident **f.* 216'. spem et vitam et gloriam per Christianos in mortis amaritudinem commutatam. Idem Heinricus imperator vere[i] katholicus et vir per omnia laudabilis, victoriosus, pacificus et devotus — Nam omni festo et die dominico[k] communicabat corpore et[l] sangwine domini nostri Iesu . 446. Christi —; in *iudicio iustus, in consilio providus, in commisso fidelis, in universa morum honestate preclarus. Nam mortis sue auctores abduci fecit eosque[m] a mortis periculo liberavit; qui in civitate Pysana honorabiliter est sepultus[n].

PARS VIII.

Anno dominice incarnacionis MCCCXIIII. audita 1314. morte imperatoris principes Alemanie[o] et electores regis in Frankenvort[p] in unum conveniunt[2] regem electuri, sed facta dissensione inter eos, sine electione discedunt[q]. Marcgravius Woldemarus Heinrico patruo suo, cuius erat electio regis[3], omnes civitates, quas habebat in

*) 1 *pergit:* sumendo eukaristiam a fratre Bernhardo de Monte-Policiano in die ass. b. v. intoxicatur et in die s. B., ut cr., ad sid. regna transmittitur. *Quae post inserta et ideo lectiones veras mutatas esse patet collatis E. R. C. V. L III.*

a) *sic E. R. V;* Hic 1. b) ibidem *add. E.* c) div. — communicantem *om.* 1, *quae restitui collatis E. R* 1. 2. *V. L III.* d) n. I. Chr. *om. R* 1. 2, *quae recepi ex E. V.* e) *sic R* 2; communicante *R* 1; *om. E.* f) intoxicant²(ur) *E* (intoxicando *mutata in V;* intoxicatus est *mutata in Le III*); veneno inficiunt *R* 1. 2. g) ut cred. *om. E.* h) *sic E. R. V.* i) *sic E. Le III. V;* verus 1. *R.* k) *sic E. R. (V); om.* 1. l) *spatium trium linearum rasum sequitur* 1. m) eos *E.* n) *spatium lineae vacuum rel.* 1. o) Almanie *E.* p) franckynfort *E.* q) *sic E. R;* recedunt 1.

1) *Imperator Florentiam urbem minime intravit, sed obsidione die Mart.* 8. *soluta, in castro Buonconvento mortuus est.* 2) *In Rense mense Iunio.* 3) *Waldemarus ipse ius eligendi regis habebat, et id tantum obtinere*

1314. Orientali provincia, et municiones, que fuerant[a] marchionis Friderici, pro electione regis dedit perpetue possidendas. Postea vero per archiepiscopum Petrum Mogontinum principes convocati in Frankenvurt[b] ad eli-
(Oct. 19. 20). gendum regem per dissensionem duos elegerunt. Nam IIII[1] ex ipsis Ludewicum ducem Bavarie[c], alii vero Fridericum[d] ducem Austrie in regem Romanorum[e] contumaciter elegerunt; qui inter se multis annis atrociter dimicarunt[2].

1315. Eodem anno Fridericus marcgravius Misnensis[f] vi et arte omnes municiones, quas margravius[g] Heinricus[3] habebat, que antea fuerant sue potestatis, obtinuit, scilicet Kemelicz[h], Ossenicz[i], Lypcz[k], Grimme, Dorgowe[l], Hain ober Elbe, et alia multa oppida sue[m] subdidit dicioni[n. 4].

1316. (Iun. 20). Anno Domini MCCCXV. factum[o] est diluvium in Grimmis[p], ubi multi homines perierunt, sed et ecclesia
*f. 217. Augustinensis[q] inibi per *inundacionem aquarum est abducta[5].

1314. Eodem anno Albertus senior lantgravius Erphordie[r] in multa egestate et paupertate diem clausit ex-
(Nov. 20). tremum[6], sepultusque est ibidem apud[s] beatam virginem*.

(Apr. 20). Clemens papa hoc anno vita decessit; qui in extremis positus lacrimabiliter deplorabat se reum esse in

*) *E. M add.:* medio[t] in monasterio. *Et* in medio ecclesie *etiam in R p.* 651, *f.* 403b. *legitur, neque tamen in Cron. S. Petri exstabat, cum C hoc non habeat, quod et in V deest.*

a) *sic E. R,* fuerunt 1. b) frankenwurt *h. l.* 1; franckynfort *E.* c) Bawarie *E.* d) *om. E.* e) romām *E.* f) *om. E. R.* g) imperator *E.* h) Kempnicz *E.* i) Oßenycz 1; Osczicz *E.* k) Lipczig *E.* l) Hayne ober der Elbe, Torgaw *E.* m) que subd. dic. sue *E.* n) *spatium lineae vacuum rel.* 1. o) factum — abducta. Eod. a. *om. E.* p) Grimmiis 2a. b. q) Augustinensium *R.* r) *sic* 1. *M. V;* in Erfordia *E. Le III. R.* s) ad *E. M. Le III.* t) in m. in *E.*

voluisse potest, ut id iuris, quod Heinricus in rege eligendo habebat, ipsi concederet. Cf. Kopp, 'Gesch. d. eidgen. Bünde' IV, 2, *p.* 56 *(n.* 1*).* 59. 1) *Quinque potius, sed suffragium ducatus Saxoniae divisum erat, Iohanne duce pro Ludowico, Rudolfo duce pro Friderico suffragantibus.* 2) *Vide de loco praecedente praef. p.* 129. 3) *De Landsberg, patruus Woldemari supra dictus.* 4) *Haec demum a.* 1315. *facta sunt. Cf. Wegele, 'Friedrich d. Freidige' p.* 332. 333, *n.* 4. 5) *A.* 1316. *Iun.* 20. *hoc factum esse referunt Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 45. 6) *Iam a.* 1314; *cf. Wegele l. l. p.* 330, *n.* 2. *Diem obitus eius Nov.* 20. *indicat Necr. S. Mariae Erford., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p.* 256.

morte Heinrici imperatoris, et quod ordo Templariorum et Beginarum[a] ab eo destructus fuisset. Post quem Iohannes papa XXII.[b] canonice est electus, qui[c] septi- 1316. *(Aug. 7).*
mum decretalium a predecessore suo compilatum aliqua adiciendo auctoritate apostolica confirmavit.

Anno Domini MCCCXVI.[d] fames valida, que iam per tres annos invaluerat, tam magna facta est, ut multi fame perirent[e]. Nam in strata publica, in civitatibus, in[f] opidis, in villis innumerabiles exanimes iacere videbantur. Unde cives Erphordenses misericordia moti magnas[g] foveas quinque

Cron. S. Petri.	*E. M.*
ante civitatem fecerunt, ubi quottidie[h] proiecta sunt innumerabilia cadavera mortuorum. In[i] Smedestete[1] sepeliebantur centum XXXIII[k] sexagene cum quinque hominibus[2].	in Smedestete ante civitatem fecerunt, ubi centum et triginta tria[l] sexagena[m] hominum et quinque homines tunc temporis sunt proiecta[n] ac miserabiliter sepulta[o].

*Anno[p] Domini MCCCXVII. Empta est villa dicta 1317. *(Iul. 25).*
*p. 447. Flensinges a quodam monacho Heinrico dicto de Myla, tunc preposito in Ellende[3], et a Friderico marchione in crastino sancti Thome apostoli beate Dei genitrici *Dec.* 22.
Marie sanctoque Iohanni ewangeliste et ecclesie Reinhersburnensi solemniter appropriata[4].

Anno Domini MCCCXVIII. Fridericus marchio 1318.
quendam militem dictum Knut pro aliquibus frivole et indocte prolatis[5] captum in Warperg fame miserabiliter

a) *sic E. R. V;* begkinarum 1. b) huius nominis *add. E.* c) qui — confirmavit *om. E.* d) $\mathrm{M^{o}CCC^{o}XVIII^{o}}$ *E. M. Le III, unde et in Eng. I (inde V). II. haec ad a.* 1318. *leguntur, sed ad a.* 1316. *recte* 1. $2^{a \cdot b}$. *C. R. V.* e) *sic* 2^{b}. *E. M. R;* perierunt 1. 2^{a}. f) et op. et in v. *E;* et opp. villisque *M.* g) *sic* $2^{a \cdot b}$. *E. M;* q. m. f. 1. h) pr. cott. (quot.) $2^{a \cdot b}$. i) In — hominibus *om.* $2^{a \cdot b}$. *R.* k) *sic C* (dri unde drißig schok) *cum E;* XXXI. 1. l) *sic E. Eng. II* (CXXXIII sexagene). *C;* centum quinquaginta *M;* CXXXVI sexagene *Eng. I, sed* 333 sexag. *V ad a.* 1318. m) *sic E. M.* n) proiectae ac m. sepultae *M.* o) *C cum textu E. M h. l. convenit; vide quae ad Cont. Thuring. infra adnotavi.* p) *a.* 1317. 1318. *om. E.*

1) *Villa ab oriente civitatis ante Schmidtstädter Thor sita. Nunc tantum Neu-Schmidtstädt existit.* 2) *Cf. cartam datam Avenione a.* 1341. *Sept.* 10, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 170, *nr.* 209. 3) *Vide cartam de hac emptione datam a.* 1317. *Iul.* 25, *Thur. sacra p.* 136 *sq.; Schannat, Vind. liter. I, p.* 132, *nr.* 49. 4) *Vide Friderici cartam datam a.* 1317, *Thur. sacra p.* 137; *Schannat l. l. nr.* 48. *Cf. Möller, 'Urkundl. Gesch. des Kl. Reinhardsbrunn' p.* 93 *sq. Haec ex fonte Reinhardsbr. sumpta esse patet, quae tamen non in Cron. Reinhardsbr. leguntur. Cf. praef. p.* 129. 5) *Cron. Thur. Isenac. c.* 21, § 11

1318. necavit. Qui apud Predicatores[1] secrecius est sepultus. Eodem anno edificia in maiori turri in Warperc ictu fulminis sunt incensa[2].

1319. Anno Domini MCCCXIX. Fridericus marchio re-
*f. 217'. edificavit *turrim incensam[a] in Warperc[b] et construxit magnum estuarium ibidem, fecitque adduci ex provincia Missenensi[c], Orientali[d] et Plisenensi[e] in Warperc[b] multa pondera argenti cum[f] curribus oneratis. Eodem anno dedit filiam suam Elizabet[g] Heinrico filio Ottonis lantgravii Hassie, quam[3] receperat consilio et auxilio reverendi domini Burchardi[h] archiepiscopi Magdeburgensis[i]. Hic episcopus erat frater nobilis viri de Zraphela[k] et mire parcitatis; ecclesiam tamen suam in omnibus quantum poterat ditavit, multas municiones illi castraque[l] et oppida procurando. Sed que provenerit illi gracia pro meritis, hic non reor esse silendum. Nam cum
1314. cives Castri-Palladis, id est Meideburg[m], multas illi insidias tenderent et multis eum iniuriis lacessirent[n], ille fretus Dei auxilio, coadunatis multis auxiliariis, cum Friderico marchione ipsam civitatem obsedit, multa dampna civibus inferendo[4]. Videntes autem se resistere non posse, manum dederunt et homagium facere eidem debitum sunt coacti. Unde felle amaritudinis[o] commoti, quem superare non poterant manifeste, dolo aggrediuntur, ipsumque precibus et promissionibus invitant[p] ad
1325. civitatem. Archiepiscopus[q] Burchardus sic venenosis et diabolica fraude dulcoratis precibus acquiescens venit
(Aug. 28). in Meideburc, ubi primo a civibus, deinde a clero, exinde ab omni populo cum crucibus et candelis ardentibus et sanctorum reliquiis et cantu gloriosissime est susceptus et cum magna leticia ad summam cathedralem[r]
(Aug. 29). ecclesiam est deductus. Postera die omnibus suis amicis

a) a fulmine inc. *E.* b) Wartperg *E.* c) misnensi *E.* d) *om. E.* e) *sic E;* pliszenensi 1. f) et *E.* g) Elizabeth *E.* h) Burkardi *E.* i) magdeburgensi 1. *E.* k) Schrapfel *E.* l) illa castra *E.* m) *sic* 1. 2a. *R* 2; Meideburgenses 2b; Magdeburg *E.* n) *sic* 1. *E.* o) sunt *add. E.* p) in civ. invitaverunt *E.* q) Arch. — dicitur *(p.* 349, *l.* 3*) om. E.* r) chatedralem 1.

(Pist. c. 88*) talia verba tradit, ubi hic miles vocatur Albertus Knut, consiliarius marchionis, qui in permultis cartis eius occurrit.* 1) *Isenacenses, ut Cron. Thur. Isenac. habet.* 2) *Cf. Cron. Thur. Isenac. ampl. et Hist. landgr. Eccard. c.* 454. 3) *Desponsatam scilicet Alberto comiti de Anhalt; supra p.* 343 *sq., a.* 1313. 4) *Quod autumno a.* 1314. *factum est; Gesta archiep. Magd., SS. XIV, p.* 428 *sq.; 'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Janicke p.* 183 *sq.*

et fidelibus ab eo elongatis, magistri consulum per suos 1325. *Ps.* 87, 19.
sibi parvo tempore ministrabant. Postea vero, ut dicitur, securi[a] percussus mortem subiit temporalem, deinde ibidem sepultus et, ut dicitur, miraculis claret. Et[b] hoc
vere contigit anno Domini MCCCXXV. in vigilia sancti *Sept.* 20.
Mathei apostoli[1].

*Anno Domini MCCCXX. Marchio Fridericus facta **f.* 218. 1320.
expedicione in Orientali et Plisenensi[c] provincia multa castra et oppida destruxit, aliqua sibi muniens reservavit.

Anno Domini MCCCXXI. obiit dominus Iohannes 1321. (*Iun.* 30).
abbas de Brůheim[d, 2], vir magne probitatis; cui successit dominus Bertoldus dictus Kolner[3], eiusdem ecclesie cenobita.

Cron. S. Petri.

**p.* 448. *Eodem anno in Thuringia Fridericus castrum inexpugnabile Raspenberc destruxit, castrum vero Eckersberge expugnans, fautores suos in eo collocavit. Beringerus vero de Schidingen, cuius castrum Eckersberc erat, collectis multis auxiliariis, dum expugnare-

E.

Anno M⁰CCC⁰XXI⁰. In Thuringia Fredericus marchio Misnensis, coadiuvantibus[e] Erfordensibus, comitibus et nobilibus Thuringie, castrum inexpungnabile Raspenberg destruxit funditus et anichilavit. Nam cum predones et raptores ibidem continue morarentur, audientes rumi-

a) et cum sec. eum occiderunt et ib. sep. ut dic. *E.* b) Et — cenobita (*l.* 14) *om. E.* c) pliszenensi 1; Or. prov. et Plisn. *R.* d) bruheim *corr.* brůheim 1. e) coadunantibus *E.*

1) *In nocte s. Mathaei (Sept.* 20/21*); Gesta archiep. Magd. l. l.; 'Magdeb. Schöppenchr.' p.* 191; *Henr. de Herv. ed. Potthast p.* 241 *sq. Etiam in cod. bibl. ecclesiae Merseburg. nr.* 56. *brevi chronico Iacobi de Varagine manu saec. XIV. additum est ('Archiv' VIII, p.* 665*):* A. D. 1317 (?) venerabilis pater Borchardus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, de stirpe nobilium de Scrappelowe natus, in nocte sancti Mathei a consulibus in civitate Maghedeborch miserabiliter est occisus.
2) *Dies obitus eius (Iun.* 30*) traditur in Necr. S. Petri cod. Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 515, *et Schannat, Vind. II, p.* 19, *et in epitaphio eius, 'N. Archiv' XXII, p.* 533, *etiam in addit. ad Nic. de Siegen p.* 381, *n.* 1. 3) *Quem procuratorem monasterii die* 4. *Iulii electum et a Mathia archiepiscopo (demum a.* 1321. *Dec. electo) Erfordiae morato confirmatum esse scribit Io. Kircher f.* 58. *Hoc iam a.* 1322. *vel* 1323. *Ian. abbatia se abdicante et monachum se professo ordinis Cisterciensis in monasterio Vallis S. Georgii, gravis discordia inter monachos S. Petri orta est, parte abbatem eligente Volmarum Vicedominum, parte contradicente; de qua re vide litteras editas in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' II, p.* 43 — 84. *et nota bene hac de re nihil in hac Cron. relatum esse.*

Cron. S. Petri.

1321. tur dictum castrum, clam nocte irruit in castra, cedendo et incendendo hostes fortissime expugnabat.

E.

nare marchionem cum civitatibus et terre[a] nobilibus pro destructione castri apropinquare — quod castrum nimis magnum et amplum fertur fuisse[1] —, et non habebant copiam victualium in castro et qui potuissent tali exercitui[b] resistere, fugam ineunt[c], terga vertunt, et sic castrum apertis ianuis et valvis derelinquunt. Eodem tempore castrum vero Eckersberg cum protracta[d] et maxima obsidione expungnans ipse marchio, predictis cooperantibus, fautores suos in eo collocavit. Beryngerus vero de Schydingen, cuius castrum Eckersberg[e] erat, collectis multis auxiliariis, dum expungnaretur dictum castrum, clam nocte irruit[f] in castra cedendo et tuguria ac tentoria incendendo[g] hostes fortissime expugnabat.

At illi expergefacti et precipue Erphordenses, qui semper parati erant ad pugnam, ad arma convolant[h] hostesque versa vice cedunt, capiunt et affligunt. Tandem Beringerus cum suis victus ad castrum fugere compellitur, et ibi fame et[i] siti et inedia nimium coartantur[k]. Videntes autem hii qui in castro erant sibi periculum imminere, rebus et vita sibi concessis, castrum hostibus tradiderunt. Quod audiens marchio, cum ibi non esset[l], maxime[m] sibi displicuit, multumque in suos advocatos[n] iracundia est commotus. Et merito. Nam si voluissent, omnes suos adversarios captivassent[o]. Eodem[p] anno facta est eclip-
Iun. 26. sis solis hora prima in die sanctorum Iohannis et Pauli.

a) tore *E.* b) exercitu *E.* c) iniunt *E.* d) protacta *E.* e) erkersb'g *h. l. E.* f) arruit *E.* g) in cedendo *E.* h) convolantes *E.* i) *om. E.* k) *sic* 1. *E;* coartatur *R* l) ibi presens non erat *E.* m) *om. E. R.* n) advocatus 1. o) et occidissent *add. E.* p) Eod. — Pauli *om. E.*

1) *Hoc loco et infra l.* 14. *apparet ea quae E solum habet postea narrationi Cronicae S. Petri inserta esse.*

Anno Domini MCCCXXII. feria[a] secunda post Misericordias[b] Domini, dum in eadem die dominica dedicacio fuisset Predicatorum, ludus est[c] factus apud Ysenach in orto ferarum a clericis[d] et a scolaribus de X virginibus; cui ludo marchio tunc[e] intererat[1]. Ubi dum quinque virgines fatue precibus beate virginis[f] Marie et omnium sanctorum non possent graciam invenire, marchio iratus recedebat, *dicens: 'Que est fides Christiana, si peccator precibus beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum non debet veniam obtinere?' Et sic furens[g] secum per quinque dies, quinto die, id est sabato, mane primo dicit marchionisse[2]: 'Surge et fac escas preparare, ieiunantibus pisces, non ieiunantibus vero carnes, facque sacerdotem me expectare cum missa. Nam oportet me paulisper requiescere et dormire'. At illa surgens quod iussum fuerat adimplevit. Hora vero VI. rediens excitavit eum, dicens: 'Surgite[h] velociter, iam enim hora preteriit, et populus vos expectat'. At ille oculos aperiens loqui non poterat. Nam morbo apoplexie percussus semivivus iacuit, eademque per tres annos et dimidium in infirmitate[i], quam maximum dolorem sue generose conthorali, *quem gemitibus ac fletibus cottidianis explicuit, faciens, laboravit*. Audiens itaque Heinricus comes de Swarczburc ululatus marchionisse insolitos, verbis consolatoriis eam adeundo alloquitur, per eundemque domine marchionisse et eiusdem[k] filio[3] a civibus et ad-

[Margin: 1321? Maii 4? — *f. 218'. — Maii 9? — .449.]

*) *E ex praecedente narratione haec excerpta praebet:* Anno M⁰CCC⁰XXII⁰ sabatho post Misericordias Domini marchio Misnensis percussus est morbo apoplexie, et eodem morbo tercio dimidio anno laborans exspiravit. *Ubi* Audiens — — procuratur *om.*

a) sec. f. *R.* b) *sic E. R. V;* misericordia 1. c) f. est *R.* d) secularibus *add. R.* e) *om. R. V.* f) M. virg. *R.* g) per q. d. fur. sec. *R.* h) Surge *R.* i) q. max. dol. in inf. 1; *corr. ex R, ubi* dim. infirm. (in *om.*). k) eius *R.*

1) *Qui ludus adhuc exstat, editus a L. Bechstein, 'Wartburg-Bibliothek' I (Halle* 1855*). Cf. L. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VII, p.* 111 *sqq.; R. Bechstein, 'Das Spiel von den zehn Jungfrauen' (Rostock* 1872*). — Cum auctor huius partis res gestas saepe falsis annis adscripserit, cum Fridericum* 3½ *annis aegrotasse dixerit, qui a.* 1324. *defunctus esse videatur, hunc ludum non a.* 1322. *Apr.* 26, *sed iam a.* 1321. *Maii* 4. *factum, marchionem die Maii* 9. *apoplexia ictum esse conicio. Quo omnia fere tolluntur, quae Wegele, 'Friedrich d. Freid.' p.* 339, *n.* 1, *contra hunc locum movit.* 2) *Elisabeth.* 3) *Friderico.*

vocatis civitatum et castrorum homagium fieri procuratur.

1322. Anno Domini MCCCXXIII. Desponsata est filio marchionis Friderico[a] filia regis Boemie[1] adductaque est[b] in Warperc[c], *.

Cron. S. Petri.

Eodem anno[2] ingravescente discordia inter ducem Bavarie et ducem Austrie propter discordem electionem regis, tandem certus dies prelii indicitur ab utris-
Sept. 30. que[d] in crastinum sancti Michaelis[e]. Convenientes[f] in prelium e diverso manu
Sept. 28. valida in vigilia sancti Michaelis duces memorati, ex consilio regis Boemie dux Bavarie suo cum exercitu ponte facto flumen[3] in occursum partis[g] adverse transiit, anticipatoque prefixo termino, ponte deiecto, pugnam inchoavit[4]; quod videntes Ungarii[h] et pagani, quos[i] dux Austrie vocatos sibi in auxilium adduxerat,

E.

Eodem[5] anno in crastino Michaelis[6] factum est prelium inter ducem Lodewicum Bawarie, qui electus a 4^or^ principibus[7], et Fred[ericum] ducem[k] Austrie, electum a tribus, et Lodewico[l] duce obtento prelio, regiam dignitatem adeptus est.

*) *E add.:* cum magna solempnitate.

a) *sic R;* Friderici 1; fred̄ *E.* b) sibi *add. E.* c) Wartperg *E.* d) scilicet *add. R.* e) archangeli *add. R* 1. f) igitur *add. R.* g) *sic R;* parte 1. h) Ungari *R.* i) *sic R; om.* 1. k) duce A. electo *E.* l) *sic E.* Le *III.*

1) *Iutta filia Iohannis regis iam a.* 1322. *Friderico desponsata est. Cf. Chron. Aulae-regiae II,* 11, *l. l. p.* 416. 2) *Scil.* 1322. *Casu factum est, ut haec in Cont. Thur., 'D. Chr.' II, p.* 315, *recto anno adscriberentur, omisso videlicet praecedenti loco cum a. D. Nam E et R haec ad a.* 1323. *habent.* 3) *Isen.* 4) *Pleraque haec falsa sunt. Constituto die proelium commissum est, nec pons factus, nec abiectus; cf. H. Pfannenschmid in 'Forschungen z. D. Gesch.' III, p.* 52, *n.* 3; *Fr. v. Weech ibid. IV, p.* 94 *sq. Pontem abiectum esse ideo auctor sibi persuasit, cum crederet Leopoldum ducem ab altera parte fluvii, cuius nomen auctor nescivit, stetisse.* 5) *In Hist. landgr. Eccard. (L III) ex hoc loco quaedam excerpta sunt.* 6) *Male legit is qui haec immutavit textum Cronicae S. Petri.* 7) *Cf. supra p.* 346.

1322.

Cron. S. Petri.

terga vertentes fugam arripiunt huncque, qui eos adduxerat, *armis miserabiliter occiderunt. Interea ex altera parte fluminis Lupoldus dux Austrie, frater Friderici ducis predicti, collecto[a] magno exercitu in auxilium fratris advenerat, sed interceptus a flumine, cum fratri subvenire non posset eumque suo cum exercitu hostibus succumbere cerneret[1], exitum rei lugubriter expectabat. Nimio enim dolore compulsus tanta amencia capitur[b], ut, nisi a suis prohiberetur militibus, ad se ultro interficiendum nudato gladio insanire suo admoto gutturi videretur. Itaque capto Friderico duce per quendam Franckonem nomine Eberhardum de Masbach[2] presentatoque nobili viro de Norenberc[3], ab eodemque defensato et in presenciam ducis Bawarie perducto[c] salva vita eius: iam dicto duci Bawarie victoria ascribitur, et ab eo suoque exercitu devictis hostibus propria cum gaudio repetuntur.

*f. 219.

E.

N a m capto Frederico duce A u s t r i e a q u o dam n o b i l i Franckone, nomine Eberhard u s[d] de Maspach, e t presentatoque burggravio de Noͤrnburg, ab eodemque defensato et in presencia[d] ducis Bawarie p r o ducto salva vita eius, et sic diu captus detentus.

a) magno coll. *R.* b) rapitur *R.* c) *sic* 1. *Theod.;* producto *E. R* 1. d) *sic E. Le III.*

1) *Qui longius aberat, ut certamen conspicere non posset. Cf. de hoc proelio etiam O. Dobenecker in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch. I. Ergänzungsbd.' p.* 162 *sq.* 2) *Cf. Pfannenschmid l. l. III, p.* 68, *n.* 4. *IV, p.* 77 *sq.* 3) *Friderico IV. burggravio.*

1324. *Eodem[a] anno[1] orta sedicione inter cives Northusenses se mutuo suspenderunt, interfecerunt, rotaverunt, *Iul. 15.* et hoc in die divisionis apostolorum*. **p.* 45

1320. Anno Domini MCCCXXIIII. Petrus Mogontinus[a*] archiepiscopus obiit[2]. Hic provincialia iura composuit, que Iohannes papa confirmavit. Cui idem papa Mathiam monachum sub regula sancti Benedicti, custodem in 1321. Morbach, omni dignitate pontificali cum pallio substituit sublimatum.

1322? Eodem[b] anno facta est magna discordia inter cives Erphordenses et clerum[c], quia cives quendam clericum de furto diffamatum fecerunt suspendio interire[d]; qua de re statim a divinis clerici cessavere[e].

Cron. S. Petri.	*E. M.*
Unde commoti cives[f] curias deicere, domos destruere, bona diripere clericorum per nephandos homines procurarunt;	Unde cives commoti promulgaverunt[g] edictum, ut, si qui cum clericis quidquam haberent agere vel negociare[h], licite possent non obstantibus consulibus, et sic per communitatem procuraverunt curias deicere, domos destruere, bona diripere et per nephandos homines clerum molestare;

**f.* 219'. *Aug. 24.* quapropter *circa festum sancti[i] Bartholomei[k] Mathias[l] archiepiscopus[m] veniens Erphordiam[3] cum processione

1375. *Febr. 14.* *) 1 *add.:* Hoc iterum contigit anno Domini 1374.[n] in die sancti Valentini, quod multi sunt decollati et expulsi et eorum bona accepta[o. 4].

a) Eod. — sublimatum *(l. 9) om. E; haec* — apostolorum *habet V ad a.* 1324. *post* reformavit *(p.* 355, *l.* 3*) et eodem loco ad a.* 1324. *haec leguntur in C. In R haec non exstant.* a*) arch. Mog. *R.* b) *haec habent E. M ad a.* 1323, *E post* detentus *(p.* 353, *l.* 30*), etiam* 2a. b: MCCXXIII. Facta est. c) clericos, quod 2b; ibidem *add. E. M.* d) diff. suspendio interimerunt (interierunt *E*) *E. M.* e) *sic* 1. 2a. b; cessaverunt *E. M. R. V.* f) *sic R. (E. M); om.* 1. 2a. b; Erffurdenses *V.* g) *sic M;* promugaverunt *E.* h) negociari *M.* i) *sic* 1. *V. M;* beati *R; om. E.* k) dominus *add. E.* l) *sic* 2a. b. *E. M. R;* arch. Math. 1. *V;* Maguntinensis *add.* 2a. b. m) Mogunt(inensis) *add. h. l. E. M.* n) 1373. 1: *sed ad a.* 1374. *haec rectius habet V.* o) O sancte Ieronime succurre *add.* 1, *post del.*

1) *Potius a.* 1324. *Cf. Förstemann, 'Historische Nachrichten von Nordhausen' (Nordhausen* 1860. 4°*) p.* 251 *sqq.* 2) *Qui iam a.* 1320. *Iun.* 4/5. *obiit.* 3) *A.* 1322. *hoc factum esse videtur, cum a.* 1322. *Aug.* 28. *Mathias electus Erfordiae cartam dederit, Beyer, 'UB.' II, p.* 12 *sq., nr.* 19. *Sed etiam a.* 1324. *Aug. ex. Mathias Erfordiae fuit. Vide p.* 356, *n.* 2. *Cf. infra narrationem in appendice (nr. IV) editam.* 4) *Hoc demum a.* 1375. *factum est. Cf. Förstemann l. l. p.* 260 *sqq. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 443 *sq.*

et crucibus, candelis[a] et reliquiis sanctorum honorifice est susceptus; qui inter clerum[b] et cives pacem faciens eos concorditer reformavit[c]·*. 1322?

Anno Domini MCCCXXV. Lupoldus dux Austrie multa dampna[d]·** regi Romanorum inferens[e], tandem[f] obiit tali modo, ut dicitur. 1326. (Febr. 28). Cum quidam nigromanticus sibi presentatus fuisset, interrogavit eum, si posset sibi dyabolum demonstrare[g] in[h] propria persona. At ille: 'Possum', inquit, 'sed nullus homo sine periculo corporis potest eum videre'. Quo *contumaciter[i] respondente:
451. 'Volo eum utique videre', et fideiussores nigromantico[k] statuit, ne in aliquo lederetur. Introductus est igitur in cenaculum, et ibi pariter residentes vident[l] hominem aspectu nigrum et*** deformem introeuntem; quo viso dux

*) *E. M add.:* Eodem anno[m] spoliata est capella Sacri Fontis supra et infra et[n] omnibus ornamentis altaris; de quo metrista[o] refert: 1324.

Fraus cum bisexto Domini regnavit in anno
Milesimo trecentesimo vicesimo quarto,
Quere[p] *diem solis et festum Panthaleonis*[1], *Iul.* 28. 29.
In quibus est magna res et violencia facta.
Surrexit quidam Zcinke cognomine nequam
Cum turba multa, sed non de gente beata,
Adversus clerum; quod sit maledictus in evum!
Hicque[q] *potestate spoliavit in hac civitate*
Quosdam canonicos[r] *cappellarumque ministros,*
Sed quasi tempestas fuit eius ficta potestas.
Hanc quia[s] *cappellam spoliavit et inferiorem*
Ad Fontem Sacrum, corpus de virgine natum
Corrigat et clerum custodiat hic et in evum! Amen.

**) Lup. dux A. pro nece[t] Frederici fratris sui, ducis Austrie, multa dampna Lodewico duci[u] Bawarie, qui[v] et regi Rom. *E.*

***) *E add.:* forma horribilem totoque corpore.

a) et cand. et *E.* b) clericos 2^{b}. c) *spatium lineae vacuum rel.* 1. d) Ludewico (Ludov. 2^{b}) Bavaro *add.* $2^{a \cdot b}$. e) propter fratrem suum, quem dictus Ludewicus (Ludov. 2^{b}) in bello ceperat *add.* $2^{a \cdot b}$ *ex loco a.* 1323. *omisso.* f) idem Lupoldus *add.* $2^{a \cdot b}$. g) *sic* $2^{a \cdot b}$. *E. (R). V;* in pr. pers. dem. 1. h) *sic* 1. *E; om.* $2^{a \cdot b}$. *R. V.* i) pertinaciter 2^{a}. k) *sic* 1. *E. R. V;* st. nigr. (necrom. 2^{b}) $2^{a \cdot b}$. l) Videns 2^{a}. m) Anno 1324. *M.* n) *om. M.* o) hos versus *add. M.* p) *sic M;* Quem *E.* q) Sicque *M.* r) canonicas *E.* s) *sic M;* Hancqꝫ(ue) *E.* t) *sic Le III;* puece *E; fort.* vice *legendum.* u) *sic Le III;* duce *E.* v) *om. Le III.*

1) *Hoc festum a.* 1324. *sabbato fuit.*

1326. dixit: 'Satis est', et statim ad[a] lectum deductus mortuus est[1].

Cron. S. Petri.	*E. M.*
1324? Eodem anno Mathias archiepiscopus[b] cum magna pompa primam missam suam[c] Erphordie celebravit[2].	Eodem anno[d] dominus Mathias archiepiscopus Moguntinus cum magna pompa veniens Erfordiam a clero, civibus[e] et universo populo et processionaliter ab omnibus religiosis[f] honorifice et laudabiliter est susceptus, et ibidem primam missam suam ad beatam virginem[g] celebravit.

1324. *(Nov. 16).* Ipso[h] anno Fridericus marcgravius[i] in Warperc[k] diem clausit extremum[3], sepultus in Ysenache[l] ad Sanctam Katherinam.

1323. Ipso[h] tempore desponsata fuit[4] Friderico iuniori margravio Mechtildis filia regis Romanorum Ludewici per advocatos Thuringie adductaque est[m] in Warperc[k], filiaque regis Boemie[5] reducta est ad patrem[n].

1326. Per idem tempus[o] quidam, scilicet Wicelo[p] de Buchonowe[q] et Otto de Stuternheim[r] cum eorum complicibus, cupiditate sacrilega capti, quendam electum[6] in episcopum[s] in Meideburc in strata publica spoliantes captivum proch dolor! abduxerunt eumque Brandenvels[t]

a) *sic* 1. 2a. b. *R. V;* ded. ad l. *E.* b) Moguntinus *add. R.* c) *sic R. E; om.* 1. d) Anno 1325. *M, ubi* dom. *om.* e) et civ. *M, ubi* et un. pop. et *om.* f) ab o. rel. *om. M.* g) Mariam *add. M.* h) Eodem *E.* i) Misnensis *add. E. M.* k) Wartperg *E. M.* l) ysēnaco *E;* Isenaco *M.* m) *om. E.* n) eius *add. E,* o) Eodem tempore *E, ubi haec (— p.* 357, *l.* 8*) ante* Ipso temp. *etc. (l.* 18*).* p) Weczilo *E.* q) Buchenowe *E. R. L I.* r) Stotternheym *E. Le II. III.* s) archiepiscopum Magdeburgensem in str. *E. Le III.* t) Brandefels *E.*

1) *Alia Matth. de Neuenburg de daemone a Lupoldo vis narrat, ed. Weiland in 'Abh. d. Ges. d. W. zu Göttingen' XXXVII, p.* 25 *sq., c.* 36. *XXXVIII, p.* 51 *sq., c.* 51 *(ed. Studer c.* 51, *p.* 73 *sq.).* 2) *A.* 1324. *Aug.* 30. *et Sept.* 3. *Mathias privilegia monasterii S. Petri confirmavit cartis quae exstant in cod. Berolin. Ms. Boruss. fol. nr.* 81. *f.* 28'. 29. 3) *Diem obitus eius* XVI. Kal. Dec. *habet Hist. Eccard. c.* 455. *Ad a.* 1323. *referunt eius obitum Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 45, *et Chron. Aulae-regiae II,* 12, *Fontes rerum Austr., SS. VIII, p.* 424, *ubi die VI. Kal. Dec. obiisse dicitur. Cf. Wegele l. l. p.* 341. 4) *Iam a.* 1323. *desponsata est. Cf. Böhmer, Reg. Lud. nr.* 571, *d. d. Maii* 7. *ST. Cf. Chron. Aulae-regiae II,* 12, *p.* 423. 5) *Cf. supra a.* 1323, *p.* 352. 6) *Heidenricum de Erpitz. Cf. Gesta arch. Magd., SS. XIV, p.* 432; *'Magd. Schöppenchr.' p.* 197.

detentum, virum provecte etatis et canicie venerandum, 1326.
per unum annum et dimidium custodie manciparunt; 1327.
qui in vinculis diem clausit extremum. *Quod audiens *f. 220.
Otto lantgravius Hassie consilio suorum venit ad papam
Iohannem ibique obtinuit archiepiscopatum Magdeburgensem filio suo iuniori Ottoni; civibus Meideburgensibus[a] pro nece sui presulis[1] magna pecunia multatis[b]
veniam apud papam et graciam acquisivit[c·2], veniensque
in domum requievit in Domino[3]. 1328.

Eodem anno factus[d] est lapideus pons mercatorum 1325.
in Erphordia*.

Anno Domini MCCCXXVI. facta[e] est magna[f] dis- 1326?
cordia inter archiepiscopum[g] Mathiam et Heinricum lantgravium[h], quia[i] bona feudalia[k] ab episcopo, ut moris est, non susceperat. Unde multa homicidia, rapine, incendia ab utrisque partibus facta sunt. Sed archiepiscopus oppidum quoddam[l] Gissen[m] obsedit et cepit[4] et 1327.
fautores suos in eo locavit; qui multa crudelitate bachantes[n] in cedibus hominum et rapinis et violacionibus virginum et puellarum oppidanos multis calamitatibus oppresserunt. Quod videntes idem[o] cives, expulsis illis, priori suo[p] domino lantgravio dictum oppidum reddiderunt**.

Eodem anno Heinricus comes de Swarczburg ve- 1326?
niens cum exercitu Marchiam[q] ante[r] quoddam castrum ictu sagitte a tergo est hostiliter interfectus[5]; quod[s]
.452. audiens marchionissa, *relicta Friderici marchionis, quendam virum nobilem dictum de Plawe[t·6] in protectorem

*) *E add.:* cum magnis expensis.

**) *E add.:* ac pro domino habuerunt.

a) Magdeburg. *E.* b) *alio atram. superscr.* mulctatis 1; mittatis *E.* c) obtinuerunt *E, ubi* ven. — Domino *om.* d) edificatus *E.* e) orta *E.* f) *om. E.* g) M. arch. *E.* h) Hassie *add. E recte.* i) quod 2b. k) *sic* 1. 2b; pheodalia 2a. *E. R.* l) dictum *E.* m) giszen 1; gißin *E;* Sißen 2a; Giessen 2b. n) bachinantes *E.* o) *sic* 1. 2a. *E. R;* iidem 2b. p) *sic* 1. *E;* dom. suo 2a·b. *R.* q) *sic* 1. *R* 2; in M. *E. Le II. III. R* 1. r) in obsidione cuiusdam castri ubi ictu *E. Le III.* s) quod — faciendo *(p. 358, l. 3) om. E.* t) plawe *post corr.* plawē 1; Plauwe *R.*

1) *Burchardi; cf. supra p.* 348 *sq.* 2) *Quod demum a.* 1331. *factum est bulla data Iun.* 30. 3) *A.* 1328. *Ian.* 17. 4) *Demum a.* 1327; *cf. Gesta Baldewini III,* 6, *Gesta Trevirorum ed. Wyttenbach et Müller II, p.* 246; *Gudenus, Cod. dipl. III, p.* 257, *nr.* 187; *'Oberrhein. Chronik' ed. Grieshaber p.* 29. 5) *Nusquam alibi hac de re quidquam relatum inveni. P. Iovius in Chron. Schwartzburg., Schöttgen et Kreysig, Diplom. et SS. I, p.* 317 *sq., hunc tantum locum ampliavit.* 6) *Heinricum II. Russe.*

1326? et advocatum suarum constituit regionum, qui sapienter et fideliter prefuit, pacem et iusticiam in omnibus provinciis faciendo.

1327. Anno Domini MCCCXXVII. Ludewicus rex[a] congregato exercitu Longobardiam Italiamque peciit, veniens- 1328. (Ian. 17). que Romam cum auxilio Canis[b] Veronensis, qui tunc erat advocatus imperii, imperialis dignitatis apicem est adeptus.

1327? Sub eodem tempore[c] Fridericus et Hermannus fratres de Drivordia[d] coadunato exercitu venerunt in Sunneborn[e], volentes terram rapinis et incendiis devastare. *f. 220'. Unde Fridericus *de Wangeheim[f] cum adiutorio marchionisse congregato exercitu, cum civibus Gotensibus fortiter adversariis resistebat[g]; at illi videntes sibi periculum imminere omnes[h] pariter fugierunt[i]. Advocati vero hinc et[k] inde hostes cedentes, Fridericum de Drivordia[d] et fratrem[1], dictum[l] de Hartenberg[m] et de Zandern et fere omnes sine defensione captivos pariter abduxerunt. Ille[n] vero de Wangeheim benigne faciens, licet non merito, cognatum suum dictum[o] de Drivordia[p], licet sevum hostem, abduxit[q] in Wangeheim[r], ne ab advocatis vel marcgravio[s] ut raptor subiret sentenciam capitalem. Alii vero omnes in Gota ducti, septem ex eis pociores sunt[t] suspendio interfecti, alii nimia[u] pecunia data vix mortis supplicium evaserunt[2.]*.

1327. Iun. 14. *) *M habet:* Anno 1327. die 18. Calend. Iulii, qua decantavimus in ecclesia Severiana Erphordiae solenniter vigilias die dominica[v], fulmen maximum et tonitruum erat, unde duo homines statim in ecclesia mortui sunt et plures alii graviter infirmati[3].

a) Romanorum *add. E.* b) s c i l i c e t d u c i s *add. E.* c) Eodem anno *E.* d) Drevordea *E;* Trevordia *M.* e) Soͤnborn *E.* f) Vangeheym *h. l., infra (l.* 19*)* Vangenheym *E.* g) *sic* 1. *R;* resistebant *E. M.* h) *sic* 1. *R;* par. o. *E. M.* i) *sic* 1. *E. R.* k) *om. E.* l) dicti *E.* m) Hartinberg *E. M. R.* n) Fredericus *E. M.* o) Fridericum *M;* Herman *C.* p) Drevordia *h. l. E;* Trifurdia *h. l. M.* q) *om. E. M.* r) Wangeheym *h. l. E.* s) *sic* 1. *R;* adv. m a r g g r a v i e *E fort. recte;* adv. landgraviae *M.* t) susp. sunt interempti *E. M.* u) *sic* 1; innumera *R* 1; innumerabili *L I;* Reliqui vero data infinita pec. (dederunt infinitam pecuniam *M*) *E. M.* v) vig. D. Decan. *M.*

1) *Hermannum VIII. (VI) supra dictum. Sequentia Ioh. Rothe c.* 649, *p.* 556, *qui huic loco nonnulla addidit, recte interpretatus est:* unde einer von Hartinbergk unde einer von Sandirn, *quae minime ad fratrem trahenda sunt.* 2) *Cf. G. Landau in 'Zeitschr. d. V. f. Hess. Gesch.' IX, p.* 204 *sqq., qui hunc gravissimum locum neglexit; Funkhänel in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' IV, p.* 210 *sq.* 3) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 457 *sq.*

Anno Domini MCCCXXVIII. Marchio Fridericus[a] 1328.
iunior celebravit nupcias solemnes in Norenberc[b] cum
filia[c] regis Romanorum Mechtilda.

Anno Domini MCCCXXIX. Mathias archiepiscopus 1328.
Mogontinus, cum Heinrico lantgravio Hassie adhuc faciens
multa bella[d], tandem, ut dicitur, intoxicatus obiit. Eodem *(Sept. 10).*
anno ipse[e] Ludewicus imperator filium suum primogenitum Ludewicum in marchia Brandeburgensi constituit[f] marchionem[1] fecitque[g] ei[h] tutorem et adiutorem marchionem Fridericum, lantgravium Thuringorum[i].

Anno Domini MCCCXXX. facta[k] est in diocesi 1328.
Mogonciensi[l] maxima dissensio inter clerum. Nam mortuo Mathia archiepiscopo dominus apostolicus prefecit *(Oct. 11).*
ecclesie Mogontine Heinricum dictum de Vernberc[m], prepositum in Bunne, dans ei pallium[2]. Sed et canonici Sancti Martini, maioris ecclesie in Mogoncia, unanimi consensu capituli postularunt[n] archiepiscopum Baldewinum Treverensis ecclesie, presentantes sibi municiones
*et castra omnia ecclesie Mogontine; factumque est, ut *f. 221.
capitulum Magontinum cum maxima parte cleri eiusdem diocesis contra predicti[o] domini Heinrici provisionem ad sedem apostolicam appellarent. Unde plures adherentes appellacioni et plerique ab apostolico ecclesie Mogontine proviso[p] utroque gladio, spirituali scilicet et temporali, oppressionibus et mortibus, livoris agitati stimulo, sub utriusque partis agnomine[q] se mutuo lacerarunt.

Eodem anno hii qui electum in archiepiscopum 1330?
Magdeburgensem, ut prius dictum est[3], captivaverant ecclesiastica coacti censura pro obtinenda venia liminibus se[g] apostolicis *presentaverunt[r], ubi quia[s] toto corde
453. contriti se pedibus advolverunt[t] apostolicis, consequentes, quam[u] quesierunt, graciam, post[g], fustibus tamen acerrime prius agitati, ad propria remearunt.

a) Misnensis *add. E.* b) Norenberg 2a. b; Nörnberg *E.* c) Mecht. f. r. Rom. *E.* d) prelia *E.* e) *om. E (ubi* imp. Lod.). *R.* f) precepit (*pro* prefecit) *E.* g) *om. E.* h) *sic R 2;* tut. ei *R* 1; sibi tut. *E;* ei *om.* 1. i) *spatium lineae vacuum rel.* 1. k) facta — Eod. anno *(l. 27) om. E.* l) Moguntinensi *R. V.* m) Vernbert 1; Vernberg *R* 2; Verneberg *V.* n) *sic* 1. *R* 2. *N;* postulaverunt *R* 1. *V.* o) dicti, *alio atram. corr.* predicti 1, *et ita R.* p) *sic R (ubi* et *falso add.);* provisore 1. *N.* q) *sic R;* ignomiose 1; ignominiose *V. N.* r) presentarunt *E.* s) ubi q3 (que) 1; et quia *E.* t) contr. p uolut' ped. apost. *E.* u) gr. q. ques. *E.*

1) *Quod iam a.* 1324. *Iun.* 24. *factum, a.* 1328. *Febr.* 12. *confirmatum est; Böhmer, Reg. Lud. nr.* 724. 965. *ST.* 2) *Vide litteras datas a.* 1328. *Oct.* 11, *Gudenus, Codex dipl. III, p.* 260 *sqq., nr.* 190, *aliasque postea datas, Böhmer, Reg. Lud., Ioh. XXII, nr.* 82—84. 86 *(p.* 222*).* 230 *(p.* 307*).* 3) *Cf. supra a.* 1325, *p.* 356 *sq.*

1330. Eodem[a] anno natus est Friderico marchioni primogenitus nomine Fridericus in Rochelize, ubi ob difficultatem partus marchionissa[b] aliquantum periclitari cepit. Sed precibus beate Marie Dei genitricis et omnium sanctorum ipsa quidem mortis piaculum[c] vix evasit; puer *Dec. 6.* vero in albis decessit circa festum sancti Nicolai, sepultus in Missenen. Eodem anno consules Erphordenses* inceperunt edificare magnam[d] turrim apud[e] pretorium[1. **].

1331. Anno Domini MCCCXXXI. Fridericus marchio[f] iuvenili etate et levitate seductus per nefarios[g] consiliarios et iniquos et perversos, oblitus progenitorum suorum circa monasteria diligenciam[h] et fidelem promocionem, venit in Reinhersborn[i] cum multo comitatu, cum[k] sororio[l] suo Heinrico lantgravio Hassie et Heinrico duce Saxonie et[m] comite Bertoldo de Hennenberc[n] et cum omnibus[k] comitibus et baronibus et ministerialibus[o] pro- *Ian. 20.* vincie Thuringie, ibique[p] in dominica qua cantatur *Omnis terra* cum octingentis equis per[q] dies quatuor **f. 221'.* *cum magno dampno ecclesie est dampnabiliter[r] hospitatus, quod ab eorum[s] predecessoribus longis retroactis temporibus aliquem principem tanto gravamine apud eos recepisse hospicium didicimus[t] non expertum[2]. Marchio *Febr. 13.* vero[u] in carnisprivio in Bigaviam[v] veniens, in torneamento[w] in locis[x] secrecioribus lesus, in eodem loco per IIII[or] fere ebdomadas decubuit[y]. Et[z] postea eodem anno fama adventus imperatoris in Thuringia[a] circumquaque volitans eundem marchionem Fridericum pro adventu[b] eiusdem imperatoris ad preparandas sumptuosas

*) *E. M add.:* qui[c] et communitas.

**) *E. M add.:* situm in foro, ubi diebus forensibus pisces venduntur mire fortitudinis.

a) Eod. — Missenen *(l. 7) om. E.* b) march. aliq. *om.* 1, *ex R suppl.* c) *sic* 1. *R, sed* periculum *emendandum videtur.* d) *om. E. M.* e) circa *E. M.* f) Misnensis *add. E.* g) per nephandis consilioriis iniquos *E.* h) *sic* 1. *R. V. N;* diligentem *E.* i) Reynhartisborn *E.* k) *om. E.* l) com. Henr. l. H. sor. suo *E.* m) ac *E.* n) henberg nec non cum *E.* o) com. bar. ministerialibusve nobilibus *E.* p) per quatuor dies *iam h. l. add.* 1. *R.* q) *sic h. l.* 1 *(iterum). E. (V);* p. d. q. *om. h. l. R.* r) *sic* 1. *(R);* letaliter *E.* s) eius *E.* t) diucius non est exp. *E.* u) Eodem anno marchio Misnensis *E;* postea *add. R.* v) Piganiam *E.* w) tornamento *E. R.* x) *sic R. N; om.* 1; in pudendis lesus ibidem fere per 4[or] ebd. *E.* y) occubuit *E.* z) Et — distracte *(p. 361, l. 2) om. E.* a) *post corr.* thuringiā 1; thuringiam *corr.* thuringia *R* 1. b) *sic R;* per adventum 1. *N.* c) *om. M.*

1) *Cf. supra p.* 152, *n.* *. 2) *Haec et sequentia ex fonte Reinhardsbrunnensi sumpta esse patet. Cf. praef. p.* 129.

coegit[a] expensas, que post frustrato eodem adventu pene inutiliter sunt distracte.

Anno Domini MCCCXXXII.[b] facta est discordia 1333? inter Fridericum[c] marchionem et matrem ipsius[d] marchionissam* pro dote ipsius marchionisse. Nam marchio impetebat Gota[e] et Wissenvels[f], dicens sibi magis quam matri illas competere civitates. Illa vero hiis turbata[g] illustris comitis Bertoldi de Hennenberg et civium Erphordensium auxilium querit anxia[h] consiliumque[i] pariter et iuvamen. Erphordenses eciam et Molhusenses 1334. cives a promocione margravii Friderici propter aliquas simultates simul[k] et ab amicicia discesserunt[l]·[1].

Cron. S. Petri.	*E.*
Que omnia fiunt nota imperatori nunctios per veraces; quibus per suas litteras demandat cum firma pace universa hec sue audiencie reservari[m]·**.	Imperator autem audiens hec, litteris suis utrisque partibus precipiendo[n], ut cum firma pace et tranquillitate universa hec sue audiencie reserventur[2].

*Anno Domini MCCCXXXIII. Ludewicus impera- 1335.
p. 454. tor Romanorum circa festum penthecostes venit in War- *Iun.* 4.
perc[o], pacem et concordiam faciens inter marchionem et matrem eius et[p] inter cives Erphordenses et Molhu- *(Iun. 29).*
senses, mediante et[p] interloquente Bertoldo comite de Hennenberg, tali modo discordiam inter marchionem et civitatenses induciavit[q] a festo Iacobi venturo[p] *usque *Iul.* 25. **f.* 222.

*) *E add.:* Elizabeth.

**) *M habet:* Anno 1332.[r] Aedificatum est castrum quod dicitur der Wendelstein, situm in opposito Wie[s] ex altera parte aquae dictae Unstrut, per Fridericum et Hermannum fratres et comites de Wimaria[3].

a) *sic R;* exegit 1. *N.* b) Eodem anno *ad a.* 1331. *E.* c) march. Fred. *E.* d) *sic* 1. *R* 2. *N;* eius *E. R* 1. *V.* e) *sic* 1. *V. R* 2; Gotha *E. R* 1. *N.* f) wiszenvels 1; wissenfels *E.* g) anxita *(pro* anxiata*) E.* h) turbata *h. l. E.* i) consilium et iuv. *E.* k) *sic R;* s. et *om. E;* et *om.* 1. *V;* simul ꝙ *N.* l) decesserunt *E.* m) *spatium lineae vacuum rel.* 1. n) *sic E.* o) Wartperg *E.* p) *om. E.* q) prorogavit *E.* r) alii 1333. *add. M.* s) Wihe *M.*

1) *Quod non ante a.* 1333. *exeuntem vel potius a.* 1334. *factum est; cf. K. Beyer in 'Mitteil. d. V. f. Gesch. u. Alt. v. Erfurt' XIV, p.* 14 *sq.* 2) *Praeter reliquos, qui hunc locum exscripserunt (Reinh., Varil., Nic. de Siegen), etiam Cont. Thuring. p.* 316. *cum Cron. S. Petri, non cum E, convenit.* 3) *Eadem habent Hist. Eccard. c.* 455. *et Ioh. Rothe c.* 658, *ed. L. de Liliencron p.* 565. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 455 *sq.*

1335. ad festum Iacobi futuri anni[1]. Marchionisse vero matri sue dimisit marchio civitates[a] Gota, Gene[b] et Tenneberc cum adiacentibus[c] castris et advocacias earum[d] et monasterium Reinhersborn[e] cum adiacentibus sibi bonis[f]; Wissenvels[g] vero ipse[h] obtinuit.

1333? Per idem tempus[i] castrenses in Nuwenburc[k] coadunati cum aliis militaribus viris, conscio domino suo episcopo Merseburgensi Gebehardo[l], magnam predam[m] tulerunt argenti[n] et auri, negociatores divites de Bohemia, de[o] Polonia et de Moravia[o*] in via regia spoliantes. Unde marchio ex mandato imperatoris cum nobilibus terre et civitatibus coadunato exercitu castrum Nuwenburg[p] obsedit ipsumque in suam dedicionem[q] recepit, predam[r] ex integro reddi fecit.

Cron. S. Petri.

Sub eodem tempore causa multum flebilis oritur in Hassia. Nam [Heinricus[s]] lantgravius Hassie, diligens unam de pedissequis sue coniugis[2], ipsi[t] sue coniugi, sorori marchionis, lamentabile crimen ingerit, ipsam ubique quasi adulteram diffamando. Ipsa vero non ferens suum obprobrium et videns despectui se haberi[u] consilium fratris querit lacrimabiliter et iuvamen; qui per suos advocatos ipsam suam sororem,

E.

Eodem[v] anno Henricus lantgravius Hassie diligens unam de pedissequis coniugis sue —: ex hoc enim et ex alia causa[3], videlicet ex relatu Lodewici fratris sui, qui dixit se vidisse coniugem Henrici lantgravii predicti, que erat soror Frederici principis Thuringie, habere commercium cum quodam cammerario suo[4]: et ergo ipsam lantgraviam Elizabeth ubique quasi adulteram diffamaverat ac indecenter tractavit. Que res Fredericum marchionem non latuit, et

a) has civ. videlicet *E.* b) *sic* 1. *R. N;* Ihene *(C)* Tenneberg *E.* c) castris adiac. *E.* d) earundem *E.* e) Reynhartisborn *E.* f) vocat(!) *E.* g) Wiszenvels 1; Wissenfels *E.* h) non *E.* i) Eodem tempore *E.* k) Nowenburg *E.* l) *sic R* 1; Geberhardo 1. *R* 2; mersburg. Gerhardo *E.* m) *sic R; om.* 1. *E.* n) auri et arg. *E.* o) *om. E.* o*) moronia *E.* p) Friborg *E.* q) *sic* 1. *R*; dicionem *E.* r) vero *add. E;* predamque *R.* s) *sic E* (Henr.). *R* 1 (Hinr.); *om.* 1. *R* 2. t) *sic R;* ip̄e (ipse) 1. u) habere(?), *corr. et superscr.* haberi 1. v) *haec habet E post* extremum *(p. 363, l. 33).*

1) *Cf. cartam de lite solvenda arbitris commissa data Isenaci a.* 1335. *Iun.* 29, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 103 *sq., nr.* 131. 2) *Elisabeth.* 3) *Haec narrationi Cronicae S. Petri postea inserta esse iam e sermone male cum illa cohaerente cognoscis. Nota etiam Cont. Thur. p.* 316. *cum illa, non cum E, convenire.* 4) *Vide quae Ioh. Rothe c.* 659, *p.* 566. *hunc locum exscribens addidit. Cf. Heinr. Surdus ad a.* 1330, *Böhmer, Fontes IV, p.* 519.

Cron. S. Petri.

quasi ad ecclesiam extra muros oppidi Casselen[a] iacentem[b] cum pedissequis suis quasi[c] oraturam euntem, clam tollens abduxit eamque in Gotha ad matrem suam[1] cum debito honore perduxit. Lantgravius vero Hassie hec audiens doluit, et adiens imperatorem querimoniam fecit, quod marchio Fridericus[d] suam coniugem abstulisset. Marchio[e] vocatus respondit[f] se sororem [suam[g]] non vi, sed propter infamiam et obprobrium et contemptum, quem sibi idem vir suus innocenter ingesserat, sevocasse. Unde consilio habito cum principibus imperator decrevit, ut lantgravius uxorem [suam[g]] reciperet et eam cum honore debito, ut decet[h], magnificencius[i] *procuraret; quod et factum est.

E.

consilio inito cum matre 1333?
eius Elizabeth marchionissa[k]. Qui per suos advocatos ipsam suam sororem, quasi ad eclesiam extra muros opidi Casselen iacentem cum pedissequis suis quasi orantem euntem, clam tollens latenter eamque[l] in Gotha ad matrem suam cum debito honore perduxit. Lantgravius hec[m] audiens contristatus est et adiens imperatorem querimoniam fecit, quod marchio sororius suus coniugem suam abstulisset clamdestine ac fraudulenter. Marchio quidem[n] vocatus ad cesarem dixit se sororem suam non vi, sed propter infamiam et opprobrium et contemptum, quem sibi idem lantgravius ingesserat innocenter, vocasse. Unde consilio habito cum principibus inperator decrevit, ut Henricus lantgravius predictus uxorem suam resumeret et eam honorificencius, decencius et magnificencius procuraret; quod tamen[o] minime inpletum est[2].

*f. 222'.

Cum[p] multo tempore Fridericus [dux Austrie[q]],
p. 455. electus in regem, in vinculis detentus *fuisset, tandem
cum multo detrimento suorum bonorum absolutus[r], veniensque ad propria, post breve tempus[3] consumptus 1325.
a[s] vermibus, id est pediculis, miserabiliter diem clausit 1330.
extremum[4].

a) *sic E. (R 2);* cassen 1. b) *sic E. R;* latentem 1. c) *sic iterum* 1. *E. R.* d) vi *(pro* Frid.*) R fort. recte.* e) vero *add. R* 1. f) *sic R; om.* 1. g) *sic E. R* 1; *om.* 1. *R* 2. h) ut par erat *R.* i) māgnif. 1. k) marchionisse *E.* l) eam q̄ *E.* m) .h. *E.* n) quidam *E.* o) cū *(saepe pro* tn̄*) E.* p) Eodem anno cum *E, ubi haec ante praecedentia in col.* 2. *edita.* q) d. A. *alio atram. superscr.* 1, *et ita E. N;* dux Fred. *R. Sed* dux Austrie *in exemplari lecto a Cont. Thuring. non exstitisse videtur, cum ibi hic Fridericus male lantgravius dicatur.* r) solutus *E.* s) *om. R;* a — est *om. E.*

1) *Elisabeth.* 2) *Hoc ideo verum est, quia Elisabeth (iterum, ut videtur) ad fratrem reversa multis annis a marito separata vixit. Cf. 'Limb. Chronik', 'D. Chr.' IV, p.* 26. 3) *Demum quinque annis, postquam absolutus est, obiit.* 4) *Iam a.* 1330. *Ian.* 13.

1335. (Oct. 29). Sequenti[a] anno[1] dominica die ante festum omnium sanctorum fuit magnus ventus, et corruit[b] turris in Monte Sancti Petri, in qua pendent parve campane, cum aliquibus campanis, et multa alia edificia Erphordie per eundem ventum sunt destructa[c].

1335. Anno Domini MCCCXXXIIII. Erphordenses non servantes pactum pacis, quod imperator fecerat, marchioni iterum se opponunt[2], aliquos de ipsius familia captivantes; quod ille dissimulans imperatoremque adiens, hanc suam iniuriam querulosis vocibus nuncciavit. Imperator vero his commotus dixit: 'Oportet te hoc[d] dissimulare[e], fili karissime[f], quia aliis negociis arduis occupati tibi ad presens non possumus subvenire, sed auxilio Dei post breve tempus ad bonum finem tuas iniurias perducemus'.

CONTINUATIO I.

Codd. 1. (2[a. b]).

1334. Eodem[g. 3] anno Iohannes papa quadam infirmitate depressus, cum se moriturum videret, cum antea aliquatenus dubitasset de gaudiis et requie animarum cum Deo gaudencium, tandem in fine correctus hanc paginam suo ore prolatam describi fecit:

Iohannes[h] *servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ne super his, que de animabus*[i] *separatis a corporibus et purgatis, an circa*[k] *resumpcionem corporum divinam essenciam*[l], *illa*[m] *visione vide-*

a) Seq. — *l.* 14. *om. E.* b) curruit 1. c) *spatium lineae vacuum rel.* 1. d) hec *R.* e) dissimulari 1. *R* 1, *sed statim corr.* dissimulare 1, *et sic R* 2. f) *alio atram. superscr.* charissime 1. g) *sequentia — p.* 368, *l.* 2 (episcoporum) *exscripsit Conr., paucis omissis, ex Cron. Reinhardsbrunn., ut videtur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 462 *sqq.* h) episcopus *add. Conr., qui cum cod.* 1 *multa menda communia habet. Ideo non rectum textum bullae, sed eum, quem Cont. I. habebat, ut restitueremus, studuimus, ut par est. Conferendus est etiam Anon. Leob.* i) *sic Conr.;* beatis *add.* 1. *N.* k) *sic* 1. *N. Leob.;* purg. ante *Conr.; lege* citra. l) *sic Conr.;* continenciam 1. m) dei *add.* 1; vis. illa *Conr.*

1) *Potius a.* 1335; *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 458 — 461. *Haec nota repetita erat in continuatione magna a.* 1335 —1353, *quae periit, inde in Cont. II, infra p.* 386, *et Cont. Thuring. p.* 317. *transiit, et quaedam inde sumpta sunt in Cont. III, infra p.* 369. *In his omnibus recte ad a.* 1335, *unde hanc notam male hoc loco positam esse apparet.* 2) *Hoc etiam demum a.* 1335. *factum est; cf. supra p.* 362, *n.* 1, *infra a.* 1335, *p.* 368. 3) *Sequentia exscripta sunt ex relatione e curia Romana, ut videtur, in Germaniam missa, quam et Henr. de Hervordia ed. Potthast p.* 256. *et Anon. Leob., Pez, SS. rerum Austr. I, c.* 936 — 938, *exscripserunt. Cf. C. Müller in 'Forschungen z. D. Gesch.' XIX, p.* 499 — 514; *'N. Archiv' XXI, p.* 465 — 469.

licet, quam vocat apostolus facialem, videant, tam[a] *per nullos*[b] *alios in* 1334. *presencia *nostra recitando et allegando sacram scripturam ac originalia* *f. 223. *et*[b*] *dicta sanctorum vel alias ruminando*[c] *sepius dicta sunt, aliter per nonnullos*[d], *quam per nos dicta et intellecta fuerunt*[d*] *et intelligantur*[e] *et dicantur, auribus valeant fidelium inculcari*[f]*: ecce quam*[g] *nostram intencionem, quam cum*[h] *sancta ecclesia catholica circa huiusmodi*[i] *habemus et habuimus, serie presencium, ut sequitur, declaramus. Fatemur siquidem et credimus, quod anime purgate*[k] *et separate a corporibus sunt in celo, celorum regno et paradiso et*[l] *cum Christo in consorcio angelorum congregate et videant*[m] *Deum ac*[n] *divinam essenciam facie ad faciem clare, in quantum*[o] *condicio et status compatitur anime separate. Si vero alia vel alias*[p] *circa*[q] *materiam huiusmodi*[l] *per nos dicta, predicata*[r] *vel scripta fuerunt, que*[s] *quomodo illa diximus, predicavimus vel scripsimus contra*[t] *premissa vel alia, que fidem conservant*[u] *catholicam, sacram*[v] *scripturam aut bonos mores, et in quem sancti consorcia*[w] *fidei catholice, determinacioni*[x] *ecclesie, sacre scripture aut*[y] *bonis moribus, approbamus*[z], *alias autem illa habemus et habere volumus pro non dictis et scriptis eaque revocamus expresse, ac predicta omnia et alia*[a] *quecumque dicta et predicata fuerint*[b] *vel scripta per nos de quacumque materia ubicumque et in quocumque loco et in quocumque statu, quem habuimus vel habemus vel habuerimus, submittimus determinacioni ecclesie ac successorum nostrorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre determinacionis*[c] *et constitucionis*[d] *infringere vel ei*[e] *ausu temerario contraire. Si*[f] *quis autem* etc. *Datum [Avinione*[g]*] III. Nonas* *Dec. 3.* *Decembris pontificatus nostri anno XVIIII*[h].

Iohannes itaque huius nominis vicesimus secundus papa obiit in die sancti Nicolai[1], sepultus ibidem in *Dec. 6.* Aviona[i]. Cui successit dominus Iacobus de Ferverio, 456. cardinalis et *abbas ordinis Cisterciensis, et vocatus est Benedictus XII. Fuit autem electus in vigilia Thome *Dec. 20.* 223'. apostoli et tenuit statim consistorium *in die Thome[k], *Dec. 21. (22).* in quo consistorio puncta, que sequuntur, statuit et decrevit[2]:

a) *sic Conr.;* iam 1. b) *sic* 1. *Conr.; legendum* tam per nos quam per nonnullos. b*) *sic* 1. *Conr.; dele* et. c) *sic* 1. *Conr.; lege* ratiocinando. d) *sic* 1. *Conr.; dele* per nonn. d*) *sic* 1. *Conr.; lege* fuerint. e) *pro* int. et dic. *habet Conr.* sic multa et dicta. f) aur. fid. inculcabantur *Conr.* g) *sic* 1; *lege* quod; inc. Ceterum *Conr.* h) cum — cath. *om. Conr.* i) huius *alio atram. corr.* huiusdi 1; circa statum animarum separatarum *Conr.* k) sep. et purg. *Conr.* l) *om. Conr.* m) *sic* 1. *N. Conr.* n) f. ad f. et div. ess. *Conr.* o) *sic Conr.;* quem 1. *N.* (*ex* q̄m). p) *sic* 1; et alia *Conr.; leg.* aliter. q) *sic Conr.;* contra 1. r) et pred. *Conr.* s) *sic* 1. *Conr.; leg.* quoquomodo. t) *sic* 1. *Conr.; leg.* circa. *Ante hoc verbum multa omissa sunt, quae nec* 1 *nec Conr. habet.* u) *sic* 1. *Conr.; leg.* concernunt. v) sacramque *Conr.* w) *sic* 1. *Conr.; leg.* in quantum sunt consona. x) determinacionem *Conr.* y) *sic* 1. *Conr.; leg.* ac. z) *sic Conr.;* approbavimus 1. a) quec. alia *Conr.* b) fuerunt *Conr.* c) declaracionis *Conr.* d) infr. n. det. et constituicionis 1. e) *sic Conr.* (eam *cod. Vind.*); cum 1. f) Si — etc. *om. Conr.* g) *sic* (Avinioñ) *Conr.; om.* 1. h) *sic Conr.;* XVIII. 1. i) Avinione *Conr.* k) apostoli *add. Conr.*

1) *Iam die Dec.* 4. *obiit. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 465. 466, *n.* 1.
2) *Ad sequentia cf. epistolas Durandi de Firmitate et Iohannis procuratorum ordinis Cisterciensis in Chron. Aulae-regiae III,* 8, *p.* 512—517, *quibus haec partim confirmantur, partim supplentur, partim corriguntur. Qui Durandus et Iohannes die Dec.* 22. *primum hoc consistorium, die Dec.* 23. *secundum habitum esse dicunt.*

1334. Primo, quod non vult toto tempore suo Romanam ecclesiam vel aliquam aliam contra aliquem hominem[a] materialem gladium exercere vel facere gwerras, sed[b] curare de pace. Secundo non vult[c] marescalcum curie ultra sex menses in suo remanere officio, ne duracione multa propter divicias in superbiam extollatur. Tercio[d] non vult, quod aliquis et precipue religiosus ad curiam pro aliquo beneficio impetrando venire[e] presumat, sed quod disposicionem et ordinacionem expectent[f] et sustineant in omnibus suorum voluntatem prelatorum. Quarto[d] non vult religiosorum appellaciones et fugas venire ad curiam, sed correctionibus suorum prelatorum dimittere. Quinto elemosinam mense papalis restituit pauperibus, que ante per familiares diripiebatur; de qua possunt centum persone refici multum laute. Sexto quemlibet hominem arestatum[g] in curia solvit. Septimo omnibus prelatis in curia pro quibuscumque negociis existentibus generalem dedit licenciam recedendi et quemlibet vult in suo beneficio seu ecclesia residere. Octavo omnibus clericis iu curia infirmatis[h] vel de cetero infirmandis[i] dedit liberam facultatem condendi testamenta[k], ne bona ab eis relicta indebite[l] per aliquem occupentur. Nono ipse papa collegio cardinalium tradidit centum milia florenorum et ultra et[m] pro suo tempore medietatem reddituum et proventuum patrimonii ecclesie Romane ad istum finem, ut creditur, ne teneant, sed dimittant alia beneficia, que tenent[n] ubique per orbem terrarum[m]. Decimo vult, quod nomina Guelphini[o] et Gebelini sint anathema nec ab aliquo nominentur, cum non sint pacis, sed discordie incitamentum. Undecimo vult, quod omnes capellani sui horas canonicas dicant cum nota, et quod omnes
*f. 224. dormiant *in uno dormitorio ac eciam comedant coram eo; quod dormitorium iam est in fieri[p] pro eisdem; nec ipsi cappellani habebunt redditus alios quam victum mense papalis et vestitum. Et si aliqui capellani aliquibus aliis indigent, possunt ab ipso domino papa requirere et non recipere aliunde.

a) *sic Leob. Conr.* (hom. aliq.); hominum 1. b) *sic* 1. *Leob.;* bene *add. Conr.* c) wlt *h. l. et infra l.* 11. 1. d) *sic* 1. *Leob.;* quod *add. Conr.* e) pres. ven. *Conr.;* debeat ven. *Leob.* f) *sic Conr. Leob.;* expectant 1. g) *sic* 1. *(Leob.);* in c. arrest. *Conr.* h) *sic Conr. Leob.;* infirmis 1. i) *sic* 1. *Leob.;* infirmantibus *Conr.* k) *sic* 1. *Leob.;* testamentum *Conr.* l) *sic* 1. *Leob.;* per al. ind. *Conr.* m) *om. Conr.* n) teneant *Conr.* o) Gelphini *N. Conr.* p) *cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 469, *n.* 1.

Postea in crastino beati Thome tenens iterum con- 1334. *Dec.* 22. (23). sistorium permisit primo religiosos ad se venire prelatos eorumque[a] quatuor ordinum mendicancium cum fratribus suis, quorum quilibet ipsum dominum papam enceniavit[b] cum VII missis a quolibet sacerdote dictorum ordinum. Postea vero generalis Minorum[1] proponens[c] verbum aliorum sumpsitque[d] thema *Quatuor sunt minima* *Prov.* 30, 24. *terre,* quo graciose deducto, formavit publice coram omnibus istam supplicacionem religiosis[e]: ut[f] decretalem *Super*[g] *cathedram*[2] amoveret; et[h] per hoc faciens finem dictis, respondit papa inmediate, quod contra decretalem[i] predictam nil vellet penitus inmutare. Postea papa accepto themate *Vidi, et ecce quatuor fabri,* appli- *Zach.* 1, 20. cavit sine[k] deductione ad religiosos, qualiter[l], cum[m] ipsi sint fabri, deberent deponere scoriam heretice pravitatis et inserere pulchritudinem honestatis. Et[n] cum hoc fecisset, [dixit[o], quod esset] principalius, prout sibi constaret, inter capita omnium ordinum beatus Dominicus caput Predicatorum quam aliorum, et incepit legere horribilem lectionem, dicens se noscere aliquos coram eo stantes in presencia, de quo[p] certus esset, quod in brevi contra Deum, contra suum statum, contra bonos mores, contra statuta sanctorum, contra sacram scripturam, et quod magis[q] reputaret, contra suam conscienciam tenuissent, predicassent ac[r] scripsissent hereticas conclusiones turpis lucri gracia, scilicet propter affectum seu[s] potenciam talia predicantis[t]; et addidit: 'Caveant tales, ne in manus nostras incidant cum talibus suis scriptis, et scire debent nos non[u] fore pacientes'. Et intellexerunt *astantes, quod de nullo ita principaliter
. 457. *intenderet sicut de generali Minorum, quem summe *f. 224'. odivit[v] ante papatum propter suam determinacionem de animabus, sicut[w] et omnes de tali materia loquentes pro opinione pape mortui[3]. Ipse[x] papa restituit ecclesiis

a) illorum *Leob.;* illic *Conr.* b) exeniavit *Conr.* c) proposuit *Conr.* d) sumpsit *Conr.* e) *sic* 1 *et Conradi* *cod. Vindob.;* religiosorum *Conradi codd. Vatic. et Hannov.* f) *sic Conr.;* quintam 1 *(ex* $\overset{t}{v}$, *ut videtur).* g) *sic Conr.;* supra 1. h) ac *Conr.* i) *sic Conr.;* quod contralem 1. k) super *Conr.* l) quod *Conr.* m) *sic Conr.; om.* 1. n) Sed *Conr.* o) *uncis incl. om.* 1, *ex Conr. suppl., qui habet:* dixit, quod sibi constaret, quod inter omnia capita omnium ordinum b. Dom. esset caput principalius principalis ordinis fratrum Predic., et inc. p) *sic* 1. *Conr.; i. e.* unde. q) maius *Conradi duo codd.* r) et *Conr.* s) vel *Conr.* t) predicantes *Conr.* u) *om. Conr.* v) *sic* 1. *Conr.* w) *sic Conr. (ubi* et *om.);* Sint 1. x) et ipse *Conr.*

1) *Michael de Cesena.* 2) *Bonifacii VIII. Extravag. commun. l. III, tit.* 5, *c.* 2. 3) *Iohannis XXII.*

cathedralibus electionem archiepiscoporum et episcoporum. Item misit C milia florenorum pro refectione ecclesie sancti Iohannis in Laterano et palacii Sancti Petri[a].

CRONICAE S. PETRI MOD. PARS VIII.

Codd. 1. ($2^{a.b}$). *E.*

1335. Anno Domini MCCCXXXV. Post discessum imperatoris de Thuringia[1] archiepiscopus Treverensis[b.2] cum magno exercitu ex consilio* decani[c] Sancte Marie Erphordie[d], faventibus sibi eiusdem[e] consulibus, Thuringiam peciit, ibique[f] iuncta manu Erphordensi[g] terram comitis de Honstein[h], qui fautor Bunnensium[i] fuerat[3], deiecta turri ecclesie in Maiori[k] Sumerde[l], incendiis et[m] rapinis depopulans[n], tandemque municionem in Tullestete obsidens, sed minime ibidem; subtracta manu Erphordensi[o], proficiens[p], Erphordensibus[q] sibi suisque in victualibus subvenire nolentibus, ad propria remeavit[r]. Eodem eciam tempore[s], cum idem[t] episcopus** comitem de Honstein, ut dictum est[u], incendiis et rapinis infestaret, quidam comes dictus[v] de[w] Kacenelleboin[x.4] cum non paucis in auxilium Treverensi Thuringiam adveniens ab advocatis marchionis Thuringie, ut nec unus ex his aufu-

*) *E. M add.:* Hermanni de Bebera.

**) *E. (M) add.:* Baldewinus[y] Treverensis, cui commissus fuit archiepiscopatus Moguntine[z] sedis, et, ut verius credo, duobus annis rexit.

a) *spatium lineae vacuum rel.* 1. b) ´et *add., sed expunct.* 1. c) eclesie *add. E. M.* d) *sic* $2^{a.b}$; erphord' 1; erffurd' *V;* erfordensi *E;* Erffurdens. *M;* errfordeñ *R.* e) *sic* 1. $2^{a.b}$. *E. M;* civitatis *add. R. V.* f) ibi *E. M.* g) *sic* 1; erfford' 2^{a}; erffurd. *V. M;* erfordñ *E;* errfordensium *R;* Erphordiensium 2^{b}. h) Honsteyn *E.* i) Bunensium *E. M.* k) *sic E. M. R. V. N;* eccl. inmaniori 1. l) somorde *E.* m) *sic* $2^{a.b}$. *E. M. R; om.* 1. *V.* n) infestavit. Tandem $2^{a.b}$. o) erphord' 1; erfford' 2^{a}; erford *E;* erffr *V;* Erffordum *M;* erffordensium *R;* Erphordiensium 2^{b}. p) *sic R;* proficiscens *E. M;* perficiens 1. $2^{a.b}$. *V.* q) *sic* (Erphordien., erfford., erffurd.) 2^{b}. *R. M. V;* erfordñ *E;* erphordenses 1; erffordienses 2^{a}. r) *sic* $2^{a.b}$. *E. M. R. V;* remeant 1. s) Eod. anno *E. M.* t) ipse *E.* u) thur^e (Thuringie) *add. E.* v) *om. E.* w) *sic E. R; om.* 1. *V.* x) karcelleboin 1; kaczenelleboyn *E.* y) Eodem anno Balduin Treverensi comm. *M.* z) Moguncie *E;* Moguntinae s. quem d. a. r. *M.*

1) *Supra ad a.* 1333. *male relatum. Quem locum olim (in fonte) paulo ante hunc sub vero anno exstitisse apparet.* 2) *Balduinus, administrator ecclesiae Moguntinae.* 3) *Omnes comites de Honstein, Heinricus senior, Heinricus iunior de Sondershausen, Theodericus, a parte Heinrici de Virnburg electi Moguntini, praepositi Bunnensis, erant.* 4) *Iohannes I, ut videtur.*

geret — occiso tamen bone indolis iuvene dicto Bru- 1335.
none de Weberstete[a], qui parte[b] advocatorum fuerat —,
apud Salza[c] extitit captivatus. Unde factum est, ut
permoti Erphordenses, eo quod exosi propter Treveren-
sem, quem terris[d], ut dicebatur, induxerant, ab omnibus
fere incolis haberentur, decanum Sancte Marie hii idem
cives captivantes turrique[e] *, ubi nec lumen videre
poterat, custodie manciparent** [1].

CONTINUATIONES I. ET III.

Codd. 1. (2[a. b]).

Eodem anno fertilior pars terre per Treverensem[f] 1335.
devastatur, frugesque terre et vineta, *que ad maturita- *f. 225.
tem propter nimiam[g] ymbrium inundanciam non vene-
rant, terram aliquali caristia depresserunt. Ventus
eciam validus hora vesperarum in vigilia apostolorum *Oct.* 27.
Simonis et Iude irruens forcia subvertit edificia; que
tria memorabilia[h] anno eodem, ut predicitur, contige-
runt. I t e m ventus d e i e c i t turrim in Monte Sancti *cf. Cont. II.*
Petri in Erphordia, in qua pendent m i n o r e s campane cum
nobili campana, Nola nomine [2]. Eodem anno ducta
est aqua super[i] montem Sancti Ciriaci[k].
158. *Anno Domini MCCCXXXVI. Post festum Wal- 1336. *Maii* 1.
purgis episcopus[l] Treverensis [3] nomine Mogontini[m] capi-
tuli cum principe [4] ac fere omnibus terre[n] nobilibus
adunatus[o] propter decanum detentum, ut fama sparse-
rat, Erphordiam obsident[p] a vigilia Margarete[q] virginis *Iul.* 12.

*) *E add.:* prope pretorium.

**) *E add.:* per aliquod tempus.

a) *sic* 1. *E. V.* b) *sic* 1. *E. V;* in p. *R.* c) Zalcza *E.* d) thur[ingie] *add. E.* e) *sic* 1. *E. V;* turri *R.* f) *sic R. V;* treuerenses 1. g) *sic R. V;* nimiū 1. h) memoralia 1. i) *sic* 1. *N;* supra *V.* k) *spatium lineae vacuum rel.* 1. l) Sequenti anno iterum ep. 2[a. b] *sub a.* 1335. m) Maguntini 2[a. b]. n) Thuringie *add.* 2[a. b]. o) *sic* 1. 2[a]. *R. N;* admotus *V;* adveniens 2[b]. p) *sic* 1. 2[a. b]. *R;* obsedit *V. N.* q) margarethe 1.

1) *Vide quae de his rebus, praesertim quam ob causam Hermannus de Bibera captus sit, K. Beyer exposuit in 'Mitteil. d. V. f. d. Gesch. von Erfurt' XIV, p.* 17—22. 2) *Cf. supra p.* 364, *l.* 1 *sqq., n.* 1. 3) *Balduinus ipse non interfuit obsidioni; Böhmer, Acta imp. sel. nr.* 1042, *p.* 735; *Gesta Baldewini III,* 7, *Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller II, p.* 252. 4) *Friderico marchione Misnensi.*

1336. *Iul.* 24. usque ad vigiliam sancti Iacobi[1], habito prius magno *Iul.* 17. bello in die sancti Allexii in dem Espich vulgariter[a], *cf. Cont. II.* non sine morte plurimorum[2]. Ibique e diverso dampnis a partibus illatis, solutoque decano predicto[3], non[b] modica ab Erphordensibus principi et Treverensi predictis ex marchionisse[4] consilio pacta pecunia, relicta Erphor- *(Iul. ex.)* dia[c] pace pristina[d. 5], omnes ibidem collecti amice ad propria remeabant.

Eodem anno facta est discordia[e] magna inter imperatorem[f] Ludewicum et regem Boemie[6] ob provinciam[g] Karinthie. Nam dux Karintie sine filiis obierat[7], cuius filia[8] desponsata fuit regis filio[h. 9] Boemorum; quapropter rex Boemie partem nurus sue defendens, quia terram predictam ad eam[i] pertinere successione hereditaria asseruit, se imperatori opposuit, qui dictam terram ad se imperiali iure, cum herede careret, devolutam duci Austrie[10], filiam regis Boemie habenti pro coniuge[11], im- *(Maii 2).* *f. 225'.* periali munificencia infeodavit[k]. *Rex itaque[l] magno exercitu collecto terram sepe dictam, ut vi eam subiugaret, intravit; sed imperator non cum paucis sibi in oppositum veniens eum exire[m] de finibus supervenientium timore perculsum ocius compulit et coegit. Imperator itaque regem[l] cum suis persequens, ob victus penuriam persecucione postposita, cum suis ad propria est reversus[12]. Hec itaque discordia induciata est per prin- *Sept.* 29. cipes a festo Michaelis usque ad futurum festum sancti Iacobi[13].

a) dicto *add. V;* nuncupato *add. N.* b) Tandem non 2$^{a. b}$, *praecedentibus omissis.* c) *sic* (Erffordia) 2$^{a. b}$. *V;* erphord' 1; erfford' *R.* d) *sic* 1. *R. V;* prestita 2$^{a. b}$. e) m. d. *R.* f) Lud. imp. *R.* g) *sic* 1; pro provincia *R. Conr.* h) *sic* 1. *R;* fratri regis *Conr.* i) *sic* 1. *R;* eum *Conr.* k) infeudavit, *alio atram. superscr.* infeodavit 1, *et sic R.* l) Bohemie *add. R.* m) de fin. ex. *R.*

1) *Haec* (a vig. — plurimorum) *ex cont. a.* 1336—1353, *quae periit, et aliunde inserta sunt, non leguntur in Cron. Reinh. Cf. Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 317; *'N. Archiv' XXI, p.* 447 *sqq.* 2) *De hoc proelio vide epistolam Dieterici clerici Treverensis, Böhmer, Acta imp. sel. p.* 734, *nr.* 1041. 3) *Hermannus iam ante pacem solutus est, duobus fratribus suis clericis in vincula datis (Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 120 *sq.* 124. 135, *nr.* 150. 153. 161*). Cron. Thur. Isenac., ubi continuatio quae periit exscripta est, c.* 22, § 4 *(= Pist. c.* 94*) habet:* solutis etiam a vinculis clericis per cives detentis. 4) *Elisabeth matris Friderici.* 5) *Cum marchione die Iul.* 25, *cum Balduino Iul.* 28. *pax facta est; Beyer, 'UB.' II, p.* 118 *sqq., nr.* 148. 150. 151. 152. 6) *Iohannem.* 7) *Heinricus VI. obierat a.* 1335. *Apr.* 2. 8) *Margareta.* 9) *Iohanni Heinrico.* 10) *Ottoni.* 11) *Anna.* 12) *Male haec narrata sunt, longe a vero aliena.* 13) *Nec pax neque indutiae*

Anno Domini MCCCXXXVII. in die beati Ambrosii[1] obiit dominus Volmarus abbas pie memorie Erphordie[a], sepultusque est a venerabili abbate Hasungensis ecclesie[2], tunc apud nos existente, in capella sancte Dei genitricis Marie perpetue virginis; cui successit dominus Hermannus de Eichelborn, pro tunc cantor huius ecclesie. 1337. *Apr.* 4.

Eodem[3] anno durante rixa inter capitulum Mogontinum et Heinricum de Vernburc datum episcopum, in Bunne prepositum, tandem dominus archiepiscopus Treverensis, defensor ac provisor ecclesie Mogontine, una cum capitulo eiusdem ecclesie defensionem et tuicionem et provisionem domino apostolico[b] Benedicto sueque potestati et opcioni per patentes[c] litteras resignavit[4]. Videns autem papa periculum ecclesie duos legatos[5] misit in Germaniam, ut auctoritate sua pacem facerent inter clerum. Qui venientes Mogonciam una cum consilio et auxilio Ludewici imperatoris hanc fecerunt concordiam inter clerum, ut[d] dominus Heinricus de Vernburc voluntate capituli Mogontini archiepiscopatum susciperet essetque fidelis regni et imperii coadiutor[e] iuraque et constituciones predicti capituli conservaret inviolabiliter[6]. 1336. 1337.

459. *f. 226. *cf. Henr. p.* 260.

* *Circa idem tempus imperator Ludewicus curiam suam habuit in Frankenvurt[f], ubi rex Anglie et rex Boemie et omnes principes Alamanie intererant; ubi eciam imperator et rex Boemie sunt reconciliati[7].

a) abbas *iterum add.* 1. b) Ben. ap. *R. Conr.* c) *sic R. Conr.;* pandentes 1; suas *add. Conr.* d) *sic R* 2. *Conr.;* et quod 1. e) *sic R* 2. *Conr.;* coadunator 1. f) frankenwurt 1.

inter imperatorem et regem Bohemiae tunc, sed praecedente a. 1335. *mense Sept. usque ad diem Iul.* 24. *a.* 1336. *factae sunt. Cum vero bellum post hanc expeditionem a.* 1336. *sedatum esset, hi tamen etiam sequentibus annis discordarent, auctor indutias a.* 1336. *ad a.* 1336. *perperam transposuisse videtur.* 1) *Cf. Necrol. S. Petri, Schannat, Vind. II, p.* 18, *ubi* V. Non. April. *errore typographi positum. In epitaphio eius, 'N. Archiv' XXII, p.* 534, *recte* II. Nonas Aprilis *legitur.* 2) *Theoderico de Helfenberg. Cf. Schlereth in 'Zeitschr. d. V. f. Hess. Gesch.' III, p.* 151. 3) *Potius a.* 1336. 4) *A.* 1336. *Nov.* 12; *Gudenus, Codex dipl. III, p.* 298 *sqq., nr.* 217. 5) *Guigonem de S. Germano et Nicolaum Cappociam; cf. papae epist. datas a.* 1336. *Dec.* 16. *et a.* 1337. *Ian.* 10, *Gudenus III, p.* 295 *sqq.* 300 *sq., nr.* 215. 218; *Winkelmann, Acta imp. ined. II, p.* 805 *sq., nr.* 1142. 6) *Cf. C. Müller, 'Der Kampf Ludwigs d. B. mit der röm. Curie' II, p.* 51 *sqq., praesertim de hoc loco p.* 55, *n.* 2. 7) *A.* 1337. *mense Iulio quidem*

1337. *cf. Henr. p.* 262 *sq.* Eodem anno facta est magna discordia inter regem Anglie et regem Francie. Imperator Ludewicus erat in auxilio[a] regi Anglie, rex vero Boemie auxiliabatur regi 1338/9. Francie. Qui inter se multa prelia committebant, in quibus semper rex Anglie victoriam obtinuit, quia erat vir iustus et bonus et misericors et christianissimus[1]. Ubi quoddam mirabile dictu contigit. Nam duas naves oneratas argento[b] et auro a rege Sicilie et a paganis missas regi Francie divino nutu ventus[c] vehemens ad terram Anglie per mare transduxit. Que discordia in- 1340. duciata fuit ad festum sancti Martini futuri anni[2].

1337. *Nov.* 1. Ipso anno Heinricus archiepiscopus circa festum omnium sanctorum misit in[d] Erphordiam Iohannem prepositum Sancti Severi[3] in Erphordia, dictum de Bebinburc[4] et prothonotarium[e] suum de Spiegeleberc[f. 5] et fratrem suum de Vernburc[6] ad reconciliandum clerum. Qui omnes prelatos Thuringie convocantes talem composicionem inter clerum fecerunt, ut omnes suas prebendas et dignitates, sicut prius ante discordiam habuerant, reciperent; ipsi excommunicatos auctoritate apostolica relaxabant. Eodem anno obiit Heinricus comes de Swarczburg cum multis aliis in peregrinacione Ierosolimitana. Hoc eciam anno fertilitas[g] magna fuit in frumento et vino et ordeo et avena atque in leguminibus.

1336. *cf. Henr. p.* 263. Benedictus papa omnibus religiosis sub regula de-

a) *sic* 1. *R* 2; auxilium *Conr.* b) auro et arg. *R* 2. *Theod.* c) veh. ventus *R* 2. d) *om. V.* e) protonot., *alio atram. superscr.* prothonotarium 1, *et sic V.* f) Spigeleberg *V.* g) m. f. *V.*

curiam Francofurti imperator habuit, ubi Iohannes rex Boemiae affuit, sed hi demum a. 1339. *mense Martio reconciliati sunt. Eduardus III. rex Angliae a.* 1338. *mense Sept. Confluentiae imperatorem convenit. Cf. C. Müller in 'Forschungen' XIX, p.* 500 *sq. Henricus de Hervordia p.* 260. *haec ad a.* 1338. *habet.* 1) *In universum res a.* 1337—1340. *gestae relatae esse videntur. Haec Henr. de Herv. p.* 262 *sq. ad a.* 1338. *habet.* 2) *Indutiae inter reges a.* 1340. *Sept.* 25. *usque ad mediam aestatem a.* 1341. *factae, dein propagatae sunt. Sed nescio an auctor in mente habuerit a.* 1338. *non inter eos pugnatum esse, quamvis bellum revera iam a.* 1337. *exortum esset. Haec de indutiis factis Henr. de Herv. non habet.* 3) *Hic fuit praepositus S. Mariae, canonicus S. Severi, qui iam ante mensem Iulium Erfordiae fuit; cf. epist. Heinrici archiep. datam a.* 1337. *Iul.* 6, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 138 *sq., nr.* 163. 4) *Lupoldum.* 5) *Conradum. Cf. epist. Heinrici archiep. datam Oct.* 27, *Beyer II, p.* 145, *nr.* 169. 6) *Robertum, ut videtur. Habuit quidem archiepiscopus etiam fratrem Iohannem praepositum Xantensem.*

gentibus novas constituciones edidit, precipue vero mo- 1336. nachis secundum regulam sancti Benedicti viventibus, id est nigri ordinis[1], quibus indixit capitulum frequentare.

*Anno Domini MCCCXXXVIII. in crastino beati *f. 226'. 1338. Iohannis baptiste iusticiarius imperatoris[a], dictus de *Iun.* 25. Eppenstein[2], imperatoris iussu capitulum primum provinciale monachorum[b] ordinis sancti Benedicti celebrandum in Fulda[3] sub periculo rerum et corporum fieri vetuit[c]; ad quod quam plures abbates convenerant secundum formam constitucionum de ordine sancti Benedicti per papam Benedictum XII. nuper editarum tractaturi.

Hoc eciam anno Ludewicus imperator curiam suam *cf. Henr. p.* 262. in Frankenvurt[d] habuit; ubi non coactus, sed sponte in *(Aug. in.).* presencia archiepiscoporum, episcoporum aliorumque prelatorum necnon in presencia principum, comitum, nobilium ac vulgi se esse verum christicolam[e] per vere fidei confessionem, dicens oracionem dominicam, salutacionem angelicam et simbolum, voce publica declaravit. Nam papa ei heresim imputavit[4].

Eodem tempore circa festum sancti[f] Laurentii 1338. *Aug.* 10. anno Domini MCCCXXXVII.[g. 5] apud Tuberam[h] et civi- 30. tatem Herbipolim et *in partibus adiacentibus multitudo locustarum inaudita[i] miramque habencium magnitudinem visa est, que fructum[k] terre in locis plerisque depascentes, sed vineas non ledentes, quasdam civitates

a) Ludovici Bavari *add.* 2a. b. b) .f. (scilicet) *add.* 2a. c) *sic* 2a. b. *N.;* precepit 1. d) frankenwurt 1; franckenfurt 2a; Frankenfurt 2b. e) *sic* 2a. b. *Conr.;* criscolam 1. f) beati 2a. b. g) *sic* 1. *V. N.;* a. D. *om.* 2a. b. h) *sic V;* cuberam 1; Noletam 2a. b. i) *sic* 2a. b. *N. Conr.* (*ubi* miram); inaudita miraque *post corr.* inaudita mirāque 1, *et sic V.* k) *sic* 2a. b. *V. N. Conr.;* fructus 1.

1) *Iam a.* 1336. *Iun.* 20. *constitutiones ordinis S. Benedicti datae sunt, editae a Car. Coquelines, Bullarium (Romae* 1741*) III,* 2, *p.* 214—240; *Magnum Bullarium Rom. (Luxemburgi* 1742*) I, p.* 218—237. 2) *Godefridus.* 3) *Annus et dies huius capituli hoc loco adnotati confirmantur epistola edita a Schannat, Hist. Fuld. p.* 222. 4) *Cf. de hoc loco C. Müller in 'Forschungen' XIX, p.* 502 *sqq.* 5) *Potius a.* 1338, *ut permulti referunt, velut Ann. Mellic., Cont. Novimont., Ann. et Kalend. Zwetl., Cont. Claustroneob. V, Ann. Mats., SS. IX, p.* 512. 676. 683. 691. 735. 829; *Ioh. Victor. VI,* 7. *et Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p.* 430. 468; *Heinr. Surdus, ib. IV, p.* 521 *sq.; Henr. de Herv. p.* 262; *'Oberrhein. Chronik' ed. Grieshaber p.* 33, *etc., sed etiam in Cont. II. et Cont. Thur. p.* 317. *haec ad a.* 1337. *adscripta sunt, ubi ea ex integra Cont. (II) deperdita sumpta sunt, hoc loco ex Cont. I, ubi ea ad a.* 1338. *adscripta fuisse videntur, cum Conr. Halberst. (ex Cron. Reinh.) recte ad a.* 1338. *ea habeat, ab auctore Cont. tertiae annus* 1337. *ex Cont. II. integra insertus videtur esse.*

1338. per dies aliquot[a] operuerunt, ut in eas sol radios[b] suos proicere non valeret. Item eodem anno rex Tartarorum nunctios honorabiles ad papam mittens peciit sibi viros[c] religiosos, in lege divina apprime eruditos, pro salutifera sue gentis sacre fidei instructione transmitti[1].

1333. *(Iul. 6).* Eodem anno obiit dominus Wolframus Herbipolensis episcopus morbo appoplexie percussus, et quidam canonicus Sancti Kiliani, dictus Otto Wolfskele, dolose circumvenit quosdam, qui ipsum in episcopum elegerunt;
(Iul. 30). sed pars maior canonice elegit dominum Hermannum
**f. 227.* dictum Hummel, cancellarium Ludewici *imperatoris, qui tunc presens erat[2]; quos idem imperator concordavit, ita quod cancellarius episcopatum obtinuit; qui post-
1335. *(Mart. 21).* modum miserabiliter intoxicatus periit, et dominus Wolfs-
1338. kele episcopatum sibi usurpavit[3]. Eodem eciam anno natus est puer cum duobus capitibus in villa Heytingisvelt; mortuo uno capite aliud per quindenam supervixit.

1339. Anno Domini MCCCXXXIX. Constructa est lignea turris, in qua pendent minores campane, que per ventum validum deiecta fuerat[4], per venerabilem abbatem dominum Hermannum de Eychilborn; novam eciam schellam magnis sumptibus procuravit. Pallium eciam quoddam mire decencie ecclesie nostre conparavit.

1340. Anno Domini MCCCXL. Quidam iuvenes in claustro regularium sancti Augustini Erphordie[d] prepositum suum dictum Zigeler[e] propter quandam suam concubinam nocte sibi coniacentem oculis privaverunt; candelam namque ardentem, que ad corpus Christi accenditur, ante suam cameram ponentes, ipseque claustrum ardere putans ianuam aperuit, et ita per ipsos mutilatus[f] est necnon et concubina.

1342. Anno Domini MCCCXLI. Obiit Benedictus papa XII. huius nominis; cui successit Clemens sextus[5].

a) *sic* 1. *V;* aliquos 2[a.b]. *Conr.* b) *sic* 1. *N. Conr.;* suos rad. 2[a.b]. *V.* c) *sic N. Conr.;* veros 1. d) erphord' 1; erffr̃ *V.* e) *sic V. N;* rigeler 1. f) mutulatus 1; mut. est per i. *V.*

1) *Hoc loco Continuatio I. desiisse videtur, cum hucusque Conr. Halberst. cum hoc libro conveniat, neque Henr. de Herv. post locum p.* 373, *l.* 14—21. *quidquam cum hoc libro commune habeat.* 2) *Cf. Böhmer, Reg. Lud. nr.* 1561. 1562, *d. d. Iul.* 26. 29. 3) *Male ad a.* 1338. *ab auctore Cont. III. annis* 1333—1335. *gesta adscripta sunt. Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p.* 456. 4) *A.* 1335. *Cf. supra p.* 364. *et* 369. *et infra p.* 386. 5) *Haec Cont. Thur. p.* 317. *recte ad a.* 1342.

Eodem anno obsessum est oppidum[a] et castrum dic- 1341. cf. Cont. II.
tum Nebere[b] per Fridericum marchionem et dominos et
civitatenses Thuringie, et oppidum penitus exustum per ignea
iacula, castrum vero captum et datum[c], salva vita homi-
num in eo existencium[1].

Anno Domini MCCCXLII. fuit tanta inundacio aqua- 1342.
rum in Erphordia in die Braxedis virginis[d], ut nemo in run- Iul. 21.
cino[e] equitare posset, et destruxit longas temetes[f] Erphordie,
pontem ante valvam Sancti Augustini, Sancti[g] Iohannis cf. Cont. Thur.
ante Kramphfentore, pontem in Herbipoli cum magna
turri, *pontem in Ratispona, in Dreseden, in Franken- *f. 227'.
fordia[h], in Wezindorf[i], in Babinberg[k] et multa alia
dampna peregit[2].

Eodem anno in vigilia sanctorum apostolorum Simo- cf. Cont. II. Oct. 27.
nis et Iude factus est magnus conflictus prope civitatem
Arnstete inter dominum Fridericum marchionem Misse-
nensem et comitem Guntherum de Arnstete, in quo con-
flictu[l] plurimi perierunt[m] et precipue dominus Wecilo
miles dictus de Lapide et dominus Heinricus de Erol-
deshusin[n] miles, item Theodericus de Tenstete, dictus
Bi-der-kerchin[3]; qui viri strennui sepulti sunt in capella
virginis gloriose ad Sanctum Petrum Erphordie[o. 4].

46r. *Anno Domini MCCCXLIII. interfecti fuerunt Iudei 1343.
in civitate Rotingen, item in civitate dicta Augia[p. 5],
item in Bischofsheym et in multis civitatibus aliis et

a) castr. et op. *V.* b) neberc 1; Nebera *N;* Nebra *V.* c) *sic* 1. *V. N.* d) *om.* 2a. b. *V.* e) *sic* 1. *V. Cont. II;* vicino 2a. b. f) *sic* 2a. b. *V;* cemeces 1. g) et s. 2a. b. *V.* h) Franckfordia 2a; Franckenfordia 2b i) Wenzindorf 1. *N;* Weitzendorff 2a. b; Weczindorff *V.* k) Babenberg 2a. b. l) conflicto 1. m) pericēt, *alio atram. superscr.* perierunt 1, *et ita V.* n) Eroldeshusem *N;* Aroldishusen *L I.* o) *spatium lineae vacuum rel.* 1. p) *emendavi* (*v. n.* 5); angia 1.

habet, quae et in fonte Continuationis II. et III. exstitisse inde apparet, sed in E (infra) omissa sunt. 1) *Cf. Addit. E, infra p.* 385; *'N. Archiv' XXI, p.* 471 *sq.* 2) *Haec, quae in Cont. II. non leguntur, ex eius fonte sumpta esse patet ex Cont. Thur. p.* 317, *ubi et quaedam hoc loco omissa ex eodem fonte exscripta sunt (inserenda post* turri*):* unde der Moin ging ubir die mûren, unde man vûr mit schiffen ubir die dach. *Cf. Michael Herbipol., Böhmer, Fontes I, p.* 468; *Ann. Francofurt. et Heinr. Surdus, ib. IV, p.* 394. 523; *'Städtechron., Nürnberg' I, p.* 349, *etc.; 'N. Archiv' XXI, p.* 450 *sq.* 3) *Hi nominati sunt etiam in Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 7 *(Pist. c.* 96*). Unde patet haec nomina ex eadem Cont. sumpta esse, quae in Cont. II. et III. exscripta est. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 476 *sq. Vide etiam locum cod. Helwici editum 'N. Archiv' XXII, p.* 523. *et epitaphium Wecelonis de Lapide, ib. p.* 534. 4) *Nic. de Siegen addit:* sub lampade. 5) *Aub (mhd.* Ouwe = *Lat.* Augia*). Nescio an haec potius ad caedes a rege Armleder a.* 1338. *factas pertineant, cum talia de a.* 1343. *relata nusquam invenerim.*

1343. villis; quarum persecucionum iniciator et capitaneus fuit quidam miles de Ussinkeim, qui stans in civitate Rotinburc cum multis aliis nobilibus in quodam placito cum Iudeis, cum corpus Christi deferebatur in platea, et Christiani, ut dignum est, genu flecterent coram sacramento, Iudei iniqui ad domum quandam declinantes, prefato milite audiente, blasphemando proruperunt in hec verba seculis inaudita: 'Sustineamus, quousque canis impudicus deferatur'. Que verba ut audivit miles prefatus, per ipsum corpus Christi iuravit omnibus viribus se laborare velle pro morte Iudeorum; quod ita factum est. Tandem Iudei convenerunt dominum Gotfridum de Hohenloch pro CCCC libris hallensium, ut ipsum caperet; qui tandem captus eductus fuit in Rotingen, ibidemque domino decano confessione pura sepissime facta, ab ipso corpore et sangwine Domini devotissime permissus est communicari; sed heu! tandem in civita- *f. 228. tem Kyczingen deductus ibidem decollatus est; qui *in suam villam, scilicet Ussenkeym, delatus et in ecclesia sepultus innumeris claruit miraculis.

cf. Cont. II. Eodem anno ante carnisprivium Erphordenses de nocte irruentes in castrum dictum Aldinberg X raptores viventes cum tribus mortuis deduxerunt, qui omnes Erphordie in *Febr. 26.* die cinerum decollati sunt[a].

1344. Anno Domini MCCCXLIIII. quidam puer a lupis deportatus in Wederavia[b] in una villa nobilium, que[c] dicitur Eczol[d], qui puer XII annis[e] cum lupis erat in magna silva, que dicitur vulgariter dy Hart. Hic puer isto anno tempore hyemis in nive[f] in venacione captus [fuerat[g]] a nobilibus ibidem morantibus, et vixit forte ad LXXX annos[1].

Nov. 1. Eodem anno circa festum omnium sanctorum facta est discordia inter inclitum dominum marchionem[h] Missenensem Fridericum et civitatem Erphordiam ex una parte et dominum Guntherum comitem de Swarczburc, de[i] Arnstete, nec non comites Fridericum et Herman-

a) *spatium lineae vacuum rel.* 1. b) wederania 1. 2ª; Hoc etiam contigit in Wed. 2ª·ᵇ, *ubi haec simili narrationi a.* 1304. *adiuncta sunt.* c) que — silva *om.* 2ª. d) cezol 1; Echtzel quod p. 2ᵇ. e) annos 2ᵇ. f) Qui puer postea 2ª·ᵇ, *ubi post* annos *(l. 31) add.:* Contigit hoc MCCCXLIIII. in hieme in nive, quando eripuerant (erūperūt 2ª) eum 2ª·ᵇ. g) *sic* 2ª·ᵇ; *om.* 1. h) Frid. march. Misn. *V.* i) et *V.*

1) *Haec a posteriore inserta, non ab auctore Cont. III. scripta videntur (cf. 'N. Archiv' XXI, p. 443. 470), quibus fabula iam supra a. 1304, p. 326. narrata repetitur.*

num fratres de Wimar parte ex altera. Eodem anno 1344. destructe sunt curie et multe ville et precipue Divort, Cobenstete et Hardisleiben per predictum[a] principem et cives Erphordenses[1].

cf. Cont. II. 1345. Eodem anno obsessum[2] est castrum Fidilnhusen et penitus destructum. Item[b] Rudolfstat igne consumpta. Item castrum Heseler destructum. Item civitas Wie et castrum igne crematum. Item castrum Wilrestete[c, 3] destructum. Item curia in Alkirsleybin cuiusdam militis de Witzeleyben destructa. Item castrum Tundorf per ipsos expugnatum est. Item Kale[d] civitas subversa. Item castrum Werchusen[e] expugnatum et destructum, et captus est pincerna dominus predicti castri.

Anno Domini MCCCXLV. depictus est ambitus Sancti Petri in Erphordia.

Eodem anno dominus Hermannus[f] de Glichen, 1344? comes mitissimus et huic ecclesie amicus fidissimus, *ad *f. 228'. Terram Sanctam et montem Synay peregre profectus est; sequenti vero anno[4] XV. Kal. Iunii 1345. *Maii* 18. obiit in Norinberc, inde Erphordiam ductus, sepultus est in sepulchro comitum in nostro monasterio, qui nostre ecclesie plurimum benefecit[g].

Anno Domini MCCCXLVI. Castrum Ersberc uf deme[h] *cf. ib.* Harze expugnatum et eversum est per cives Erphordenses 1346. et Molhusenses, ubi Hermannus[i] de Stolberc et Heinricus[k] de Wirterde decollatus est. Item XV ibi sunt suspensi. Eodem anno obsessa fuit civitas Salza per Fridericum *cf. ib.* marchionem Missenensem in vigilia assumpcionis beate *Aug.* 14. virginis. Tercia die idem marcgravius tela ignea[l], vul- *Aug.* 16. gariter feuerpfeyle[m], sagittari precepit in eandem civi-

a) princ. pred. *V.* b) Item — destructum *om.* 1, *suppl. ex V (ubi* Rudolffstat*) et N* (Item Rudolfstait igne consumpta sunt. Item Hezeler, Wye destructa). *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 499 *sq.* c) *sic Cont. II, ut legendum esse apparet etiam ex C* (Willerstete). *L I* (Willirstet) *et Eng. I. II. Rothe;* Wikekstete 1; Wickerstete *V;* Wykerstete *N.* d) *sic V. Cont. II. Eng. II;* Kōle 1; Kole *Eng. I;* Kolne *N.* e) *sic cum L I legendum esse patet ex C* (Werkhusen) *et Cont. II* (Werichusen); Werthusen 1. *V. N.* f) *sic* 1. *N.* g) *spatium lineae vacuum rel.* 1. h) *sic N;* uff dēme 1. i) *sic* 1. *L I. N. V* (Herman). k) *sic* 1. *L I. (N. V* cum Henrico). l) *sic* 1. *N, post corr. alia manu* telas igneas 1. m) vel phurpyele *N.*

1) *Haec etiam ex continuatione integra a.* 1335—1353. *sumpta esse patet, cum eadem in Cron. Thuring. Isenac. c.* 22, § 6 *(Pist. c.* 96*) legantur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 474. 2) *Sequentia demum a.* 1345. *facta sunt. Quae brevissime excerpta sunt ex eis quae Cont. II. praebet.* 3) *Si legis* Wikerstete, *quod fortasse iam auctor Continuationis III. scripsit, est Wickerstedt (A. Apolda, duc. Weimar.).* 4) *Eum a.* 1345. *(non* 1346*) obiisse recte, ut videtur, tradit Cont. II.*

1346. cf. Cont. II. tatem, *maximo vento in eadem hora subito flante ex *p. 462. permissione divina, ex quo igne predicta civitas totaliter conbusta fuit[1]. Ubi sedecim sexagene hominum et XVIII homines circumsedentibus noti miserabiliter perierunt, exceptis aliis innumeris incognitis et advenis. In ipsa eciam hora balistarius dum secundam[a] telam sagittavit, quidam in meniis civitatis stans ex Dei vindicta ipsum tela emissa interfecit, marchione predicto circa suum latus assistente. Accidit eciam ibi modernis seculis inauditum, quod aures christiane audire expavescunt. Nam quidam canis inpudentissimus nomine Heinricus de Volcstete pixidem hostiarum vivifici corporis Christi, in quo tocius humane salutis summa consistit, arripiens prorupit in hec verba: 'Nunquam usus sum hoc sacramento, modo vorare volo ad saturitatem', et sic partem devoravit partemque in pavimentum deiecit; qui postea in brevi suspendio miserabiliter ut Iudas periit circa civitatem Salcf. Cont. II. zungen. Eodem anno Grysheym et alie quatuor curie[b] destructe sunt.

*f. 229. 1346. *Anno Domini MCCCXLVII. obiit domina Mech(Iul. 2). thildis, nobilissima marchionissa Thuringorum, Ludewici imperatoris filia[2], sepultaque est in Cella prope civitatem Friberg.

1347. Oct. 9. Eodem anno in die sancti Dionisii intoxicatus est cf. Cont. II. imperator Ludewicus per ducissam de Austria, cum amorem sancti Iohannis secum biberet. Tandem imperator venenum senciens, sperans evadere, ascendit equum, cum suis ad venacionem proficiscens, expiravit in equo, sepultus est in civitate Monaco[3].

1349. Anno Domini MCCCXLVIII. Guntherus comes de Swarczberc, [dictus[c] de Arnstete], nobilis et famosus et (Ian. 1). memoria dignus, in bellis quoque strennuus, electus est in regem Romanorum per principes subnotatos, videlicet per dominum de Virnborc, Mogontine sedis archiepiscopum[4], per Ludewicum Brandenburgensem marchionem,

a) *sic* (tela *fem. gen.*) *h. l. et infra l.* 8. 1 (*N habet h. l.* secundam iaculam *et infra* iaculam misit). b) *sic N cum Cont. II;* ecclesie 1. c) d. de A. *eadem manu superscr.* 1, *desunt V. N.*

1) *Hoc loco plura quam in Cont. II. exscripta sunt ex continuatione deperdita, ex eadem sumpta habet frater ord. Praedicatorum Isenac. in Cron. Thur. c.* 22, § 10 (*Pist. c.* 101). *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 478. 2) *Iam a.* 1346. *Iul.* 2; *Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 45; *Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 223. 3) *Cf. quae ad Cont. Thur. adnotavi.* 4) *Heinricum III.*

per ducem Bavarie Stephanum, per ducem de Heidelberc[1] et alios quam plures terre barones; sed heu! tandem in Frankenvort[a] miserabiliter intoxicatus est, ut indubitanter creditur, per consilium et auxilium ipsorum principum[2]. Quibus presentibus, composicione facta, multis fide dignis de Thuringia astantibus, protulit hec verba, scilicet inaudita seculis[b]: 'Eligere cuperem mille, si possibile esset, mori mortibus, quod vos mei traditores nomen Iude usurpare deberetis in vestras eternaliter progenies'. Tandem ipso mortuo, sed principibus ignorantibus, quia clamdestine ipsum tanquam viventem servabant, ministrantes ipsi tanquam regi cibum et potum[3], composicio totalis facta est pro XXIIII milium[c] marcarum summa, que suis heredibus rite repagata[d] est. Et sic predictus dominus honorifice sepultus est in eadem civitate Frankenvort cum maximo luctu et planctu. — *1349. (Iun. 14).*

Eodem anno terre motus maximus factus est[4] in Gallia et transmarinis partibus et maxime in Romana civitate, ita quod quam plures ecclesie et monasteria subverterentur. Quedam insignis civitas nomine Aquileia penitus deleta est et absorbta *per predictum terre motum. Eodem anno factum est prelium inter cruce signatos et Tartaros[5], ubi XIIII milia Tartarorum perierunt et cruce signatorum quadringenta milia[e]. — *1348. (Ian. 25). *f. 229'. cf. Cont. II.*

Anno Domini MCCCXLIX. in nocte beate Elizabeth obiit nobilissimus princeps, Missenensis marchio Fridericus, in armis, bellis, torneamentis et hastiludiis strennuissimus, tocius cleri propugnator fidelissimus et pacis terre amator amantissimus, in castro Warperc Ysenachensi[f], sepultusque est in Cella prope Friberc in sepulchro sue dilectissime coniugis. — *1349. Nov. 18/9. cf. ib.*

Eodem anno infra festum purificacionis beate Marie virginis et carnisprivium Iudei occisi sunt in omnibus oppi- — *Febr. 2. cf. ib. Febr. 25.*

a) frankenwort *h. l.* 1. b) a sec. *V.* c) *sic V;* milia 1. d) renagata(?) *radendo corr.* repagata, *et alio atram. superscr.* pagata 1; pagata *V.* e) *dele* milia *et lege* quadringenti *ut Cont. II. — Sequitur spatium lineae vacuum* 1. f) Ysennacensi *V;* Ysenach 1.

1) *Rudolfum II. comitem palatinum.* 2) *In Cont. Thur. p.* 318. *de electione Guntheri recte ad a.* 1349. *et in Cont. II. recte ad a.* 1349. *de obitu eius relatum est.* 3) *Mira fabula. Guntherus vivus ipse regno cessit pacta pecunia. Cf. E. Werunsky, 'Gesch. K. Karls IV.' II, p.* 178 *sqq.* 4) *Locum de terrae motu hoc terribili in Cont. II. infra p.* 394. *ex Addit. E (p.* 385*) repetitum auctor Cont. III. neglexit.* 5) *Lithuanos potius. Vide quae ad Cont. II. adnotata sunt.*

1349. cf. Cont. II. dis, castellis et villis Thuringie, scilicet in Gotha[a], Ysenach, Arnstete, Ylmene, Nebere[b], Wie, *Tenstete[c], Herbisleybin, *p. 463. Tummezbrucken[d], Frankenhusen, Wizzense[e], quia infecerunt fontes et puteos veneno et toxico, ut tunc manifeste dicebatur, quod multi sacci veneno pleni in fontibus et puteis reperirentur. Mart. 21. Eodem anno in die sancti Benedicti, qui tunc fuit sabato ante dominicam *Letare,* Iudei interfecti sunt in Erphordia per communitatem civium, invitis consulibus, centum et ultra. Alii vero plus quam tria milia, cum viderent se manus Christianorum non posse evadere, pro quadam sanctitate se ipsos in propriis domibus cremaverunt. Mart. 24. Post triduum in curribus oneratis ducti sunt ad[f] cimiterium eorum ante valvam Sancti Mauricii et ibidem sepulti. Requiescant in inferno! Eciam dicitur ipsos fontes et Geram Erphordie intoxicasse nec non allecia, ita ut nemo ipsa in quadragesima commedere vellet, nec aliquis civium de dicioribus cum aqua coquere permitteret. Si verum dicunt, nescio. Sed magis credo fuisse exordium calamitatum[g] eorum magnam et infinitam pecuniam, quam barones cum militibus, cives cum rusticis ipsis solvere tenebantur. Deo autem gracias, qui civi- *f. 230. tatem Erphordensem populumque Christianum *inter tot incendia tantaque homicidia sua magna misericordia pie custodivit. Mart. 21. Eodem anno et die interfecti sunt Iudei[h] in Molhusen pari modo sicut in Erphordia et fere in tota Alemania occisi, seipsosque personaliter cremaverunt.

cf. ib. Eodem anno plurimorum mille milium, innumerabilium nequam flagellatorum prodicio in Thuringia et in tota Alemania[i] quasi fuit, ita quod[k] in pratis ante Eylbrechtisgehove[l] prope Erphordiam sepe tria milia vel amplius viderentur et in dedicacione Gunnestete sex milia et ultra, et in omnibus civitatibus, oppidis et villis Thuringie[m], excepta sola Erphordia, quia consules[n] providi et discreti[o] ipsos intrare non permiserunt. Hii flagellatores multa mala iniecerunt clero per eorum predicacionem et inobedienciam. Modus eorum talis fuit: Habuerunt pileos cum rubeis crucibus in capite et ante oculos, ita ut vix videre possent, et erant nudi de[p] scapulis usque ad culum. Alia vero pars

a) Gota *V.* b) neberc 1. c) *sic E;* Tenstet *V;* Crimistete 1. d) cummezbruckē 1; Thummesbrucken *V.* e) Wizsense 1. f) *sic* 1. *N;* in *V.* g) *ex V supplevi; om.* 1. h) *sic h. l. N, alio loco V; deest* 1. i) q. Al. *V.* k) ut *V. N cum Cont. II.* l) eylbrechtisgehone 1; Eilbrechtisgehoven *V.* m) ecce *add., expunct.* 1. n) proconsules *V;* preconsules *N.* o) viri *add. V. (N).* p) *sic* 1. *Cont. II;* a *V. N.*

usque ad plantam erat zona precincta. Et portabant flagella cum aculeis ferreis, quibus se percuciebant, cantando maxime et ad terram se prosternendo sic; 1349. *cf. Cont. II.*

Tret her zu wer buzen[a] *wȏlle,*
Luczeber[b] *ist bȏsse geselle*

et cetera multa. Et nisi divina misericordia clerum protexisset, per eorum consilium lapidatus vel male tractatus fuisset. Tandem manifeste apparuit, quod tota trufa fuerat[c].

Anno Domini MCCCL. in iubileo concursus magnus 1350. *cf. ib.* versus Romam factus est, ita ut nemo viveret, qui talia recordaretur; quibus omnibus contritis et confessis[d] et ibidem XV diebus existentibus dominus papa Clemens sextus donavit remissionem omnium peccatorum. Hoc idem omni anno centesimo et quinquagesimo fieri confirmavit. Eodem anno feria quarta in septimana penthecostes[e, 1] positus *est *Maii* 19. **f.* 230'. primus lapis novi chori sancte Marie in Erphordia. Eodem anno facti sunt gradus in Monte Sancti Petri Erphordie.

Eodem anno quidam pechardus nomine[f] Constantinus Erphordie pro heresi est comprehensus, datis sibi induciis longis, ut si pateretur litargiam vel frenesim aut aliquam aliam debilitatem ventriculorum cerebri, quia bonus scriptor erat librorum textualium[g]. Ipse inquit se nullum defectum corporis nec capitis pati et esse filium Dei et post obitum suum die tercia resurrecturum. Sepe[h] quoque per magistros sacre theologie correctus, quatenus in fide fieret perfectus, ipse quoque non advertens, articulos fidei plurimos negavit; tandem in die invencionis[i] sancti Ste- *Aug.* 3. phani ante gradus sentencialiter est combustus.

Eodem anno pestilencia epydimialis grandis in Thuringia exorta est et fere in tota Alemania et precipue in Erphordia, ita ut maxima pars hominum moreretur, quia morbus contagiosus erat. Porro consules cum consilio magistrorum phisicorum inhibuerunt, ut nemo amplius inibi sepeliri deberet; tanta erat multitudo sepulchrorum in cimiteriis ubique, ut duo vel tres ad unum sepulcrum ponerentur. Deinde facta sunt XI fossata magna in cimiterio ville Nůzezse prope Erphordiam, ad que deducta sunt circa

a) zcu wer buzsenn 1; büsse wulle *V;* bocze wolle *N.* b) *sic N. Cont. II;* Lucziber *V;* Luczefer 1. c) fuit *V. N.* d) confesis 1. e) *sic* 1. *V.* f) Const. nom. *V. N.* g) *sic V. (N);* texualium 1. h) Sepius *V.* i) in invencione *V cum Cont. II.*

1) *Cont. II. p.* 396: pasche. *Vide quae ibidem adnotavi.*

1350. XII milia corpora hominum in bigis et in curribus onera- *Iul. 25.* tis; de festo sancti Iacobi usque ad purificacionem virginis 1351. *Febr. 2.* gloriose cottidie tres bige vel quatuor corpora mortuorum in cimiteriis et in viis circumquaque sustulerunt. Exceptis his multi alii sepulti sunt in civitate occulte et in villis ubique circumiacentibus, quorum anime cum electis Dei requiescant in pace! Amen. Unde dixit quidam:

Mille trecentenis[a] *decies quinis simul annis*
Hic hominum necifex locat aer milia bis sex[1].
Hir zwenzig hunder liche lin[b]
Unde hunderwert[c] *hundert,*
*f. 231. *Dy sint*[d] **vorscheiden al in dem sterben leydir.*

Requiescant in sancta pace[e]!

1351. *Aug. 9/10.* *Anno Domini MCCCLI. in nocte sancti Laurencii *p. 464. magnum incendium apud Sanctum Laurencium exortum *Dec. 27. cf. Cont. II.* est. Eodem anno in die sancti Iohannis ewangeliste[2] Iohannes episcopus Nunburgensis dictus de Meldingen multas dominas invitaverat ac solaciose vixerat, tandem aggressus coream, inter duarum dominarum manus corizando[f] expiravit; cui successit Rudolfus pincerna, qui dominum Conradum dictum de Gatha[g], conventualem sancti Benedicti in Erphordia, in aqua dicta Sale cum duobus servis submergi fecit[3].

1352. Anno Domini MCCCLII. obiit[4] papa Clemens sextus; cui successit Innocencius sextus. Eodem anno *Ian. 25. (22). cf. ib.* circa diem conversionis sancti Pauli[5] de nocte magnum incendium Erphordie apud valvam Kramphfentore erat, plateam carnificum a parte dextera concremavit.

Eodem anno intoxicata est domina de Hennenberg[h. 6] per burgravium de Norenberg[7], ut dicitur[i].

1353. *Mart. 25.* Anno Domini MCCCLIII. feria secunda in septimana pasche positus est primus lapis ecclesie sancti Anthonii sancti-

a) *sic* 1; trecent‸ *V. N;* trecentis *M (infra).* b) zcwenczig h. l. lein 1; Hyr zwenczig hundert lyche lyn *N.* c) *sic N;* hundert weit 1. d) seint 1; synt *N.* e) pa|| 1. f) *sic V. N;* corisando 1. g) *sic* 1. *N;* Gota *V.* h) Henneberg 2a. b. *V.* i) *h. l. desinunt* 2a. b.

1) *Hos versus habet etiam codex M, infra p.* 397. 2) *Eundem diem in Cont. II. omissum habet Cont. Thur. p.* 318. 3) *Cf. supra p.* 152, *n.* *. 4) *Hoc loco nota diei omissa est, quam habet Cont. Thur. p.* 319: an sente Nycolaus tage *(Dec.* 6*).* 5) Die sancti Vincentii *(Ian.* 22*), ut habet Cont. II. (et ex ea Eng. I. II, Rothe c.* 692, *p.* 599*). Cont. Thur. p.* 319: an sente Vincencius abinde *(Ian.* 21*), quod auctor eius scripsisse videtur, cum in continuatione deperdita, ut in Cont. II, ignis nocte S. Vincentii (Ian.* 21/2*) exortus fuisse diceretur.* 6) *Iutta.* 7) *Albertum. Cf. adnotata ad Cont. II, ubi haec ad a.* 1351.

que Gangolfi ante valvam sancti Augustini Erphordie. 1353. *cf. Cont. II.* Eodem anno opidum Dorneburg occulto Dei iudicio magna ex parte igne conbustum [est[a]] uno ictu fulminis, nec non civitas Ylmena ante nemus, Sluzungen, Nova-civitas, Orlamunde, nec non multa incendia commissa sunt igne violento.

Eodem anno obiit dominus Heinricus de Verne- *(Dec. 21).* burg episcopus Mogontinensis, quem dominus papa Clemens sextus ante quatuor annos[1] deposuerat omnique honore privaverat nec non excommunicaverat, dominum[b] Gerlacum[c] de Nazowe episcopum Mogontinum constituerat. Ipse contra velle omnium frivole permanens in episcopatu opida et castella quam plura[d] episcopatus ad tempora sue vite sibi retinuit. Tandem dominus Gerlacus[e] de Nazowe, cui cives Erphordenses antea[f] homagium fecerant, honorifice est confirmatus.

*Eodem anno dominus Hermannus de Eychilborn *f. 231'.* in Monte Sancti Petri Erphordie abbaciam resignavit, quia Deo permittente cecus factus fuerat; cui successit dominus Theodericus de Bruheym.

Eodem anno in die concepcionis virginis gloriose, *cf. Cont. II. Dec. 8.* que tunc fuit dominica *Populus Syon,* consecrata est nova cripta sive basilica sub choro eiusdem virginis per dominum Albertum de Bichelingen, episcopum ecclesie Ypusensis.

Anno Domini MCCCLIIII. in octava indulgencie 1354. *Apr. 27.* nostre[2] [in Erphordia[g]], dum nobilis ac sonorosa[h] campana Andreas nomine, que centum annis et octo duraverat[i·3], ad predicacionem pulsaretur, confracta est, que postea in vigilia sancti Udalrici sub Theoderico abbate *Iul. 3.* de Bruheym per magistrum Theodericum dictum Ihoniz[k] est refusa[4].

Eodem anno facta est magna discordia inter dominum Albertum episcopum Herbipolensem civesque ibidem. Nam episcopus cum adiutorio canonicorum ceterorumque amicorum suorum civitatem Herbipolensem tribus septimanis obsedit, vineas secuit, civibus multa *(Iul. 8).* mala intulit. Cives vero econtra omnes curias canoni-

a) *om.* 1. b) et dom. *V.* c) *sic V;* gerlatum 1. d) plurima *V.* e) *sic V;* gerlatus 1. f) ante *V.* g) in E. *eadem manu, sed alio atram. superscr.* 1. h) *sic* 1. *N.* i) dum *iterum add.* 1, *om. h. l. N.* k) de Ihonyz *N.*

1) *Potius ante plus septem annos, a.* 1346. *Apr.* 7. *videlicet.* 2) *I. e. dedicationis ecclesiae. Cf. supra p.* 291. 295. 3) *Cf. supra a.* 1246, *p.* 240. 4) *Inscriptionem eius editam a R. Böckner vide in 'Mittheil. d. V. f. die Gesch. u. Alt. v. Erfurt' XI, p.* 154.

1354. corum in Hauge cremaverunt, se quoque viriliter defen-
(Iul. 25). derunt. Tandem pace facta cum infinita pecunia, quam
cives episcopo pro reparacione curiarum combustarum
donaverunt, quivis ad propria est reversus.

Eodem anno dominus Heinricus Slune de Aldin-
guttern cum servo suo in castro dicto zu[a] dem Aldin-
Iul. 10. steyne uno ictu tonitrui est interemptus circa diem VII
fratrum, ut dicitur. Eodem anno cives Erphordenses,
Molhusenses, Northusenses ex rogatu domini Hein-
rici de Honsteyn, advocati Karoli regis Romanorum, per-
rexerunt ad castrum dictum Elstirberg, distans ab Er-
phordia XIII miliaria, quod statim ceperunt atque de-
struxerunt, XII[b] raptores ibidem decollari permiserunt.
Tandem advenerunt Bohemi, servi scilicet regis, opidum
dictum Novum-forum cum ecclesia igne cremaverunt,
**f. 232.* castrum eciam igne crematum *destruxerunt. Curias
vero munitas plus quam LX incenderunt et perire fece-
runt. Multa mala heu! pauperibus hominibus villanis
per rapinas et incendia intulerunt[1].

Eodem anno in autumno pestilencia epydimialis
iterum in Erphordia regnare incepit, ita ut in aliquibus
hospiciis *per mensem VII vel VIII vel amplius more- **p. 465.*
rentur. Requiescant in pace! Eodem anno Iudei
Nov. 11. Erphordiam circa festum sancti Martini pauci numero,
videlicet duo hospites cum uxoribus et pueris, reversi
sunt atque per consules defensi mansionem ibidem rece-
perunt.

1355.
Mart. 29. Anno Domini MCCCLV. circa festum palmarum
inundaciones multe et magne in terra Missenensi facte
sunt non sine damno plurimorum[2], in Thuringia vero
magna instabilitas aure in Aprili et Maio facta est, ita
ut multi agri inseminati permanerent usque ad tempus
indeterminatum.

a) *sic N;* zcu 1. b) duodecimque *V;* et duodecim *N.*

1) *Cf. C. Wenck, 'Die Wettiner im XIV. Jahrh.' App. p.* 10*. 2) *Cf. Ann. Veterocell., SS. XVI, p.* 45*, ubi l.* 34. *legas* XI. Kal. April.

ADDITAMENTUM

cod. E.[1]

f. 187.
Anno M⁰CCC⁰XL⁰ illustris[2] ac venerabilis Hassie lantgravia *Cr. S. Petri a.* 1274. obiit in mense Iunio[a] ac in Marpurg tumulata iuxta sepulchrum beate Elizabeth. Hec fuit soror domini Alberti, ducis de Brunswig.

Anno[b] M⁰CCC⁰XLI⁰ obsessum est castrum et opi- 1341. dum dictum Nebere[c] per inclitum[d] Fredericum marchionem de Misna, per[e] alios comites[f], barones et nobiles et civitatenses Thuringie, et ipsum opidum penitus exustum[g] per ignea[h] iacula, et plures homines ibidem cremati. Castrumque[i] est traditum, et data salva vita[k] hominum super eo existencium[3].

M⁰ trecenteno ter X anno quoque seno[4] 1335. *(Oct.* 29*).*
Plantas cum domibus subvertit vi sua ventus[l].
*Anno milleno tria C quadraginta secundo **f.* 187'. 1342.
Torrens excrevit, pontes domosque delevit. *(Iul.* 21*).*

Anno M⁰CCC⁰XLI⁰ defuncto Gregorius[m] papa huius nominis *Cr. Minor a.* 841. quartus[m], Sergius papa centesimus quintus ordinatur et sedit annis tribus. Iste vocabatur Os-porci[n]. Unde ab isto usque adhuc semper mutatur nomen pape. Nota: cum quis ordinatur in papam, nomen, quod sibi collatum erat in baptismo, in aliud mutatur pluribus et rationabilibus de causis[5].

Anno M⁰CCC⁰XLVIII⁰ in die conversionis sancti 1348. *Ian.* 25. Pauli fuit terremotus magnus[6].

Anno[o] M⁰CCC⁰XLIX⁰ dominicum corpus furto sublatum [est[p]] *Cr. S. Petri a.* 1249.

a) an *add., sed del. E.* b) *haec — l.* 12. *habet M locis ex Cont. II. sumptis inserta; etiam in Le III hic locus repetitus est breviatus.* c) opp. Nebera (*om.* dictum) *M.* d) *om. M.* e) march. Misniae et *M.* f) com. — ipsum *om. M.* g) est *add. M.* h) *sic M. Le III;* ex. pignea *h. l. et infra f.* 188'. *E.* i) Castrum *M.* k) salus vitae *M.* l) *hos duos versus habet M locis ex Cont. II. sumptis insertos post a.* 1332, *Le III ad a.* 1331. *cum corrupta lectione* quoque uno, *ubi et sequentes duo versus ad a.* 1342. m) *sic E.* n) parti *E.* o) *haec habet etiam M sub a.* 1349. *locis ex Cont. II. sumptis inserta.* p) *sic M; om. E.*

1) *Haec post p.* 369, *l.* 8. *in E sequuntur.* 2) *Vide supra p.* 271. *Haec in E sub a.* 1274. *omissa sunt. Ioh. Rothe c.* 667, *p.* 573. *haec ad a.* 1340. *ex archetypo codicis E exscripsit.* 3) *Haec repetita sunt in Cont. II, infra p.* 386, *ex integra continuatione deperdita et recepta in Cont. III, supra p.* 375. *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 471 *sq.* 4) *Legas* quino. *Vide supra p.* 364, *n.* 1. 369, *infra p.* 386. *In codice gymnasii Briegensis (SS. XXIV, p.* 174, *n.* 7*) hi versus leguntur:*

MC[CC] ter X et V sequenti die Simonis Iude
Subvertit iuncta boreas edificia cuncta.

5) *Quarum una in Cron. Minore, SS. XXIV, p.* 183, *adnotata est.* 6) *Haec notitia in Cont. II. huius codicis f.* 192, *infra p.* 394. *recurrit. V. F. de Gudenus, Sylloge I. variorum diplomatariorum monum. (Franco-*

Cr. S. Petri. in Erfordia[a] in parrochia[b] Sancti Martini et in cuiusdam canonici curia reconditum, pro quo inveniendo omnis clerus processionem egit in Monte[c] Sancti Petri; sed furto a fure prodito et loco, omnis clerus civitatis dominicum corpus per IIII[or] menses reconditum, episcopo Cristanno[d] presente, in eclesiam sancte Marie honorifice deportavit[1].

ib. a. 1256. Anno M⁰CC⁰LVI⁰ rex Wilhelmus in Friseam veniens ibidem occiditur[2].

ib. a. 1241. Anno M⁰XLI⁰ obiit lantgravius Hassie, filius sancte Elizabeth, in castro Cruczeburg, sepultus in Reynersborn[2].

**f. 188.* 1263. *(Oct. 27).* Anno[3] M⁰CC⁰LXIII⁰ illustres *principes dominus Albertus Thur[ingie] lantgravius et Thed[ericus] marchio de Landisberg fratres cum duce de Brunswig[4] et comite de Anhalt[5] conflictum apud castrum Within[e] habuerunt, et obtenta victoria prefati duces[6] et comites et omnes ipsorum milites capti sunt, nec conflictus huic equalis — quoniam[f] viriliter ex utraque parte se defenderunt — antea est auditus.

---

*CONTINUATIO II. **p*

Codd. E. (M).

Cr. S. Petri. 1335. *Oct. 29.* Anno M⁰CCC⁰XXXV⁰[g] dominica die post[h. 7] omnium sanctorum fuit magnus ventus, et corruit turris Sancti Petri Erfordiei[i], in qua pendent[k] minores[8] campane, cum aliquibus campanis[l].

1336. *cf. Cont. Thur.* Anno M⁰CCC⁰XXXVI⁰ exorta[m] est discordia inter Fredericum marchionem[n] et cives Erfordenses, de qua magna turbacio[o] et multe rapine et incendia in Thuringia exorta sunt. Tandem marchio civitatem Erfor-

a) erford̄ *E;* est Erphordiae *M.* b) porrochia *E.* c) *sic E. M.* d) Christiano *M.* e) Witkīn (?) *E.* f) *emendavi;* quam *E.* g) *post praecedens addit. haec Cont. in E scripta est; a.* 1335. 1336. *habet etiam M, et quidem praecedit a.* 1336, *sequitur quae supra p.* 368, *l.* 8—17. 24—26. *de a.* 1335. *habentur, tunc haec de a.* 1335. h) *sic E. M falso pro* ante. i) erford̄ *E.* k) pendebant *M.* l) cum al. c. *om. M.* m) orta *M.* n) Misniae *add. M.* o) tribulatio *M.*

furti ad M. 1728. 8⁰) *p.* 342. *ex codice bibliothecae capituli Moguntini nr.* 8. *hos versus edidit:*

Anno milleno tria C quadrin. simul octo,
Quando conversi celebratur vespera Pauli,
Est visus motus telluris nimius,
Templa Moguntina quod ob hoc sunt scissaque bina.

1) *Haec in E supra sub a.* 1249. *omissa sunt.* 2) *Haec etiam in E supra omissa sunt.* 3) *Haec relatio pugnae Wettinensis proxime accedit ad eam Sifridi de Balnhusin c.* 213, *SS. XXV, p.* 706, *ex parte ex Cron. Minore sumptam.* 4) *Alberto I.* 5) *Heinrico II.* 6) *Unus dux affuit.* 7) *V. supra p.* 364, *n.* 1. 8) *Ita in Cont. III, p.* 369, *l.* 19.

die[a] obsedit duabus ebdomadis et ultra[1] cum adiutorio 1336. *(Iul. 12—24).* fere omnium dominorum et civitatum Thuringie, exceptis dominis de Blanckenhain et dominis de Kranichfelt[2], qui iuverunt civibus[b] Erfordensibus; postea non sine morte plurimorum ad propria remeavit[3].

Anno M⁰CCC⁰XXXVII⁰[4] fuit tanta multitudo locu- 1338. *cf. Cont. Thur.* starum in Franckonia et precipue in civitate Herpipolensi, ut, dum volarent per civitatem[c], terra non posset videri pre umbra ab eis transeunte; et ad[d] agros, per quos advenerant, horum *devorabant totam substanciam, **f. 188'.* similiter et vineta. Fontesque omnes tecti sunt ibidem, ne stercora[e] earum illos inficerent*. Eodem[f] anno factum est lapideum patibulum Erfordie.

Anno[g] M⁰CCC⁰XLI⁰ obsessum [est[h]] opidum et castrum 1341. *cf. Add. E et Cont. III.* Nebere per Fredericum marchionem et d o m i n o s et civitates Thuringie, et opidum penitus exustum per ignea[i] iacula, et c a s t r u m c a p t u m, et data salva vita hominum i n i p s o existencium[5].

*) *Pro his habet M:*

M tria X tria C post octo venere cicadae[6], 1338.
[Sunt[k] etiam multae] visae per celsa locustae
Et veluti nubes umbram fecere volantes,
Quas nive mox truce[l] *stravit lux altera Lucae*[7]. *Oct.* 19.

a) erford̄ *E;* m. Erfordiam *M.* b) *sic E. M.* c) quod *add. E.* d) *sic E.* e) *sic Le III;* stercore *E.* f) *sequentia habet M.* g) *haec in M cum Add. E supra p.* 385. *conveniunt.* h) *om. E.* i) ex. pignea *E etiam h. l. ut supra p.* 385, *n.* h. k) *uncis incl. supplevi; spatium vacuum rel. M, cum librarius haec legere non posset.* l) truci *M;* truce prostravit *Fabr.*

1) *Sic etiam habet epist. Nicolai data a.* 1336. *Sept.* 23, *Böhmer, Acta imp. sel. p.* 735, *nr.* 1042: ultra quindene spacium. *Sed in continuatione hoc loco exscripta extitisse apparet, quae Cont. Thur. p.* 317. *cum Cont. III. habet:* unde lag davor von sente Margareten abinde wan an sente Jacobus abint unde schuf nicht, biz iz hinden noch berichtit wart mit groβeme gelde. *Cf. supra p.* 370, *n.* 1; *Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 4 *(Pist. c.* 94*).* 2) *Epist. Nicolai l. l.:* Erfordienses neminem habuerunt pro adiutore nisi comitem de Kevernberg et dominum de Blankenhain. 3) *Omissa sunt hoc loco quae Cont. Thur. p.* 317. *et Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 3 *(Pist. c.* 93*) de nece hominum de Kranichfeld tradunt. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 479. 4) *Cf. supra p.* 373, *n.* 5. *Etiam Hist. Eccard. haec ad a.* 1337, *sed Ioh. Rothe c.* 665, *p.* 571 *sq., ad a.* 1338. *habet.* 5) *Haec magis cum Cont. III. quam cum loco ex E supra p.* 385. *edito conveniunt.* 6) *Hunc versum habet etiam Theod. Engelhus, Chron. ed. Mader p.* 268. 7) *Cf. Ann. Francofurt., Böhmer, Fontes IV, p.* 394. *Versus* 2—4. *habet G. Fabricius, Rerum Misnicarum libri VII (Ienae* 1597 *fol.) p.* 50, *quorum pri-*

1342. Anno M^{0}CCC^{0}XLII^0 orta est discordia inter Fre-
cf. Cont. Thur. dericum marchionem et Guntherum comitem de Swarcz-
borg, civibus Erfordensibus astantibus marchioni, comite[a]
vero[b] Henrico astante[a] comiti Gunthero de Swarczburg;
ex quo multa incendia et rapine in Thuringia perpe-
trata[c] sunt; et sic opidum Arnstete[d] obsessum est per
marchionem Fredericum[b] et cives Erfordenses et alios
cf. Cont. III. adiutores eorum, sed[e] nichil dignum[f] egerunt. Tandem
Oct. 27. pervenerunt ad pungnam in vigilia appostolorum Symo-
nis et Iude prope villam Eginstete[g], ubi magna strages
facta est, et precipue equorum. Et nisi duo milites
fuissent et nobilis quidam[1], marchio Fredericus[b] occisus
vel forte captus fuisset; qui tamen[h] omnes tres[b] inter-
fecti sunt et honorifice Erfordie apud Sanctum Petrum
cf. Cont. Thur. sepulti[2]. Ubi multi captivabantur de[i] utraque parte,
**f. 189.* *scilicet dominus[b] Henricus iunior comes de Swarczburg
et multi *alii et eciam[b] aliqui cives Erfordenses de me- **p.*
lioribus tocius civitatis. Eodem[k] anno fuit tanta
cf. Cont. III. inundacio aquarum in Erfordia[l] in die Praxedis[m] vir-
Iul. 21. ginis, ut nemo in runcino[n] in plateis equitare posset,
et destruxit[o] longas temetas Erfordie[l] nec non pontem
apud Sanctum Nicolaum[3].

1343. Anno M^{0}CCC^{0}XLIII^0 ante carnisprivium Erforden-
cf. ib. ses[l] de nocte irruentes in[b] castrum dictum[b] Aldinberg[p. 4]
et statim ceperunt, sed non destruxerunt[5], ac[q] X viven-

a) comiti . . . astanti *E. M.* b) *om. M.* c) perpetratae *M.* d) Arnstat *M.* e) qui *M.* f) digni *M.* g) Egenstete *M.* h) cū *(pro* tn̄*) h. l. et saepissime scriptum videtur in E;* cum *M.* i) ab *M.* k) *haec ante praecedentia leguntur in M, ubi* Anno 1342. l) erford *E.* m) S. Braxedis *M.* n) in r. *om. M.* o) destructꝫ *E;* destructis longis temetis *M.* p) *sic Cont. III;* aldinborg *E;* aldenb'g *Eng. I;* aldenberg *C. Eng. II;* Aldenborg *M.* q) At *M.*

mum etiam mutilum ut M (ab Visae*) affert, unde patet eum librum quendam eius, qui in M exscriptus est, simillimum habuisse. Qui hos versus* secundum rythmologum Erfurdianum *se attulisse dixit et ibid. ad a.* 1334. *habet*:

In die Lucae evangelistae (ut ait Rythmologus Erfurdianus)
Arboribus magnam dat nix inopina ruinam.

1) *Qui in Cont. III. et ex eodem fonte in Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 7 *(Pist. c.* 96*) nominati sunt.* 2) *Vide quae Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 7 *(Pist. c.* 96*) hac de re copiosa tradit; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 476 *sq.* 3) *Reliqua quoque, quae Cont. III. de hac inundatione habet, ex fonte huius Continuationis sumpta esse probatur Cont. Thur. p.* 317, *quae eadem et plura habet.* 4) *Alteburg in saltu Thuringico olim situm inter rivos Alte Gera et Wilde Gera prope Dörrberg et Arlesberg, cuius parva rudera supersunt.* 5) *Cf. cartam burggraviorum de Aldenberge datam a.* 1344. *Iul.* 30, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 200 *sq., nr.* 248.

tes proscriptos cum tribus mortuis abductis[a] captos[b] 1343.
premiserunt, qui omnes in die cinerum Erfordie[c] de- *Febr.* 26.
collati sunt[1].

Anno M⁰CCC⁰XLIIII⁰ in vigilia sancti Thome appo- 1344. *Dec.* 20.
stoli[d] obsessum est castrum Videlnhusen[e] comitum de *cf. Cont. Thur.*
Orlemunde per Fredericum marchionem[f] et cives Erfordenses[c] ac alios eorum adiutores, captum[2] et penitus de- *(Dec. 28).*
structum usque ad solum, quia tanta inmensitas frigoris fuit, ut usque ad muros in fossatis congellatis pergerent. Excepto[g] isto vix aut numquam cepissent. Destructio duravit usque ad epiphaniam[3]. 1345. *Ian.* 6.

Anno M⁰CCC⁰XLV⁰ circa mediam quadragesimam *Mart.* 6. *cf. ib.*
perrexerunt cives Erfordenses cum exercitu magno super comites de Swarczborg[4], et ceperunt opidum Rudolfstat[h] ibique inmensam predam, suppellectilia innumerabilia *ac alia bona ceperunt[i] et igne consumpse- **f. 189'.*
runt totam civitatem. Eodem[k] anno obsessum est castrum Heseler circa Iudica[5] per predictos[d] cives Er- *Mart.* 13. (11).
fordenses et penitus destructum est[d]. Eodem anno circa dominicam palmarum[6] obsessum est opidum et *Mart.* 20. (18).
castrum Wye per cives Erfordenses, et tota civitas igne cremata est, ac ipsum castrum captum et destructum omnino[l]. Eodem anno feria 2ª post palmas obses- *Mart.* 21.
sum est castrum Wilrestete[m. 7], captum et destructum in[d] 4ᵗᵃ feria[n] eiusdem ebdomade per marchionem et *Mart.* 23.
cives Erfordenses. Eodem anno feria 3ª in septi- *Mart.* 29.
mana[o] pasche destruxerunt cives[p] predicti curiam muni-

a) abducti *E. M.* b) *sic M;* captꝯ ꝑ miserunt *E.* c) erford̄ *E.* d) *om. M.* e) Vindelnhusen *E;* Vedilhausen *M.* f) quod marchio, cives Erffurd. et alii *etc. (ut E) M.* g) Exc. — cepissent *om. M.* h) Rudolstet *M.* i) receperunt et igni *M.* k) E. a. *om. M semper.* l) onimino *E.* m) Willerstete *M. C;* Willerstet *Eng. I. Rothe;* Wilrestede *Eng. II; cf. supra p.* 377, *n.* c. n) f. quarta *M.* o) septia *E.* p) pr. c. Erffurdenses *M.*

1) *Nescio an ea quae Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 8 *(Pist. c.* 97*) habet de pugna Mulhusensium ex integra Cont. II. sumpta sint.* 2) die Innocentum, *quod ex fonte hoc loco exscripto desumpsit Cont. Thuring., 'D. Chr.' II, p.* 317 (an der kindelin tage), *hunc auctorem omisisse apparet.* 3) *Ideo a.* 1345. *castrum hoc captum dicitur in versibus Variloqui, Mencke II, c.* 505. 4) *Heinricum XI. et Guntherum XVI. et Guntherum XIX. Ex sequentibus perpauca excerpta sunt in Cont. III. (falso ad a.* 1344*), plura ex eodem fonte sumpta habet Cont. Thuring. p.* 318. 5) *Cont. Thur. p.* 318: an deme fritage noch mittevasten *(= Mart.* 11*), quod ex eodem fonte sumptum, hoc loco mutatum est. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 456, *n.* 1. 6) *Ibid.:* an deme fritage vor palmen *(= Mart.* 18*), iterum mutatum.* 7) *Cf. Ann. Vetero-Cell. ed. Opel p.* 221.

1345. tam in Alkersleyben, que fuit illius de Wiczeleyben. *Apr. 7.* Eodem anno 5ta feria[a] post *Quasi modo geniti* obsessum est castrum dictum[b] Tundorf[1] per cives Erfordenses et *Apr. 8.* sequenti feria 6ta datum est et munitum[c] per eosdem. *Apr. 29.* Eodem[d] anno feria 6ta ante Walpurgis venerunt cives predicti cum exercitu magno ad obsidendum Arnstete, sed nichil relacione dignum egerunt, sed statim reversi *Maii 2.* sunt. Eodem anno in rogacionibus cives cum comitatu magno obsederunt[e] opidum ac[f] castellum Kale[2] et *Maii 3.* sequenti die, scilicet feria 3a ante ascensionem Domini, *f. 190. expungnaverunt predictum[b] opidum cum castro et *ambo subverterunt ac[f] destruxerunt, ceperuntque tam in civitate quam in castro ultra quinquaginta[g] viros galeatos. *Maii 6.* Eodem anno feria[h] sexta post ascensionem Domini cives Erfordenses cum manu copiosa[i] obsederunt castellum Werichusen[k], quod expungnaverunt, et ibidem[l] pincernam, dominum predicti castri, ceperunt cum *aliis qua- *p. 4 *Maii 9.* tuor viris galeatis. Sequenti feria 2a [m] comes de Arnstete[3] cum comitatu suo predictum castrum[n] tempore nocturno cepit et penitus destruxit et XXti viros galeatos[o] captos in castrum Dornburg secum duxit. Eodem *Iun. 5.* anno[p] dominica 3a post penthecosten perrexerunt cives Erfordenses cum magna multitudine virorum galeatorum ad castrum Scharffenberg[4], quod erat comitis de Hennenberg[5], qui tunc temporis erat coadiutor comitis de *Iun. 11.* Swarczburg, et[q] nichil rationalis[b] egerunt, sabatho pro- *cf. Cont. III.* ximo[r] abscesserunt. Eodem[s] anno sepultus est comes de Glichen senior nomine Henricus[t, 6] in Monte Sancti *(Maii 18).* Petri Erfordie, qui obiit in Terra Sancta[7], ossaque eius

a) F. quinta *M.* b) *om. M.* c) *sic M;* munitos *E.* d) Eod. — reversi sunt *om. M.* e) obsiderunt *E.* f) et *M.* g) *sic M;* quinquagintos *E;* L *Eng. I. II.* h) f. s. *ex M suppl.; om. E.* i) cum magna copia *M.* k) *sic M;* [Wich *del.*] Werichuſn̄ *E;* Werkhusen *C; cf. supra p.* 377, *n.* e. l) et ib. *om. M.* m) post dominicam ascensionis *add. M.* n) Werichhusen *add. M.* o) galeatꝯ captꝯ *E, ubi saepissime* ꝯ = os *scriptum.* p) Anno 1345. *iterum M.* q) sed *M.* r) *sic M;* proxima *E.* s) *sequentia h. a. om. M.* t) *sic* (henr̄) *E;* Heynrich *Rothe; falso ex* H.

1) *Cf. cartas p.* 391, *n.* 1. *laudatas.* 2) *Cf. cartam de pace datam a.* 1345. *Iul.* 28, *Riedel, Codex dipl. Brand. B VI, p.* 74, *nr.* 2293. 3) *Guntherus XIX. de Schwarzburg, qui postea fuit rex electus.* 4) *Cuius rudera exstant in monte Scharfenberg prope villam Thal (duc. Gothani) ad rivum Erbstrom. Cf. Rein in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p.* 287 *sqq.* 5) *Heinrici VIII.* 6) Hermannus *potius, ut Cont. III. habet. Cf. v. Tettau in 'Mittheil. d. V. f. d. Gesch. u. Alt. von Erfurt' III, p.* 99 *sq.; Werneburg, ib. VI, p.* 57 *sq.* 7) *Norinbergae potius, ut habet Cont. III. p.* 377.

erant Erfordie delata. Eodem anno feria 3[a] post *Iubilate* perrexit marchio cum comitatu suo magno et civibus Erfordensibus ac civitatibus pluribus et obsedit castrum *Dorinburg quinque ebdomadis, et nichil realis ibi egerunt, et discesserunt. Postea feria 4[a] post Iacobi facta est conposicio cum marchione et comite de Swarczburg[1]. Eodem anno depictus est ambitus Sancti Petri Erfordie cum illa laudabili, nova, bona pictura[2]. *1345. Apr. 19. *f. 190'. Iul. 27. cf. Cont. III.*

Anno M⁰CCC⁰XLVI⁰[a] in die Appollinaris martyris[b] obsessum est castrum dictum Erichsberg[c] uf dem Harcze per comitem de Honsteyn[3], cives Erfordenses et Molhusenses ac alias civitates, quod destructum est et eversum[d] in die Sthepphani martyris[e, 4]. Captusque est dominus[f] Henricus[g, 5] de Stalberg, dominus predicti castri, ac decollatus cum alio nobili de Werterde nomine Frederico[h, 6]; reliqui vero numero quindecim ibidem capti suspensi sunt[f] in patibulo. Eodem anno[i] circa Laurencii[7] obsessum est castrum et opidum Salcza per marchionem Fredericum cum exercitu suo tantum. Et[k] feria 4[ta] post assumpcionem beate virginis Marie desolata, in- *1346. Iul. 23. cf. ib. Aug. 2/3. Aug. 10. (14). Aug. 16.*

a) *sic M, ubi sequentia leguntur post p.* 392, *l.* 10; M⁰CCC⁰XLIII⁰ *E.* b) in Iunio *add. M.* c) [eckrsberg *del.*] erichfb'g *E;* Erichberg *M;* Erichzberg *Eng. I.* d) et ev. *om. M.* e) papae *M.* f) *om. M.* g) comes *add. M.* h) n. Fr. *om. M.* i) Anno 1346. *M.* k) *sic M. Le III;* in *E.*

1) *Cf. cartas de hac pace datas Iul.* 26. 28; *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 207, *nr.* 253; *Riedel, Codex dipl. Brand. B VI, p.* 74 *sqq., nr.* 2293, *quibus patet ante castrum Dornburg iam die* 26. *pacem ictam esse.* 2) *Nic. de Siegen ed. Wegele p.* 387: cum veteri testamento, scilicet Genesi, per magistrum ac pictorem in hac arte magistralem; *cf. ibid. p.* 386. 3) *Heinricum, dominum de Sondershausen, et Ditherum comitem. Vide cartam Heinrici comitis de Stolberg a.* 1346. *Aug.* 1, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 215 *sq., nr.* 263, *ubi et alii dicuntur, qui huic obsidioni interfuerunt.* 4) *Aut die inventionis Stephani martyris (Aug.* 3) *aut die Stephani papae (Aug.* 2). *Iam in carta n.* 3. *laudata, data Aug.* 1, *hoc castrum destructum esse dicitur. Sed etiam Rothe c.* 680, *p.* 587. *ex hac Cont. (falso loco) habet:* an sente Steffans tage des heiligen merteres. 5) *Hermannus dicitur in Cont. III. (unde Varil.) et in Cron. Thur. Isenac. c.* 22, § 9 *(Pist. c.* 99; *unde Ioh. Rothe c.* 680, *p.* 587*), sed* Henrich *in Cont. Thur. p.* 318. *ut in E. M. In Regest. Stolberg. ed. Mülverstedt nullum Hermannum comitem de Stolberg hoc tempore inveni. Cf. ibid. p.* 107, *nr.* 307. *cartam datam a.* 1320. *Iul.* 1, *qua Heinricus comes de Stolberg castrum Erichsberg emit.* 6) *Hic Heinricus dicitur in Cont. III. (unde Varil.) et in Cron. Thur. Isenac. l. l. (unde Rothe), sed Eng. I:* Frederico. 7) *Ut supra p.* 389, *n.* 2. 5. 6. *nota diei (Aug.* 14*), quam Cont. III. ex eodem fonte exscriptam habet, hoc loco mutata esse videtur.*

1346. *cf. Cont. III.* censa ac turbata est civitas predicta per missilia et incendia. Ibi perierunt igne tam nobilium civitatem defensare volencium[a] quam civium numero XVIII[b] sexagena hominum[c] et XVIII homines, quorum[d] anime requiescant[e] in pace[1]! Eodem anno[f] cives Erfordenses destruxerunt curiam Grisheim cum aliis[2] curiis[g] munitis. Eodem anno[f] factum[h] est Erfordie in parrochia Sancti *f. 191. *Iohannis quoddam monstrum mirabile, quod[i] oculis meis vidi, ac maxime obstupui. Nam vacca[k] quedam parturit vitulum VII habens[l] pedes, ac[m] brevi sub tempore subsecuta sunt tria[n] mala, antea vero inaudita: nam Iudei Erfordie occisi ac cremati sunt, plurimorum flagelliferorum[o] *p. 469. *per universas regiones prodicio[p] ac pestilencie ephidimialis fere omnium hominum invasio. Non quod iste vitulus fuerit causa[q] eorundem, sed quod insolitum fuit, et sic hec tria.

1347. *cf. Cont. III. et Thur.* Anno M⁰CCC⁰XLVII⁰ venit ad Lodewicum inperatorem ducissa de Austria[3], que benivole ab eo est suscepta. *Oct. 9.* Tandem in die beati Dionisii, cum ipsa recedere vellet, habens duas lagenas similes, ut dicitur, unam plenam vino, reliquam vero veneno, imperatori[r] prebens pro amore sancti Iohannis; qui cum bibisset, ipsa caute[s] lagenam cum veneno ab imperatore[r] accipiens, ponens circa se ad currum, in quo vehebatur, sumens lagenam cum vino bibit et recessit. Tandem imperator Lodewicus senciens se venenum sumpsisse, sperans evadere, resedit equo, *(Oct. 11).* convocans venatores ad venacionem se transtulit. Cumque sic diu in venacione laborasset, tandem invaserunt quendam ursum, quem venatores gratanter persequebantur, reliquerunt[t] imperatorem quasi solum pre nimia *f. 191'. dilectione ursi. Imperator *vero per venenum antea sumptum gravatus exspiravit in equo, ita ut exanimis equitaret. Postea corruit de equo ad solum, et sic venerunt[u] milites et ministri sui, invenerunt imperatorem

a) civ. defendentium *M.* b) *sic E. M Rothe, sed legendum est* XVI *cum Cont. III. et Cron. Thur. Isenac., corruptum ex sequente* XVIII. c) hoēm *E.* d) q. — pace *om. M.* e) requiescunt *E.* f) Anno 1346. *M.* g) *om. M.* h) natum *M.* i) q. — obstupui *om. M.* k) facca *E.* l) *sic E. M.* m) *sequentia — p.* 393, *l.* 7. *om. M.* n) *sic Eng. I. II;* tam(?) *E.* o) flagelli feiorum *E.* p) *sic infra a.* 1349, *p.* 395, *l.* 14; perdicio *h. l. E.* q) tā (*pro* c̄a) *E.* r) imperat̡ *E.* s) tante *E.* t) reliquerunt *E.* u) et^c. Venerunt *E.*

1) *Fabricius, Rerum Misn. libri VII. p.* 51. *ad a.* 1346. *hac de re habet versus:*
Post M post tria C post XL bis tribus aucta
Sensit Salza ignem et Misnensis principis ensem.
Inclita Mathildis moritur, quae principis uxor.

2) quatuor, *ut Cont. III. habet.* 3) *Iohanna uxor Alberti II. ducis. Vide quae de hoc loco ad Cont. Thur. (infra) adnotavi.*

mortuum, et tunc[a] *vox in ramis*[1] *audita est, ploratus et ullulatus.* Porro cum magno luctu nobilium ac civium sive amicorum[b] suorum sepultus est in civitate sua que dicitur Monachis. 1347. *Matth.* 2, 18.

Eodem anno proxima dominica post festum sancti Egidii perrexerunt cives Erfordenses cum exercitu magno ad curiam dictam Golis et eam penitus subverterunt. Eodem anno[c] quinta feria post nativitatem beate virginis[d] cives Erfordenses tulerunt magnum gregem boum et pecudum de Stusfŏrte[e] villa ex parte Th[eoderici] dicti Gecze, cui inimicabantur. *cf. Cont. Thur.* *Sept.* 2. *Sept.* 13.

Eodem anno venit quidam in Marchiam dicens se esse marchionem Woldemarum, qui dudum ante XXX[a] annos mortuus fuerat. Qui quidem omnia . . . .[f] ac facta quondam a predicto marchione patrata retulit, tam de nobilibus quam de amicis occulta et manifesta, quod in veritate se ita haberet, propalavit. Hic inpugnavit cum adiutorio quorundam dominorum Saxonie, videlicet ducis Saxonie[2], episcopi Magdeburgensis[3] et aliorum plurimorum protectione, cum magno[g] exercitu marchionem de Brandenburg[4], filium Ludewici quondam[h] imperatoris, et eum strennue persequebatur, dicens se[i] *velle rehabere[5] suam hereditatem ac possessionem, videlicet Marchiam olim nomine patrimonii ad ipsum devolutam; et sic in Marchia plus quam VIII annis maxima turbacio et gwerra[k] consecuta[l] est[6]. *cf. ib.* *f. 192.

Anno M⁰CCC⁰XLVIII⁰ in die purificacionis beate virginis factum est prelium inter cruce signatos et Tartaros[m. 7], in quo videlicet[n] prelio plusquam quatuordecim milia Tartarorum[o] gladio consumpti sunt, et a[p] crucesignatis Deo disponente tantum quadringenti[q] occisi sunt. Et in eodem prelio occisus est princeps Ruscie[r] et frater regis Tartarorum[s. 8]. 1348. *Febr.* 2. *cf. Cont. III.*

a) c̃c *E.* b) amicū *E.* c) Anno 1347. *M.* d) p. nativitatis Mariae *M.* e) stufforte *Eng. I;* stuffŏrte *E;* villa Stuffurte *M, ubi sequentia — p.* 394, *l.* 2. *om.* f) *vox quaedam excidit in E.* g) magnu *E.* h) q̄dam *E.* i) se-|| (*f.* 192) cū *E.* k) gewerra *E.* l) *emendavi;* exsecuta *E.* m) *sic Le III et Rothe cum Cont. III;* torcos *E.* n) idr̨ *E.* o) *sic Le III cum Cont. III;* torcorum *E.* p) de *Le III.* q) *sic E. Cont. III;* quadraginta *Le III;* 400 *Rothe.* r) rufcie *E.* s) *sic emendavi ex textu Iohannis Rothe:* des koniges von Tartarien brudir; frater eius rex Torcorum *E;* et imperator Tartarorum *Le III.*

1) *Sic auctor sciens scripsisse videtur pro* Rama *evangelistae, cum imperator mortuus in silva inventus sit.* 2) *Rudolfi I.* 3) *Ottonis de Hassia.* 4) *Ludewicum.* 5) *Locus supra p.* 251, *l.* 23—26. *repetitus est.* 6) *Nota haec* (et sic — est) *in Cont. Thur. p.* 318. *non legi.* 7) *Lithuanos potius, qui a militibus ordinis Teutonici et cruce signatis ad fluvium Strowa victi sunt. Cf. J. Voigt, 'Gesch. Preussens' V, p.* 60 *sqq.* 8) *Narmant frater*

1348. *Ian. 25.* Eodem anno conversione sancti Pauli fuit terre motus *Add. E. cf. Cont. Thur.* magnus Erfordie[1]. Eodem anno[a] datum est castrum *(Oct. 7).* Cappelndorf civibus Erfordensibus per dominum episcopum dictum[b] Hundolfum[2], et valde melioratum est per[c] cives predictos per muros et fossata et nova turri et aliis multis edificiis. Eodem anno[a] facta est nova valva ante valvam cerdonum. *Eodem[d] anno fuit *p. 470. magna pestilencia in partibus transmarinis, videlicet in Gallia, Grecia, Francia et in provinciis paganorum ac circa Veneciam, adeo quod tota Cristianitas ac alie naciones interierunt ratione foncium et aquarum infectarum veneno, ut dicitur.

1349. Anno M⁰CCC⁰XLIX⁰ Guntherus comes de Swarczborg, electus in regem, absque confirmacione intoxicatus *Iun. 15.* *f. 192'.* obiit circa Viti et sepultus est[e] in Frankinfort. *Eodem *Nov. 19.* anno circa festum beate Elizabeth[3] obiit inclitus ac illustris princeps Fredericus marchio Misnensis[f].

cf. Cont. III. Febr. 2. Eodem anno[g] infra festum purificacionis beate vir- *Febr. 25.* ginis[h] et carnisprivium Iudei occisi sunt in omnibus opidis, castellis et villis in Thuringia, scilicet in Gotha, Isenaco, Arnstete, Ilmene, Neber[i], Wye, Tenstete, Herbisleyben, Tummesbruckin, Franckinhusen, Wissense, quia[k] infecerunt[l] fontes et puteos veneno, ut[m] tunc manifeste dicebatur, quod multi sacci veneno pleni in fontibus et puteis reperirentur[n]. Eodem anno[g] in die sancti *Mart. 21.* Benedicti, qui tunc fuit sabatho ante dominicam[b] *Letare,* Iudei interfecti sunt Erfordie per communitatem civium, invitis consulibus, centum et ultra[4]. Alii vero

a) Anno 1348. *M.* b) *om. M.* c) per — edificiis *om. M.* d) *sequentia — l. 17. om. M.* e) *sic Le III; om. E.* f) Fr. marchionenf *E.* g) Anno 1349. *M.* h) Mariae *M.* i) Nebere *M.* k) qз (que) *E;* quod *M.* l) inficissent *M.* m) ut — veneno *supplevi ex M et Cont. III, quae scriba in E omisit oculo aberrante a priore* veneno *ad inferius; fort. ex Cont. III. etiam* et toxico *supplendum est.* n) *sic Cont. III;* reperierunt *E. M.*

Algardi (Olgjerd) magni principis Lithuaniae; cf. Hermann. de Wartenberge, SS. rerum Pruss. II, p. 76; *Math. Nuwenburg. ed. Weiland l. l. XXXVII, p.* 50, *c.* 85 *(ed. Studer c.* 104, *p.* 150 *sq.); 'Oberrhein. Chronik' ed. Grieshaber p.* 38. 1) Erfordie *is qui haec excerpta scripsit male addidit; v. supra p.* 379. 385. 2) *Vide cartas datas a.* 1348. *Oct.* 7. 11, *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 240 *sqq., nr.* 295. 296. *Qui in his cartis vocatur Heinricus episcopus ecclesiae Constantiensis (in insula Cypro sitae, chorepiscopus), sed nomen Hundolfi, quod etiam habent Ioh. Rothe c.* 685, *p.* 591. *et mutilum Cont. Thur. p.* 318, *gentis est. Cf. Necrol. S. Mariae Erford., 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' IV, p.* 254: *Ian.* 16: Henrici quondam dicti Hundolf. 3) *Etiam hoc loco nota diei* (in nocte b. El.) *in Cont. III. melius servata est.* 4) *Vide*

plus quam tria milia, cum viderent se manus incircum- 1349. cf. Cont. III. cisorum[a] non posse evadere, se ipsos in propriis domibus cremaverunt[1]. Post triduum[b] in curribus oneratis Mart. 24. ducti sunt in cimiterium eorum ante valvam Sancti Mauricii*.

Anno[c] M⁰CCC⁰L⁰, anno iubileo concursus magnus 1350. cf. ib. versus Romam factus est, ita ut nemo viveret, qui recordaretur de tanto concursu ad limina sanctorum Petri et Pauli. Quibus contritis et confessis et ibidem XV diebus existentibus papa Clemens VI[us] [d] donavit remissionem omnium peccatorum et idem confirmavit fieri omni anno centesimo et quinquagesimo.

Precedenti vero anno plurimorum mille milium, 1349. cf. ib. innumerabilium nequam flagellatorum prodicio *in Thu- *f. 193. ringia, ita ut in pratis circa Elbrechtisgehoven[e] prope Erfordiam[2] sepe[f] tria milia vel amplius viderentur et in dedicacione Gunstete VI[g] milia vel ultra, et in omnibus civitatibus et[b] opidis et villis Thuringie, excepta[h] sola Erfordia, quia ibi apparuit discrecio consulum non permittentium[i] ipsos intrare. Et hii[k] flagellatores multa mala iniecerunt clero per[l] eorum[b] predicacionem et inobedienciam. Nisi divina misericordia protexisset clerum, forsan[m] cum eorum consilio interfectus vel lapidatus fuisset. Modus talis eorum[n] fuit: Habuerunt pileos cum rubeis crucibus in capite, ut vix possent videre, et erant

*) *M addit versus*[3]:

Pestis regnavit, plebis quoque millia stravit.
Insolitus populus flagellat se seminudus.
Contremuit tellus, populusque crematur Hebraeus.
Inclytus atque pius princeps obiit Federicus,
Fit terrae dominus Federicus filius eius.

a) ı c̈isorum *E;* incisorum *M.* b) *om. M.* c) *haec — l.* 17. *om. M.* d) VI⁰ *E.* e) Elbrechtisgehaven *E.* f) *sic Cont. III;* se *E.* g) Anno 1348. sex m. v. u. flagellatorum erant in civit. *M, ubi haec ante p.* 394, *l.* 18. *leguntur.* h) *sic M;* except *E.* i) permittent *E;* qui non permittebant eos *M.* k) Et hii *om. M.* l) ꝑ (pro) *E.* m) forsitan *M.* n) f. e. *M.*

conscriptionem quaestionis huius caedis, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p. 252 *sqq., nr.* 314. 1) *Cf. additamentum Ann. Erphesfurd., supra p.* 44, *ubi minor numerus Iudaeorum necatorum indicatus est.* 2) *Quod Ioh. Rothe c.* 689, *p.* 596. *addit:* do ablas zu Erfforte noch phyngisten zu unser lieben frawen was, *commentus esse videtur, cum hoc voci* saepe *repugnet.* 3) *Eosdem quinque versus habet Fabricius, Rerum Misn. libri VII. p.* 51. *ad a.* 1349.

1349. cf. Cont. III. nudi de scapulis usque ad culum. Alia pars usque ad plantam erat tecta cum lintheamine et zona cincta. Et portabant flagella cum aculeis ferreis, quibus se percuciebant, cantando maxime et ad terram se prosternendo [1]:

Tret herczu wer bußen wölle[a],
Luczeber ist ein bösse[b] *geselle.*

1349. cf. ib. Eodem anno positus est primus lapis novi chori Apr. 15. Sancte Marie Erfordie, scilicet 4. feria[c] in septimana pasche [2].

1350. cf. ib. *Eodem anno[d] facti sunt gradus in Monte Sancti Petri Erfordie[e. 3]. Eodem anno[d] quidam[f] bechardus *p. 471. nomine Constantinus Erfordie pro heresi est conprehensus, datis sibi induciis VIII septimanarum, ut si esset ex litargia aut frenesi vel[g] aliqua alia[e] speciali debilitate cerebri[h], quia bonus scriptor fuerat; ipse respondit se nullum defectum pati et esse filium Dei et post obitum suum die tercia resurrecturum. Interim, dum[i] *f. 193'. esset in captivitate, sepe ductus est ad presenciam *virorum peritorum in theologia. Ipse dixit, quod essent diaboli, et omnis eorum sciencia esset truffa, et dixit Lucam et sanctum[k] Marcum duos dyabolos[l] fuisse. In dicta tantum[e] sancti Mathei et sancti[e] Iohannis parum credidit et multos alios articulos fidei negavit. Tandem Aug. 3. in inventione sancti Stephani Erfordie ante gradus beate virginis[m] sentencialiter conbustus ac crematus est.

cf. ib. Anno eodem[n] pestilencia grandis epidimialis[e] in Thuringia[o] exorta est et fere in tota Almania et preci-

a) wolle *E. M. Rothe.* b) Luczeber waser *E;* Lucifer war ihr *M;* Lucifer ist eyn boße *Rothe; corr. ex hoc et Cont. III.* c) f. quarta *M.* d) Anno 1349. *M.* e) *om. M.* f) *sic M;* qdam (quedam) *E.* — pechardus *M ut Cont. III.* g) aut *M.* h) affectus *add. M; ubi* quia — resurrect. *om.* i) *sic M;* Inter iđ *E.* k) dixit sanctos L. et M. *M.* l) dyal9 *E.* m) Mariae *add. M;* b. Marie virg. *Le III.* n) A. 1349. (!) *M.* o) ex. est in Th. *M, ubi* et f. in t. Al. *om.*

1) *Eandem stropham pleniorem referunt Chron. Limburg., 'D. Chr.' IV, p.* 32; *'Magdeb. Schöppenchr.' p.* 205; *Fr. Closener, 'Städtechron., Strassburg' I, p.* 107 *sq., multique alii similes versus afferunt.* 2) penthecostes *Cont. III, ubi haec ad a.* 1350. *habentur. Utrumque falsum videtur. Nam ad introitum cryptae S. Mariae hucusque haec inscriptio legitur:* Incepta est hec structura huius chori anno Domini MCCCXLIX. annunciacionis Marie th[eotoce] *(vide H. Beyer in 'Mittheil. d. V. f. d. Gesch. u. Altert. von Erfurt' VI, p.* 133*). A.* 1349. *fuit Mart.* 25. *quarta feria septimanae post dominicam Lactare, quae vocatur* mediana. *(A.* 1350. *Mart.* 25. *fuit coena Domini, quarta feria paschae fuit Mart.* 31*). Annum et diem inscriptionis igitur veros esse puto. Sed Ioh. Rothe c.* 692, *p.* 599. *habet ut E. M:* in der ostirwochin. 3) *Nic. de Siegen p.* 393: quo ad monasterium ascenditur.

pue[a] in Erfordia, adeo ut decima pars vel amplius homi- 1350. *cf. Cont. III.*
num[b] morerentur[c], quia morbus contagiosus[d] erat. Porro
cives cum consilio phisicorum inhibuerunt, ut nemo am-
plius inibi sepeliri deberet. Tanta erat multitudo se-
pulchrorum in cimiteriis ubique, ut duo vel tres ad
unum sepulchrum ponerentur. Deinde[e] facta sunt XI
fossata in cimiterio ville Nusessen[f, 1] prope Erfordiam,
ad que deducta[g] sunt XII milia corpora hominum[h] in
bigis et curribus, qui continue de festo sancti Iacobi *Iul. 25.*
usque ad purificacionem[i] numero III vel IIII veheban- 1351. *Febr. 2.*
tur. Exceptis hiis multi alii sepulti sunt in civitate[k]
occulte et in villis ubique circumiacentibus.*

Anno M⁰CCC⁰LI⁰ in vigilia sancti Laurencii de *Aug. 9/10. cf. Cont. III.*
nocte incendium magnum apud Sanctum Laurencium *et Cont. Thur.*
in Erfordia[l] exortum[m] non modicam partem edificiorum
concremavit.**

Eodem[2] anno in die sancti Vincencii[3] de nocte 1352. *Ian. 22.*
simile vel maius incendium Erfordie apud valvam Kram- *cf. ib.*
phentor exortum *plateam carnificum a parte dextra **f. 194.*
penitus[n] consumpsit.

Eodem anno episcopus Nuwenburgensis[4], [cum[o]] 1351. *(Dec. 27).*
dominas invitasset ac in magnis solaciis viveret[p], tandem *cf. ib.*
agrediens[q] coream inter duarum dominarum manus in
chorea exspiravit.

Eodem anno intoxicata est domina de Hennenberg[5] *cf. Cont. III.* 1352.
per burgravium de Norenberg[6], eius generum[7].

*) *M add. versus, qui in Cont. III. (et inde in Varil.) leguntur:*
Mille trecentis[r] *decies quinis simul annis*
Hic hominum necifex locat aer[s] *milia bis sex.*

**) *M add.:* Anno 1351. factae sunt duae novae valvae ante valvam Sancti Augustini Erphurdiae.

a) praesertim Erphurdiae *M.* b) *sic M; om. E.* c) moreretur *M, ubi* q. m. c. e. *om.* d) contagiosos *E.* e) Denique *M.* f) Nussesse *M.* g) *sic M. Cont. III;* ducta *E.* h) corporum humanorum *M.* i) S. Mariae *add. M.* k) occ. in civ. *M.* l) erfordie *E;* vig. Laur. fuit Erphurdiae m. inc. ap. S. L. *M.* m) *sequentia — l. 26. om. M.* n) *sic Eng. I. II;* poitus *E.* o) *om. E.* p) vniuerf *E.* q) egrediens *E; corr. ex Cont. III.* r) *sic M.* s) ter *M.*

1) *Neusess olim a civitate septentrionem versus situm iam non exstat.* 2) *Haec Cont. III. ad a.* 1352. *habet, sed Cont. Thuring. p.* 319. *et Ioh. Rothe c.* 692, *p.* 599. *et Eng. I. II. ad a.* 1351. 3) *Cf. supra p.* 382, *n.* 5. 4) *Iohannes. Hoc loco omissa est nota diei, quam Cont. III. et Cont. Thur. praebent.* 5) *Iutta filia Hermanni marchionis Brandenburg., uxor Heinrici VIII. (XII) comitis de Henneberg. Cf. Schultes, 'Dipl. Gesch. d. gräfl. Hauses Henneberg' II, p.* 57—64. 6) *Albertum, qui uxorem habuit Sophiam filiam Heinrici VIII. comitis de Henneberg.* 7) *Haec Cont. III. ad a.* 1352. *recte, ut videtur, habet. Ioh. Rothe c.* 694, *p.* 600. *ad a.* 1353.

1353. Mart. 25. Anno M⁰CCC⁰LIII⁰ feria 2ª in septimana[a] pasche cf. Cont. III. positus est primus lapis nove eclesie sancti Anthonii[1] ante valvam Sancti Augustini Erfordie[b]. Eodem anno opidum Dornburg occulto Dei iudicio magna ex parte, quasi semis, uno ictu fulminis concrematum est, et multa alia incendia fiebant, scilicet opidum Ilmena ante nemus, Slusungen[c] post nemus, Nova-civitas[d], Orlamunde, Vere[2] curia monachorum Cisterciensium ad Portam. Eodem[e] *anno facte sunt due nove valve ante valvam *p. 472. cf. ib. Sancti Andree et valvam Kramphentor. Eodem[f] Dec. 8. anno in die concepcionis beate virginis, que tunc fuit dominica *Populus Syon,* consecrata est nova basilica sub choro beate virginis per dominum Albertum de Bichelingen, episcopum eclesie Ypusensis[g, 3].

APPENDIX.

I. ADDITAMENTA PISTORIANA.

Ne quid desideretur eorum quae hucusque cum partibus Cronicae S. Petri coniuncta tradebantur, hoc loco subdo ea quae Io. Pistorius ex codice suo, ab Hartmanno Schedel scripto (2ᵇ), *edidit SS. R. Germ. I, p.* 264 *sq. (ed. III. curante Struvio I, p.* 439 *sq.), dicens ea in libro suo separatim ascripta fuisse*[4]. *In quibus quaedam exscripta sunt ex Cronica Thuringorum fratris ordinis Praedicatorum Isenacensis et ex Auctario Chronici Ekkehardi codicis Montis S. Petri supra p.* 25 *sqq. edito. Alia cum Cronicis Erfordensibus, quae in Engelhusii duobus codicibus chronico eius universali subiunctae sunt, infra editis, et cum appendice Libri cronicorum Erfordensis conveniunt*[5]. *Extremi duo loci etiam in codice Gottingensi Cronicae modernae exstant, qui a Pistorio illuc transpositi sunt.* O. H.-E.

a) septīā *E.* b) *om. M, ubi sequentia —* Portam *om.* c) flusungen *E.* d) c̄itat; *E.* e) Anno 1353. *M.* f) *reliqua om. M.* g) yponensis *E;* zu Iposeus *Rothe.*

1) *Dicta etiam ecclesia S. Gangolfi, quod Cont. III. addidit, et Rothe c.* 694, *p.* 600. *habet solum:* sente Gangolffus kirche. 2) *Cf. v. Hagke, 'Urkundl. Nachrichten . . . des Kreises Weissensee' p.* 687 *sqq.* 3) *I. e. Hippus Galilaeae, chorepiscopus Erfordensis. Cf. Koch in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' VI, p.* 73 *sq.* 4) *Pro* ae *editionis* e *scripsi, ut H. Schedel in codicibus suis scripsit.* 5) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 484 *sqq.* 510, *n.* 1.

Anno[1] 326, antequam Erphordia civitas esset, quidam rex Merevigus castrum in monte, ubi nunc monasterium sancti Petri ordinis sancti Benedicti situm est, edificavit eique nomen Merwigsburg indidit. Erat tunc villa Schildenrode nuncupata eo loco, quo nunc ecclesia sancti Andree cernitur, habitabatque in bruleto prope flumen Gera molitor quidam nomine Erpff, apud cuius molendinum transitus sive passagium extitit[2]. Dehinc circa annum Domini 438, Clodii regis Francorum tempore, Erfordia initium[3] et a prefato molitore atque transitu Erphesfordt nomen accepit. *Cron. Thur. c. 4.*

Anno 707.[4] Dagobertus rex christianissimus construxit monasterium in Erffort, in monte, quem antiquitus vocant Merwigsburg a Mervigo[a] pagano rege Francorum, qui filius fuit Merwigi principis de Thuringia et tritavus eiusdem Dagoberti regis, deletoque paganico nomine eiusdem urbis vel montis, Sancti Petri Montem nuncupavit, ibique monachicam vitam, sicut iam pari modo in Felsenburc[b] fecerat, instituit, et destructo castro monasterium sancti Petri edificavit[5] rogatu Adeodati vel Trutmanni[6] inclusi; qui quidem tempore eiusdem regis secus ecclesiam sancti Blasii, que sita fuit iuxta predictam urbem, a Rygiberto[c] Maguntino episcopo fuerat inclusus, et omnia que habuit in Thuringia a materna hereditate sancto Petro fratribusque ibidem Deo servientibus tradidit; que postea sanctus Bonifacius martyr et episcopus abstulit, et episcopium ibidem faciens[7], monachis ibidem degentibus tantum dimisit, quantum sufficeret ad annonam cotidianam. *Ekk. Auct.*

Anno 752. monasterium beate Marie in Erphesfurt per Bonifacium archiepiscopum Moguntinum constructum legitur[8].

Anno 1066. Erffordia muro est circumdata[8].

Anno 1392. incepit universitas seu studium generale Erphordie[9].

a) Merbigo *ed.* b) *sic ed.;* Selsenburg *Ekk. Auct.* c) Kygiberto *ed.*

1) *Sequentia exscripsit H. Schedel in sua* Descriptione Erffordie, *quae in cod. Monacensi Lat. nr.* 593. (2[a]) *f.* 107. *exstat et in eius Libro cronicarum edito a.* 1497. *f.* 175'. 176. *legitur. Cf. 'N. Archiv' XIX, p.* 171, *n.* 2. 2) *Cf. Ioh. Rothe c.* 152, *p.* 122; *infra append. nr. V, p.* 416, *n.* *. 3) *Cf. Liber cron. Erford. app., 'Zeitschr. f. Thür. Gesch. N. F.' IV, p.* 248 *sq., et Engelhusii Cronicae Erford. duae infra editae.* 4) *Ad a.* 706. *habet haec Ekkehardi Auct., ut et addit. ad Lamperti Ann., sed ad a.* 707. *Liber cron. Erford. l. l. et Engelhusii Cronicae Erford.* 5) *Cf. Engelhusii Cron. Erford. et Liber cron. Erford. l. l. p.* 249. 6) *Cf. Lamp. opera p.* 10, *n.* **. 7) *Cf. Cron. Minor, SS. XXIV, p.* 181. 8) *Cf. locos n.* 5. *laudatos et 'N. Archiv' XXI, p.* 485 *sq.* 510, *n.* 1. 9) *Supra p.* 152, *n.* *, *p.* 299, *n.* *.

Ind. ord. Gregorius papa X. in concilio Lugdunensi destituit Bertholdum de Henneberg de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum prefate ecclesie ibidem instituit episcopum nomine Bertholdum[a. 1].

a) *duo carmina quae in ed. Pistorii sequuntur de incendio Erfordiae a.* 1472. *hoc loco omisi, cum haec in codicibus quibusdam aliis legantur.*

IIa. CARMEN DE CALAMITATIBUS ANNI 1184.

Wilhelmus Wattenbach b. m., nuper lugenda morte nobis praereptus, a. 1876. *in 'N. Archiv' I, p.* 186—189. *carmen edidit de casibus adversis Moguntiae et Erfordiae a.* 1184. *habitis, in Cron. S. Petri moderna, supra p.* 192 *sq., relatis, ex codice bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr.* 17037, *monasterii Scheftlariensis nr.* 37, *cuius in tegumento postico circa a.* 1200. *hoc carmen scriptum est. Sed in hoc codice nonnulla detersa, abscisa, membrana perforata deleta sunt. Cum igitur W. Wattenbach cognovisset idem carmen in codice monasterii Runensis nr.* 37, *f.* 262', *saec. XII ex. scriptum exstare, a.* 1877. *in 'N. Archiv' II, p.* 385 *sq. huius libri variam lectionem retulit, monens hac adhibita textum carminis bene restitui posse. Quod cum restitutum lectoribus nusquam exhibitum sit, commode apteque hoc loco edendum esse visum est.*

Librum Runensem numero 1, *Monacensem, quem me petente Iacobus Schwalm socius iterum inspexit,* 2 *signavi. In alterutro libro quaedam verba a poeta scripta ab alio mutata sunt, sed uter his locis vera poetae verba praebeat, non perspicio, sed plerumque* 1 *veram lectionem exhibere constat.* *O. H.-E.*

De[a] morte comitis Friderici[2] et aliorum.

Questio discurrit[b] veteres apud, unde ruine,
Unde tremor terris, cur gravis extiterit
Antiquis manus excelsi, nunc vero quiescat
Signaque iam nostris rara diebus agat.

a) *rubr. deest* 2. b) disc . . . t *membrana perforata* 2.

1) *Haec ex Indic. ord. relig., supra p.* 151, *l.* 36 *sqq.* 2) *De Abenberg, qui Erfordiae periit. Cuius nomen etiam supra p.* 193. *et ab aliis, ut Ann. Pegav., SS. XVI, p.* 265, *primo loco inter submersos positum, in Cont. Zwetl., SS. IX, p.* 542, *solum relatum est.*

Respondetur ad hec: Non est Deus alter ab illo,
Qui fuit ante soli tempora: rebus enim
Mutatis in se manet immutabilis ipse
Nec penitus solido migrat ab esse suo.
Que mens rimari, que lingua retexere posse
Creditur eterni pondera consilii?
Hos parcendo iuvat[a], in virga visitat illos,
Quantus in eximiis, tantus in exiguis.
Nuper nostra Dei tulit etas signa furoris,
E quibus in medium bina referre libet.
Sede Magontina docet edis[b] vasta ruina, 1184.
Quam sit apud Dominum[c] vana salus hominum. (Maii 22).
Regia namque domus, tenuis dum sibilus aure
Sero salutat eam, funditus ipsa ruit.
Que moles, quod opus, que machina diruit illam?
Nulla profecto: potens ergo manus Domini.
Argumenta petis? Fisse quasi fulmine[d] bases
Dissiliendo viros octo decemque necant[1].
Funera splendorem festi regalis adumbrant,
Fitque nefasta[e] dies, que modo festa fuit.
Huc invitatis[f] perhibent, quante brevitatis
Sit mundanus honor, hec domus, iste dolor.

Est casus tetri nova res[g], quam posteritati
Tradere lege metri postulat utilitas.
Regulus[2], antistes[3], comites procerumque cohortes
Convenere loco[4]: nomina pretereo.
Rado loci nomen ob triste, quod intulit, omen.
Lugubre mortis onus, quod meminisse pudet,
Turpe genus fati[h] famose nobilitati[i]
Complecti calamo suggero[k] vix animo.
Causa fuit causeque dies prefixa[l] locusque,
Terminus instat, adest concio nobilium. (Iul. 25).
Consedere domo: domus illa vetusta, latrinam
Subtus habens, senio debilitante trabes.

a) iuuans 2. b) aule 2. c) deum (d̄m) 2. d) fulmina 1. e) nefanda 2. f) inuitati 2. g) Est nova res tes[tis?] a . . . , *tribus fere litteris detersis* 2. h) facti 1. — famose *legi nequit* 2. i) nobillitati 1. k) ero *et* anim *legi nequeunt* 2. l) *haec vox legi nequit* 2.

1) *Quindecim homines obrutos esse tradit Arnold. Lubec. III,* 10, *SS. XXI, p.* 154. 2) *Heinricus VI. rex.* 3) *Conradus Moguntinus.* 4) *Erfordiae.*

1184. Intra primates[1] de federe pacis habendo
Utile consilium ducitur in medium.
Conveniunt, disconveniunt[a] pro tempore, pro re;
Quod reprobant illi, suscipiunt alii.
Itque reditque frequens sententia[b] ducta per altos
Magnatum sensus; approbo[c] tale forum.
Iamque loco poscente domus in parte sequestra[d]
(Iul. 26). Eligitur stacio colloquii studio.
Eloquar an sileam?[2] mallem transire tacendo[e]
Quod fari pudor est. Hic tibi scire subest,
Ps. 35, 7. Quanta supernorum sit abissus iudiciorum.
Ecce cadunt comites, nam[f] cecidere trabes.
Regni[g] sublime decus atra[h] vorago latrine
Excipit, extinguit: est satis in titulo[3].
Te cancellorum sedes a sede profunda,
Rex, cum pontifice servat honorifice[4].
Non vobis[i] sit humi non consedisse pudori,
Felices qui sic demeruere mori.
Tumba quibus cenum fuerat, sit patria celum!
A penis animas, agne Dei, redimas!

a) Inueniunt dum conueniunt 2. b) *om.* 2. c) aprobo 2. d) questra *absc.* 2. e) silendo 1. f) proceres dum 2. g) *v.* 51. *om.* 1. h) ve tetra *fortasse legendum, ut versus restituatur, qui vero iam primo pede claudicat.* i) nobis 2.

---

*IIb. CARMEN DE ADOLFO REGE THURINGIAM INVADENTE.

**SS.* XXX *p.* 473

Quidam Erfordensis[5] *versificator, non poeta, carmen composuit de bello ab Adolfo Thuringiae a.* 1294. *illato, quo calamitates incolis huius terrae a militibus regis effrenis acceptas versibus leoninis, non eleganter quidem, sed acriter depinxit. Quod carmen cum ab auctore quartae partis Cronicae S. Petri lectum esse supra p.* 308—313. *viderimus, cuius duos versus primos etiam auctor Cronicae Reinhardsbrunnensis sub a.* 1294. *p.* 640. *attulit, hoc loco edere placuit.*

1) *Archiepiscopum Moguntinum et Ludowicum III. lantgravium Thuringiae.* 2) *Verg. Aen. III,* 39: eloquar an sileam? 3) *Ovid. Trist. III,* 3, 77: Hoc satis in titulo est. 4) *Hoc a multis auctoribus traditur; cf. B. de Simson apud W. de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 609. *et quae infra ad Cron. Minoris add. a.* 1184. *adnotavi.* 5) *Vide v.* 52. 53.

Quod ex codice universitatis Lipsiensis nr. 24, *membr.* 4⁰, *olim monasterii* S. Iacobi in Pigavia, *descripsi, in cuius f.* 81, *primo quaternionis, inter varia opera theologica manu saec. XIV. ineleganter scriptum est. Quod ex eodem codice a W. E. Tentzelio exscriptum*[1] *et operi suo de vita Friderici Admorsi III,* 16. *insertum cum ea editum est a I. B. Menckenio, Script. rerum German. II, c.* 934 *sq., iterum ex eodem codice illud emendatius quidem, sed minime mendis vacuum Pol. Leyser, Hist. poetarum et poematum medii aevi (Halae* 1721*) p.* 1097—1100, *et cum aliis mendis F. L. de Soltau, 'Einhundert Deutsche historische Volkslieder' (ed.* 1. *Leipzig* 1836*; ed.* 2. 1845*) p.* 47 *sq. ediderunt.*
O. H.-E.

Multi[a] gaudebant, venit rex quando Rudolfus[b]. *f.* 81.
Plures plangebant, dum[c] rex advenit Adolphus[d].
Salvus[e] Rudolfus, sit rex maledictus Adolphus!
Anno milleno bis centeno nonageno 1294.
Adiecto quarto Thuringia vixit in arto.
Tempore[f] Septembris, quando tempus fuit ymbris, *Sept.*
Rex adiit villas, vastavit Adolfus et illas,
Occidit multos pueros, iuvenes[g] et adultos,
Mactavit flentes[h] cleros templique clientes,
Virgineum cetum[i] violans — hoc non fuit equum —
Pressit legittimas, moniales et viduatas,
Ancillas, veteres ac antiquas mulieres.
Se[k] defendentes casteque manere volentes
Occidit misere, Deus, occisis miserere!
Aras destruxit, ergo[l] pleps plurima luxit,
Aras effregit, ubi plurima dampna peregit,
Cistas concussit, fieri mala noxia iussit.
Rem nimis horribilem fecit rex impius idem:

a) *versus* 1. *ab eodem scriba bis scriptus est, primo solitis litteris, deinde versus* 1. *et* 2. *maioribus litteris scripti sunt.* b) *sic in versu prius scripto;* rudolphus *in altero.* c) rex dum venisset Ad. *Cron. Reinh.* d) adolpus *c.* e) *versus* 3. *bis scriptus est, prior erasus.* f) Tempor *c.* g) uuines *c.* h) cl. fl. *Fabr.* i) viol. coetum quod non *Fabr.* k) Sed, d *erasum c.* l) plebs ergo *Fabr.*

1) *Codicem Lipsiensem a Tentzelio descriptum esse patet ex eo, quod multa menda eius ex eo modo, quo verba in illo cum compendiis scripta sunt, exorta esse facile comprehendatur. Quosdam versus huius carminis* (9. 10. 15. 25. 32*) G. Fabricius, Rerum Misnicarum libri VII (Ienae* 1597. *fol.) p.* 46, *attulit, quem alium codicem habuisse apparet, in quo non pauca aliter scripta, versus etiam alio ordine dispositi fuisse videntur. Unde Fabricii lectionem variam attuli.*

1294. Corpus sacratum Cristi digne venerandum[a]
Abstulit a mensa Domini — Deus, hec mala pensa! —
Namque sacramentum iecit supra pavimentum[1].
Candelas, mappas, libros calicesque, patenas,
Cum casulis albas rapiens, humeralia, pallas,
Hec exportavit, mala pro nichlo[b] reputavit.
*Traxit ab ecclesiis mulieres dans sceleratis *p. 4'
Absque timore Dei, comitans ritus Pharisei.
Abstulit armenta, miseris tollens alimenta,
Quadrupedes[c] magnos, macros, animalia, porcos[d]
Secum minavit, que tamquam cruda voravit.
*f. 81'. *Robustosque bonos sua triturare cholonos[e]
Semina precepit, rex hec enormia[f] fecit:
tum, Oswaldi regis, Cipriani, Ciriaci, Iustini martyrum. Sanctorum quoque confessorum: Gregorii pape, Innocentii pape, Martini episcopi, Nicolai episcopi, Servatii episcopi, Ulrici episcopi, Lulli episcopi, Iuventini episcopi, Ambrosii episcopi, Willibrordi episcopi, Augustini episcopi, Aureliani episcopi, Severi episcopi, Severini episcopi, Benedicti abbatis, Egidii abbatis, Wicberti confessoris, Galli confessoris. Marie Magdalene. Sanctarum etiam virginum ac martyrum: Katherine virginis ac martyris[a], Margarete virginis ac martyris, *Iuliane *f. 7b.* virginis ac martyris, Cecilie virginis ac martyris, Anastasie virginis ac martyris, Pusinne martyris, Eufemie virginis ac martyris, Afre martyris, Felicitatis martyris, Scolastice virginis, Pelagie virginis, Gerdrudis virginis, Potentiane virginis, cineres sanctarum undecim milium virginum cum vasculo, quod fertur earum esse.

Anno* ab incarnatione Domini M°CC°XXX°VIIII°, 1239. indictione XII[a], VII[a] Idus Augusti consecrata est capella *Aug. 7.* infirmorum a Willehelmo venerabili Havelbergensi episcopo in honore sanctorum apostolorum et ewangelistarum Iohannis et Mathei. Hee autem reliquie sanctorum ibidem continentur: De ligno Domini. De vestimentis beati Petri apostoli. Reliquie sanctorum apostolorum: Mathei, Philippi, Bartholomei, Barnabe. Sanctorum martyrum: Stephani prothomartyris, Blasii, Ciriaci, Laurentii, Georgii, Sebastiani, Mauricii, Victoris, Gereonis, Wenezlai, Ypoliti, Florentii, Alexandri, Felicis, filiorum sancte Felicitatis, Adriani, Longini[b] militis, Vincencii, Hilarii[c], Antonini, Benedicti, Quirini, Crisanti. Sanctorum confessorum: *Nicolai episcopi, *f. 7c.* Martini episcopi, Brictii episcopi, Benedicti abbatis, Egidii abbatis. Sanctarum virginum: Ursule, Cristancie, Felicie, Undecim milium virginum.

Anno[d] Domini M°CCC°XLVIII° in festo beatorum 1348. apostolorum Petri et Pauli consecratum est altare ad *Iun. 29.* sepulchrum dominorum comitum de Glichin ab Alberto

*) *Sequens notitia minio deleta est et manu s. XVI. minio adscriptum:* Anno Domini 1450. destructum fuit.

a) m̄||m̄r *(bis scr.) c.* b) ::longini, *duabus litteris erasis c.* c) *in loco raso.* d) *sequentia manu saec. XIV. scripta sunt; manu saec. XVI. minio adscripta rubr.:* Ad sanctam Barbaram.

1348. venerabili Yposensi[a] episcopo[1], fratre ordinis Minorum,
in honore sancte et individue trinitatis et sancte crucis
sancteque Dei genitricis Marie et sanctorum Egidii[b]
abbatis, Agnetis et Barbare. Hee autem reliquie conti-
nentur ibidem: De ligno Domini, de sepulchro Domini, de
capillis sancte Marie, Iohannis baptiste, Petri et Pauli, de
cruce sancti Petri, Andree apostoli, Iacobi apostoli. De veste
sancti Iohannis ewangeliste, Mathei apostoli, Mathie apostoli,
Dionisii et sociorum eius, Laurencii, Romani martyris, Os-
waldi, Sebastiani, Adriani, Cristofori, Innocentum, Gereonis.
De brachio sancti Mauritii, Martini episcopi, Nicolai, Eobani
episcopi, Sixti pape, Augustini, Benedicti abbatis, Egidii
abbatis, Antonii confessoris, Ieronimi, Agnetis virginis[c], Bar-
bare, Margarete, Katherine, Sabine virginum[c], Walpurgis[d],
*f. 7d. Petronelle virginum[c], *Cecilie, Undecim milium virginum,
Afre martyris, Marie Magdalene.

1351. Anno[e] Domini M⁰CCCLI⁰ in dominica qua canta-
Maii 15. tur *Cantate,* que tunc evenerat tercia die post Gangolfi[f],
consecratum est altare in principali arce sinistre partis
ecclesie a supradicto episcopo in honore trium regum
et sancte[g] Scolastice[2]; et hee reliquie continentur ibidem:
De ligno Domini. De capillis sancte Marie, Andree apostoli,
Mathie apostoli, Sixti pape. De brachio sancti Mauritii, Her-
metis martyris, Urbani pape, Eobani martyris, Florencii mar-
tyris. Dens sancti Ieronimi. De crinibus sancti Anthonii de
ordine Minorum, Afre, Engelme martyris, Bargarie martyris.

1351. *Maii 15.* Anno et die quo supra ab eodem episcopo conse-
cratum est inferius altare inferioris arcis sinistri lateris
in honore sancti Ciriaci et sociorum eius, Sebastiani et
Cosme et Damiani martyrum; et hee reliquie ibidem con-
tinentur: Ciriaci martyris, Sebastiani martyris, Cosme et
*f. 8. et 20. Damiani. De *cruce[h] sancti Petri, Vincencii martyris, Mar-
tini episcopi, Albani, Vitalis martyris, Lamperti martyris,
Iustini. De dente sancti Pancracii, Ulrici episcopi, Gothe-

a) yposeusis epi *c.* b) Eg. abbatis *in loco raso.* c) uirḡ *c.* d) Walp̃ *c.* e) *rubr. manu saec. XVI. minio adscripta:* ad sanctos 3s reges *et* trium regum. f) *eadem manu in marg. suppl.* g) sancte Scol. *in loco raso.* h) *sequentia — p.* 427, *l.* 15. *manu saec. XIV. f.* 20. *scripta sunt, quorum nonnulla adrasa sunt. Et* 12 *foliis membraneis post f.* 7. *postea insutis manu s. XV. haec — p.* 427, *l.* 15. *iterum ex f.* 20. *descripta sunt. Manum s. XIV. folii* 20. *in hac particula* 1, *manum s. XV. f.* 8. 2 *signavi.*

1) *Cf. supra p.* 398, *n.* 3. 2) *Altare quoddam a.* 1351. *Mart.* 17. *a Beringero de Meldingen fundatum esse refertur inscriptione edita 'N. Archiv' XXII, p.* 531.

hardi, Valerii episcopi, Epiphanii episcopi, Erhardi episcopi, Ursule regine et cet.

Item[a] anno et die quo supra ab eodem episcopo consecratum est altare inferioris arcis dextre[b] partis ecclesie in honore sancti Eustachii sociorumque eius, sancte Elisabet[c] et sancte Margarete[d]. Et hee reliquie continentur ibidem: De loco nativitatis Domini. De lacte sancte Marie, Petri apostoli et Pauli apostoli, Iacobi maioris, Stephani[e] martyris, Eustachii martyris, Mauricii martyris, Innocencii martyris, Candidi martyris, Prothi et Iacincti, Kiliani[f] martyris, Romani[g] martyris, Georgii martyris, Symeonis episcopi et martyris, Ambrosii confessoris, Egidii abbatis, Narcissi episcopi, Marie Magdalene. De vestibus[h] sancte Elisabet[i] lantgravie, Undecim milium virginum, Margarete[k] virginis, Lucie virginis[l]. 1351. *Maii* 15.

Anno[m] Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono in die sanctorum decem milium martirum dedicatum fuit altare cum capella in dormitorio in honorem beatissime virginis genitricis Dei Marie et sanctorum quatuor doctorum, videlicet Ieronimi, Gregorii, Ambrosii, Augustini, et sancti Sebastiani martiris a reverendo in Christo patre et domino domino Iohanne ecclesie Syronensis episcopo[1]. In ipso quoque altari subscripte sanctorum recondite sacre sunt reliquie: De ligno Domini. De sepulcro. De presepio. *De capillis sancte Marie virginis. De sepulchro et vestimento, de cingulo eiusdem. Apostolorum Petri et Pauli, Andree, Iohannis evangeliste, Iacobi, Thome, Bartholomei, Philippi, Mathie, Luce evangeliste; Stephani prothomartiris, Laurencii, Ciriaci, Viti, Vincentii, Georgii, Sebastiani, Cristoferi[n], Mauricii, Gangolffi, Panthaleonis, Pancracii, Blasii, Florencii, Albani, Iusti, Silvestri pape, Felicis pape, Ambrosii, 1469. *Iun.* 22. *f. 8'.

a) *littera init.* I *deest* 1; *in* 2 *manu s. XVI. rubr. adscripta:* Ad S. Elizabet. b) *in loco raso* 1; dextere 2. c) Elizabeth 2. d) *in* 1 *erasum;* Margarethe 2. e) Sthetfani prothomartiris 2. f) Kyliani 2. g) Remigii *manu saec. XV. nomen quod evanuerat renovatum est et eadem manu superscr.* romani 1, *ut* 2 *habet.* h) roma *hoc loco manu saec. XV. superscr.* 1. i) Elisabeth 2. k) Margar' 1; Margarethe 2. l) *hoc loco desinit manus s. XIV. f.* 20. *Quae sequuntur sola manu s. XV. f.* 8 *sqq. scripta sunt.* m) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* In dormitorio ad sanctam Mariam Novam. n) *sic c.*

1) *Chorepiscopo, cuius sedes in p. inf. fuit Syra (Scyros) insula. Cf. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p.* 81 *sq. Wegele, Nic. de Siegen p.* 449, *l.* 5, *nomen sedis eius foede corrupit in* Spyrensi. *Ubi Nic. quaedam ex hac notitia exscribens addidit:* ut patet alibi, *scil. in codice Helwici.*

Martini, Nicolai, Servacii. De septem episcopis Treverensibus, Modesti episcopi, Benedicti, Egidii, Galli, Zozimi abbatis[a], Marie Magdalene, Barbare, Margarethe, Cecilie, Cristine, Fevelle virginis et regine, Hylarie, Felicitatis martiris. Quorum meritis, auxilio et intercessione ipsas sacratas venerantes reliquias hic presenti gaudeant subsidio et in futuro annumerari perpetuo celesti ac felici mereantur consorcio. Amen.

1469. *Iun. 22.* Item[b] eodem die benedicta fuit ymago salvatoris ante capellam sancti Iohannis baptiste. In qua quidem ymagine hee reliquie recondite sunt: De sepulcro Domini. De ligno Domini, Marci evangeliste, Adelberti episcopi et martiris, Cristofori martiris. De legione Thebeorum, Crispini et Crispiniani, Ciriaci. De digito sancti Laurencii martiris, Iusti martiris, Modesti martiris. De septem episcopis Treverensibus, Martini, Augustini. De costa sancti Wigberti episcopi; Affre martiris, Cecilie, Margarethe, Barbare, Potenciane, Pelagie virginum[c], Felicitatis martiris.

1470. *Item[d] sequenti anno, scilicet 1470[1], ab eodem quo- *f. 9.
que episcopo consecratum fuit altare cum capella in in-
Iul. 15. firmitorio. Cuius dedicacio celebratur dominica ante Allexii confessoris. Que tunc capella consecrata est in honore sancti Benedicti abbatis, Gregorii pape, Allexii confessoris, Servuli confessoris, Elisabeth vidue et sancte Affre martiris. In quo quidem altari subscripte sanctorum recondite sacre sunt[e] reliquie: Mathie apostoli. De vestimentis sancti Petri apostoli. De cruce sancti Andree apostoli. Decem milium martirum, Gangolfi martiris, Georgii martiris, Iusti martiris, Ciriaci martiris, Laurencii martiris et episcopi, Basilidis martiris, sanctorum Thebeorum martirum, sanctorum Maurorum, Eucharii, Materni et Valerii episcoporum, Decennii[f] episcopi et confessoris. De oleo beate Katherine virginis et martiris, Margarethe, Cecilie, Undecim milium virginum, Gertrudis virginis. De lapide specus beati Benedicti patris nostri. De spinis ubi volutabatur corpus eius.

1316. Anno[g] Domini M⁰CCC⁰XVI⁰ consecratum est altare in sinistra parte ecclesie contra caput sepulcri comitum de Glichin in honore sanctorum apostolorum Thome, Symonis et Iude sanctique Oswaldi regis in die sancto-

a) abbt; *c.* b) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ymago ante chorum. c) v *c.* d) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad sanctam Affram in infirmitorio. e) *bis scr., alterum del.* f) *sic c.* g) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad sanctum Thomam.

1) *Hoc anno hanc capellam constructam esse dicit etiam Nic. de Siegen p.* 457.

rum Gervasii et Prothasii a domino Iohanne Lavacensi 1316. *Iun.* 19. episcopo[1]. Hee autem sanctorum ibidem continentur reliquie: De lapide nativitatis Domini. De Calvarie loco. De sepulcro Domini. De crinibus sancte Marie. De loco ubi de hoc seculo *migravit mater Domini. Andree apostoli, Tbadei apo- **f.* 9'.* stoli, Philippi apostoli, Mathei apostoli et evangeliste, Sixti pape et martiris, Blasii episcopi et martiris, Oswaldi regis et martiris, Panthaleonis martiris, Processi et Martiniani martirum[a], Ciriaci martiris, sanctorum Maurorum martirum[a], Viti martiris, Marcellini et Petri martirum[a], Prothi et Iacincti martirum[a], Colonati martiris, Laurencii martiris. De capite sancti Iohannis baptiste, Adelarii episcopi et martiris, Eobani episcopi et martiris, Donatiani episcopi et martiris[b], Miniatis martiris, Nicolai episcopi et confessoris, Rutperti episcopi et confessoris, Virgilii episcopi et confessoris. Item de oleo sancti Nicolai episcopi, Brictii episcopi et confessoris, Ambrosii episcopi et confessoris, Ulrici episcopi et confessoris, Cecilie virginis et martiris, Iustini confessoris, Brandani abbatis, Wichperti[c] confessoris, Margarethe virginis et martiris, Agnetis virginis et martiris. De oleo sancte Katherine virginis et martiris, Felicitatis martiris. Scolastice virginis, Brigide virginis, Walpurgis virginis. Item de crinibus sancte Walpurgis virginis. Sanctarum Undecim milium virginum. Item earundem. Et aliorum plurimorum sanctorum martirum, confessorum atque virginum.

Anno[d] Domini M⁰CCC⁰tercio VI. Kalend. Maii, 1303. *Apr.* 26. indictione prima, consecrata est capella et altare in paradiso a venerando Myndensi episcopo Lutoldo in honore sancte et individue trinitatis et sanctorum Mathei apostoli omniumque apostolorum. Hee autem reliquie sanctorum continentur ibidem: De ligno Domini. De lapide unde ascendit Dominus. De veste sancte Marie. De cruce sancti Petri apostoli[e]. Item Petri apostoli, Pauli apostoli, Andree apostoli, Philippi *apostoli, Bartholomei apostoli, Mathei apo- **f.* 10.* stoli, Simonis apostoli, Iacobi apostoli, Marci evangeliste, Barnabe apostoli. Sanctorum martirum: Steffani martiris, Urbani pape et martiris, Laurencii martiris, Nicasii martiris, Pancracii martiris, Georgii martiris, Panthaleonis martiris, Cristofori, Dyonisii, Fabiani et Sebastiani, Gereonis, Mauricii,

a) mr̄ *c.* b) *sequitur* A *expunctum.* c) Withperti *c.* d) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad sanctum Matheum. e) *sequitur* Andree apostoli *expunct.*

1) *Chorepiscopo, qui obiit hoc anno* 1316. *Cf. Koch in 'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' VI, p.* 70 *sq.*

Vincentii, Hermetis. Sanctorum confessorum: Macharii abbatis, Leonhardi, Heinrici imperatoris, Procopii confessoris. Sanctarum quoque virginum: Agathe virginis et martiris, Iuliane, Katherine, Victorie, Barbare, Cristine, Margarethe, Candide, Benigne, Scolastice, Petronelle, Ursule, Undecim milium virginum. Item Marie Magdalene, Elisabeth vidue, Cunegundis regine, Marie Egipciace. De manna quod pluit filiis Israhel. Et aliorum sanctorum.

1308? *Aug.* 22. Anno[a] Domini M⁰CCC⁰ octavo XI[a] Kalend. Septembris, indictione quinta[1], consecratum est altare in paradiso in dextra parte a venerabili episcopo Bertoldo dicto de Henninberg[2] in honore sancti Cristofori et decem milium martirum omniumque martirum. Hee[b] itaque sanctorum reliquie habentur ibidem: De ligno sancte crucis. De presepio Domini. De palma Domini. De sepulcro Domini. Iohannis baptiste. Apostolorum: Petri, Pauli, Andree, Iohannis, Thome, Philippi, Iacobi, Barnabe. Martirum: Cristofori, Steffani, Bonifacii episcopi et martiris, Laurencii, Vincencii, Georgii, Urbani pape, Albani, Mauricii sociorumque eius, Sergii, Allexandri, Miniatis, Damiani, Cassiani, Prothi, **f. 10'.* Iacincti, Oswaldi, *Cancianorum, Hermetis, Pelagii, Mariani. Confessorum: Silvestri, Martini, Augustini, Briccii, Valerii, Aurini[c], Gothehardi, Iohannis Eleymonis[d], Magni, Ruperti, Alexii, Dominici, Francisci, Bernhardi, Donati. Marie Egipciace. Virginum: Ursule, Prisce, Digne, Othilie, Madelberte, Elizabeth. De capillis et velamine sancte Hildegundis. Et aliorum sanctorum.

1327. *Mart.* 1. Anno[e] Domini M⁰CCC⁰XXVII⁰ Kalend. Marcii, que[f] tunc evenerunt in dominica *Invocavit,* reedificatum est altare sancti Benedicti et consecratum est a venerabili domino episcopo Dithmaro[g] Gabulensi[h, 3] in honore eiusdem patris sancti Benedicti et precellentissimi doctoris sancti Gregorii et magni patris Anthonii, et reposite sunt priores reliquie[4]. Quibus addite sunt reliquie beati Georgii, Gregorii pape et Marie Magdalene.

a) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad martires in paradiso. b) Hec̨ *c.* c) Auri||ini *c.* d) *sic c.* e) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Benedictum. f) q̔ *c.* g) Dithamaro, *priore* a *expuncto c.* h) Gabl'si *c.*

1) *Sexta potius, annus incarnationis fortasse* MCCCVIIII. *corrigendus.* 2) *Olim episcopo Wirzburgensi a.* 1274. *deposito. Cf. supra p.* 270; *Koch l. l. p.* 66 *sq.* 3) *Chorepiscopo, cuius sedes in p. inf. fuit Gabala Syriae. Cf. Koch l. l. p.* 71; *Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 25 *sq., nr.* 35. 4) *Cf. supra a.* 1147, *p.* 420, *l.* 30.

Anno[a] dominice incarnacionis $\mathrm{M^{0}C^{0}LXXX^{0}II^{0}}$, indictione $\mathrm{XV^{a}}$, XII. Kalend. Iulii consecratum est altare in sinistra inferiori turri a Cristiano episcopo Teutonice domus[1] in honore dominici sepulcri. Hee autem reliquie sanctorum continentur ibidem: De sepulcro Domini. Blasii episcopi et martiris, Bonifacii archiepiscopi et martiris, Nicomedis, Vincencii, Gervasii et Prothasii, Processi et Martiniani, Primi et Feliciani, Iustini. Sanctorum Thebeorum, Duorum Ewaldorum. Sanctorum quoque confessorum: Gregorii pape, Martini episcopi. De oleo sancti Nicolai, Eusebii episcopi, Disiboti episcopi; Cristine virginis, Undecim milium virginum. 1182. *Iun.* 20.

Anno[b] Domini $\mathrm{M^{0}CC^{0}XX^{0}I^{0}}$ II. Idus April. consecratum est altare in sinistra parte monasterii a *Wilhelmo venerabili Havelbergensi episcopo in honore sancti Michaelis et omnium angelorum et sanctorum, quorum reliquie continentur ibidem. 1221. *Apr.* 12. **f.* 11.

Anno[c,*] dominice incarnacionis $\mathrm{M^{0}C^{0}LXXX^{0}V^{0}}$, indictione $\mathrm{III^{a}}$, III. Novembris consecratum est altare in sumitate[d] ecclesie sancti Leonardi ab Huberto venerabili Havelbergensi episcopo in honore sancti Michaelis archangeli et omnium sanctarum celestium virtutum. Hee autem sanctorum reliquie ibidem continentur: De vestimentis sancti Petri apostoli. De cruce sancti Andree apostoli, Mathie apostoli, Decencii episcopi et martiris, Laurencii episcopi et martiris, Ciriaci martiris, Mauricii et sociorum eius, Georgii martiris, Gangolfi martiris, Basilidis martiris, sanctorum Maurorum. Sanctorum quoque confessorum: Martini episcopi, Eucharii, Valerii et Materni episcoporum. Sanctarumque virginum: Cecilie, Margarethe, Katherine, Gerdrudis, Undecim milium virginum. 1185. *Nov.* 3.

*) *Sequens notitia minio deleta et in marg. minio s. XVI. adscriptum:* Destructum est istud altare.

a) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad s. sepulcrum *et* Dyonisiē. b) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad sanctum Michaelem. c) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad sanctum Leonhardum. d) *minio corr.* sūmitate.

1) *Christianus demum post a.* 1209. *episcopus terrae Prussicae constitutus est, qui non fuit ordinis Teutonici a.* 1182. *nondum fundati. Cf. A. Lentz, 'Die Beziehungen des Deutschen Ordens zu Bischof Christian von Preussen' (Diss. Königsberg* 1892*) p.* 5. *Cum indictio* 15. *cum a.* 1182. *concordet, re vera a.* 1182. *haec dedicatio facta, sed nomen et ordo episcopi consecrantis falso relata esse videntur.*

1474. Mart. 12. Anno[a] Domini M^{0}CCCC^{0}LXXIIII^{0} in die beati Gregorii pape consecrata sive benedicta est insignis ac devota ymago salvatoris nostri, in dominico reposita sepulcro, a reverendo in Christo patre domino Iohanne ecclesie Syronensis episcopo[1], reverendissimi in Christo patris et domini domini Adolffi archiepiscopi Maguntini in pontificalibus vicario seu suffraganeo. In qua quidem ymagine subscripte sanctorum recondite sunt reliquie: De ligno sancte crucis, Fabiani episcopi et martiris, Tiburcii martiris, Oswaldi regis et martiris, Basilidis martiris. Sanctorum X milium martirum. De sancta legione Thebeorum. Sancti Gregorii pape. Sanctarum undecim milium virginum, Prisce virginis et martiris. Idemque dominus Syronensis episcopus omnibus et singulis tociens quociens coram predicta ymagine in memoriam dominice passionis ac quinque vulnerum Christi quinquies orationem dominicam devote dicentibus quindecim dierum indulgencias de iniunctis penitenciis domini nostri Iesu Christi et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius, huius monasterii patronorum, auctoritate concessit et misericorditer relaxavit in perpetuam rei memoriam et salutem plurimorum. Amen[b].

f. 12. 1228. Anno[c] Domini millesimo CC^{0}XXVIII^{0}, indictione secunda[2], dedicatum est altare inferius in Cella beati Martini[3] in honore sancte Dei genitricis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli. Hee autem reliquie ibidem continentur: Sanctorum apostolorum Bartholomei et Barnabe. Et sanctorum martirum: Cornelii et Cipriani, Appollinaris, Felicis, Ciriaci, Marcellini presbiteri et martiris, Fabiani
*f. 12'. et Sebastiani. *Sanctorum confessorum: Gregorii pape, Martini, Nicolai. Sanctarum XI milium virginum. Dedicatum
Oct. 4. autem quarto Nonas Octobris a Lamperto venerabili Senonensi episcopo[4].

1477. Item[d] anno Domini M^{0}CCCC^{0}LXXVII^{0}[e] reconciliata ac de novo consecrata est ecclesia prepositure sancti

a) *sequentia altera manu s. XV. scripta sunt, et manu s. XVI. rubr. adscripta:* Ymago in sepulcro ad sanctum Dyonisium. b) *sequitur in cod. f.* 11'. 12. *tertia manu s. XV. scripta carta fundationis praepositurae Cellae S. Martini Ruthardi archiep. Moguntini a.* 1104, *Reg. arch. Magunt. I, p.* 231, *XXIV, nr.* 44. c) *haec manu tertia s. XV, qua et praecedens carta, scripta sunt.* d) *sequentia quarta manu s. XV. scripta sunt.* e) *correxi e Nic. de Siegen p.* 457. 461; M^{0}CCCC^{0}LXXII^{0} *c.*

1) *Cf. supra p.* 427, *n.* 1. 2) *A Sept.* 1. *fuit a.* 1228. *indictio II,* 3) *Ad Werram fl. sita, de qua carta omissa (n.* b*) data est.* 4) *Est procul dubio Selonensis vel Semgallensis episcopus, qui a.* 1225—1229. *huic episcopatui praefuit.*

Martini in Cella et cimiterium prope Werram*) cum duobus altaribus collateralibus dumtaxat reconciliatis[a] — quia non erant violata; quorum patroni sunt, videlicet dextri lateris sanctus**) Sebastianus, sinistri vero sanctus Thomas apostolus — per reverendum in Christo patrem et dominum Iohannem episcopum Syronensem, vicarium in spiritualibus sive suffraganeum reverendissimi in Christo patris et domini domini Adolffi sancte Maguntine sedis archiepiscopi, in die beate Katherine vir- *Nov. 25.* ginis et martiris. Cuius quidem eclesie dedicacio ad instanciam religiosi patris domini Guntheri abbatis ibidem presentis per eundem dominum suffraganeum constituta est singulis annis peragenda et celebranda dominica post Margarethe virginis et martiris. Contulit eciam prefatus dominus episcopus Syronensis quibuslibet diebus patronorum ecclesie et altarium ac certis aliis festivitatibus, videlicet pasche, penthecostes ac eorum octavis, nativitatis Christi, Steffani, Iohannis evangeliste, Innocentum[b], epiphanie Domini, in cena Domini, corporis Christi, omnium sanctorum, singulis festis intemerate virginis Marie nec non festis beatorum Petri et Pauli apostolorum, Iohannis baptiste, Michaelis, Benedicti, invencionis et exaltacionis sancte crucis, singulis apostolorum, animarum ac Veneris sancte et dedicacionis diebus, omnibus supervenientibus, devotas orationes dicentibus *seu ad structuram ecclesie elemosinas largientibus qua- **f. 13.* draginta dies indulgenciarum perpetuis temporibus duraturarum[c].

Anno[d] Domini M⁰CCCC⁰LXXVIII⁰ in die beati *1478. Dec. 29.* Thome Canthuariensis consecrata et dedicata est capella beati Laurencii super novum ambitum. Nam antea pari-

*) *In marg. alia quinta manu saec. XV. suppl.:* Summum altare in honorem Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli ac confessorum Martini et Nicolai cum duobus et cet.

**) sanctus — Thomas apostolus *deleto, alia quinta manus saec. XV, quae et n. * scripsit, in marg. correxit:* sanctus Bartholomeus apostolus et sanctus Sebastianus martir, sinistri vero lateris sanctus Thomas apostolus et sanctus Stephanus prothomartir per reverendum et cet.

a) reconciliat῀ *c.* b) *sequitur* corporis Christi *deletum.* c) duratur῀ *c.* d) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Super ambitum ad sanctum Laurencium.

ter consimilis ibidem extitit fundata antiquo super ambitu, sed penitus sublata, ac de novo, que[a] nunc est, in locum restaurata sub religioso patre domino Gunthero abbate monasterii nostri. Verum ad instanciam prefati domini Guntheri abbatis libere propter Deum per reverendum in Christo patrem dominum Iohannem supradictum, ecclesie scilicet Syronensis episcopum, reverendissimi domini nostri domini Ditheri sancte Maguntine sedis archiepiscopi vicarium etc., solenniter premissis solitis et consuetis officiis, dedicacio ipsa in honore sancti Laurencii martiris, Bernhardi abbatis necnon sanctarum virginum Scolastice, Appollonie, Fidis et Petronelle extitit consummata, diem dominicum post festum circumcisionis Domini annis singulis pro dedicacione ibidem celebranda assignando cum quadraginta dierum indulgenciis patronorum ac dedicacionis dies perpetuis temporibus gloriose pro visitantibus devocionis causa prefatam capellam, orationibus devotis premissis, cumulando. [Hee[b] autem sanctorum in altari ibidem continentur reliquie: Sancti Laurencii martiris, de petra Gethsemi[c] ubi oravit dominus Ihesus ad patrem, de tabula super quam comedit, de pane de quo saciavit 5 milia, de ungento Marie et Marie ad sepulcrum, de Calvarie loco, Iacobi apostoli, Steffani prothomartiris, Laurencii episcopi et martiris, Sebastiani martiris, Georgii martiris, Felicis pape et martiris, Ciriaci martiris, Driccii[c] episcopi et martiris, Primi et Feliciani, Quatuor coronatorum, Undecim milium virginum, Hermetis martiris, Ulrici episcopi et confessoris, Benedicti abbatis, Heinrici imperatoris, sancte Marie Magdalene. Et aliorum sanctorum].

1479. Item sequenti anno, videlicet 1479, in die beati *Aug. 8.* Ciriaci martiris ac sociorum eius reconciliata est ac de novo consecrata capella in Orffall[d. 1] sita inter Alich et Totelstet a supradicto episcopo in honore sancte Dei **f. 13'.* genitricis Marie, *beate Anne matris eiusdem ac sancte Marie Magdalene, sanctorumque martirum Georgii, Sebastiani, Ciriaci ac sociorum eius necnon beati Wolfgangi episcopi et confessoris. Cuius quidem ecclesie sive capelle dedicacio constituta est a prefato, scilicet Syronensis ecclesie,

a) q̄ *c.* b) *uncis incl. alia quinta manu saec. XV, quae et p.* 433, *n.* * *et* ** *scripsit, in marg. suppl.* c) *sic c.* d) orfall' *c.*

1) *Qui locus desertus est. Cf. Nic. de Siegen p.* 457 *(ubi legendus anni numerus* 1479. *pro* 1489*).* 464.

episcopo singulis annis die beate Margarethe virginis et martiris peragenda et solemniter celebranda, indulgenciis diebus patronorum, dedicacionis, necnon eciam omnibus et singulis, qui devotionis causa locum premissis orationibus devotis visitaverint aut ad structuram manus adiutrices porrexerint, tociens quociens quadraginta dierum concessis, perpetuis temporibus duraturis, capellam prefatam graciose honoravit et dotavit.

Anno[a] Domini M°CCCC°LXXII° consecrata est 1472. capella cum altari circa portam pro hospitibus supervenientibus suscipiendis tercia feria post omnium sancto- *Nov. 3.* rum a prefato domino Syronensis ecclesie episcopo in honore sancte et individue trinitatis, gloriose virginis Marie et omnium sanctorum sub reverendo in Christo patre et domino domino Adolpho sedis Maguntine[b] archiepiscopo. Cuius quidem capelle dedicacio constituta est celebranda ac singulis annis peragenda dominica post omnium sanctorum, presente domino Gunthero abbate cum fratribus et indulgencias humiliter flagitante diebus patronorum et dedicacionis quadraginta dierum concessas[c] et elargitas.

Item[d] anno Domini MCCCCLXX. 1470.[e] Iohannes natus 1470. in villa Bottenbach[1], civis de Syghen[f], dedit sive obtulit monstranciam magnam pro venerabili sacramento etc. Quam comparavit pro centum et viginti florenis. Qui Iohannes et confrater huius monasterii obiit[g] in vigilia sancti Andree, que 1477. *Nov. 29.* tunc fuit sabatho ante primam dominicam adventus Domini, videlicet anni 1477; cuius anima requiescat in sancta pace! Amen.

*Iste[h] sacre sanctorum reliquie recondite sunt in cruce **f. 14.* aurea huius figure similitudinem aliqualiter in quantitate pretendentis[i], quam tunc dedit monasterio nostro, sancto Petro et Paulo venerandus dominus Wernherus Baldewini[2], utriusque iuris doctor [egregius[k]], sub anno Domini[l] millesimo 1477. quadringentesimo septuagesimo[m] septimo.

a) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Ad omnes sanctos circa portam. b) magūtȝ *c.* c) conceᷣ *c.* d) *haec nota manu Nicolai de Siegen scripta est, post addita in spatio inferiore vacuo f. 13'.* e) *sic numerus bis, latine et arabice scriptus, ut Nic. de Siegen in cod. suo autographo saepissime scripsit.* f) op *add., sed del. c.* g) obiit — Amen *alio atram. a Nic. de Siegen post add.* h) *sequentia iterum quarta manu s. XV. scripta sunt.* i) *sic c. pro* pretendente. k) *manu Nicolai de Siegen suppl.* l) dn̄o *c.* m) simo septimo *a Nic. de Siegen scripta, aliis erasis.*

1) *Qui procul dubio pater fuit Nicolai de Siegen. Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 510. 2) *De hoc a.* 1488. *Maii* 16. *defuncto plura leguntur p.* 1041 *sq. codicis Collect. misc. Galli Stassen.*

Crux picta est, in cuius trabe directa: De ligno sancte crucis. *In trabe eius librata:* Item de eodem. *Bulla eius superior est* Dyamas, *in cuius circulo:* Iohannis baptiste. De capite sancti Bonifacii, Walpurgis virginis, Longini militis. Item Iohannis baptiste. *Bulla sinistra est* Smaragdus, *in qua:* Iacobi maioris, Kyliani martiris, Cipriani, Bonifacii, Agnus Dei. *Bulla dextra est* Saphirus, *in qua:* Agnus Dei, Ambrosii, Gregorii, Augustini, Andree apostoli, Cristofori et Mauricii. *Bulla inferior est* Robinus[a], *in qua:* Agnus Dei, Mathei apostoli, Benedicti, Potensiane[b].

Item[c]. Idem dominus doctor egregius, benefactor noster magnificus, dedit domino Gunthero abbati annulum de auro puro, continentem in se lapidem preciosissimum, videlicet dyamantem. Idem plura atque pluries beneficia fratribus exhibuit. Ergo etc.

Spervult[d. 1] quidam homo Dei primus edificator extitit celle que vocatur Ad monachos iuxta Rode, quam cellam sanctis apostolis Petro et Paulo in Erphesfurt tradidit cum sibi adiacentibus prediis. Religiosus autem monachus Erphesfurtdensis[b] Ingram[2] nomine consenciente Riperto abbate edificari fecit ecclesiam in eadem cella*.

*) *In cartulario Montis S. Petri membranaceo saec. XV, nunc servato in bibliotheca regia Berolinensi Ms. Boruss. fol. 81, legitur f. 183'. haec notitia ex illa supra edita excepta, manu saec. XV. scripta:* Nota[3] circa annum Domini millesimum centesimum quintum decimum Ingram monachus abbate consenciente edificari fecit ecclesiam Ad monachos iuxta Rode. Cuius primus iniciator extitit quidam homo Dei Spairwalt nomine, qui eandem sancto Petro cum omnibus suis attinenciis tradidit.

c. 1115.

a) *huic gemmae adscriptum est a Nic. de Siegen:* Hic lapis robinus dicitur, cum quo eadem crux apperitur. b) *sic c.* c) *haec* — Ergo etc. *l.* 15. *a Nic. de Siegen scripta sunt.* d) *haec etiam manu quarta s. XV. scripta sunt.*

1) *Verum nomen eius* Sperwalt *legitur inter nomina conversorum manu a.* 1266. *scripta f.* 39^{c}. *codicis Helwici. Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 522. 2) *In necrologio Helwici, 'N. Archiv' XXII, p.* 521, *Ingrami obitus ad diem XVI. Kal. Sept. adnotatus est. Unde Ioh. Kircher, qui c.* 1630. *necrologium et Gesta abbatum Montis S. Petri scripsit, in codice ecclesiae S. Laurentii Erfordensis f.* 15. *scripsit:* Ingramus vixit anno 1136, ob. 17. Augusti, *qui ibidem et f.* 36'. 37. *plura ex loco Nicolai de eo adnotavit, quae G. Stassen in necrologio suo p.* 83. *et p.* 130. *repetivit.* 3) *Hanc notitiam ad verbum descripsit Nic. de Siegen p.* 293, *abbatem falso Burcardum dicens; quae notitia in cod. Berolinensi minime eius, sed antiquiore manu saec. XV. scripta est.*

4'. *Anno Domini autem M°C°XXV°, indictione III, 1125. IX. Kal. May consecrata est ecclesia in eadem cella in *Apr.* 23. honore summe et individue trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sancte Marie virginis sanctique Georgii martiris a Buccone venerabili Wormaciensi episcopo.

Anno dominice incarnacionis M°CCC°IIII° XVII° 1304. Kalend. Iulii, indictione secunda, consecrata est capella *Iun.* 15. corporis [Christi[a]] [1] ab Henrico venerabili Retesconensi episcopo [2] in memoria et honore sancte crucis ac dominici corporis et saguinis. Hee autem sanctorum reliquie continentur in predicte basilice altaris confessione: De sepulcro Domini. De ligno sancte crucis. De loco ubi mater Domini de seculo migravit. Sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Sanctorum martirum: Sixti pape et martiris, Fabiani pape et martiris, Bonifacii martiris, Mariani episcopi et martiris, Blasii episcopi et martiris, Kyliani martiris, Marcellini et Petri, Cristoferi martiris, Mauricii, Innocencii martiris de legione Thebeorum. Item de legione Thebeorum, Albani, Prothi et Iacincti, Miniatis martiris, Oswaldi, Iohannis et Pauli, Viti, item Viti, Victoris et Innocencii, Quadraginta militum, Victoris, Bonifacii, Appollinaris, Gereonis. Sanctorum quoque confessorum: Martini. De dente sancti[b] Nicolai, Augustini, Brictii, Huperti, Aurini, Alexii, Dominici, Francisci, Henrici cesaris, Leonhardi. Sanctarum eciam virginum: Katherine, Margarethe, Victorie, Apollonie, Felicitatis. Sancte Anne, Madelberte virginis, Othilie, Erintrudis[c], Ursule regine, Arthemie cognate sancte Ursule. Terra de sepulcro sancte Cunegundis imperatricis. Undecim milium virginum. Olla parvula de cineribus earundem. Et aliorum sanctorum. Hec[d] est indulgencia huius capelle: Trecenti et sexaginta dies et

---

Anno Domini 1125. Consecrata fuit ecclesia 1125. Ad monachos in honorem sancte trinitatis et sancti Georgii martiris a venerabili viro dompno Buccone Wurmaciensi episcopo.

a) *deest c.* b) sacti *c.* c) *vel* Ermtrudis. d) Hec — capelle *minio scr.*

1) *Io. Kircher habet f.* 57': Anno 1302. ope et auxilio multorum benefactorum constructum seu restauratum fuit perantiquum in cimiterio nostro sacellum et presentibus antiquitatibus collustratum, *qui post haec hanc notitiam exscripsit.* 2) *Chorepiscopo, cuius sedes Rhaedestum Thraciae habita esse videtur. Cuius carta* (Radestinensis episcopi) *d. d.* 1304. *Iul.* 20. *affertur apud Schöttgen et Kreysig, Dipl. I, p.* 783, § 88.

*f. 15. novem karene. Item omnibus unum *Pater noster* *et unum *Ave Maria* pro hic sepultis devote orantibus dantur bis mille et ducenti dies indulgenciarum[a].

1479. Anno[b] Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono reverendus pater et dominus Theodericus abbas Werdenensis, quondam huius loci prior et filius, quia hic in Monte Sancti Petri in presencia venerabilis patris ac domini Guntheri professus[c], multas ordinavit huic loco reliquias[1]: Primo de monasterio suo, videlicet Werdenensi, dentem sancti Petri apostoli. Item notabilem porcionem de beata Maria Magda-
*f. 15'. lena. Item de crinibus intemerate virginis genitricis Dei[d], *semper virginis Marie. De ossibus sancti Benedicti abbatis. De sancto Bartholomeo apostolo. De sancto Albano martire. De cruore sancti Luthgeri, fundatoris monasterii Werdenensis. De cilicio eiusdem, scilicet sancti Ludgeri episcopi predicti.

Item[e] idem pater ac dominus Werdenensis impetravit nobis a monasterio sancti Panthaleonis in Colonia tres magnas porciones de societate sancti Gereonis martiris. Item clavum, cum quo beatus Petrus apostolus fuit cruci affixus. Item notabilem porcionem beati Pauli apostoli. Item notabilem portionem de sancto Bartholomeo apostolo. Item de sancto Benedicto. Item de crinibus sancte Scolastice, sororis eiusdem patris nostri. Item iidem patres Sancti Panthaleonis dederunt plures porciones[f] XI milium virginum.

Item[g] domini ad Sanctum Cunibertum in Colonia dederunt magnam portionem de sacra societate Thebeorum. Item de sancto Candido martire, qui fuit signifer in societate sancti Mauricii. Item de sancto Cassio martire. De tunica sancti Francisci. De sancta Balvina regina ac martire. De sancto Quirillo martire ac sacerdote. De sancta Cristancia virgine. De sancto Kuniberto episcopo. De sancto Focato martire, qui fuit unus ex societate Thebeorum, de sancto Egidio abbate. De sancto Maurenio episcopo Novariensi[h], qui fuit cardinalis. Item de sanctis Mauris duas magnas portiones[i]. Item aliquas porciones de sanctis Mauris, quorum

a) *sequitur f.* 15. *carta Alberti de Bichlingin (chor)episcopi Ippusensis d. d.* 1369. *Iun.* 11. ($M^{o}CCC^{o}LX^{o}$ nono tercia feria post diem sanctam penthecostes) *de festo dedicationis capellae corporis Christi transposito.* b) *sequentia manu sexta s. XV. scripta sunt.* c) *supple* est. d) *minio in marg. manu s. XVI. adnotatum:* Hoc verum atque certum est. e) *rubr. manu s. XVI. adscripta:* Patres Sancti Panthaleonis plures reliquias dederunt. f) porcones *c.* g) *sequentia septima manu s. XV. scripta sunt.* h) *vel* nouanēsi. i) por|| *c.*

1) *Cf. Nic. de Siegen p.* 472 *sq. Epitaphium eius vide 'N. Archiv' XXII, p.* 530.

festum agitur altera die post Calixti, id est in profesto sancti Galli. Item de sancto Mauricio notabilem portionem. De sancta Ursula regina ac martire. De tunica sancte Elizabeth, de sancto Steffano prothomartire, de sancto Martino episcopo. De crinibus beate Marie semper virginis. Item duas satis magnas porciones de societate sancti Gereonis martiris. Item notabilem porcionem de capite unius ex societate sancti Gereonis. Item quinque capita sanctarum Undecim milium virginum, in quibus plures continentur reliquie. Item idem dominus Werdenensis in diversis locis Colonie impetravit multas reliquias de collegio sanctarum XI milium virginum, circa LXX[a] porciones et cet. Dominus retribuat ei graciam suam! Amen.

16. *Anno[a] Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo 1481.
primo sexto Kalendas Maii reverendus in Christo pater et *Apr.* 26.
dominus dominus Iohannes Syronensis ecclesie episcopus, reverendissimi in Christo patris et domini domini Ditheri archiepiscopi Moguntini in pontificalibus vicarius seu suffraganeus, sub et presente reverendo patre domino Gunthero abbate monasterii sancti Petri Errfordensis consecravit in cimiterium et sepulturam mortuorum, non obstantibus prioribus actis quibuscunque, capitolium ante introitum capelle sancte Anne et totum circuitum ambitus cum singulis quatuor angulis ibidem de novo dicavit, adiiciens, quod quicunque semel ambitum huiusmodi circuiens et quinque dominicas orationes et tot angelicas salutationes sive psalmum *De profundis* cum dominica oratione et collecta *Fidelium Deus* devote pro ibidem sepultis et sepeliendis dixerit aut legerit, quadraginta dies de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli, monasterii prefati patronorum, confisus auctoritate misericorditer concessit[b], de iniunctis penitentiis ad petitionem domini Guntheri abbatis predicti largiter relaxavit. In cuius robur et perpetuum testimonium idem reverendus pater dominus Iohannes episcopus sigillum suum duxit presentibus appendendum et litteram huiusmodi tradidit sigillatam. Actum anno, die et loco ubi supra, presentibus pluribus conventualibus et conversis congregationis sive conventus sancti Petri ad hoc per dominum Guntherum abbatem pro honore officii pontificalis vocatis specialiter et deputatis. Eodem die idem reverendus pater benedixit ymaginem beati Wolfgangi dotando[c] quindecim dierum indulgen-

a) *sequentia octava manu s. XV. scripta sunt; in marg. rubr. s. XVI:* Consecracio ambitus. b) *sic sententia haec neglegenter constructa est.* c) dotan̄ *c.*

ciarum. In premissorum verificationem et perpetuam memoriam nos Guntherus abbas prefatus sigillum nostrum abbatiale[a] duximus conappendendum.

Item[b] prefatus venerandus pater dominus Theodericus abbas in Werdena transmisit nostro monasterio ad sanctum
1483. Petrum in Erffordia anno Domini etc. LXXX. tercio notabiles reliquias diversorum sanctorum, scilicet duo capita et unum brachium de sacra legione Tebeorum [et[c] sex partes de Thebeis]. Item LV[d] notabiles porciones XI milium virginum. Item porciunculas de sanctis Cornelio et Cristofero etc. [atque[c] aliorum sanctorum]. Deus retribuat etc.

a) abbat; *c.* b) *haec nona manu s. XV. scripta sunt.* c) *uncis incl. alia manu s. XV ex. in marg. add.* d) *superscr.* 55.

VII. SERIES ABBATUM MONASTERII S. PETRI ERFORDENSIS.

In codice Helwici a. 1266. *scripto, de quo supra p.* 417. *dictum est, f.* 38. *series abbatum Montis S. Petri usque ad a.* 1254. *deducta prima manu scripta est, quam edidi 'N. Archiv' XXII, p.* 519, *hoc loco repetendam duxi. Et in eodem codice f.* 1'. *Nicolaus de Siegen catalogum abbatum eiusdem monasterii usque ad suum tempus deductum scripsit, quem ex Cronica S. Petri moderna et ex Annalibus S. Petri maioribus excerpsit. Hunc catalogum ex apographo mendoso codicis Helwici a Gallo Stassen facto edidi SS. XXX, p.* 488 *sq., nesciens eum a Nicolao de Siegen scriptum esse, cuius manum, cum antea codicem autographum eius Chronici ecclesiastici Weimaranum legissem, facile recognovi.* *O. H.-E.*

1. Series codicis Helwici.

Nomina abbatum[a] istius congregationis.

Ruggast n. c. abbas.	Ripertus abbas.
Rabbato abbas[1].	Wernherus abbas.
Gisilbertus abbas.	Rudigerus abbas.
Burcardus abbas.	Wernherus abbas.

a) et fratrum *sequitur in cod., ubi post seriem abbatum nomina monachorum ex necrologio excerpta scripta sunt.*

1) *Hi duo fuerunt abbates, antequam Cluniacenses monasterium Montis S. Petri receperunt. Cf. 'N. Archiv' XXII, p.* 513, *n.* 6.

Gelphradus abbas.	Heinricus abbas.
Bilgrim abbas.	Wolmarus abbas[1].
Ditmarus abbas.	———
Hugo abbas.	Andreas abbas[a].
Witelo abbas.	Iohannes abbas[2].

2. Series Nicolai de Siegen.

Ista sunt nomina abbatum huius monasterii.

Anno Domini millesimo centesimo Giselbertus huius monasterii abbas Ierosolimam pergens et ibidem defunctus, in valle Iosaphat sepultus[b]. *Cr. S. Petri.*

Anno 1103. Burkardus abbas factus est in Erfordia[c] ad Sanctum Petrum. Et ab ipso eodem anno reedificatum atque fundatum est monasterium sanctorum Petri et Pauli.

Anno Domini M centesimo duodecimo Adelbertus cancellarius factus est archiepiscopus Moguncie. Iste spoliavit monasterium sancti Petri et Pauli in Erfordia[c] omnibus temporalibus, dicens inconveniens fore abbatem superhabundare archiepiscopo. *A. S. P. mai.*

Anno Domini 1116. Burckardus Erfordensis[c] abbas, privatus abbacia, Romam petens in itinere obiit[3]. Cui successit — et sic consequenter —[d. 4]. *Cr. S. Petri.*

Hii sunt abbates huius monasterii[e]:

Ripertus, obiit 1126[5].

Vernherus, obiit 1138. Iste vir fuit monachus Hirsauwensis, fecit aqueductum.

Rudigerus, obiit 1142. Hic ecclesia sancti Petri iterum exuritur. *A. S. P. mai.*

Vernherus, obiit 1147. *Cr. S. Petri.*

Gelfradus, obiit 1172. Huius tempore multa bella fuerunt[6].

Pilgerinus, obiit 1192.[7] Hic acquisivit multas reliquias[8].

Dithmarus, 1196. resignavit abbaciam[9].

a) *hi duo manu saec. XIV. additi sunt.* b) *supple* est c) erf̃ *c.* d) *sequitur* 1126. *del.* e) *haec a latere sequentium scripta sunt.*

1) *Hic sedit a.* 1250—1254. 2) *Nicolaus de Siegen addidit nomina sequentium abbatum:* Bartoldus. Vulmarus — — Guntherus. *Quae omisi, cum ipsius Nicolai catalogus sequatur.* 3) *Hoc male coniecit Nic., cum nesciret, ubi Loressam situm esset, quo loco Burchardus supra p.* 164. *mortuus esse dicitur. Unde et in Chron. eccl. ed. Wegele p.* 293. *scripsit:* cum Romam tenderet iusticiam a papa exquisiturus, in via apud Loressam a. D. 1123. obiit. 4) *Scil.* cui successit *sequentibus repetendum.* 5) *Potius a.* 1127; *supra p.* 16. 165. 6) *Cf. supra p.* 186, *a.* 1172. 7) MCXCII. *pro* MCXCIII. *in codice Cronicae S. Petri falso scriptum est, supra p.* 197, *n.* b. 8) *Cf. notitiam Pilgrimi a.* 1185, *Schannat, Vind. II, p.* 4 *sq.; Nic. de Siegen, Chron. eccl. p.* 328 *sq.* 9) *A.* 1196. *eum resignasse abbatiam Nic. de Siegen,*

Cr. S. Petri. Hugo. Hic resignavit abbaciam 1200.[1]
Vecelo, obiit 1221.
Henricus. Hic a Maguntino deponitur 1250.
Wolgmarus abbas Bursfeldensis; 1254. Hic resignavit abbaciam.
Andreas, obiit 1301. Iste diu prefuit hoc in loco.
Iohannes, obiit 1321. Bartoldus[a].
Wolmarus, obiit 1337.
Hermannus de Eichilborn cecus factus resignavit 1353.
Theodericus de Brunheym, obiit 1358.
Theodericus de Czymmern, obiit 1376.
Ludevicus, obiit 1382.
Petrus de Varila 1391.[2]
Harttungus de Dryfordia, obiit 1424.
Maii 26. Ortwinus, obiit in die trinitatis[3] 1437.
Harttungus, obiit 1451.

Cristianus, obiit 1458. Hic Cristianus fuit monachus Bursfeldensis, et hic incepit reformacionem sub Hartungo, qui Hartungus fugit in Reynhartsborn ibique obiit[4]. Incepit autem reformacio 1446.

Guntherus. Hic pius conpetenter[b] atque multum utiliter prefuit.

Iohannes[c] de Segen.

a) Ioh. bartoldus *ut unum nomen in eadem linea scriptum,* ob. 1301 *(pro* 1321*) super* Ioh. *scriptum.* b) *sic* (ꝯp̃r) *ut videtur c.* c) *hic alia manu add.*

Chron. eccl. p. 343. *refert; quo anno obierit, non dixit. Neutrum habet Cron. S. Petri.* 1) *A.* 1201. *secundum Cron. S. Petri, supra p.* 201. 2) *Epitaphium eius, 'N. Archiv' XXII, p.* 535, *habet a.* 1392; *vide ibid. n.* 15. *Etiam aliorum abbatum epitaphia vide ibid. p.* 533 *sqq.* 3) *Eundem diem* (VII. Kal. Iun.) *habet epitaphium eius, ibid. p.* 536. 4) *Cf. Nic. de Siegen, Chron. eccl. p.* 422.

CHRONICI SAXONICI CONTINUATIO (THURINGICA) ERFORDENSIS.

Non facere possum, quin continuationem Chronici Saxonici a. 1227—1353. *a Ludewico Weiland olim editam*[1] *et ab eo Thuringicam dictam inter haec monumenta Erphesfurtensia repetam, quamvis maior eius pars nullius fere momenti sit rerum gestarum scriptori. Eam enim a quodam Erfordensi scriptam esse facile est cognitu, ac miror, quod primus editor, vir optimi meriti, hoc non perspexerit. Auctor enim, ut Chronico universali Germanico lingua Germanica conscripto continuationem subiungeret, excerpta ampla Cronicae S. Petri Erfordensis modernae in linguam Germanicam vertit, in quibus aliquoties quaedam addidit, ex quibus eum Erfordiae vixisse apparet. Sub a.* 1232. *enim fratres Minores olim extra portam Erfordensem dictam Krampfentor resedisse adnotavit, a.* 1283. *quaedam de Volrado seditioso Erfordia expulso addidit, a.* 1290. *comitem iuvenem de Kazzenellebogen Erfordiae mortuum in ecclesia fratrum Minorum sepultum esse adiunxit, in ecclesia Saccitarum a.* 1291. *combusta suo tempore servos S. Mariae residere notavit. Ex his iam patet locos et ecclesias urbis Erfordensis eum bene novisse, quod certissime cognoscitur a.* 1309, *ubi Cronica S. Petri referente cives Erfordenses monachis Montis S. Petri* introitum et exitum civitatis *negasse, ipse dixit cives portam dictam Lauwentor lapidibus conclusisse, per quam videlicet ex urbe ad Montem S. Petri ibatur. Qui auctor quidem studuit, ut chronici universalis continuationem componens praeter Thuringica ea reciperet quae ab imperatoribus, a regibus, a pontificibus, in Terra Sancta gesta in Cronica S. Petri tradebantur, sed permulta etiam Erfordensia elegit,*

1) *'Deutsche Chroniken' II, p.* 287—319.

quamvis non pauca eorum minoris momenti omiserit, et in his etiam eum Erfordiae scripsisse elucet[1].

Atque maioris momenti est extrema pars huius opusculi, nam ab a. 1336. *auctor ex continuatione deperdita a.* 1336—1353, *ex qua Cronicae S. Petri Continuatio II. excerpta est, quam etiam auctor Continuationis III. eiusdem Cronicae et frater ordinis Praedicatorum Isenacensis a.* 1395/6. *in Cronica Thuringorum exscripserunt, quaedam selecta in linguam Germanicam vertit, et inter haec plura praebet, quae a nemine dictorum scriptorum ex continuatione illa deperdita exscripta sunt, ut ostendi 'N. Archiv' XXI, p.* 447—479. *Usque ad a.* 1335. *vero auctor Continuationis chronici Saxonici nostram, quam habemus, Cronicam S. Petri Erfordensis modernam, non aliud maius chronicon S. Petri exscripsit, ut L. Weiland coniecit. praeter eam autem nonnulla ex Cronica Minore minoritae Erfordensis aucta Continuatione I. minoritae Erfordensis*[2] *(a.* 1266—1272*) exscripsit, ut demonstravi 'N. Archiv' XXI, p.* 517—521. *Sed etiam quaedam praebet, quae neque ex Cronica Minore eiusque Continuatione I. neque ex Cronica S. Petri sumpta sunt, ut a.* 1286. *de Pseudo-Friderico, a.* 1291. *de incendio Erfordensi, ubi diem recte addidit; quae in codice eius Cronicae Minoris vel chronici Saxonici fortasse inscripta erant. Unde haec Continuatio Erfordensis sollerter ac ingeniose lingua Germanica pulchra suavique conscripta, supplementum necessarium Continuationum II. et III. Cronicae S. Petri, quae magni momenti est ad quaestiones criticas de hac Cronica ortas dissolvendas, in hoc tomo repetenda erat.*

Quo quidem tempore haec composita sit, ex ipsa cognosci non potest, inter a. 1360. *et* 1400. *auctorem eius scripsisse*

1) *Sane nemo nisi Erfordensis ex Cronica S. Petri a.* 1294. *haec verba repetiisset:* Got si gelobet, daz die stat zů Erforte da keinen schaden nam! *Auctor Cronicae Reinhardsbr. p.* 640. *haec omisit. Et Erfordiam auctor nonnusquam* die stat *dixit, ut a.* 1316: in den dorferen, die umme die stat lien, *ubi* die — lien *ipse addidit. Unde satis patet eum Erfordiae scripsisse.* 2) *Falso dixi 'N. Archiv' XXI, p.* 521. *Cronicam Minorem usque ad a.* 1265, *nulla continuatione auctam, ab hoc auctore exscriptam esse, qui sub a.* 1269. *locum Continuationis I. Cronicae Minoris in Cronicam S. Petri non receptum praebet. Cum in Cronica S. Petri maximae partes Continuationis I. Cronicae Minoris transscriptae sint, non mirum est, quod non plures locos huius Continuationis in hac nostra inveniamus, neque etiam ubique cognosci potest, quos locos illius Continuationis auctor ex hac, quas ex illa Cronica receperit, uno tamen loco, ut ad a.* 1268. *adnotavi, certissime patet eum utramque prae oculis habuisse. Cronicae Minoris igitur codicem nostri C2 simillimum habuit.*

recte conici poterit[1]. *De hoc auctore autem nihil certi statui potest, solum hoc patet, eum non monachum Montis S. Petri fuisse*[2]. *Qui sane eruditus fuit atque in sacra scriptura versatus, neque tamen eum clericum fuisse affirmare ausim. Excerpta sua dictarum Cronicarum plerumque non ad verbum transtulit, saepissime liberius sensum eorum haud ineleganter expressit, quamvis nonnunquam in interpretando per imprudentiam lapsus sit.*

In duobus libris haec Continuatio scripta reperitur, quorum unus eam integram nunc continet, videlicet

quidem Cronicae Minoris codicem infra D 1 *dictum legens et eam ineditam esse opinatus in 'Münchener gel. Anzeigen'* 1846. *p.* 1011. *eam a fratre I a c o b o de Augusta compositam esse dixit. — Inscriptione codicis B* 5a: Incipit cronica Romanorum et est domini Falconis *possessorem libri, non auctorem, indicari nemo non videt.* 1) *C.* 40, *'Abhandl. der kgl. Sächs. Ges. d. Wiss.' XII (Phil.-hist. Cl. V), p.* 534 *sq.; Analecta Franciscana I, p.* 12. 2) *Cf. G. A. v. Mülverstedt in 'Mittheil. d. Ver. f. d. Gesch. v. Erfurt' III, p.* 155. 3) *Fortasse etiam Papiae moratus ibi Augustinum s e p u l t u m esse didicit, ut ait sub a.* 437. *Nam si ex alio libro hoc cognovisset, eum Papiam translatum esse rectius dixisset.* 4) *Idem etiam probatur iis quae sub Constantino Magno et Silvestro I. papa de altaribus basilicae Constantinianae et ecclesiae S. Iohannis Lateranensis dicit, cum sub a.* 337. *dixerit festum nivis a d h u c Romae celebrari. Sub a.* 628. *nominavit undecim corpora sanctorum, quae in ecclesia S. Adriani Romana essent. Sub Silvestro II. ecclesiam Romanam dictam Ierusalem monasterium regularium suo tempore fuisse adnotavit. Fortasse etiam ipse Romae comperit quod sub Gelasio I. dicit:* papa . . . dat benedictionem frequenter hanc *etc., et sub Gregorio I:* Hoc . . . officium usque adhuc curia non recepit, *et sub Zacharia:* usque adhuc curia tenet illud.

mus, non habemus, immo linguam Latinam ut Germanus parum cultus, non ut Italus, scripsit. Neque etiam inter fratres Minores, qui a. 1224. *cum Iordano Erphordiam venerunt, praeter ipsum Iordanum Itali fuere. Conicere potes auctorem in capitulo generali fratrum Minorum a.* 1256. *in ecclesia Aracaeli celebrato, de quo ipse retulit*[1], *Romae adfuisse. Fratres Minores vero etiam propter negotia ordinis sui administranda saepe per provincias terrasque missos, saepe etiam de conventu in alium conventum transpositos esse satis constat, atque etiam frater noster Erphordensis praeter Thuringiam Italiamque per alias provincias migrasse videtur. In civitate enim Merseburgensi calicem pretiosum ab Heinrico II. imperatore ecclesiae maiori S. Laurentii donatum vidisse videtur, quem adhuc ibi esse dixerit. Reliquias e civitate Constantinopolitana a.* 1204. *capta deportatas esse cum retulisset, addidit:* ut apparet in Venecia et in Halberstat. *Unde eum has civitates visitasse non sine iure conicere potes*[2].

Haud paucos libros ad tantillum chronicon componendum auctor adhibuit, quorum gravissimos ipse in prologo indicavit, ubi inter alia de Ecclesiastica hystoria, de Orosio, de cronicis Eusebii et Ieronimi et aliorum *se quaedam excerpsisse dixit. Ac re vera Rufini versionem Ecclesiasticae historiae Eusebii*[3] *et Orosii historias adhibuit. Cronica vero Eusebii et Hieronymi ipsa non exscripsit, sed hoc titulo indicavit Chronicon universale Frutolfi et Ekkehardi, cuius codicem S. Petri Erphordensem*[4], *nunc Gothanum, ampliatum Auctario et Continuatione S. Petri Erphordensis, supra p.* 23—44. *editis, eum legisse facile cognoscis. Ex Auctario enim haud pauca, ex Continuatione (Annalibus*

1) *Quod quidem a.* 1257. *celebratum esse falso dixit.* 2) *Adelheidem imperatricem in monasterio Sels Alsatiae, Udalricum Augustanum et Conradum Constantiensem in Suevia sanctos coli, quod dicit, in Italiam profectus regressusque cognoscere potuit. Cum vero dixerit Stephanum regem in Ungaria sanctum coli, non iam eum in Ungaria fuisse facile coniectabis.* 3) *Sed ex hac in prima recensione, quamvis etiam in prologo huius recensionis haec dicatur, nihil fere, demum in altera editione a.* 1265. *Abagari et Christi epistolas spurias et paucissima alia exscripsit, quam necdum habuisse videtur, cum primam recensionem scriberet, nactus eam demum, antequam secundo librum ederet.* 4) *Cuius inscriptio est:* Epythomę Eusebii de sequenti opere. — *Nec Frutolfi neque Ekkehardi librum solum hic codex continet, sed Frutolfi opus ampliatum recensionis B cum continuatione Ekkehardi et additamentis eius aliisque (praeter additamenta Erphordensia). Ideo Ekkehardi nomine hunc librum semper citavi.*

Erphesfurdensibus Lotharianis) duos saltem locos transsumpsit, lectiones etiam habet, quas hic codex solus in textu Frutolfi-Ekkehardi praebet[1]. *Praeter hunc inter alia cronica*[2], *quae auctor adhibuit, fuerunt Lamperti Hersfeldensis Annales et Bedae Historia eccclesiastica Anglorum*[3] *et, ut videtur, chronicon brevissimum Honorii Augustodunensis libro qui inscribitur 'Imago mundi' adiectum. Ut illum Ekkehardi etiam Lamperti codicem procul dubio a monachis Montis S. Petri, quem in hoc monasterio fuisse constat*[4], *mutuatus est, cum sub a.* 703. *etiam locum de fundatione huius monasterii in hoc codice additum exscripserit.*

Atque his subsidiis nisus haud spernendum opus componere potuisset vir prudens ac curiosus, at verus frater Minor non vere historiae studiosus, sed fabularum ac miraculorum avidus, non ad investigandam conscribendamque historiam patriae regumque atque imperatorum intendebat, sed ad gesta ac statuta, non tam vera quam conficta et adinventa, paparum Romanorum, ad passiones ac miracula sanctorum, ad ea quae officium ecclesiasticum spectant adnotanda. Ideo ex libro Ekkehardi pauca, ex Lamperti Annalibus paucissima excerpsit, historiae patriae ita neglegens, ut a saeculo X, a quo hi uberrima ac copiosissima praebent, frustula tenuissima ex his descripserit, ut ex copiosa narratione Ekkehardi a. 1106—1125. *nihil, ex Annalibus Erphesfurdensibus Lotharianis a.* 1125—1137. *duos brevissimos locos, ut iam dixi, quorum unus ad pontificem Romanum pertinet, transsumpserit, ut pugnam celeberrimam apud Welfisholz a.* 1115. *commissam, de qua in Ekkehardi narratione permulta legere potuit, tempore Gregorii VII. papae factam esse scripserit. Ex longissima et uberrima narratione Lamperti saec. XI. nihil fere praeter paucissima de pontificibus Romanis*[5] *et inter haec ineptum miraculum Victoris II. papae exscripsit, ceterum eam ita neglexit, ut Heinricum IV. regem et archiepiscopum Coloniensem ideo a Gregorio VII. papa excommunicatos esse diceret, quod papa a Romanis captus fuisset. Mirus sane iste rerum gestarum scriptor! Nec tamen mirum hoc in tali viro, qui primam partem libri sui, qua breviarium historiae Romanae ab urbe Roma*

1) *Ut sub Adriano imperatore. Cum hoc solo codice sub a.* 329. *habet:* ab Helena Ierosolimis invenitur. 2) *Vocabulis* et aliorum *etiam ipsum librum Frutolfi et Ekkehardi, quorum nomina in codice non legit, dicere voluit.* 3) *Sed fortasse in aliis libris reperit paucissima, quae ex hac exscripta habet.* 4) *Cf. Lamperti Opera p.* L. LXIII. 5) *Pauca etiam de Annone Coloniensi.*

condita — nam ab hac exordium sumpsit — usque ad nativitatem Christi dare sibi proposuerat, ita composuerit, ut ex historiis Orosii frustula quaedam colligeret ac nullo servato ordine inter se ita misceret, ut apud eum bellum Punicum secundum ante primum, hoc ante Romam a Gallis incensam gestum, cum Gallis etiam Gothos Romam urbem destruxisse legamus, ut Croesum regem Lydiae tempore Diocletiani imperatoris vixisse stupentes ab eo discamus. In codice Lampertino Montis S. Petri eo tempore, quo frater Minor noster eum legit, continuationem Annalium S. Petri Erphesfurtensium aut brevium aut maiorum additam fuisse constat[1]*, sed frater Minor non curavit quae saec. XII. Erphordiae vel in Thuringia gesta sunt, nihil ex his exscripsit*[2].

Ut quae magis eum delectabant colligeret, alios libros eum adire oportuit, inprimis, quos in prologo nominavit, ius canonicum, id est Gratiani Decretum et Gregorii IX. Decretales, ac Honorii Augustodunensis librum de officio ecclesiastico, qui inscribitur Gemma animae[3]*, tum Petri Comestoris Historiam scolasticam, Pseudoturpini Vitam Karoli Magni, ex qua unum locum excerpsit*[4]*, tum vero magnam collectionem Vitarum sanctorum vel legendarium magnum quod dicitur, in qua has quas dicunt legendas legisse videtur, ut vel eas recenseam, ex quibus plura exscripsit: Passionem Petri et Pauli apostolorum*[5]*, ex qua epistolam Pilati spuriam demum in secunda recensione transscripsit, Gesta Pilati*[6]*, Vitas vel Passiones Iacobi apostoli*[7]*, Marthae sororis Mariae*[8]*, Dionysii Areopagitae, Materni, Ursulae vel undecim milium virginum, Hilarii Pictaviensis nova fabula auctam, Inventionem et Translationem Stephani protomartyris, Vitas Martini Turonensis auctore Sulpicio Severo, Remigii Remensis auctore Hincmaro, Gregorii I. papae auctore Iohanne diacono, Gregorii I. Dialogos*[9]*, Sermonem*

1) *Cf. supra p.* 45. 119 *sq.* 2) *Ni forte id quod de monasterio Reinhardsbrunnensi fundato sub Urbano II. papa dixit, ex Annalibus S. Petri maioribus sumpsit.* 3) *Compluries editum, ut Maxima Bibl. patrum Lugdun.* (1677) *XX, p.* 1046—1128; *Migne, Patrolog. Lat. t. CLXXII.* 4) *Hunc etiam fortasse non ex ipso hoc libro sumpsit, sed in alio chronico scriptum invenit.* 5) *Ed. Lipsius et Bonnet, Acta apostolorum apocrypha I, p.* 119—177. 6) *Non libellum qui vocatur* Mors Pilati *ipsum exscripsit, sed ineditum adhuc, ut videtur, de quo vide quae suis locis adnotavi.* 7) *Ubi editae sint sequentes narrationes, singulis locis adnotavi.* 8) *Haec etiam demum in secunda recensione exscripta est.* 9) *Gregorii Registrum aliquoties citatur, sed plerumque ex una epistola non ad verbum sumpta sunt, quae Cron. Minor habet, alia, pro quibus Registrum allatum est, in eo non inveniuntur. Unde ex alio libro haec omnia descripta videntur esse.*

in purificatione s. Mariae, Exaltationem s. crucis, Vitas Kiliani, Lamperti Leodiensis, Bedae Venerabilis, Aegidii abbatis, Bonifacii auctore Otloho, Translationem s. Liborii ignotam, legendas Stephani regis Ungariae et Udalrici Augustani hucusque, ut videtur, ineditas, Vitas Heinrici II. imperatoris auctore Adalberto[1] *cum libro miraculorum eius et libro III. postea addito*[2] *et Cunegundis imperatricis*[3]. *Fortasse quaedam de his vel aliis sanctis, quos hoc loco non nominavi, ex martyrologio quodam vel ex adnotationibus martyrologii legendario insertis sumpsit*[4], *neque tamen quisquam hagiographiae gnarus ignorat hoc difficillime statui posse nec mirabitur, quod nihil certius hac de re dixerim.*

Fundamentum quasi operis sui auctor posuit catalogum quendam pontificum Romanorum, ex quo paene omnes annos mensesque regiminis eorum sumpsit[5], *cum in libro Frutolfi-Ekkehardi rarius hos adnotatos invenisset. Ex hoc autem seriem et nomina pontificum cum annis dominicae incarnationis eorum usque ad saec. IX. ex. fere transscripsit*[6]. *Quamvis anni regiminis pontificum, quos ex catalogo sumpsit, differrent ab annis incarnationis Ekkehardi, plerumque tamen hos retinuit*[7]. *Demum ab Urbano papa I. cognoscens annos catalogi sui ab iis Ekkehardi nimis differre et inserto Cyriaco papa annos incarnationis Ekkehardi saepe mutavit neque tamen cum annis regiminis catalogi sui ubique concordavit*[8]. *Itaque, quamvis studeret, ut ad computationem annorum incarnationis Ekkehardi regrederetur, tempora pontificum misero modo conturbavit, praesertim a saeculo IX. exeunte, abinde iam non ausus pontificibus, quorum permulti saec. X. sederunt, annos incarnationis adscribere, donec a Leone IX. papa annos Lamperti et Ekkehardi repeteret.*

Catalogus pontificum, quem auctor secutus est, iam non exstare videtur, sed hic proximus fuit ei, quem Gotifredus

1) *SS. IV, p.* 787—814. 2) *Ibid. p.* 816—820. 3) *Ibid. p.* 821—824. 4) *Nonnulla etiam de sanctis ex cantibus officii ecclesiastici fortasse sumpsit, ut id quod de Clemente I. papa dixit.* 5) *Paucos Ekkehardi retinuit.* 6) *Cum Ekkehardo bis posuit Sixtum II. et Dionysium. Sed ipse ex legenda undecim milium virginum Cyriacum, e Vita Hilarii fabulosa Leonem papam Arrianum addidit.* 7) *Velut Eleutherium Ekkehardus annis* 13 *ab a.* 178. *usque ad a.* 191. *sedisse dixit, quos annos incarnationis frater Minor retinuit, quamvis ipse Eleutherium annis* 15, *mens.* 9 *sedisse scripsisset. Cum Ekkehardus Zepherinum ab a.* 203. *annis* 18 *sedisse scriberet, ei a.* 221. *Victorem successisse dixit, quos annos incarnationis noster repetivit, quamvis Zepherinum tantum annis* 8, *mens.* 7 *sedisse dixisset.* 8) *Velut Stephanum I. ab a.* 275. *usque ad a.* 280. *annis* 8, *mens.* 7 *sedisse dixit.*

Viterbiensis libro suo Pantheon subiunxit[1], *praesertim classi codicum C eiusdem, quacum plerumque in annis ac mensibus sedis pontificum adnotatis convenit*[2]. *Gotifredi catalogo propinquum est Gilberti Chronicon pontificum et imperatorum*[3], *quocum noster rarius quam cum Gotifredo in annis et mensibus pontificum concordat, sed multa statuta paparum allata ad verbum paene cum Gilberti chronico conveniunt, iis etiam locis, quos Gilbertus mutaverat, recedens ab aliis, quibuscum convenire solet*[4], *ut huius libellum inter fontes nostri recensere debeamus, quamvis ipsum nequaquam habuisse videatur. In Gotifredi enim catalogo Leo V, Agapitus II, Iohannes XII. papae omissi sunt, quos noster cum Gilberto rectis locis habet, sed cum aliis omnibus pontificibus annos mensesque regiminis adscripserit, ad hos tres papas adnotavit:* sedit parum, *licet Gilbertus annos mensesque eorum adnotaverit*[5]. *Coniciendum igitur est in catalogo pontificum vel in alio libello a fratre Minore adhibito Gilberti Chronicon exscriptum fuisse, sed in tanta difficultate rerum quidquam certi statui non potest. Alia pauca de statutis et rebus gestis pontificum adnotata cum Decreto Bonizonis Sutrini*[6], *praesertim cum catalogo pontificum, quem liber IV. huius operis continet, conveniunt, neque in dubium vocari potest, quin haec ex Bonizonis libro profecta sint, cum in quarta recensione et in opusculo sub appendicis numero III. edito plura ex eodem exscripta inveniamus. Sed cum auctor tam pauca ex hoc libro sumpta habeat, in quo multa alia statuta pontificum, ipsi ignota, invenire potuisset, ipsum hunc librum exscripsisse non facile credam. Nescio igitur, num excerpta huius libri habuerit, an in chronico quodam an in catalogo suo pontificum haec transscripta invenerit. Ex hoc catalogo procul dubio etiam sumpsit excerpta quaedam ex Libro pontificali, quae in Gilberti Chronico non leguntur; nam ipsum*

1) *SS. XXII, p.* 281—297. 2) *In hoc solo catalogo, quod sciam, falso inter Vigilium et Pelagium I. Fabianus papa insertus est, quem et frater Minor noster eodem loco cum eodem sedis tempore habet. — Dies regiminis paparum, quos Gotifr. habet, noster semper omisit.* 3) *SS. XXIV, p.* 122—136. 4) *Annalibus Ceccanensibus, Gotifredi catalogo.* 5) *Si Gilberti chronicon habuisset, ad Leonem V. quidem adnotare potuit:* sedit parum, *cui ille dies* 40 *adscripserit, sed ad Agapitum II. Gilbert. habet:* sedit annis X, mens. VI, d. X, *ad Iohannem XII. (illi XI):* sedit annis II *(falso pro VIII).* 6) *Edito ab Angelo Mai, Nova patrum bibliotheca t. VII, parte III. Cum magnae partes huius libri ibi omissae sint, nescio an plura nostrae Cronicae ex ineditis sumpta sint.*

Librum pontificalem certo non vidit[1]. *Quae cum hoc et cum Gilberti Chronico conveniunt, minutis litteris, quae cum Gotifredi catalogo congruunt, mediis litteris excudenda curavi, sciat igitur lector annos mensesque pontificum his litteris expressos ubique cum Gotifredi catalogo convenire, nisi aliud adnotavi.*

Statutis pontificum ex Gilberti Chronico sumptis auctor alia ex Honorii Gemma animae addidit, pleraque vero ex Gratiani Decreto et Decretalibus Gregorii IX. excerpsit, quod faciens multos commisit errores, pontificibus decreta tribuens, quae aliorum eiusdem nominis sunt, vel capita Gratiani neglegenter papis adscribens, quorum nomina praecedentibus capitulis inscripta sunt. Cum igitur in Gratiani Decreto multa sint Pseudoisidoriana et multis capitibus falsa nomina inscripta, facile intellegis, quot ac quantos errores rerum scriptor noster congesserit. Multa vero etiam alia statuta pontificum affert, quae in nullo alio libro inveni. In prologo, ubi libros, quos excerpserit, recenset, dicit etiam opusculum quod vocatur Ordo Romanus, *sed in Ordinibus Romanis editis a Mabillone, Musaeum Italicum t. II, nihil invenitur, quod exscripserit, neque omnino, quem librum dixerit, indagare potui*[2]. *Nescio igitur an in hoc ignoto libro multa statuta pontificum, quae affert, invenerit. Ignoro etiam, num ex hoc an ex alio libro sumpserit quae de ecclesiis et festivitatibus Romanis narravit*[3], *quorum quaedam cum Mirabilibus Romae vel cum narrationibus eis postea insertis quodammodo conveniunt. Sed vix facere possum, quin censeam auctorem haud pauca statuta pontificum commentum esse, ea praesertim, quae a multis pontificibus semper iisdem fere verbis repetitis decreta esse dixit*[4].

Etiam annales vel chronica, quae non supersunt, habuit auctor, de quibus nihil statui vel conici potest. Ut enim ex

1) *In codice Montis S. Petri excerpta quaedam Libri pontificalis textui Ekkehardi inserta sunt, ut supra p.* 26. *in Auctario S. Petri vides. Hunc librum demum ab a.* 700. *perscrutatus sum, cum nondum de edenda Cronica Minore cogitarem, cum a.* 1893. *eum evolvebam. Nescio igitur, num ante a.* 700. *ex Libro pontificali in eodem codice quaedam addita legantur, quae frater Minor exscripserit.* 2) *Caput Honorii Gemmae animae IV,* 117. *inscriptum est:* Excerptum de Romano ordine, *sed ex hoc unum tantum locum auctor sumpsit. Vide quae in praefatione appendicis III. de hac quaestione dixi.* 3) *Quorum multa demum in secunda recensione addita sunt.* 4) *Quod ut censeam, maxime me movet, quod et Fabiano papae, qui nusquam extitit (cf. supra p.* 493, *n.* 2*), statutum de Symoniacis, ab ipso multis pontificibus attributum, adscripserit.*

Ekkehardi et Lamperti libris ex his etiam paucissima eum excerpsisse coniciendum est. Non pauca quae habet ex Sigeberti Chronico provenerunt, quod frater Minor neutiquam legisse potest. Unus locus ex Historia tripartita Cassiodori ad eum pervenit, sed hunc solum locum ex ipso hoc amplo libro eum selegisse haud opinaberis. Duos locos nonnisi in Gestis Treverorum inveni, nec tamen hunc librum ab auctore lectum esse conicies[1]. *Non tam pauca iam de primis saeculis adnotavit, quae ex fontibus hucusque recensitis haurire non potuit. Quorum nonnulla etiam in Chronico universali Saxonico lingua Germanica conscripto leguntur, praesertim narrationes Dialogorum Gregorii iisdem locis in utroque opere afferuntur, et haec omnia in aliis libris a chronographo Saxonico exscriptis non inveniuntur. Iure igitur conicies breve quoddam chronicon ab utroque auctore adhibitum esse, sed nota a tempore Karoli Magni nullum vestigium eiusdem fontis in utroque libro inveniri, nisi quae in utroque ex Ekkehardi Chronico exscripta sunt. Num ex eodem chronico an aliunde reliqua sumpserit, quae in libris adhuc exstantibus non leguntur*[2], *nemo coniectura assequi poterit. Ex annalibus vel chronicis Thuringicis Erphordensibusve hausta esse patet, quae de monasteriis Walkenriedensi, Vallis S. Georgii fundatis*[3], *de ruina domus Erphordensis habet*[4]. *Indiculum etiam quendam ordinum religiosorum fundatorum adhibuisse videtur, ut in praefatione appendicis II. exposui. Sane fama relatas retulisse videtur fabulas, quas primus narravit, de papissa, quam, ut supra p.* 488. *dixi, Romae audivisse videtur, de Hattone et Willigiso archiepiscopis Moguntinis, visionem Innocentii III. papae in iudicium divinum adducti*[5]. *Fabula corizantium Colbecensium sane ex relatione Otberti excerpta est, num vero ipse auctor eam legerit, in dubio relinquere mallem. Fabulae de Silvestro II. papa (Gerberto) saltem nonnulla, quae tradit,*

1) *Paucissima alia ex Isidori et Bedae chronicis profecta sunt.* 2) *Nota eum de concilio Moguntino a.* 1049. *aliquid veri narrasse, quod nusquam alibi relatum est.* 3) *Haec et alia Cronicae Minoris, quae cum Indiculo ordinum relig. in Appendice (II) edito conveniunt, in Libri cronicorum Erford. infra editi appendice recurrunt. Ac difficile est cognitu, num haec ex eodem fonte in utroque libro hausta an ex Cronica Minore in hoc descripta sint.* 4) *Vide quae de annalibus in quarta recensione exscriptis infra p.* 510. *dixi.* 5) *L. Weiland b. m. falso coniecit, 'Hist. Zeitschr.' XLIII (N. F. VII), p.* 315, *ea, quae his fabulis in Floribus temporum addita sunt, olim in Cronica Minorum extitisse, sed iam pristino tempore excidisse. Quod cum 'N. Archiv' VI, p.* 406, *reiecissem, ipse mihi hac in re se erravisse concessit.*

Romae eum audivisse conicere potes. Pauca ac tenuia auctor de rebus suo tempore gestis scripsit, verum se fratrem Minorem probans eo, quod plurima de pontificibus Romanis sui temporis[1], *plura de ordinibus Minorum et Praedicatorum, de rebus in Francia et in Italia et in Terra Sancta gestis, paucissima de rebus patriis retulerit. Utilior iam est et unum locum de re in patria gesta gravissimum continuatio paucis annis post addita continet.*

Recensio enim a. 1261. *edita libri sui tenuis atque aridi neque ipsi auctori suffecit, qui eum paucis annis post ampliatum et continuatione a.* 1261—1265. *auctam iterum edidit. Cuius continuationis pars prior iam scripta est, antequam obitus Urbani IV. papae a.* 1264. *Oct.* 2. *defuncti Erphordiae innotesceret, quod apparet loco a.* 1264, *ubi de bello inter hunc papam et Manfredum principem gestum referens:* Sed, *ait,* dominus papa Urbanus . . . . . se defendere non sufficit, *quae post obitum papae relatum scribi non potuerunt. Postea vero alteram partem addidit, in qua inter alia mors Urbani et electio Clementis IV. papae relatae sunt. Hanc auctor a.* 1265. *aut a.* 1266. *ineunte scripsit, antequam de proelio Beneventano a.* 1265. *Febr.* 26. *commisso, in quo Manfredus occisus est, quidquam referretur. Nam in ea dicit bellum inter Clementem papam et Manfredum ingravatum esse* pro patrimonio s. Petri, quod . . . . Menfridus tenet violenter. *Nec dubium, quin ipse auctor hanc recensionem a.* 1265. *fecerit atque ediderit, ut in praecedentibus iam praesumpsi. Eam enim Erphordiae scriptam esse patet sub a.* 1262, *ubi quidam frater ordinis Praedicatorum Erphordensis fulgure ictus esse dicitur. Atque in continuatione a.* 1261—1265. *quidem plura de fratribus Praedicatoribus quam de Minoribus leguntur, sed frater Minor evadit eius scriptor, ubi dicit (a.* 1262*) fratribus Minoribus et Praedicatoribus litteras a papa datas esse, praeponens nomen Minorum ei Praedicatorum*[2]. *Atque etiam in hac recensione addita sunt, e quibus scriptorem fratrem ordinis Minorum fuisse apparet*[3]. *Tum vero in hac recensione scriptor multa addidit iisdem libris usus, quos ipse*

1) *In hac parte auctor tres litteras pontificum Romanorum adhibuit vel citavit, ex decreto Innocentii IV. in concilio Lugdunensi promulgati, quo papa Fridericum II. imperatorem imperio et regno deposuit, huius calumnias exscripsit.* 2) *Frater ordinis Praedicatorum Suevicus nimirum in sua recensione nomina transposuit.* 3) *Sub a.* 1212. *de ordine s. Clarae a s. Francisco instituto, de fratribus Minoribus in Marrochio martyrizatis, sub a.* 1254. *de obitu s. Clarae.*

auctor libri excerpserat, videlicet praeter eos quos iam supra dixi[1], *Ekkehardi codice Gothano, Gratiani Decreto, catalogo pontificum cum excerptis ex Libro pontificali*[2]. *Qua re observata sane nullus scrupulus restat, quin a.* 1265/6. *hanc Cronicam ab ipso auctore retractatam esse credamus.*

Primae recensionis (A), ut iam dixi, unum tantum codicem habemus:

A 1) *Pragensis bibliothecae universitatis IV. H* 25, *chartac.* 8⁰, *una manu saec. XIV, certe in Bohemia*[3] *et fortasse in coenobio Cladrubensi*[4] *scriptus, cuius a.* 1386. *fuisse videtur*. Sed manu saec. XIV—XV. in posteriore tegumento scriptum est:* Iste est liber Iacobi plebani de Mutyna[5]. Qui fuit anus (!) et bene canus. *Cronicae ipsi in foliis* 1—39'. *litteris et numeris signatis, in binas columnas divisis, scriptae praecedit in foliis novem numeris non signatis index alphabeticus ad ipsam spectans, ut*

Auguria et sortilegia et mayce artes prohibite sunt q. III,

littera et numero alia manu additis. Quae altera manus omnes fere numeros annorum Domini et multos alios numeros in spatiis prima manu vacuis relictis scripsit[6] *et quae-*

*) *Nam in priore columna posterioris tegumenti scriptum est hoc carmen miserum:*

Domini in anno mileno et trecenteno 1386.
Sex et octaginti[a] in festo corporis Cristi *Iun.* 21.
Mane ex Misa tumultus velud in reysa.
Equestres, pedestres, currus cum armis ducentes,
Septingenti numero virorum cum duodeno
Venerunt Cladzunam ad nove valve ruinam.
Quos fugaverunt monastici et plagaverunt
In brevi bello ablato illis vexillo[b].
'Cladyz ruby' dixerunt, dum arma, plaustra tulerunt.
Sic festo Christi Cladzuna Mysam vicisti,
Adiuti[a] pia cum prole matre Maria,
Pro tunc abbate domino[c] Raczkone dictoque Czalde.

a) *sic c.* b) etc. *alio atram. add.* c) dño *c., quod delendum est.*

1) *P.* 489. *et p.* 491. 2) *Non tam inter fontes historicos quam inter libros a scriptore secundae recensionis laudatos addendi sunt Isidori Etymologiarum libri et Glosa Bibliae.* 3) *Nam in posteriore tegumento* Ave Maria *lingua Latina et Tschechica manu saec. XIV—XV. scriptum est:* Panno mila Maria bud milostiwa *etc.* 4) *Kladrau prope Miess.* 5) *Nescio, quomodo haec villa Bohemica nunc nominetur, fortasse Motten aut Muttaschlag (Tschechice* Mutineves*) (Gbz. Neuhaus).* 6) *Quod*

dam menda prioris scribae correxit. Qui vetustum sane et satis bonum librum neglegentius in exemplar transscripsit, multis mendis librum maculavit[1] *et praesertim saepe singula verba vel plura omisit, ut aliquoties quaestio oriatur, num loci, qui in hoc codice desunt, in recensione A defuerint, an ab hoc tantum scriba omissi sint, at hoc saepe diiudicari potest, collato*

A 2) *Chronico Veterocellensi, quod codex universitatis Lipsiensis nr.* 1314, *membr. saec. XIII, f.* 1—48'. *continet. In hoc enim Chronico, de quo egi 'N. Archiv' VI, p.* 401—414, *magnae partes ex Cronica Minore primae recensionis usque ad a.* 1261. *et praesertim extrema eius pars ab a.* 1219. *paene integra descriptae sunt. Sed in prioribus partibus Chronici paucissima ex Cronica Minore de imperatoribus, quorum historiam monachus Veterocellensis ex Chronici universalis Saxonici versione descripsit, pleraque de pontificibus Romanis excerpta sunt. Numeri annorum fere omnes omissi sunt. Hoc codice igitur iterum collato saepe cognosci potuit, quae a scriba codicis Pragensis vitiata et omissa sint, quae plerumque ne adnotavi quidem iis locis, quos codex Lipsiensis integros praebet*[2]. *Neque tamen ubique veram lectionem recensionis A habemus, ubi A* 1 *et A* 2 *conveniunt, cum pateat et Pragensem et codicem deperditum Cronicae Minoris Veterocellensem ex eodem libro iam aliquot mendis depravato, non ex diversis codicibus ex autographo recensionis I. descriptis, profectos esse*[3].

Recensionis alterius anni 1265. *(B) quidem multos habemus codices, sed omnes postremo ad unum iam depravatum et multis mendis maculatum librum redeunt*[4]. *Ideo non*

---

factum est, ne numeri, ut fieri solebat, a rudi et neglegente scriba corrumperentur. 1) *In mediis sententiis nulla signa distinctionis posita sunt. — In verbis* anno Domini *semper fere littera* A *minio scripta est, saepe etiam falso, ubi* anno Domini *media in sententia legitur.* 2) *Ubi codex A* 1 *menda habet, A* 2 *vero veram lectionem, hoc indicavi addito* (non A 2 *vel* A 2 ut ed.), *cum non adnotari potuerit, quae in A* 2 *excerpta, quae omissa sint.* 3) *Velut A* 1. 2 *habent* Gother *pro* Sother; civitates *A* 1. 2, *ubi reliqui libri recte* civitatum; degradandi ab episcopis tradendi *A* 1. 2, *ubi reliqui recte* degradati ab ep. tradentur *habent. Plura non addo, quoniam ipse lector in apparatu critico facile multa reperiet, quibus hoc probatur.* 4) *Quod ut demonstrem sufficit attulisse omnes codices recensionum B. D sub a.* 1241. peregrina menia *vel* per. media *vel verbum* menia *alia modo corruptum praebere pro* peregrina turba. *Sub a.* 1245. *iidem codices, sed et codex unicus quartae recensionis, habent:* Clericos quippe collectos multipliciter *pro* Clericos quippe collectis et taliis multipl.

facile credi poterit hunc codicem archetypum recensionis B fuisse. Neque tamen hoc omnino negari potest, nescimus enim, quomodo liber archetypus huius recensionis conscriptus sit. Fieri potuit, ut auctor in autographo suo recensionis A ea deleverit, addiderit, mutaverit, quae in recensione B omissa, adiecta, mutata sunt, ut hoc scribae parum perito religiosoque ac neglegentiori in exemplar transscribendum tradiderit, ex quo exemplari omnes codices nostri recensionis B profecti sint. Ac sane additamenta recensionis B in marginibus libri autographi A scripta fuisse eo probari videtur, quod nonnulla horum additamentorum diversis locis in recensiones alteram et tertiam et quartam recepta sint[1]. Certo apparet et recensionis A exemplar transscriptum et in publicum emissum esse, antequam continuatio a. 1262—1265. adderetur, et recensionem B in exemplaria transscriptam et vulgatam esse, antequam Continuationis I. pars I. a. 1266—1267. scriberetur. Unum horum exemplarium archetypum librorum recensionis B qui supersunt fuisse videtur. Qui in tres secernendi sunt classes, in quibus diversae continuationes operi fratris Minoris ab aliis adiectae sunt.

Prima classis est codicum B 1. $1^{a.\,b}$, in quorum archetypo continuatio brevis a. 1266—1268, quam B 1 solam habet, nobis quinta, subiuncta et ad a. 1256. relatio brevis, qua archiepiscopus Moguntinus in allodio monasterii Volkolderode captus esse dicitur, addita erat. In codice vero deperdito, ex quo libri B 1^{a} et B 1^{b} descripti sunt, altera longa continuatio adiecta erat, quam integram solus codex B 1^{a} praebet, nobis sexta. Haec in tres partes diversis locis scriptas dividenda est. In priore parte a. 1269—1276. sub a. 1269. res ab abbate de Reifenstein monasterio Thuringico ordinis Cisterciensis gesta narratur, sub a. 1271. signum lunae a quodam monacho monasterii Volkolderodensis Thuringici ordinis Cisterciensis visum esse traditur. Hoc et additamento a. 1256. observato W. Erben[2] recte coniecisse videtur archetypum codicum B 1. $1^{a.\,b}$ indeque Continuationem V. et sextae partem priorem in coenobio Volkolderodensi[3] scripta fuisse. Sane non dubitari potest, quin monachus quidam Cisterciensis Thuringicus additamentum a. 1256. et Conti-

1) Sane nonnusquam C 1 cum lectione diversa recensionis B convenit, sed hoc casu vel ex arbitrio scribae quaedam mutantis effectum esse potest. 2) 'N. Archiv' XXII, p. 447. 3) Hodie Volkenroda in ducatu Gothano. Abbatia Reifensteinensis fuit filia Volkolderodensis; Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 146 sq.

nuationis VI. partem priorem scripserit. Altera pars a. 1278—1291. *ad verbum ex Annalibus S. Nicolai Pataviensibus*[1] *descripta est*[2], *quod non in Thuringia, sed in exemplari codicis Thuringici in Bavariam delato factum esse patet. Tertia pars, quam Bohemicam*[3] *vocavi, gesta pontificum et imperatorum a.* 1288—1330.[4] *breviter enarrat, quam W. Wattenbach b. m. primus edidit in 'Archiv f. K. Oesterreichischer GQ.' XIV, p.* 11 *sqq. Haec in priore editione nostra omissa erat, sed iam eam, lectionem codicis Matseensis nactus, emendatam Continuationis VI. partibus I. et II. adieci, cum auctor eius in archetypo codicum* $B\,1^{a\cdot b}$ *procul dubio eam adiunxerit*[5], *ut narrationem rerum ibi usque ad a.* 1290. (1291) *perductam ad sua tempora usque produceret. Non prorsus inutilis est haec narratio a simplici viro, nullo subsidio uso, ex memoria rudi sermone composita, qui iam non memoria tenuit, quibus annis res narratae gestae sint, sed aut numerorum locum vacuum reliquit aut falsos plerumque numeros annorum indicavit*[6]. *Nam sane apparet ab uno auctore, quod W. Erben l. l. p.* 448 *sq. bene perspexit, hanc partem compositam esse, quamvis in codice Matseensi extrema eius particula desit. Quem paulo post a.* 1335.

1) *SS. XXIV, p.* 60 *sq. editis.* 2) *Ut W. Erben l. l. p.* 447. *statuit.* 3) *W. Erben l. l. p.* 449. *in dubio reliquit, ubinam haec pars scripta sit, nec sane locus, quo auctor eius vixerit, indagari potest, sed praeter gesta regum et pontificum auctor maxime Bohemica narravit et Iohannem regem Bohemiae, quo vivente scripsit, laudibus ornavit, contra gesta Alberti et Friderici regum gentis Austriacae averso ab iis animo tractavit. Unde hanc partem a quodam clerico Teutonico in Bohemia vivente compositam esse mihi persuasum habeo.* 4) *In cod.* $B\,1^{a}$ *sequitur additamentum a.* 1421. 5) *W. Erben l. l. p.* 449. *hanc partem olim non Cronicae Minoris, sed Florum temporum continuationem fuisse censuit. Sed quomodo hoc statui possit, non video, cum in Cronicae Minoris, non Florum temporum codice haec inveniatur. Et auctor ab eo tempore, quo Continuationis VI. pars II. desiit, id est ab obitu Rudolfi I. regis, narrandi exordium fecit, eo modo gesta regum post aliquot pontificum res gestas inserens, quomodo in Cronica Minore hoc factum esse vidit. Ac constat huius partis auctorem Flores temporum minime habuisse, quos legens scivisset, quoti huius nominis fuerint pontifices Nicolaus IV, Caelestinus V, Benedictus XI, cum numeri ordinales paparum in his adnotati sint. Sed auctor eos ignoravit, locos vacuos iis inserendis relinquens, cum in Cronica Minore numeri ordinales pontificum non inveniantur. Et Flores temporum continuans scriptor ignorare non potuit Adolfum iam fere tempore Nicolai IV. papae regnasse. Sed hic graviter hac in re erravit. Scriptor codicis Matseensis Flores temporum exscripsit, auctor huius partis eos nunquam vidit.* 6) *Scriptor codicis Matseensis omnes numeros huius partis more suo omisit; vide Erben l. l. p.* 453, *n.* 1.

scripsisse patet, cum Heinrici ducis Karinthiae hoc anno defuncti obitum commemoraverit[1].

Codex deperditus huius classis cum Continuatione V. et sextae parte priore[2] *exscripta est in Continuatione Chronici Veterocellensis*[3] *saeculi XIV, infra in appendice (I) edita. Iam ipsos codices recenseamus:*

B 1) *Codex bibliothecae palatinae Vindobonensis Lat. nr.* 589 *(olim Hist. prof.* 844, *Ambras.* 255*), quem in priore editione mea B* 3 *signavi,* 41 *folia membranacea formae quadratae minoris continens, in quibus quidam Iohannes*[4] *saeculo XIV. Cronicam Minorem secundae recensionis cum Continuatione V. parum diligenter scripsit*[5]. *Multa prima manu mendose scripta ex ipso codice qui in hoc exemplar transscriptus est emendata sunt*[6], *sed etiam multa menda huius scribae remanserunt. Aliquoties in hoc codice particulae paginarum a latere textus vacuae relictae sunt. Quod iam in archetypo huius recensionis factum esse videtur, ut alia postea addi possent.*

B 1[a]) *Codex Pesthinensis Musei nationis Ungaricae Lat. nr.* 229[7], *chartac. fol., a.* 1426. *per quendam Oswaldum ex codice anni* 1421. *in exemplar satis perspicue, sed mendosissime transscriptus*[8], *in foliis* 52 *in binas columnas divisis solam Cronicam Minorem ut B* 1 *cum Continuationibus V. et VI. et Bohemica, foliis* 52′—55 *vacuis re-*

1) *W. Erben l. l. hunc locum postea insertum esse coniecit, opinatus fieri oportuisse, ut auctor Benedicti XII. papae mentionem fecisset, si post a.* 1334. *scripsisset. Hoc vero non omnino concedes, cum auctor hoc papa vivente, fortasse uno tantum anno post electionem eius scripserit.* 2) *Sed huius tantum narratio a.* 1269. *exscripta est. Ignoratur igitur, num in illo codice iam reliqua huius partis usque ad a.* 1276. *addita fuerint.* 3) *Nota etiam hoc monasterium ordinis Cisterciensis fuisse.* 4) *Cf. supra p.* 487, *n.* 3. 5) *Cf. 'Archiv' X, p.* 480; *Tab. codd. manuscr. Vindobon. I, p.* 102. *Praesertim compendia vocabulorum et syllabarum* ubi, ut, nec, nisi, ver, vir *plerumque in hoc codice et in aliis parum perspicue scripta sunt, ut vix discerni possint.* 6) *Prima pagina cum valde detersa esset, posterior manus in prologo quaedam vitiosa inscripsit, quae non adnotavi.* 7) *Ad priorem editionem parandam hic codex non adhibitus est, ibi signatus B* 3*. 8) *Nam post Continuationem Bohemicam additum est:* Nunc autem regnat Sigismundus rex Ungarie in nono anno eius eleccionis et pronunc sub anno Domini M⁰CCCC⁰XXI⁰ circa festum ascensionis Domini cum maxima multitudine Ungariorum et Polorum (!) . . . in Nůrenbergam ad celebrandum concilium reverenter accessit. Proficiat eis! *etc. Tunc subscriptum est:* Expliciunt Cronice Romanorum per manus Oswaldi de S . . . . . a (*nomen erasum.* S *cum Wattenbach legere mihi visus sum, non* F, *ut Erben voluit, fortasse scriptum erat* Suevia) anno Domini M⁰CCCC⁰XXVI. in vigilia omnium sanctorum.

lictis[1], *continet. Nulla signa distinctionis praeter litteras initiales minio scriptas posita, saepe etiam initia sententiarum non litteris maiusculis distincta sunt. Non constat, ubi scriptus sit*[2]. *Nonnulla quae ad ordinem fratrum Minorum spectant omissa sunt.*

B 1[b]) *Codex Matseensis* 4⁰. *saec. XIV, qui dicitur Liber traditionum, non continet ipsam Cronicam Minorem, sed p.* 183 *sqq. compilationem in illo monasterio factam, de qua W. Erben 'N. Archiv' XXII, p.* 445 *sqq. luculentissime egit. Qui docuit longe maiorem partem Cronicae nostrae cum partibus continuationum V. et VI. et Bohemicae*[3] *ibi descriptam esse. V. Cl. W. Erben hunc codicem cum editione nostra priore ab a.* 700. *incipiente a.* 1887. *contulit et partes continuationis Bohemicae ex eo descripsit, qui schedas suas in nova hac editione adhibendas summa cum benevolentia precanti mihi transmisit.*

Secundam classem codicum recensionis anni 1265. *faciunt codices B* 2. 2[a]. 3. *In his pleraque, quae ad ordinem fratrum Minorum pertinent, omissa sunt, econtra unus locus de Bernhardo Clarevallensi sub a.* 1154. *additus est, unde coniciendum est archetypum horum trium codicum in monasterio quodam ordinis Cisterciensis scriptum esse. In hoc nulla continuatio addita erat, nam in B* 2[a. b], *qui codices ex eodem libro in Bohemia scripto*[4] *profecti sunt, continuatio ex Martini Oppaviensis Chronico pontificum et imperatorum tertiae editionis descripta legitur, B* 3 *aliam praebet, de qua infra dicendum est.*

B 2) *Codex Berolinensis bibliothecae regiae Lat. fol. nr.* 136, *chartac. fol., saec. XVI. in.*[5], *olim Andreae Hedionis, professoris publici Regiomontani, bene ac non nimis mendose ignoto loco scriptus, f.* 98—135'. *Cronicam Minorem cum continuatione iam dicta continet.*

B 2[a]) *Codex Pragensis bibliothecae universitatis VIII. B* 11, *chartac. fol., saec. XV. in Bohemia a quodam Tschechico scriptus*[6], *f.* 154'—196'. *Cronicam Minorem cum*

1) *F.* 52, *col.* 2. *versus vulgatissimi* Gallorum levitas *etc. scripti sunt.* 2) *Additamentum anni* 1421. *in Ungaria scriptum esse videtur.* 3) *Huius partem ex hoc codice edidit W. Wattenbach, SS. IX, p.* 823 *sq., non recte eam Annalibus Matseensibus attribuens. Quae pars in hoc codice iam a.* 1313, *obitu Heinrici VII. imperatoris narrato, desinit.* 4) *Nam nomini Deusdedit papae versio Tschechica* Bohdal *in codd. B* 2. 2[a] *addita est.* 5) *Cf. 'Archiv' VIII, p.* 828; *SS. XVII, p.* 711. *Hic liber in priore editione B* 6, *sequens B* 6[a] *signatus est.* 6) *Nam f.* 20'—24'. *legitur:* Catonis explicatio versuum moralium cum interpretatione Bohe-

continuatione ex Martini Chronico descripta continet. Prologus omissus est et post initium Cronicae Minoris sequitur particula ex Martini Oppaviensis Chronico sumpta, sequente parte Cronicae Minoris omissa, quae demum ab anno nativitatis Domini transscripta est. Omnium quos unquam legi hic codex mendosissimus est, multae sententiae ita sunt corruptae, ut nemo hoc solo libro usus intellegere posset quae dicantur, permulta verba ita depravata, ut ne sagacissimus quidem ea coniectura emendare posset. Attamen hic liber non penitus neglegendus erat, qui saepe facit, ut lectiones huius classis cognosci possint, ubi B 2 *vel B* 3 *vitiosa habent.*

B 3) *signavi codicem Pistorii deperditum, qui olim monasterii S. Aegidii Brunsvicensis, Pistorii tempore Heinrici Petreii fuit, ab illo Script. rerum German. (Francofurti* 1583*) I, p.* 705—752 *(ed.* 3. *curante Struvio I, p.* 1057—1113*) editum; qui duos titulos huic operi indidit. Ante prologum apud eum legitur:* Chronicon excerptum de diversis chronicis summorum pontificum et imperatorum *etc., post prologum* Compilatio chronologica, *quo titulo etiam singulae paginae signatae sunt. In hoc codice aliquot loci, praeter eos qui etiam in codd. B* 2. 2^{a} *desunt, omissi erant. Post Cronicam Minorem recensionis anni* 1265. *sequitur Continuatio a.* 1270 —1300, *nobis septima, tum Annales monasterii S. Aegidii Brunsvicensis a.* 1303—1474. *subiuncti sunt. Hos enim demum ab a.* 1303. *incipere ex eo iam cognoscere potes, quod ab hoc loco post narratiunculas copiosiores brevissimae et tenuissimae notitiae scriptae sint, maxime vero ex eo probatur, quod cum multis locis Cronicae Minoris longiores relationes a.* 1294. 1298. 1300. *Continuationis septimae auctor Cronicae Reinhardsbrunnensis* [1], *ex sequentibus annalibus nihil exscripserit; cuius codicem proximum fuisse huic Pistorii etiam ex eo perspicis, quod monachus Reinhardsbrunnensis etiam additamentum a.* 1154. *huius classis descripserit* [2]. *Hanc Continuationem septimam* [3], *nescio quo loco scriptam* [4],

mica *(Tschechica). Huic praecedunt f.* 8'—20': Incipit Cronica Michardi(!) episcopi Cremenensis(!) tractans de materiis biblie et aliarum historiarum. Obiit in mense Iunii anno Domini MºCCCXVº(!). Sichardus in coriā suam(!) dicit: Quod anno Augusti Octaviani Xº defecit pontificatus Iudeorum *etc. Excerpta ex priore parte Chronici Sicardi Cremonensis nullius pretii. — Cf. de hoc codice 'Archiv' X, p.* 665 *sq.*

1) *SS. XXX, p.* 639. 641 *sq. Ex qua Cronica sententia a Pistorio omissa suppleri et menda eius corrigi potuerunt.* 2) *Ib. p.* 536. 3) *Ab uno auctore hanc conscriptam et post a.* 1288. *inceptam esse censeo, qui pontifices a.* 1277—1288. *electos uno tenore recensuerit.* 4) *In*

edidi SS. XXX, p. 719 *sq. Pistorii editio non solum mutila est, ut dixi, sed etiam mendis gravissimis scatet, saepe nonnulla verba omissa, alia male transposita sunt; quod non mirum, cum Pistorius unum codicem non ante saec. XV. ex. scriptum*[1] *habuerit*[2]. *Cuius editionem cum Leibnitius, SS. rerum Brunsvic. III, p.* 558—600, *recudendam curaret, animadvertens postremam partem in monasterio S. Aegidii Brunsvicensi scriptam esse, a monacho huius ecclesiae totum librum compositum esse opinatus, Chronicam S. Aegidii non bene nominavit*[3], *quo sub titulo tres diversae eius partes plerumque citabantur.*

Tertia classis librorum recensionis B complectitur codices B 4. 5. 5[a] *et archetypum recensionis fratris Suevici ordinis Praedicatorum (D). Hi codices id singulare habent, quod non puram recensionem B praebent. In archetypo enim eorum, qui recensionem hanc continebat, Continuatio brevissima a.* 1265—1274[4], *nobis tertia, addita est, in qua duo loci ex Continuatione quartae editionis, prima nostra, descripti sunt, et ex eodem codice quartae recensionis, ex quo hi sumpti sunt, haud pauci loci adiecti sunt*[5]. *Hos in marginibus foliorum et archetypi illius et exemplarium quorundam ex eo transscriptorum scriptos fuisse patet*[6], *cum non omnes codices huius classis et recensionis D omnes hos locos contineant, unde cognoscis ab aliis scribis alios locos in marginibus scriptos non receptos esse. Haud dubito, quin liber archetypus huius classis in conventu fratrum Prae-*

Thuringia vel in Saxonia eam conscriptam esse conicies, cum exemplaria Cronicae Minoris hac Continuatione auctae in monasteria Reinhardsbrunnense et S. Aegidii Brunsvicense allata sint. 1) *In prologo enim numerus* MCCLXI. *in* MCCCCLXXIV. *mutatus est. Et si Cronica Minor et Annales S. Aegidii in Pistorii codice diversis manibus diversi temporis scripti fuissent, hic animadvertisset non unum opus se edidisse. Sed in praefatione scripsit:* Compilatio Chronologica e diversis Chronicis ab anonymo authore excerpta. 2) *Multas rubricas narrationibus praescriptas, ex codice procul dubio sumptas, Pistorius habet, quas non adnotavi.* 3) *Non recte W. Wattenbach, 'D. GQ.' ed.* 6. *II, p.* 464, *Pistorii magnam compilationem et Leibnitii Chronicam S. Aegidii, tamquam diversa duo opera essent, distinxit. Leibnitius, SS. III, p.* 19 *sq., e coniectura quaedam menda editionis Pistorianae recte correxit.* 4) *Sed in archetypo codicum B* 5. 5[a] *additum est Gregorium IX. a.* 1276. *defunctum esse.* 5) *Hoc sine ulla dubitatione dicendum est, cum et loci recensionis quartae in codicibus huius classis inveniantur, qui in recensione B exstabant, in quarta vero recensione mutati vel transpositi sunt, ut de eadem re bis in his libris relatum sit, ut talibus locis adnotavi.* 6) *Unus eorum a.* 1241, *qui tantum in B* 4. 5[a] *invenitur, etiam nunc in uno horum codicum in margine scriptus est.*

dicatorum Erphordensi scriptus fuerit. In eo enim additum erat a. 1228. *fratres Praedicatores Erphordiam advenisse, quod etiam in Annalibus eorum supra p.* 81. *dictum est, contra omissum quod in Cron. Minore traditur, fratrem quendam ordinis Praedicatorum Erphordensem a.* 1262. *fulmine ictum esse*[1]*; omissa sunt etiam quaedam ad ordinem Minorum spectantia. Atque facile fieri potuit, ut in hoc conventu liber recensionis B ex quarta recensione fratrum Minorum Erphordensium augeretur, ut exemplar huius libri in conventum quendam Suevicum ordinis Praedicatorum Erphordia asportaretur. Cum Continuatio communis codicum B* (4). 5. 5^{a}. *D usque ad a.* 1274. *producta sit, eorum archetypum hoc anno scriptum fuisse apparet. Libri huius classis sunt:*

B 4) *Codex Vindobonensis bibl. palatinae nr.* 364 *(Hist. prof.* 72*), membr. fol., olim* Liber S. Marie virg. in Newnburga claustrali[2], *extrema parte f.* 201—213. *(p.* 423 —448*) Cronicam Minorem manu saec. XIV. in. pulchre et perarte in longis lineis, sed mendosius scriptam continet*[3], *quae in hoc libro iam desinit in a.* 1256. *verbis* partes Christianorum ultra mare, *sed sequens folium iam diu abscisum — nam extrema pagina codicis, ut nunc est, per diutinum tempus tegumentis*[4] *non compacti valde detersa est — codici Vindobonensi eiusdem bibliothecae nr.* 373 *(Hist. prof.* 83*) insutum*[5] *eius f.* 8. *est, cuius pagina recta sequentem partem Cronicae Minoris continet, sed haec iam desinit in extrema linea huius folii in a.* 1264. *verbis* miserabiliter submerserunt. *Neque tamen dubitari potest, quin reliqua non solum, sed et Continuatio III, quam codices B* 5. 5^{a}. *D praebent, in archetypo huius codicis extiterint. Pro his vero alter scriba monasterii Neuburgensis in pagina versa initium Historiae annorum* 1264—1279.[6] *usque ad*

1) *Ne quis crederet hoc divina ultione factum esse.* 2) *De quo cf. 'Archiv' X, p.* 461 *sqq.; SS. IX, p.* 484. 606; *Tab. codd. manuscr. Vindob. I, p.* 56. 3) *Aliquoties in hoc libro rubricae narrationibus praescriptae sunt, ut* Nota de conciliis. Diverse hereses. De papa muliere. De calice *etc., quas in apparatu critico non adnotavi.* 4) *Tegumenta, quibus liber nunc compactus est, sunt anni* 1669. 5) *Quod cum olim coniecissem, nunc Lechner socius noster inspecto utroque codice confirmavit, qui mihi perscripsit hoc folium minime fuisse extremum quaternionis, ut W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 464, *dixit, sed foliorum* 13, *quae in cod.* 364. *Cronicam Minorem continent, duodecim priora sunt sex folia duplicia, cohaerentia, folium* 13. *separatum est, cui addendum folium* 8. *codicis* 373, *quod itidem separatum fuit. In pagina versa folii* 8. *sub textu quidem* XXI *(non* XXIV*) manu scribae huius paginae scriptum est, quod quomodo explicandum sit, non patet.* 6) *SS. IX, p.* 649 *sqq. editae.*

a. 1267. scripsit, cuius reliquam partem periisse patet[1]. Folii 8. codicis 373. olim W. Wattenbach b. m. apographon fecit. Aut archetypum codicum B 4. 5. 5^{a} aut codicum B 5. 5^{a} a. 1276. scriptum erat, ut ex adnotatione p. 504, n. 4. apparet.

Codices enim B 5. 5^{a} ex eodem libro mendosius scripto profecti artissime inter se cohaerent[2], scilicet

B 5) Codex Briegensis gymnasii Fb 77 (Ms. d 2), membr. fol., olim ecclesie sancte Hedwigis in Brega, 136 foliorum, quorum f. 54—87, in binas columnas divisa, Cronicam nostram cum Continuatione tertia manu saec. XIV. in. magnis litteris nitide nec nimis mendose scriptam continent[3].

B 5^{a}) Codex Vindobonensis bibliothecae palatinae nr. 436 (Hist. prof. 478), membr. fol., saec. XIV, qui duodecim foliis in binas columnas divisis hanc solam Cronicam continet[4]. Multa mendose scripta ab ipso scriba et posterioribus manibus correcta sunt. Cum in codice, ex quo hic descriptus est, folium extremum falso loco insutum esset, extrema pars[5] Cronicae falso loco f. 6^{d}—7^{c}. in hoc scripta est. In marginibus multa nullius momenti posterioribus manibus adscripta sunt, nunc ex parte a bibliopego abscisa.

1) Aut igitur extremum folium codicis, ex quo Cronica Minor in exemplar transscripta est, perierat, aut, quod magis arridet, Claustroneoburgenses extremam partem illius libri neglexerunt, cum Historiam a. 1264—1279. transscribendam haberent. Conicere posses iam auctorem Historiae annorum 1264—1279. Cronicam Minorem recensionis B legisse, cum de cometa a. 1264. scribens eiusdem loci Isidori, qui in Cron. Minore laudatur, mentionem fecerit. 2) In utroque libro eaedem rubricae, quae in B 4 inveniuntur, et permultae aliae insertae sunt, quas non adnotavi. 3) Posterior manus in marginibus multa e coniectura corrigere frustra conata est. — Reliqua quae in eo exstant vide 'Archiv' XI, p. 712; SS. XXIV, p. 174, n. 7. — F. 136. hi versus scripti sunt:

Conversio sancti Pauli.
Clara dies Pauli designat fertilitatem,
Si fuerint venti, generantur prelia genti,
Si fuerint nebula, pereunt animalia multa,
Si nix vel pluvia, designat tempora cara.

Sequuntur duo versus, quos supra p. 385, n. 4. edidi. 4) In B 5. 5^{a} sequitur notitia brevis, inscripta Quatuor magna concilia, quae et in codice C 2 f. 155. legitur, in archetypo igitur huius classis ex libro quartae recensionis huius Cronicae transscripta erat. In utroque codice B 5. 5^{a} etiam nota addita est e clausula catalogi pontificum codicis C 2 descripta. Vide p. 512. 5) Cum Cont. III. et notitia de quatuor conciliis (ab his verbis ab officiis et beneficiis perpetuo sub a. 1256/7), quae scripta sunt post verba ponatur, et quod incensum in gestis Gregorii I. Quod correctum est his verbis f. 6^{d}: etc. quere in fine tercie columpne post istam circa tale signum ·)(·, et Ea que secuntur in proximis tribus columpnis usque ad tale signum ·)(· debent stare in fine huius cronice sive tractatus. Et f. 12^{d}: Residuum quere ante sex folia circa tale signum ·)(·.

Iterum iam post duos fere annos auctor noster, ut videtur, novam continuationem addidit. Hanc enim a fratre quodam ordinis Minorum compositam esse primo aspectu apparet ex iis multis quae de fratribus Minoribus diversarum terrarum narrata sunt. Etiam in Thuringia eam scriptam esse ex ipsa patet[1], *Erphordiae quidem in ea mentio non facta est, sed cum quartam recensionem, in quam haec continuatio recepta est, in conventu Minorum Erphordiae scriptam esse infra demonstraverimus, hanc etiam ibidem ortam esse constat*[2]. *Ultimo loco unici codicis, qui hanc recensionem continet, Conradinus in Italia prosperari, iam a Romanis in senatorem Urbis electus esse dicitur, quod aliquot septimanis post diem Iulii* 24. *anni* 1268, *cum de Conradino a Romanis recepto in Germaniam relatum esset, antequam de eo die Aug.* 23. *debellato quidquam Erphordiae innotesceret, scriptum esse apparet. Sed hic locus, qui in quartam recensionem non receptus sit, nescio an iam ab alio scriptore additus sit*[3]. *Ideo eum remotum a Continuatione I. sub titulo Continuationis II. edidi. Caeterum postrema res in continuatione tertiae recensionis memorata die Oct.* 19. *anni* 1267. *facta est, ut hoc anno exeunte, certe ante medium annum* 1268. *haec conscripta videatur. Quod et ex eo probatur, quod auctor civitatem Ioppen et castrum Montis Bellifortis in Terra Sancta adhuc a Christianis teneri dixerit, quae iam a.* 1268. *Mart.* 7. *et Apr.* 15. *a soldano Bibars capta sunt. Cum Cronica hac continuatione aucta in exemplar transscriberetur, omnia fere additamenta recensionis B recepta sunt, nonnulla vero horum omissa, et iterum pauca quidem ab auctore ipso, ut opinor, addita. Cum igitur non omnia additamenta recensionis B in hanc tertiam transsumpta sint, non facere possum, quin censeam in hac conscribenda et codicem autographum recensionis A et archetypum recensionis B adhibitos esse. Sane ubique fere unicus codex tertiae recensionis, si eius menda et quae in hac editione mutata sunt neglegis, cum lectione recensionis A, non cum mendosa et depravata lectione recensionis B con-*

1) *Praesertim cum pestilentia a.* 1267. *in Thuringia facta commemorata sit.* 2) *Quod et iis quae de opusculo in appendice (III) edito disserui probatur.* 3) *Sane etiam in quarta recensione hic locus omitti potuit, si ab ipso auctore Continuationis a.* 1266—1267. *scriptus fuisset, cum iam scriptor Conradinum devictum, captum, decollatum esse sciret. Sed scrupulus obstat, quod annus incarnationis* 1268. *huic loco non praemissus sit, ut hic auctor facere solet. Nec talis est hic locus, quem facile a fratre ordinis Minorum scriptum esse credas.*

venit. Nullum scriptorem novi, qui hanc recensionem exscripserit, et cum unum tantum eius librum habeamus, apparet quidem hanc etiam recensionem in publicum emissam esse, antequam Continuationis I. pars II. a. 1268—1272. *adderetur, sed non in multa exemplaria transscriptam esse. Unicus eius codex qui exstat est*

C 1) *Mellicensis monasterii celeberrimi H* 59[1], *membr., formae quadratae minoris,* 80 *folia numerata, in binas columnas divisa, et unum his praefixum, non scriptum, continens, una manu saec. XIV. (ante a.* 1350*) nitide ac diligenter, sed aliquantulum mendosius scriptus. F.* 1^{a}—2^{d}. *catalogum pontificum*[2] *et f.* 2^{d}—3^{c}. *imperatorum*[3], *f.* 3^{c}—4^{d}. *indiculum episcopatuum*[4], *quem auctor Cronicae Minoris legisse videtur*[5], *f.* 4^{d}—11^{b}. *opusculum de ordinatione ecclesiae et missae in appendice (III) editum continent. Tunc sequitur f.* 11^{b}—65^{a}. *Cronica Minor cum Continuationis I. parte I. (a.* 1266—1267*) et Continuatione II. (a.* 1267. 1268*). Nonnulla verba liberius mutata, multa a scriba, ut videtur, transposita sunt. Signis bene distinctae sunt sententiae et earum particulae. Altera manu menda scribae multa ex archetypo huius codicis correcta sunt*[6].

Quarta denique recensio edita est anno 1272, *continuatione a.* 1267—1272. *copiosa (Continuationis I. parte II) addita; quae iam scripta esse videtur, antequam de Gregorio papa X. electo (a.* 1271. *Sept.* 1*) nuncius Erphordiam adveniret. Extrema particula, qua de electione Gregorii relatum est, postea demum ab auctore addita esse videtur*[7]. *In hac recensione prima particula Cronicae non modo retractata mutataque, sed penitus innovata est, multis priorum recensionum omissis aliisque permultis substitutis. In reliquis partibus Cronicae permulta addita sunt. Hanc etiam recen-*

1) *Olim R* 3. *Cf. 'Archiv' X, p.* 607. *In priore editione signatus erat B* 1. 2) Incipit kathalogus apostolicorum. Petrus apostolus papa — — Gregorius papa X^{us} *(sola nomina).* Hucusque omnes pape. Summa omnium CXCV *(postea deletum et in* 194 *mutatum).* 3) Kathalogus imperatorum. Iulius Cesar — — Fridericus imperator. Hucusque omnes imperatores Romanorum. *A.* 1272. *igitur aut* 1273. *codex archetypus huius libri scriptus videtur fuisse.* 4) Nota, quod (= quot) episcopatus sunt per universum mundum. Rome sedes pape — — in Marrochio est unus. 5) *Vide quod ad a.* 1245. *adnotavi.* 6) *F.* 65^{b} — 80^{d}. *continent opusculum inscriptum:* Incipit de sanctis et de tribulacionibus eorum, *cuius extrema pars periit.* 7) *Nam sub a.* 1269. *legitur:* cardinalium, qui sunt IX nec in eleccione pape concordare volunt. *Sane* fuerunt *et* voluerunt *auctor scripsisset, si haec scribens Gregorium X. electum esse iam scivisset.*

sionem in conventu fratrum Minorum factam esse facile demonstratur. In continuatione a. 1267—1272. *quidem nihil quod ad civitatem Erphordensem pertineat, sed quaedam de rebus Thuringicis, permulta de fratribus Minoribus in hac et locis in hac recensione additis, atque in his etiam Erphordensia legis. Et in hac recensione iidem libri exscripti sunt, quos in prima et secunda adhibitos esse vidimus, inprimis Ekkehardi codex Montis S. Petri cum auctario, tum Lamperti Annales, Eusebii Historia ecclesiastica translata a Rufino, Orosii Historiae, Petri Comestoris Historia scolastica, Isidori Etymologiae, tum libellus ille fabularum Romanarum, quem cum Mirabilibus Romae quodammodo cohaerere supra p.* 494. *diximus, collectio Vitarum sanctorum, quam in prima recensione adhibitam esse vidimus*[1], *Gregorii Magni Dialogi, Glosa Bibliae, Gratiani Decretum et Decretales Gregorii IX. Unus locus ut plura in recensione prima cum Bonizonis Decreto convenit*[2]. *Etiam vero libri in prioribus recensionibus nondum adhibiti in quarta exscripti sunt, maxime Iacobi de Varagine Legenda Aurea. Neque eius locos postea ab alio quodam quartae recensioni insertos esse conicere potes, cum unus eorum in archetypum codicum B* 4. 5. 5[a]. *D, iam anno* 1274, *ut supra p.* 505. *vidimus, scriptum, transsumptus sit. Apparet igitur Legendam Auream iam aliquanto tempore ante a.* 1271, *quod hucusque, quod sciam, ignorabatur, compositam esse*[3]. *Sane recte coniciemus aut a.* 1271. *aut paulo ante hunc annum Iacobi librum in conventum fratrum Minorum Erphordensem allatum esse*[4]. *Huius praesertim chronicon brevissimum capiti* 181. *insertum*[5], *sed et alia capita auctor quartae recensionis exscripsit. Praeterea particulam Oliveri Historiae Damiatinae de Machometo, versus Sibyllae de Christo ex sermone falso Augustino attributo, Ignatii epistolas spurias integras transscripsit, unum locum ex Innocentii III. papae libris mysteriorum missae*[6] *excerpsit. Tum*

1) *Quod maxime ex eo probatur, quod fabula de Leone papa Arriano in prima recensione narrata in hac recensione ex eadem legenda aucta sit.* 2) *Etiam indiculum ordinum religiosorum eundem, qui in recensione prima exscriptus est, auctor quartae adhibuisse videtur.* 3) *Ante a.* 1273, *quo Rudolfus rex electus est, hoc factum esse statui potuit, cum Iacobus in clausula chronici brevissimi c.* 181. *inserti Friderico II. defuncto sedem imperii hucusque vacare dixerit; cf. SS. XXIV, p.* 167. 4) *Iam quidem primae recensionis paucissima quaedam cum Iacobi libro quodammodo conveniunt, sed haec non tanta ac talia sunt, ut iam tunc auctorem hunc librum habuisse censeri possit.* 5) *Cuius pars posterior SS. XXIV, p.* 167—171. *edita est.* 6) *Qui libri etiam in opusculo*

vero habuit Annales Erphordenses, ex quibus ab a. 1083. *quaedam Cronicae inseruit. Atque quae ex his inter a.* 1083 —1099. *excerpsit cum exemplari Annalium Moguntinorum-Wirziburgensium in Cronica S. Petri descripto*[1] *ideoque cum hac Cronica conveniunt. Inter ea pauca, quae inter a.* 1105. *et a.* 1197. *ex his sumpta exhibet*[2], *paucissima quidem cum Cronica S. Petri quodammodo conveniunt, minime vero ex hac exscripta ea esse censeo. Tum quae ex his inter a.* 1219—1254. (1255) *excerpsit pleraque cum Cronicae S. Petri parte II. a.* 1276. *composita conveniunt, quod evenit, cum monachus Montis S. Petri eosdem annales exscripserit*[3]. *Caeterum de ratione, quae inter hos annales et Cronicam S. Petri intercedat, in 'N. Archiv' XXIV, fasc.* 2. *disseram. Hoc loco addo eosdem annales iam in prima recensione Cronicae adhibitos esse mihi videri. In hac et secunda et tertia enim sicut et in quarta legitur*[4]*:* Gregorius papa fecit crucem predicari . . . contra Stetingos, de quibus V milia et XXV homines a cruce signatis in ore gladii occisi sunt, *in quarta sola legimus:* A. D. MCC34. Stetingi occisi sunt, scilicet V milia et XXV, in diocesi Bremensi[5]. *Nec solum ex libris iam in prima recensione adhibitis auctor quartae plura addidit, sed etiam aliquot locos ex his exscriptos cum illis contulit. Aliquoties enim in hac recensione Ekkehardi lectio restituta est, quae in prioribus aliis verbis scriptis mutata erat.*

Iam hinc oritur quaestio, utrum ab ipso auctore huius Cronicae, an ab alio fratre Minore conventus Erphordensis haec quarta recensio facta sit. Sane non invenies, cur continuationem in hac additam a. 1267—1272. *non ab eodem auctore scriptam esse censeas ut continuationes a.* 1262—1265. *alterius et a.* 1266. 1267. *tertiae recensionis. In his tribus praeter quaedam in patria et in Thuringia gesta alia multa legis de rebus in Italia, Gallia, Anglia, Prussia, praesertim in Terra Sancta gestis, quae fratres Minores e terris externis adven-*

in appendice (III) edito adhibiti sunt. In secunda recensione Cronicae hoc opus ab Innocentio papa compositum esse dicitur, quod in prima recensione deest. Conicies igitur inter annos 1261. *et* 1265. *hoc in conventum fratrum Minorum Erphordensem allatum esse.*

1) *Cf. supra p.* 120.

2) *Qui sub a.* 1087. *falsissime posuit quae in annalibus exscriptis ad a.* 1187. 1194. 1195. 1197. *relata erant.*

3) *Cf. supra p.* 76.

4) *Sub a.* 1241. *Auctor enim de rebus gestis pontificum referens non curavit ordinem temporis.*

5) *Etiam quod in prioribus recensionibus dicitur a.* 1223. *fratres Minores Erphordiae mansionem recepisse, eodem loco in quarta repetitum est, sed idem alio loco in hac iterum relatum est.*

tantes vel in capitulis provincialibus convenientes narraverunt vel scripta attulerunt vel miserunt[1]. Porro cum auctorem Cronicae quondam Romae fuisse viderimus, sunt etiam, ex quibus scriptorem recensionis quartae Romam vidisse conici possit, cum bis dixerit in ecclesia dicta Ara-caeli Romana tunc fratres Minores habitasse, ibi esse imaginem S. Mariae a Luca evangelista pictam, tunicam inconsutilem Domini in ecclesia Lateranensi et imaginem Veronicae Romae servari[2]. Observabis etiam eum de aliis ecclesiis Romanis nonnulla addidisse, et miraberis, quod scriptor Erphordensis tanta de ecclesiis Romanis adnotaverit, nisi ipse eas vidisset. Contra oppones quod iam supra p. 510. diximus, duobus locis eadem quae iam in prima recensione narrata erant in quarta iterum addita esse et notabis idem etiam aliis locis factum[3]. Nec tamen hoc observato moveor, ut ab auctore Cronicae quartam recensionem non editam esse censeam. Immo alia etiam sunt vel minoris momenti[4], quibus persuadeor, ut etiam quartam recensionem auctori Cronicae attribuam, quamvis hoc non ita demonstrare liceat, ut nemo in dubium vocare possit. Alius scriptor sane non modo primam partem libri transformasset, sed in reliquo etiam libro plura, ut opinor, mutavisset.

Unus liber huius recensionis ad nos pervenit, quamvis multi codices eius, ut videbimus, olim in Germania septentrionali extiterint, qui est

C 2) codex M o n a c e n s i s bibliothecae regiae Lat. nr. 12260, olim monasterii Raitenbuchensis nr. 60[5], chartac. 4°,

1) Ut in Continuationis I. parte I. litteras Clementis IV. papae, in parte II. longam relationem duorum fratrum Minorum de signo solis a. 1270, prophetiam et versus de discordia cardinalium in electione pontificis a. 1269. ex Italia in Germaniam missos. 2) Nota etiam hunc fabulam narrasse de Paulo apostolo et Virgilio, quae nusquam alibi hucusque inventa est, nisi in cantu ecclesiastico Mantuano. Conicere ergo potes hunc eam Mantuae audivisse. 3) Velut sub Iustino I. loco primae recensionis descripto, quo hic imperator ab Agapito papa consecratus esse dicitur, in quarta recensione idem iterum adnotatum est addito anno incarnationis. Etiam pugna apud Welfesholz commissa iam in prioribus tribus recensionibus memorata erat, qui locus in quarta recensione descriptus est, correcto errore gravissimo, quo haec pugna tempore Gregorii papae facta esse dicitur, tum vero iterum in hac recensione de hac pugna ex annalibus Erphordensibus relatum est. 4) Auctor Cronicae saepe adnotavit, quo die festa sanctorum virorum celebrentur. Idem quartae recensionis auctor adnotavit, ubi Frontoni Petragoricensis et Herminigildi mentio facta est. 5) In primo folio libri antiquis tegumentis saeculi XV. compacti manu saec. XV. scriptum est: Raydtenpůch, fol. 3.

(in priore editione signatus B 2), in cuius foliis 133—153. *in binas columnas divisis Cronica Minor cum tota Continuatione I. saec. XV. a docto quodam viro satis accurate scripta est*[1]. *Sequitur f.* 154—155'. *catalogus apostolicorum et imperatorum sola nomina continens, quorum prior desinit* Adrianus papa 5us[2], *alter* Fridericus II, *et index episcopatuum; quae scriptiunculae omnes etiam in codice C* 1 *exstant. In margine inferiore f.* 154. *post catalogos a scriba adnotata sunt:* Clemens fuit successor Petri in papatu, VIII, q. I: *Si[mon] Petrus.* Sanctus Linus et sanctus Cletus in episcopos ordinati sunt a Petro apostolo, ut sui essent coadiutores, VIII, q. I: *Si Petrus princeps*[3]. A beato Petro apostolo, qui fuit primus papa, usque ad papam Gregorium decimum omnes fuerunt CXCVI pape, Lino et Cleto et femina que fuit papa non conputatis. *Cum haec de numero paparum in codd. B* 5. 5^a. *D diversis locis repetita sint, perspicis haec iam in archetypo quartae recensionis adnotata fuisse, exinde descripta esse ab eo (fratre ordinis Praedicatorum Erphordensi) qui archetypum codicum B* 4. 5. 5^a. *D exaravit*[4].

Haec quarta recensio in multis libris exscripta est, ac primo, ut iam p. 504. *dixi, ab eo qui anno* 1274. *librum secundae recensionis ex ea auxit; tum anno* 1277. *a monacho Montis S. Petri Erphordensis in secunda parte Cronicae S. Petri*[5], *quam littera P signavi, cuius auctorem archetypum eius legisse forte coniciendum est; annis* 1304. *et* 1307. *a Sifrido de Balnhusin, signato littera S, in duobus libris historiarum eius*[6]*; deinde post medium saec. XIV. in Conti-*

manu saec. XVII: Sum S. V. Mariae in Rottenbuech. *Cf. Catal. cod. Lat. bibl. reg. Monac. II, 2, p.* 62. 1) *F.* 148^a. *omissa magna particula libri infra f.* 149^{a-d}. *scripta est, cum unum plurave folia libri descripti falso loco insuta essent. Hoc a scriba signis positis correctum est, qui adnotavit:* Attende ordinem ibi, quia exemplar non fuit correctum. 2) *Huius et praedecessoris eius Innocentii V. nomina procul dubio iam in archetypo huius recensionis, quae a.* 1272. *desinit, post diem Iul.* 10. *a.* 1276. *addita erant, cum ne Iohannes XXI. quidem a.* 1276. *Sept.* 15. *electus additus sit.* 3) *Citata ergo sunt Grat. Decr. II, C. VIII, q.* 1, *c.* 2. 1. 4) *Vide quae supra p.* 506, *n.* 4. *de notitia conciliorum monui. — F.* 158. *cod. C* 2 *scripti sunt* Versus de Carthusiensibus *nimis corrupti, qui leguntur in Chron. Theoderici Engelhus ed. Mader p.* 209. *Sed in codice additi sunt duo versus praecedentibus iocose repugnantes:*

Optimus ille michi status esse videtur et ordo,
In quo pre cunctis olla, gugulla, calix.

5) *Cf. supra p.* 126. 6) *SS. XXV, p.* 682. *Si liber homo huius*

nuatione Chronici universalis Saxonici Erfordensi supra edita[1]; circa a. 1415. ab auctore Isenacensi in cronica illa quae vulgo dicitur Historia landgraviorum Eccardiana, signata L. Circa a. 1425. Nurenbergensis quidam, ut videtur, magnas partes huius recensionis Conradi Halberstadensis Cronographiae inseruit[2], cuius compilationis apographon continet codex Hannoveranus bibliothecae regiae XIII. 753. circa a. 1460. scriptus[3]. Huius codicis exemplar penes nos est, lectio eius littera H signata est. Circa a. 1475. Theodericus Pauli de Gorcum, signatus Th., saltem ex Continuatione I. huius recensionis in Speculo historiali inedito quaedam exscripsit[4]. Hi libri faciunt ad textum Continuationis I. et praesertim partis II, quam unus codex praebet, recte constituendum, et maxime Cronica S. Petri, in quam omissis locis, quibus de fratribus Minoribus relatum est, reliqua fere omnia[5] transsumpta sunt.

Denique in codice V. Cl. Haiser Turicensis nr. 18. inter partes Chronici rhythmici Iohannis Enikel ampliores loci Cronicae Minoris quartae recensionis in linguam Germanicam versi sparsi sunt. Quae ex Continuatione I. excerpta in ultimis foliis 233'—234'. leguntur post Continuationem I. edidimus[6]. V. Cl. Ph. Strauch cum a. 1877. hunc codicem Berolinum transmissum excuteret, partes ex Cronica Minore sumptas mihi exscribendas tradidit.

Cronicae editionem paravissem, sane Sifridi codices autographos iterum pro hac contulissem, sed ne nimis longum tempus in his chronicis Thuringicis traherem, dolens supersedi huic labori, usus iis tantum partibus Sifridi, quas cum codicibus olim contuleram. 1) Cf. supra p. 444. 2) Num ipse Conradus quandam recensionem Cronicae Minoris exscripserit, hucusque apud me non constat, cum codices Vaticanus et Vindobonensis Chronographiae eius non ita a nobis evoluti sint, ut hoc diiudicare possim. 3) Cf. SS. XXX, p. 505 sq. 4) W. Focke, Theod. Pauli in 'Hallische Beiträge z. Geschichtsforschung' I. quasdam particulas huius chronici misero modo edidit ex codice Wratislaviensi, quem ipse evolvi, sed solas particulas Continuationis I. exscripsi, de reliquis, quae ex Cronica Minore sumpserit, non curavi. Nota vero Theodericum etiam exscripsisse Cronicam Reinhardsbrunnensem, in qua magnae partes Continuationis I. huius recensionis ex Cronica S. Petri Erfordensi receptae sunt. Et locus a Focke p. 50. cum permultis mendis editus in Cron. Reinhardsbr. legitur, sed lectio eius magis cum Cron. Minoris Cont. I. convenit, et loci ab illo p. 46. 77 sq. corrupti potius quam editi non, et unus ab eo omissus (cod. Wratislav. f. 249) non integer in illa exstant. Cf. supra p. 139 sq.; SS. XXX, p. 513. 5) Prophetiam et versus de discordia cardinalium partis II, qui in Cron. S. Petri non recepti sunt, exscripserunt H et Th. 6) Ut in Cont. Erford. supra edita cz et zc pro simplici z saepissime scripta (ut czu, zcit, holcz, gancz) in z mutavi, pro ey saepe scripto (praesertim in eyn) ei posui.

Perquam difficile est cognitu, quonam modo recensio quarta conscripta sit. Conicies sane, quod verisimillimum est, archetypum recensionis tertiae ad hanc novam conscribendam exemplatum esse[1]*. Atque persaepe C 2 cum C 1 contra omnes alios codices convenit, et locorum in tertia recensione additorum pauci in C 2 recepti sunt, alii vero pauci ibi desunt. Tum vero etiam C 2 cum A haud raro convenit, C 1 cum B concordante, omissi sunt etiam in C 2 loci in B additi, qui in C 1 transierunt. Saepe etiam C 2 cum B stat contra A. C 1*[2]*, habet etiam locos in B additos, qui in C 1 non transierunt. Quin etiam menda gravissima nonnulla cum B habet C 2, ubi A. C 1 sola veram praebent lectionem, ut iam supra p. 498, n. 4. adnotavi*[3]*. Sed ibi archetypum huius recensionis minime corruptam lectionem huius codicis habuisse patet ex Cronica S. Petri, supra p. 244, l. 29, ubi vera lectio habetur, et sic etiam aliis locis haec Cronica veram habet lectionem, ubi in C 2 menda cum recensione B communia reperiuntur*[4]*. Haec igitur menda fortuito, scribis errantibus vel male verba mutantibus, in hunc codicem irrepsisse opinor; quod si tibi minus probabile videbitur, conicere potes eum qui archetypum codicum B 4. 5.* 5^{a}*. D scripsit et ex libro recensionis quartae ampliavit in hoc libro quaedam ex exemplari suo recensionis B male mutasse, ex hoc codice exemplar C 2 profectum esse. Sane constat non solum archetypum codicis C 1 in recensione quarta conscribenda adhibitum, sed et recensiones A et B quodammodo scriptori usui fuisse.*

Liber quidam ex archetypo codicum B 4. 5. 5^{a}*, qui a. 1274. desiit, descriptus brevissimo tempore post hunc annum in Sueviam delatus a quodam fratre ordinis Praedicatorum conventus Constantiensis a. 1276. transformatus vel potius*

1) *Secundum institutum meum recensiones tertiam et quartam singulis litteris C. D signare debuissem, sed exprimere volui siglis usurpatis codices C 1 et C 2 proximos sibi esse et utriusque recensionis unum tantum codicem exstare, unde fieri potuit et persaepe contigit, ut fortuito lectio alterius horum cum libris aliarum recensionum conveniret.* 2) *Vide praesertim locum sub Damaso p. 568. ex A, B. D, C 1, C 2 quater editum, ubi C 2 cum B. D convenit.* 3) *Ubi C 2 cum B. D habet:* Clericos quippe collectos multipliciter affligi procuravit, *ubi A 1. C 1 recte:* Clericos quippe collectis et taliis mult. affl. proc. 4) *Velut non multo post locum modo allatum vera lectio est:* seduxerunt totum mundum, *ut in Cron. S. Petri, supra p. 245, l. 14. legitur, sed C 2 cum B. D habet:* sedux. omnem mundum. *Paucis vero lineis superius, ubi A 1. 2. C 1 sola veram habent lectionem* habet sub se XXII suffraganeos, *in Cron. S. Petri etiam cum C 2 et B legitur* XII suffrag.

adulteratus est[1]. Qui cum illum librum describeret, multa verba, ut stilum, ut sibi videbatur, expoliret, mutavit vel transposuit, nonnulla correxit, plurima, quae ipse male intellexit, depravavit, paucissima et haec in extrema parte omnia ad ordinem Praedicatorum spectantia addidit, inter quae adnotavit a. 1235. fratres Praedicatores locum Constantiae recepisse, unde eum in hac civitate scripsisse apparet. Quae auctor Erphordensis in laudem Francisci atque ordinis Minorum scripserat, iste de Dominico fundatore sui ordinis et de fratribus Praedicatoribus, pervertens illius verba, dixit. Quaedam de fratribus Minoribus et quae de Dominico dicta sibi non placebant omisit, denique continuationem brevissimam (Cont. IV. partem I) addidit, qua de solius Innocentii V. papae, fratris ordinis Praedicatorum, rebus gestis egit. Unde patet eum a. 1276. mense Iulio, antequam de Adriano V. papa eodem anno Iul. 11. electo Constantiam nuntius advenisset, haec scripsisse[2]. Huius libri exemplari in conventum fratrum Praedicatorum Rotwilensem delato vel ibi scripto alter frater ordinis Praedicatorum ibidem paucissima de sequentibus pontificibus usque ad a. 1281. addidit[3], tum alia de magistris generalibus et viris illustribus ordinis Praedicatorum sive ab eodem sive ab alio fratre addita sunt. Ex hoc exemplari Rotwilensi omnes quos habemus huius recensionis (D) codices profecti sunt, ac quidem priores tres (D 1. $1^{a.b}$) ad idem apographon mendosum libri Rotwilensis redeunt, D $1^{a.b}$ ex huius apographi exemplari descripti sunt.

D 1) Codex Monacensis bibliothecae regiae Lat. nr. 5541, olim monasterii Diessensis nr. 41, membr. 8°, f. 1—45. Cronicam Minorem cum Continuationibus III. et IV. saec. XIII. ex., inter a. 1281. et 1283, ut videtur, Iohanne Lombardo magistro generali ordinem Praedicatorum regente[4], accurate et bene scriptam continet[5], foliis in binas columnas divisis. Cuius scriba, vir doctus, non pauca menda

1) Qui in prologo scripsit hanc Cronicam usque ad annum Domini MCCLXXI (ubi A. B. C 1 MCCLXI. habent) ductam esse, sed finem exemplaris ab eo descripti obiter inspiciens errasse censendus est. 2) Transsumpta enim clausula codicum B 5. 5^a, supra p. 506, n. 4. 512. dicta, numeros pontificum usque ad Innocentium V. computavit. Unde hoc loco eum scribendi finem fecisse, reliqua quae in codicibus D sequuntur ab alio addita esse apparet. 3) Tum sequitur nota de conventu fratrum Praedicatorum Rotwilensi, ex qua haec ibi scripta esse patet. 4) Hic enim in hoc codice additus est in serie magistrorum in Continuationis IV. parte II. Sed Iohannes iam a. 1264. magister generalis electus est. 5) Reliqua huius codicis priore tempore scripta fortuito

exemplaris Rotwilensis e coniectura recte correxit[1], *sententias signis bene distinxit. In extremo folio Cronicae Minoris versus memoriales manu saec. XIV. scripti sunt, quos infra edidi.*

D 1[a]) *Codex* M o n a c e n s i s *bibliothecae regiae Lat. nr.* 626, *olim Hartmanni Schedel, in priore editione C* 1 *signatus, formae quadratae minoris, cuius folia membranacea* 81[2] *solam Cronicam Minorem cum praedictis Continuationibus saec. XIV. in. mendosius scriptam continet. Altera manu paulo posteriore multa menda, erasa plerumque priore lectione, e coniectura correctoris partim correcta, partim depravata sunt, quae nusquam in adnotationibus curavi, solius prioris manus lectiones adnotavi, ubi earum mentionem facere duxi. De hoc et praecedente codice D* 1 *primus Docen in 'Archiv' II, p.* 79 *sqq. III, p.* 17 *sqq. retulit.*

D 1[b]) *Codex* E i n s i d l e n s i s *monasterii celeberrimi nr.* 628, *membr. fol., quem V. Rev. P. Gabriel Meier, praefectus bibliothecae, precanti mihi benivole Berolinum transmisit, cum in priore editione notitiam eius nondum habuissem. Continet folia* 20 *in binas columnas divisa, quorum folia* 2—20. *eadem manu saec. XIII. ex., primum folium altera manu eiusdem temporis, belle, sed aliquantulum neglegentius, omissis multis verbis, scripta sunt. Folia* 1—19. *continent Cronicam Minorem cum praedictis Continuationibus*[3]. *Manu saec. XIV. in marginibus foliorum permulta ex Martini Oppaviensis Chronico et Iacobi Legenda Aurea, libris tunc vulgatissimis, sumpta et pauca alia* addita sunt*[4]. *F.* 19. *post Cronicam manu saec. XIV.*

*) *Inter haec notandi sunt duo loci ex Annalibus Marbacensibus*

cum Cron. Minore compacta sunt, quae vide Catal. cod. Lat. Monac. I, 3, p. 22. *In priore editione hic liber C* 2 *signatus erat. De auctore Cronicae in hoc libro nominato vide supra p.* 487, *n.* 3. 1) *Velut ubi D* 1[a.b] Crisannum *(ut liber Rotwilensis habuisse videtur), D* 2 Crissannum *habent, hic recte scripsit* Crisantum. Numerianus *recte restituit, ubi D* 1[a.b]. 2 Numeranus *praebent. Talia menda libri Rotwilensis vel scriptoris recensionis D non omnia adnotavi.* 2) *Numerata sunt* 77 *folia, sed numeris* 7. 14. 16. 26. *bina folia signata sunt. Extremum folium, olim vacuum,* 82 (78) *abscisum est. His subnexi sunt duo quaterniones cartacei vacui, in quorum extremo folio scriptum est:* Anno Domini 1452. wart ditz půch ein gepůndn. *Tegumentis illius anni liber adhuc compactus est. In Catal. cod. Lat. bibl. regiae Monac. I,* 1, *p.* 123. *liber saec. XIII. scriptus esse dicitur, quod non verum esse censeo.* 3) *Continuationis IV. partis II. magna particula neglegentia scribae omissa est. In f.* 20. *preces ecclesiasticae scriptae sunt.* 4) *Cum*

quaedam a. 1350, *manu saec. XV. a.* 1436—1443. *gesta adnotata sunt.*

D 2) *Codex Berolinensis bibliothecae regiae Lat. qu. nr.* 334, *membr., saec. XIV, foliis in binas columnas divisis, scriptus, a.* 1877. *de comitissa de Stolberg emptus est. Cronicae Minori cum praedictis Continuationibus una manu f.* 186^{d}—219^{c}. *scriptae praecedit passionale, cuius extrema pars est caput Legendae Aureae Iacobi de Varagine de s. Pelagio cum cronica Lombardica. Multa ex arbitrio scribae mutata, permulta verba omissa vel transposita sunt. Attamen hic liber saepe veram lectionem recensionis D cum B convenientem servavit, ubi libri D* 1. $1^{a.b}$ *ex eodem exemplari profecti eadem menda habent. Paucissima ex Floribus temporum fratris Minoris Suevici addita sunt.*

Ipse frater Minor Suevicus in Floribus temporum codicem huius recensionis D multo nostris quatuor ex Rotwilensi profectis meliorem, aut archetypum Constantiense aut eius exemplar exscripsit[1], *ex prima enim parte Constantiensi*

---

descripti et duo alii, qui unde sumpti sint, nescio, videlicet f. 15:

Anno Domini M^0XC^0 fund[ata] est Morbacensis ecclesia s[ancti] Augustini a milite Ber.[a] G[ebe]liswiler. *Ann. Marbac.*

Anno Domini M^0XCI^0 Ber[tholdus de] Zeringen dux Sw[evie] iniciavit civitatem [Fri]burk in Brizkgů[we].

[A]nno Domini $M^0CXXXVIII^0$ [fun]datum est monasterium Salem [ord]inis Cysterciensis a mi[lite] Guntramo. *f.* 15'.

Anno Domini M^0CLIX. Defunctus est Adrianus papa Kal. Septembr., cepitque scisma famosum inter Alexandrum et Victorem papam.

Haec sane ex Annalibus (Salemitanis?) deperditis descripta esse videntur. Tertia manu saec. XIV. ex. f. 12'. *in inferiore margine scriptum est:*

Anno Domini $DCCC^0LXIII^0$ XII^0 Kal. Februar. Beatus Meingradus occisus est in loco heremitarum a predonibus, quos duo corvi, quos pascebat predictus sanctus, persequebantur eos[b] grossitando in tantum[c], quod homines advertebant et ceperunt eos, et vivi combusti sunt. Benedictus Deus, qui tradidit impios!

a) *sic c. pro* Burchardo. b) *sic c.* c) *seq.* quos *del.*

liber recenti tempore compingeretur, horum frustula a bibliopego abscisa sunt. 1) *SS. XXIV, p.* 226 *sqq. 'N. Archiv' VI, p.* 406. *dixi hunc recensionis B librum exscripsisse, quod non falsum est, cum re-*


Continuationis IV. sumpta sunt omnia quae p. 249, *l.* 4—6. *de Innocentio V. papa habet*[1]. *Eandemque recensionem D cum Continuatione tertia et quartae parte I. alter frater Minor Alamannicus Iohannes Vitoduranus exscripsit*[2].

censio D ex libro recensionis B profecta sit. Et quamvis ex parte a. 1262—1265. *Cronicae Minoris in B. D addita nihil transscripserit, tamen patet eum librum huius generis, non recensionis A, habuisse, cum locos in recensione B additos, ut a.* 755. *de nece Bonifacii, a.* 914. *de Hattone in montem Aetnam praecipitato, a.* 969. *de Hattone a muribus devorato, de ecclesia S. Mariae ab Innocentio II. papa constructa, a.* 1190. *de vase smaragdino Friderico imperatori donato, a.* 1212. *de peregrinatione puerorum, etc. transsumpserit. Sed codicem recensionis D eum exscripsisse certissime patet ex eo, quod locos de Francisco et ordine Minorum in D omissos vel mutatos et ipse frater Minor omiserit vel ita repetiverit, ut appareat eum locos in D mutatos legisse. Quod et nonnullis lectionibus probatur, habet enim p.* 241, *l.* 10: in Fungia, *D* aput Fugiam, *ubi B* Fogiam *recte; p.* 243, *l.* 52. Noegeri monachi, *ubi D* Noegerus *(sic* 2, Neogerus 1^{b}, noͤgerius *D* 1, Nebgerus *D* 1^{a}*)* monachus *(recte correctum), B* Nokerus abbas; *p.* 244, *l.* 4. *habet* iudex secularis *ut D, in qua recensione* secularis *additum est; p.* 246, *l.* 26. sub pena excommunicacionis, *quod verbum in D additum est; p.* 247, *l.* 44. religionem intrare *ut D, ubi B* eligere religionem. *Haec graviora tantum afferam. At meliorem eius codicem nostris fuisse patet p.* 241, *l.* 5, *ubi habet* Thuscie, *nostri vero libri D hoc verbum diverso modo corruptum habent, vel p.* 247, *l.* 14, *ubi recte habet* penitens, *nostri vero D* penitus.

1) *Sed partem II. Rotwilensem huius Continuationis eum non habuisse patet ex iis paucis quae de sequentibus pontificibus scripsit.*

2) *Ed. G. de Wyss p.* 17. *et* 30. *apparet eum Cont. III. et IV. partem I, minime partem II. in suo exemplari habuisse. Quae enim de Iohanne XXI. dixit ex Martini Oppav. Chron. sumpsit, tum excerpta Continuationis Romanae Martini cum additamentis cuiusdam fratris Minoris habet. Non dubito, quin haec omnia continuandi causa in codice Cronicae Minoris eius post Continuationis IV. partem I. scripta fuerint.*

Ex iis quae hucusque exposui patet hoc fere fuisse stemma codicum Cronicae nostrae:



Sane reperiuntur loci, qui stemmati hoc loco instituto repugnare videntur, alii ubi libri B 1. 1ª. 2. 2ª. 3 *propin-*

quiores inter se videntur quam cum B 4. 5. 5^a, alii ubi B 2. 2^a. 3 cum B 4. 5. 5^a magis convenire videntur, alii, ex quibus coniceres B 5. 5^a propiores esse D quam codici B 4, sed aliis locis haec reprobantur. Censeas oportet tales consensiones fortuito accidisse. Semper magnum fuit liberum arbitrium scribarum in talibus libellis describendis, licentiam sibi sumentium mutandi quod voluerunt, maius etiam in hoc opusculo, ubi saepissime eaedem fere sententiae recurrebant, unde evenit, ut scribae verbum quod simili praecedente loco scriptum erat repeterent vel mutarent, et inde accidere potuit, ut fortuito qui diversa exemplaria describebant eadem eodem modo mutarent. Omnes hos libros praeter B 1^b ipse iterum exscripsi, librum D 1^a socius Wilhelmus Eberhard in exemplar transscripsit, quod ipse emendavi.

Iam supra auctores qui singulas recensiones exscripserint indicavi, addam oportet alios libellos, in quibus pauca ex Cronica Minore sumpta inveniuntur, ut in codice Hamburgensi Chronici pontificum et imperatorum Gilberti[1], in Annal. Halesbrunnensibus maioribus[2], Annal. brevibus Wormat. (Moguntinis)[3], in Cronica rhythmica Brunswicensi[4], in Annalibus Franco-Bawaricis saec. XIV[5], in Libro cronicorum Erford. infra edito. Pauca etiam exscripta sunt a fratre Praedicatore Isenacensi in Cronica Thuringorum[6] et ab Hermanno Korner, ut videtur[7], a Theoderico Engelhus[8], a Iohanne Rothe[9], a Nicolao de Siegen[10]. Nec sane iam

1) SS. XXII, p. 359 sqq. 2) SS. XXIV, p. 43. 3) SS. XVII, p. 75; cf. 'N. Archiv' XXI, p. 524. Sed concedo ea quae sub a. 1212. cum Cronica Minore conveniunt ex annalibus in hac exscriptis sumpta esse posse. Reliqua minoris momenti sunt. 4) 'D. Chr.' II, p. 434. 564. 5) Cf. 'Städtechroniken, Nürnberg' I, p. 323. IV, p. 58. — Auctor qui falso dicitur Martinus Fuld. aut ipse pauca ex Cronica Minore sumpsit aut librum in quo haec exscripta erat adhibuit. Nam quae H. Hoogeweg, 'Münsterische Beiträge z. Geschichtsf.' II, p. 112, dicit de eodem catalogo pontificum et imperatorum ab auctore Cronicae Minoris et a Martino exscripto nihili sunt. 6) Cf. 'N. Archiv' XX, p. 399. 7) Cf. ed. Schwalm p. XXII. 8) Qui ed. Mader p. 160. versum de papissa Martini narrationi inseruit, p. 172. fabulas de Hattone, p. 233. fabulam de vase smaragdino Friderici I. exscripsit. In Chronici eius recensione, quae in codice civitatis Hannoveranae (Leibnitii SS. Brunsvic. II, p. 1116, ubi A. deest) legitur, locus Cronicae Minoris de nece Engelberti archiepiscopi Coloniensis apposita littera A, qua Theodericus Cronicam de Amelungsborn ignotam citavit (de qua cf. L. de Heinemann, 'N. Archiv' XIII, p. 55 sqq.), invenitur. 9) Ut censuit R. de Liliencron, 'Thüring. GQ.' III, p. XII. 10) Velut ed. F. X. Wegele in 'Thüring. GQ.' II, p. 204. de Willigiso narrata ex Cron. Minore et Iohannis Rothe c. 245. composita sunt.

omnes auctores, qui Cronicam nostram adhibuerint, enumeravi, non dubito, quin iter editos atque ineditos plures inveniri possint, qui eam exscripserint. Iam hinc percipere potes, quot codices Cronicae Minoris in Germania septentrionali olim existentes perierint, ubi permulti auctores eam exscripserunt, nunc autem tres tantum libri servantur, cum in Germania meridionali, ubi haec Cronica minus vulgata erat, octo hodieque inveniantur praeter duos in Bohemia, unum in Ungaria.

Liber a nobis Cronica Minor *inscribebatur, qui titulus in tribus codicibus diversarum recensionum (B* 1. 1^b. *C* 1*) legitur — in aliis libris (B* 1^a. 2. *C* 2*)* Cronica Romana, *aliis huic titulo additis, vel* Cronica Romanorum *(A* 1. *B* 5^a*) vocatur, aliis libris (B* 2^a. 4. 5. *D) nullam inscriptionem praebentibus — quamquam minime apud me constabat ipsum auctorem libro suo hunc titulum indidisse. Recte potius W. Wattenbach b. m. videtur censuisse*[1] *hanc comparatam cum Martini Oppaviensis Chronico ab aliis dictam esse minorem, sicut etiam liber fratris Minoris Suevici, quem* Flores temporum *inscripsit, ab aliis* cronica Minor Martini *vocabatur*[2]. *Atque iure huius fratris Praedicatoris curialisque et fratris Minoris nostri chronica tamquam similia inter se conferebant. Utrumque enim re vera ab incarnatione Domini exordium habet, paucis de imperio Romano praemissis. Utrumque fabulis refertum est, ab hoc in Germaniam, ab illo in totum orbem vulgatis. Miraberis sane, cum easdem fabulas de Cyriaco papa, de Marcellino papa, de Silvestro I. papa, de Leone papa Arriano, de papissa, de Gerberto, apud utrumque inveneris, partim ex iisdem libris transsumptas, partim ab his primo narratas. Neuter unquam dubitavit, quin pontifices a Petro in ecclesia, a Silvestro etiam in imperio omnipotentes fuerint, sed frater Minor Germanicus simpliciter hanc doctrinam profert, ne suspicatus quidem quenquam eam in dubium vocare posse, ille Slavus curialis male doctus, ut eam defenderet aliisque persuaderet, studuit. Frater Minor simplex quas in litteris paparum legerat calumnias Friderici II. imperatoris fideliter repetiit — ipse enim papa haec dixit —, de Manfredo et Conradino nihil mali scripsit, Slavus ille curialis a Manfredo patrem suffocatum esse mentitus, Conradinum aetate iuvenem, sed malitia provectum dixit. Frater Minor*

1) *'Archiv f. K. Oesterreich. GQ.' XIV, p.* 11. 2) *Cf. SS. XXIV, p.* 226, *n.* 6.

popularis populares narrationes de Hattone, de Willigiso, de corizantibus retulit, doctior frater Praedicator aniles fabulas Gotifredi de Ottone III, Heinrico III, alias propagavit. Iure dubitabis alteri horum palmam dare, sed — ut opinor — proferes fratrem Minorem simplicem callido Praedicatori.

In Cronica Minore primae recensionis ut in libro Martini primae editionis rerum scriptor paucissima utilia inveniet, sed in priore illius parte multae fabulae ecclesiasticae leguntur, alibi aut aliter aut non narratae. Multo maioris momenti sunt continuationes, quas frater Minor in secunda, tertia, quarta editionibus addidit. In quarta notabilia de nece Conradini leguntur, quae Karolus Hampe[1] *iure vera credidit, cum fratres Minores, ut supra dixi, per fratres e longinquis terris advenientes vel scribentes vera cognoscere possent. Continuationes ab aliis additae non inutiles sunt, sed multo minoris pretii quam continuationes Chronici Martini.*

Quae in sola prima recensione leguntur his uncis ⟨ — ⟩, *quae in secunda addita sunt his* [—], *quae in C* 1. 2 *adiecta sunt his* (—) *signata omnia in textum recepi, in quarta recensione (C* 2*) vel in classibus codicum vel in singulis codicibus addita asteriscis signata textui supposui.*

Cum archetypum recensionis B ex eius codicibus qui supersunt restitutum, ut exposuimus, multis mendis et verbis ex arbitrio scribae mutatis corruptum sit, patet ubique fere nos veram habere lectionem, ubi A 1. (2). *C* 1. 2 *contra B. D consentiunt. Ubi A* 1. (2). *C* 1 *contra B. C* 2. *D aut A* 1. (2). *C* 2 *contra B. C* 1. *D consentiunt, plerumque quidem lectio praeferenda est libri A* 1 *vel librorum A* 1. 2 *cum uno classis C convenientium, attamen liberam habes optionem*[2]. *Ubi A* 1. (2). *B. (D) contra C* 1. 2 *consentiunt, in his habes lectionem tertiae et quartae recensionis, quam in textum non recepi. Ubi A* 1. 2 *contra B. C* 1. 2. *D stant, aut habes mendum archetypi illorum librorum aut lectionem recensionis A, quam in textum non admisi. Ubi A* 1. (2) *cum una vel duabus classibus B contra reliquos libros B et C* 1. 2 *conveniunt, quae lectio praeferenda sit, ab editore iudicandum est. Omnem adnotavi*

1) *'Gesch. Konradins v. Hohenstaufen' p.* 318 *sq.* 2) *Fortuito enim scribae codicum A* 1. *C* 1 *aut A* 1. *C* 2 *idem peccare potuerunt et peccaverunt. Velut ubi A* 1. *C* 1 pulchrum *habent contra* perpulchrum *reliquorum codicum, censebis a scribis illorum librorum* p *per imprudentiam omissum esse.*

variam lectionem recensionum[1] et classium recensionis B[2], singulis in codicibus quae vitiata vel mutata sunt ubique fere praetermisi; nec quae in uno libro omissa sint, adnotavi, nisi coactus, ut pateat, cur eius lectio in adnotationibus non inveniatur. Attamen apparatus criticus in magnam molem excrevit, qui quidem minui potuisset, si variam lectionem recensionis D, a fratre Praedicatore Suevico factae, omisissem; quod faciens reprehendendus non fuissem, sed exhibendam eam duxi, ut, quomodo liber deformatus sit, demonstrarem[3], neque variam lectionem librorum D 1. $1^{a \cdot b}$ penitus omisi, etiamsi non omnem adnotavi. Litteris B et D signavi lectionem archetyporum harum recensionum, quae ex consensu librorum restitui poterat, etiamsi non omnes consentiebant. In re orthographica vetustissimos libros C 1. D 1. 1^{b} maxime[4] et consensum librorum A 1. C 1. 2 secutus sum, orthographica omnino non exceptis quibusdam nominibus adnotavi.

In textu prioris editionis meae non multa, sed nonnulla gravia emendanda inveni, apparatum criticum penitus immutavi[5]. Diligentius scrutatus, quos libros auctor exscripserit, hac in re multa correxi. Sed iam supra monui hunc laborem arduum atque aerumnosum fuisse, neque nunc etiam fore spero, ut eam omnibus numeris absolverim, ut omnibus locis verum fontem adscripserim[6]. Quaedam hac in re socii

1) Sed omisi quae a scribis codicum A 1. C 1. 2, quos recensionum tertiae et quartae et primae — ubi A 2 deficit — unicos habemus, peccata esse videbantur. 2) Neque tamen omnia verba transposita classium B 1. $1^{a \cdot b}$ et B 2. 2^{a}. 3 adnotavi. 3) Perpendi etiam libros huius recensionis D 1. 1^{b} omnium vetustissimos esse. 4) Unde evenit, ut, cum in priore editione ubique ci pro ti scripsissem multitudinem librorum secutus, in hac plerumque ti restituerim. In hac re maxime notandum est in multis libris saec. XIV. et XV. ut in C 1. D 2 saepissime non satis certo discerni posse, num ci an ti scriptum sit. In priore editione set scripsi, quod nunc reieci, cum, ubi in plurimis libris plenis litteris scriptum legitur, sed positum sit, in solo codice B 1 saepe set invenitur. In priore editione etiam ubique inp pro imp scripsi, quod in hanc rarius admisi, cum quidem in hac scriptione eosdem etiam libros inconstantes esse et nimis inter se differre, sed optimos et vetustissimos plerumque imp (saepissime quidem, quod vix dicam oportet, īp) habere observassem. Prudens lector non nescit hac in re adipisci me nequivisse, quid auctor — ipse etiam in re orthographica procul dubio inconstans — scripserit. 5) Nescio, quo malo casu interveniente acciderit, ut in additamenta cod. C 2 nonnulla menda irrepserint, duo eorum exciderint. 6) Velut, cum ad nonnulla statuta pontificum ex Libro pontificali in innumeros libros transsumpta Honorii Gemmam animae adscripserim, non certo apud me constat haec omnia ex hoc libro sumpta esse.

Ernestus Dümmler et Paulus de Winterfeld et Alfonsus Müller, hic de rebus liturgicis, me docuerunt.

Mediis litteris excudenda curavi quae ad certum fontem reduci non potuerunt, sed alibi narrantur, ut ea quae ex Sigeberti Chronico nescio quo libro mediante ad nostrum pervenerunt, tum vero etiam quae ex libro adhuc exstante sumpta, sed verbis mutatis contractisque relata sunt, ut omnia fere ex Gratiani Decreto et ex Gregorii IX. Decretalibus excerpta[1].

Berolini a. d. X. Kal. Iul. a. 1898.

O. Holder-Egger.

INCIPIT CRONICA MINOR.[a]

SS. XXI p. 178.

In[b] nomine domini nostri Iesu Christi[c]. In hac compilatione, que de diversis[d] excerpta[e] est, videlicet de iure canonico, de Ecclesiastica hystoria, de Orosio[f], de cronicis Eusebii et[g] Ieronimi et aliorum, de libro qui dicitur Gemma anime, de opusculo quod vocatur Ordo Romanus, ostenduntur[h] legere volentibus aliqua[i] de gestis sive statutis Romanorum pontificum et de statu bono vel[k] malo imperatorum, insuper quibus qui successerunt[l] tam in sede apostolica quam etiam in Romana[m] re publica, preterea quibus qui memorati principes contemporanei fuerunt[n] a beato Petro apostolo et a Cesare Augusto usque ad annum Domini MCCLXI[o].

a) *ita C* 1. *B* 1, *ubi* Incipit *deest;* Cronica minor Romanorum *B* 1^{b}; De cronicis Romanorum *A* 1; Incipit cronica sive hystoria Romana tam imperatorum quam summorum pontificum *C* 2; Incipit cronica Romanorum et est domini Falconis *B* 5^{a}; Incipit Cronica Romana *B* 1^{a}; Incipit Cronica Romana de diversis cronicis collecta *B* 2; Excerpta de diversis cronicis *D* 1^{b} *(ubi manu* 2. *saec. XIV. in super. marg. praescriptum:* Cronos Grece, tempus Latine, inde cronici dicuntur libri, in quibus facta anni scribuntur aut eciam facta diversorum temporum, ut sic rerum gestarum veritas constaret*); quae B* 3 *habuerit, non patet; nullum titulum habent B* 2^{a}. 4. 5. *D* 1. 1^{a} *(ubi manu saec. XV. superscr.:* Compilacio de diversis*).* 2; *in B* 5. 5^{a} *praescriptum est illud Isidorianum:* Cronica Grece, Latine temporum series appellatur, cronos enim Grece, tempus Latine interpretatur. b) *prologus om. B* 2^{a}. c) Amen *add. D* 1^{a}. d) cronicis Romanorum *add. C* 2. e) excepta *B* 4. 5. 5^{a}. *C* 1. 2. *D*. f) de Or. *om. A* 1. g) et *om. B. D.* h) ostenditur *D*. i) *om. D.* k) et *A* 1. l) successerint *B* 3. 4. *C* 2. *D* 1. $1^{a.b}$. m) re publ. Rom. *D*. n) fuerint *B* 1—5. *C* 2. *D* 1. $1^{a.b}$. o) MCCLXXI. *D*; MCC. . . . *spatio vacuo relicto B* 2; MCCC . . . *spatio vacuo rel. B* 1^{b}; MCCCCLXXIV. *B* 3; a beato — MCCLXI. *om. C* 2.

1) *In codicibus autographis quatuor recensionum verba in successionibus pontificum saepissime repetita* ordinatur *et* annis, mensibus *plerumque in* ord' *vel* or. *et* ann̄, men̄ *breviata fuisse videntur, ut plerique codices plerumque habent, in nonnullis (A* 1. *B* 2. 2^{a}*) vero haec semper vel plerumque, in omnibus saepe vel aliquoties plenis litteris scripta sunt. Nonnulli etiam codices raro* annos, menses *pro* annis, mensibus *scriptum habent, quod nonnisi ex praecellentibus libris adnotavi.*

Ab orbe[a] condito usque[b] ad diluvium fuerunt[c] II milia annorum[d], a diluvio usque ad urbem Romam[e] conditam fuerunt[f] anni II[g] milia CCCCLXXXIIII. Anno[h·]* post eversionem Troie CCCCXIIII.[i] *[margin: Oros. II, 4.]* urbs Roma[k] a Romulo et Remo fratribus geminis condita est. Ab urbe[l] Roma condita usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi fluxerunt anni DCC et XV[m]. Colliguntur[n] autem ab origine mundi in[o] adventum domini nostri[p] Iesu Christi anni[q] V milia CXCIX.

Versus[r]:

Ante Iesum duo C[s] *minus anno*[t] *milia quinque.*

Postquam decenni[u] obsidione illa famosa Troia a Grecis de- *[margin: ib. I, 17 sq.]* structa est, tunc Eneas a Troia transivit in Ytaliam. Ita- *[margin: ib. II, 4.]* que** Romulus, interfecto primum[v] avo suo Numitore[w], dehinc fratre suo Remo, arripuit imperium Urbemque constituit. Iste Romulus de stirpe Enee sceleratorum manum promissa inpunitate collegit;

*) *Pro* Anno — condita est *habet* C 2: Roma fundata est *[margin: Ekk.]* X. Kal. May, post eversionem Troie CCCCXXIX° anno, a Romulo et Remo fratribus in Adventino monte.

**) *Pro* Itaque — interiit *(p.* 526, *l.* 2*) habet* C 2: Exactis autem *[margin: ib.]* ab origine mundi annis tribus milibus CCXI, cum contenderent Remus et Romulus, ex cuius nomine urbs vocaretur, statuerunt in augurio perquirere. Romulus ascendens montem Palatinum vidit vultures VII advolare. Remus vero in Adventino[x] monte vidit XII vultures et ob hoc a militibus Romuli occisus est. Tunc Romulus solus regno potitus urbem ex suo nomine Romam vocavit, templumque in ea faciens asilum, id est domum refugii, appellavit, pollicitus cunctis illuc confugientibus inpunitatem. Quam ob causam multa multitudo ad eum confluxerat de transmarinis regionibus et citra mare, quia in unum corpus convenientes Romanum populum confecerunt. De hoc templo dii dixerunt:

Templum hoc corruet,
cum virgo puerum pariet[1].

Tunc Romulus C ex senioribus elegit, quorum consilio *[margin: ib.]* ageret omnia, quos senatores et patres ob similitudinem cure nominavit. Mille eciam pugnatores elegit, quos a numero milites nominavit. Iste Romulus XXXVIII annis regnavit, quibus eciam nunquam quievit, et ictu fulminis *[margin: Oros. Ekk.]* interiit.

a) Item *D.* b) quod *B* 1. 1a. 2. 3—5a. *D.* c) *om. D.* d) sit *B* 1. 1a; esset *B* 3; sep. est *C* 1. e) eo *D.* f) m. ibi *B* 5. 5a; m. non cel. ibi *B* 2. 2a. g) Iustianus *semper D* 1. 1a. b *et infra D* 2, *h. l.* Iustinus. h) populum *add. A* 1. — et ad *C* 1. 2. i) ordinandum *C* 1. k) rem publicam statim an. dedit *D.* l) *om. B* 2. 2a. 4. 5. 5a. *D.* — gotis *B* 1. 1a. 2a. m) ren. — imperator *om. B* 4. *D.* n) Iustinianus *add. B* 1. 1a. 5. 5a. — imp. *om. B* 2. 2a. 3. o) her. vel pag. *B* 1. 1a. o*) eis *B* 2. 2a. *D* 1; *om. D* 1b. p) *om. B* 4. 5. 5a. *D.* q) sanctissimus *B* 1. 1a. 4. 5. 5a. *D* 1. 1a. 2; s. p. B. *om. h. l. B* 2. 2a. 3; pater *om. A* 1. r) beatus Benedictus *add. h. l. B* 2, *post* vocatur *B* 3. s) duxit *C* 1. t) nutrierat *B* 1. 1a. 4. u) perveniret *C* 2; beatissimus pater noster (*om. B* 2—4) Benedictus *add. B. D.* v) *om. A* 1. *B* 2a. w) deberent *A* 1. *B* 2a. 3. x) ipsius *D* 1. 1a. b. y) ipso *add. B* 5. 5a. y*) ibi m. *B. D.* z) sanctus *C* 1. *D;* sanctissimus pater *B* 1; sanctissimus (*om. B* 2a) abbas (B. abb. *B* 1a) *B* 1a — 5a; s. pater noster Ben. *D* 2. a) dei *add. D.* b) Iustianus *B* 5a *h. l. D;* Iustinus *B* 4. 5. c) X *corr.* V *A* 1, *et ita A* 2. *C* 1; X *B. C* 2. *D.* d) autenium *A* 1; achenum *B* 1a; antherum *B* 2a; Anthemium *B* 1. 3; anthenum *B* 4; anthenien̄ *D* 1. 1a. b; athenien̄ *D* 2; patr. Ierosolimitanum excommnnicauerat her. A. nomine et dign. *C* 1. e) eum *add. D.* f) deportatus *D.* g) ubi *D.* h) dei *D.* i) XVII *B* 5. 5a.

1) *Haec ex Grat. Decr. III, dist.* 1, *c.* 25, *quod Hormisdae papae attribuitur (Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 870*), sumpta sunt.* 2) *Cf. ibid. c.* 27. ex concilio Aurelianensi. 3) *Anthemus potius.*

bus VI[a, 1]. Sub hoc[b] papa, ut supra dictum est[*, 2], canon misse ut sub silentio et in[c] altari et[d] super sacrificium et[e] in preparamentis dicatur, in concilio Constantinopolitano institutum[f] esse videtur.**

Fabianus papa LXII. ordinatur[3], sedit anno I, mensibus V. Fabianus[g] papa constituit, ut, qui emit vel vendit ecclesiam aut[h] prebendam vel ecclesiastica sacramenta, Symoniacus sit et irregularis[4]. *cf. Got.*

Pelagius papa LXIII.[5] ordinatur, sedit annis XI, mensibus X. Hic constituit in missa dici[i] IX prefationes *Ekk. Honor. I, 120.*

A.	*B. C. D.*
supradictas, sicut et Gelasius papa.	: prima[k] de nativitate Domini[l], II.[m] de epiphania, III. de quadragesima, IIII. de sancta cruce, V. de pascha, VI. de ascensione[n], VII. de sancto[n*] spiritu, VIII. de sancta[o] trinitate, IX. de apostolis: *Te, Domine, suppliciter exorare*[p, 6].

Nam[q] valde multe erant prefationes, sicut[r] apparet in antiquis[s] libris. Hic etiam constituit, ut heretici et scismatici per seculares potestates comprimantur[7].

Anno Domini DXLI. sub Pelagio papa[t] et Iustiniano imperatore primo sumpsit inicium aput Constantinopolim[u], *Ekk.*

*) *D add.:* de[v] Gelasio papa, qui fuit tempore Zenonis imperatoris.

**) *C* 2 *add.:* Sub hoc Vigilio papa Cassiodorus Rome floruit, et Priscianus librum suum de arte gramatica curie Romane obtulit, et quinta synodus generalis Constantinopoli fit. *Ekk.*

a) XI *A* 1. 2; X *B* 5. 5^a. b) isto *D*. c) super altare *B*. *D;* sil. dic. in conc. Const. et s. alt. et s. sacr. in prep. inst. fuit *D*. d) *om.* *C* 2. e) *om.* *B* 2. 4. 5. 5^a. *D*. f) constitutum *C* 1. g) Hic const. *A* 2. *B* 1. 4. *C* 2; Iste const. *D;* papa *om.* *A* 1. — instituit *C* 1. h) vel *A* 2. *B* 3. 5^a. *D* 1^b. 2. i) *om.* *A* 1. k) primam *C* 2. *D* 1. $1^{a.b}$ prefacio *add.* *C* 1. l) *om.* *B* 1—3. m) 2^{am}, 3^{am} *etc.* — 9^{am} *C* 2; secundam *D* 1. $1^{a.b}$; terciam *etc.* — nonam *D* 1. n) domini *add.* *B* 1. 1^a. 2. 2^a. 4. 5. 5^a. n*) sp. sancto *B* 1. 1^a. 2. 5. o) *om.* *B* 1. 4. *D* 1^a. p) exoramus *B* 1. 1^a; Te — exorare *om.* *C* 2. *D* 2; et cottidianam *add.* *D* 2. q) aliquando *add.* *D*. r) adhuc *add.* *D*. s) libris ant. *B* 2. *C* 1. 2. t) *om.* *B* 4. 5^a. *D*. u) ap. Const. *om.* *B*. *D*. v) ubi de *D* 2.

1) *Gotifr.:* ann. XVII, mens. VI. 2) *P.* 581. 3) *Hic Fabianus falso insertus est ut in Gotifredi Viterb. catalogo, SS. XXII, p.* 289, *ubi et anno I, mens. V sedisse dicitur.* 4) *Cf. supra p.* 494. *et p.* 552, *n.* 1. 5) *Fabiano falso inserto abhinc numeri pontificum uno maiores iis Ekkehardi sunt.* 6) *Haec in recensione A supra p.* 581. *leguntur. Cf. Grat. Decr. III, dist.* 1, *c.* 71. 7) *Hoc ex Grat. Decr. II, C.* 23, *q.* 5, *c.* 43. 44. *Sed idem fere habet Bonizo, Decr. IV,* 101, *Mai, Nova patrum bibl. VII,* 3, *p.* 41: praecepit, ut scismatici episcopi per saeculares potestates comprimerentur.

Ekk. *cf. Honor. III, 24.* ut sollempniter celebretur[a] ypapanti Domini, id est festum purificationis beate virginis[b]. Hoc et[c] festum luminum dicitur. Lumina namque benedicta in processione portantur, quia[d] Christus, verum lumen nostrum, tunc a sanctis ad templum portabatur, et quia pagani in principio Februarii civitatem Romam luminibus[e] circumquaque[f] perlustrabant[1]. Et sicut Romani in principio mensis Augusti annuatim sollempniter[g] celebrabant[h] triumphos et gloriam Octaviani Cesaris, ita in[i] eodem die constituit ecclesia, ut a Christiano[k] populo festum beati Petri principis apostolorum celebretur[l], scilicet ad vincula[2], qui tamen[m] in diebus azimorum ab Herode rege[i] legitur incarceratus fuisse.

Greg. Dial. II, 37. Eo[n] tempore beatus[o] Benedictus abbas* correptus febribus sexto[p] die ante obitum suum aperiri sibi in oratorio sepulturam[q] iubet et inter manus orantium et psallentium[r], accepta sacra communione, stans in monte Cassino ante altare migravit ad Christum.

Ekk. [Anno[s] Domini DXLIII. quidam venit de regione Ytalorum[t] habens canem rufum et cecum. Hic canis in foro multorum divitum anulis aureis[u], argenteis et ferreis in unum cumulum compositis retulit unicuique anulum suum et composita numismata diversa[v] similiter reddidit unicuique. Hic canis spiritum phitonis[w] habuit].

Iohannes[x] papa LXIIII. ordinatur, sedit annis XII, mensibus X[3], etiam[y] tempore Iustiniani fuit.**

Anno Domini DLXV. Iustinus[z] minor[a] imperium adeptus regnavit annis XI. [Sub hoc[b]] Longobardi intrant Ytaliam. Iste Iustinus imperator comitem quendam nomine[c] Tyberium cesarem fecit.

*) *B. D add.:* tam nomine quam graciarum munere.

Ekk. **) *C* 2 *add.:* Anno Domini[d] DXLIIII. diffusum est mare per Greciam[e] et per miliaria 4^{or}.

Anno Domini DLIIII. terremotus terribilis factus est[f] Constantinopoli et in finibus eius per dies XL.

a) celebraretur *B* 1. 1^{a}. 2^{a}; ut s. cel. *om. B* 3. b) b. virg. *om. B. D*; b. virg. parif. *A* 1. c) etiam *B* 4. 5^{a}. *D* $1^{a \cdot b}$. 2; *om. D* 1; et hoc *B* 2. 2^{a}. d) Et q. *B* 2. 2^{a}. — Chr. *om. B* 2. 2^{a}. e) *om. D*; cum l. *B* 1. 1^{a}. f) circumcirca *B. C* 2. *D.* g) *om. D* 1. $1^{a \cdot b}$; soll. ann. *C* 1. h) celebrant *B* 3. 5. 5^{a}. *C* 1. *D* $1^{a \cdot b}$. 2. i) *om. D.* k) *om. D* 2; pop. Chr. *D* 1. $1^{a \cdot b}$. l) celebraretur *B* 1. 1^{a}. 3. m) tunc *D*; cum *B* 5. 5^{a}. *C* 1. n) Eodem *B. D.* o) temp. abbas Ben. *B. D.* p) VI diebus *B* 2^{a}. *D.* q) sepulc[h]rum *B* 2. 2^{a}. *D*; sep. sibi (sibi sep. *B* 3) in orat. *B* 2. 2^{a}. 3. r) discipulorum *add. B. D.* s) *uncis incl. desunt A* 1. 2. t) Ytaliorum *D* 1. 1^{b}. 2. u) aur. — ferreis *om. B* 1. 1^{a}. v) *om. C* 1. *D* 2. w) phytonicum *D*; pythonicum *B* 3. — habet *D* $1^{a \cdot b}$. x) Ioh. — fuit *ante* A. D. 543. *B. D.* y) et *B* 2. 2^{a}. 3; *om. D* 1^{b}. 2; temp. et. *D* 1. 1^{a}; Hic et. *B* 4. z) imperator *add. A* 1. a) iunior *A* 1. *B* 3. b) isto *D*; S. h. *deest A* 1. c) *om. B* 2. 2^{a}; Tib. nom. *B* 3. *D* 2. d) *bis scr. C* 2. e) grām (graciam) *C* 2; Traceu *Ekk.* f) *eadem manu superscr. C* 2.

1) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 37, *ed. Grässe p.* 163. 2) *Cf. ibid. c.* 110, *p.* 458; *Honorii Gemma an. III,* 164. 3) *Gotifr.:* annis XII, mens. XI.

Benedictus papa LXV. ordinatur, sedit annis IIII, men- [*Ekk.*] sibus II.

Anno Domini DLXXVI. Tyberius Constantinus electus suscepit imperium. Hic misericors et largissimus in elemosinis et devotus fuit. Huius imperatoris tempore Benedictus papa misit Gregorium dyaconum ad predicandum Anglicis, sed [*Ioh. V. Greg.*] voluntate Dei et Romanorum statim[a] arrepto itinere[b] Gregorius revocatus fuit. Fertur enim, cum Gregorius arrepto itinere aput Tyberim fluvium in meridie pausaret et ante se librum apertum haberet, venit locusta saliens, sedit super librum in sinu eius, et[c] Gregorius advertens dixit: 'Locusta vocaris, hic in loco sto, id est in Angliam non proficiscar'. Et statim nuncii pape Benedicti[d] insequentes eum Romam reduxerunt[1].

Anno Domini DLXXXI. Pelagius papa LXVI. ordinatur, [*Ekk.*] sedit annis X[e], mensibus II. Sub hoc[f] papa fuit Rome pestis [*Ioh. V. Greg. I, 37.*] inguinaria, in qua peste[g] et ipse Pelagius[h] papa mortuus fuit[i]. Pelagius papa constituit[k], ut in omni missa ⟨semper[l]⟩ agatur[m] memoria defunctorum, ibi scilicet: *Memento etiam, Domine, fa[mulorum]*[n] *).

Tyberius imperator infirmatus, cum mortem sibi[o] propin- [*Ekk.*] quam sentiret[p], Mauricium generum suum cum consilio ad imperium elegit eique principatum dedit dicens: 'In mente habe, ut rectitudinem et iusticiam[q] semper ames'. Et hoc[r] cum dixisset Tyberius imperator, de hac luce migravit; quem omnis populus multum planxit pro bonitate[s] sua. Fuit enim summe bonitatis, ad elemosinas promtus, in iudiciis iustus, in discretione[t] cautissimus; nullum despiciebat, sed omnes[u] suscipiebat, et quia dilexit omnes, ab[v] omnibus dilectus

*) *C 2 add.:* Sub hoc Pelagio Levigildus[w] rex Wisigotho- [*Ekk.*] rum Arrianus Hermingildum filium suum ob fidem katholicam, quam a Leandro episcopo percepit, in die sancto pasche securi occidit. Huius sancti Hermingildi regis et martyris festum agitur Ydus Aprilis.

a) *om. B* 4. 5. 5a. *D;* st. — enim cum *om. B* 1a. 2a. 3; arr. *om. B* 2, *ubi* Greg. st.; Greg. st. arr. it. *B* 1; Gr. arr. it. *B* 4. 5. 5a. *D.* b) aput Tyberim (fluvium *B* 2) *add. B* 2 (*ante* it.). *C* 2. c) *om. D.* d) eiusdem pape *D.* e) an[no] I (uno, unum) *B* 1 — 4; ann. X *om. D* 1. 1a.b; X *om. D* 2. f) isto *D.* g) *om. B* 4. 5. 5a. *D;* et fame *add. C* 1. h) papa Pel. *D.* i) est *B* 2. 2a. k) instituit *B* 4. 5. 5a. *D.* l) *habent A* 1. 2 *sola.* m) def. mem. ag. *B* 1—3. 5. 5a. *D* 1. 1a.b; mem. def. habeatur *D* 2. n) *om. B. D;* et eorum *C* 2. o) *om. D.* p) videret *C* 1. q) et iust. *om. D.* — semper iudices et ames *D* 2. r) cum hoc *B* 2. 2a. 3. 5. 5a. *D* 1a.b; hoc *om. D* 1. s) probitate *D.* t) districcione *D.* u) gaudenter *add. D.* v) *om. B* 2. 2a. 3. *D* 1. 1a.b. w) leingildus *C* 2.

1) *Haec ex Iohannis Vita Gregorii I, 22 — 24. quidem profecta sunt, sed ita narrata, ut auctor haec potius memoria tenuisse quam ex illo libello exscripsisse videatur.*

Ekk. fuit.* Iste Tyberius imperator regnavit annis VII[a]. Huic in elemosinis largissimo Deus manifestavit copiosum thesaurum in ⟨lapide[b]⟩ cruce signato sub pavimento. 'Non debet', inquit ipse[c] imperator, 'crux esse sub pedibus servorum, sed in frontibus imperatorum', iussitque levari de pavimento lapides[d] tres cruce signatos, sub quibus thesaurus absconditus apparuit. Quo dato pauperibus et[e] in pias causas, copiosus thesaurus Narsei eidem[f] imperatori per quendam senem virum Domino disponente manifestatus est[1].**

ib. Anno Domini DLXXXIII. Mauricius imperium suscepit[g] et regnavit annis XXI[h]. Iste compulit beatum Gregorium electum in papam suscipere presulatum[2]. Iste Mauricius imperator[i] decollatus est a Foca successore suo.***

Anno Domini DXCI.[k] Gregorius papa LXVII. ordinatur, sedit *L. pont.* annis XIII, mensibus VI. Iste Gregorius exposuit Iob et Ezechielem[l] et fecit Curam pastoralem et Dyalogum et omelias XL. Hic[m] constituit appellationis remedium[3], et etiam[n] constituit, ut presbiter nulla ratione sit proditor confessionis[4]; et[o] constituit, quod marito excommunicato uxor et filii et servi[p] et alii pro utilitate sive pro adventicia[q] necessitate communicare[r] licite possunt[5]. Hic ordinavit divinum offi-

Flores temp. *) *D* 2 *add.:* Claruit tunc sanctus Iohannes, dictus Eleymon, episcopus Alexandrinus; obiit X. Kal. Febr.

**) *C* 2 *add.:* Narses fuit patricius et ditissimus Romanus. Iste Narses occidit Totilam regem Gothorum.

ib. ***) *D* 2 *add.:* Temporibus huius Mauricii imperatoris tunica Domini inconsutilis in Zaphat procul ab Ierusalem in archa marmorea fuit inventa, quam Gregorius Anthiocenus, Thomas Ierosolimitanus, Iohannes Constantinopolitanus et alii episcopi triduano ieiunio ordine pedestri in eadem archa Ierosolimam perducentes in ecclesia posuerunt, ubi nunc crux Domini adoratur. Nota. Brunhildis regina Columbanum hereticum, Gallum et eorum socios a finibus Francorum expulit, Desiderium Viennensem episcopum per IIII[or] annos in exilio afflixit et martyrio coronavit.

a) VI *B* 2. 2[a]. *D*. b) *om. B. C* 1. 2; monumento *D*. c) *om. B* 1—3. d) tres lap. *C* 2. *D*. e) etiam in ipsas pias *B* 2. 2[a]. 3. f) imp. eid. *D*. g) sumpsit *A* 1. h) XXII *C* 1. i) *om. B. D.* k) D . . . *A* 1, *spatio vacuo rel.;* DLXXXVII. *B* 2. 2[a]. 3; DXII. *B* 4. 5. 5[a]. l) *sic B* 2. 3. *C* 1. *D* 2; ezech' *A* 1. *B* 1. 1[a]. 2[a]. 4. 5. 5[a]. *C* 2. *D* 1[a.b]; ezechiel *D* 1. m) Item *D* 1. 1[b]; Hic — rem. *om. D* 1[a]. n) rem. Item *D;* et et. *om. B* 4. o) Item *D;* *haec* — div. officium *A* 1 *infra post* fidem Christi *(p. 589, l. 17) habet, ubi* Preterea beatus Gregorius papa const. p) et ancillae *add. B* 3. q) *om. D* 1. 1[a.b]; adveniente *D* 2. r) lic. comm. *B. D.*

1) *Haec ex Ekkeh. narratione verbis mutatis excerpta sunt.* 2) *Hoc ex Ioh. Vita Greg. I, 40. profectum est.* 3) *Cf. Grat. Decr. II, C. II, q. 6, c. 11.* 4) *Hoc ex eodem II, C. XXXIII, q. 3, dist. 6, c. 2.* 5) *Haec ex Grat. Decr. II, C. XI, q. 3, c. 103, quod est Gregorii VII. papae.*

cium. Hic[a] beatus Gregorius papa[b] cum ordinavit[c] officia, officiis, ut videtur[d], concordavit facta: videlicet in purificatione[e] processionem cum candelis, in capite ieiunii cum officio penitentie aspersionem cineris, in palmis cum[f] officio processionem cum palmis, in cena Domini cum[f] officio lotionem pedum et[g] consecrationem sacramentorum, in parasceue ⟨officium[h]⟩ de morte Domini cum pedum nuditate et crucis adoratione, in pascha cum officio de agno[i] vero esum veri agni. Constituit etiam, ut mulier post partum, quando voluerit, reconcilietur ecclesie. Hic Gregorius papa Augustino[k] Anglorum episcopo *Grat. I,* 12,10. scribit: *Ex singulis quibusque*[l] *ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt elige et hec quasi in*[m] *fasciculum collecta aput*[m] *Anglorum mentes*[n] *in consuetudinem depone*[o]. D. XII: *Novit*[p. 1]. Hic Augustinus ordinatus[q] in archiepiscopum[r] a sancto Gregorio papa[s] et missus ab eo convertit gentem[t] Anglorum ad fidem Christi. Hic[u] predicatores primo[v] in Angliam misit[2]. Hic Gregorius papa[w] constituit letaniam maiorem in die sancti Marci[x] *Honor. III,* 138. propter pestem inguinariam. Hic ex pretore urbano mona- *Ekk.* chus Rome[y] floruit et inde assumptus[z] est in papam. Huius Gregorii tempore tunica Domini inconsutilis[3] aput Ierusalem reperitur, sed Rome servatur.*

Sciendum itaque, quod olim divinum[a] officium in ecclesia *Honor. IV,* 1. agebatur, prout cuique[b] bonum videbatur. Unde bone memorie Theodosius imperator concilium aput[c] Constantinopolim congregavit[d], omnes hereses dampnavit[e] et divinum officium postulavit[f] a concilio ordinari. Quod negotium tunc[g] Damasus papa Iero-

*) *C* 2 *add.:* Anno Domini DXCV. Hic papa beatus Gre- *Ekk.* gorius synodum episcoporum congregans aput Sanctum Petrum de necessariis ecclesie decrevit.

a) et hic *A* 1. b) *om. B;* Item cum ord. *A* 2. *D;* et cum ord. *B* 3. c) divina *add. D.* d) ut vid. *om. B. D;* ut vid. off. *A* 1. e) sancte marie *add. C* 1. f) cum off. *om. B* 3. *D.* g) et — nuditate *om. B* 2. 2^{a}. h) *in A* 1. 2 *solis.* i) vero agno *B. D.* k) scr. Aug. Angl. ep. *D.* l) *om. D.* m) *om. B* 2. 2^{a}. 3. n) m. in *om. B* 2. 2^{a}. 3. o) pone *D.* p) D. XII. N. *om. B* 1—3. q) electus *B. D.* r) et ordinatus *add. B. D.* s) *om. B* 2. 2^{a}. 3. *C* 2; p. Gr. *B* 1. 1^{a}. 5. 5^{a}. t) Angl. g. *B* 2. 2^{a}. 3. *C* 1 (gentes). *D* 1^{a}. u) Gregorius papa *add. B* 2. 2^{a} (p. Gr.). 3; Prefatus autem Augustinus papa pred. *A* 1 *post locum p.* 588, *n.* o *indicatum.* v) *om. C* 1. w) Greg. autem p. const. *A* 1; Gr. p. *om. B* 2. 2^{a}. 3; papa *om. B* 1^{a}. 5^{a}. *D* 1^{b}. x) ewangeliste *add. D.* y) *om. B. D.* — claruit *C* 1. z) electus *B. D.* a) off. div. *A* 1. 2. *C* 2. b) unicuique *A* 1. 2. *D.* c) *om. B* 2. 2^{a}. *D.* d) et *add. D.* e) condempnavit *B* 2. 2^{a}. 3. f) a conc. post. *D.* g) *om. B* 4. 5. 5^{a}. *D.*

1) *Grat. Decr. I, dist.* 12, *c.* 10. 2) *De eadem re bis scripsit. Haec vulgatissima unde (Bedae Hist. eccl., Iohannis Vita Greg., Ekkeh. a.* 596. 603*) sumpserit, non patet.* 3) *Hanc a Constantino Magno in basilica Lateranensi positam esse supra p.* 564. *scripsit hic auctor verissimus.*

Honor. nimo tunc[a] in scripturis eruditissimo iniungere indicavit[b]. Ieronimus itaque in Bethleem, ubi Dominus nasci voluit, psalmos ad nocturnos[c] et ad reliquas horas distribuit. Ad misse vero officium lectiones et ewangelia ex Veteri et Novo testamento collegit, prout tempori et stationi congruere vidit[d]. Hoc officium concilium collegit et cum papa Damaso cantari instituit. Postea Gelasius papa et iste sanctus[e] Gregorius papa orationes et cantum epistolis et ewangeliis addiderunt congruentes. Sicut[f] hodie tenet ecclesia, divinum officium Gregorius[g] iste [a[h] diversis conciliis et apostolicis] collegit et sic celebrari instituit[i] et cantari.

Honor. I, 87. Hic[k] Gregorius papa introitum missarum composuit et collectas
ib. I, 88. plures et[l] dici instituit. Ambrosius Mediolanensis graduale et Alleluia composuit, sed hic[m] Gregorius dici in missa instituit[n]. Offertorium hic[m] Gregorius composuit et[o] dici in missa instituit[p]. Hic etiam de martiribus et de[q] confessoribus officia instituit[r], et de defunctis[s] et de sancta[t] Dei genitrice[u] quis dubitat[v, 1]? Sed[w] cursum, id est[x] horas beate virginis Marie, religiosorum devotio collegit et ob venerationem[y] eius dicere consuevit[2].* Hic Gregorius ita[z] ecclesiastica ordinavit officia[a], ut prima[b] in missa oratio lectioni et ewangelio concordet. Hic Gregorius signa crucis[c], videlicet unam vel tres[d] vel quinque, super oblationem fieri in canone constituit[e], et quod calix in dex-

*) *C2 add.:* Rome in[f] ecclesia que nominatur Ara celi, ubi modo manent fratres Minores, ostenditur ymago domine nostre, quam fecit in sculptura et pictura
Iac. c. 46. sanctus Lucas ewangelista[3]. Hanc sanctus Gregorius papa in processione portavit contra pestem ingwinariam. Tunc angeli in aere cantaverunt antiphonam[g]: *Regina celi, letare.* Sed sanctus Gregorius apposuit in fine: *Ora pro nobis Deum, alleluia.* Et mox cessavit pestis inguinaria.

a) t. Ier. *A* 1; *om. B. D.* — in scr. *om. C* 1. b) indicavit *A* 1. 2. *B* 4. 5. *D* 2. c) nocturnas *D.* d) videtur *B* 2a. 4. 5. 5a; videbatur *B* 2. e) *om. B* 2. 2a. 3. f) Sic *C* 2. g) iste Gr. *B* 4. *D.* h) *uncis incl. des. A* 1. 2. i) constituit *B* 1. 1a; et cant. inst. *C* 1. *D.* k) Iste *D.* l) etiam *A* 1. 2. *B* 5; *om. B* 2. 2a. *D.* m) *om. D.* n) constituit *B* 1a. *D* 1. 1a.b. o) comp. et *om. B* 5. 5a. — in missa dici *B* 1—4. *D.* p) constituit *D.* q) *om. B* 1a. 2. 3. *D* 1b. r) constituit *D.* s) sanctis *A* 1. 2. t) beata *A* 1. 2. u) Maria *add. D.* v) dubitas *B* 4; dubitet *D* 1. 1a. w) et *D.* x) c. et *A* 2. *C* 2; c. id est *om. C* 1. y) reuerentiam *C* 1. *D* 1. 1b; et obseruacionem *D* 1a. — eiusdem *D* 1a.b. 2; *om. D* 1. z) *om. B. D.* a) beneficia *B* 4. 5. 5a. *D* 1. 1a.b. b) *om. B* 3. *C* 2. — or. in m. *D.* c) cr. — vel *om. D.* d) tria *D.* e) *om. B* 2a. 3; ordinavit *B* 2; const. (instituit 2) in can. *D.* f) *om. C* 2. g) ant̃ *C* 2.

1) *Mira est haec elocutio, sed cum omnes fere codices consentiant, de lectione nulla dubitatio moveri potest.* 2) *Cf. Honorii Gemma animae II,* 63. 3) *Cf. supra p.* 531, *n.* *. *Iacobus c.* 46, *p.* 192, *ex quo capite sequentia sumpta esse videntur, hanc imaginem in ecclesia S. Mariae Maiore esse falso dixit.*

tera[a] ponatur, et quod incensum precedat ewangelium[b], et quod[c] sacrificium incensetur, et quod lumen ardeat in missa. Hic addidit in canone: *Diesque nostros*[d] et cet. usque *per Christum dominum nostrum.* Sicut[e], dicit in Registro suo[1] hic[f] Gregorius[g], apostoli dominicam orationem ad consecrationem corporis Domini[h] dixerunt, ita ipse Gregorius[i] *Pater noster* dici in missa[k] et capitulum quod precedit[l]: *Oremus: Preceptis salutaribus mo[niti]*[m], et[n] orationem que sequitur: *Libera nos, quesumus, Domine,* in missa dici constituit[o]. Ita dicit hic[p] Gregorius in Registro[q, 2]: *Inconveniens est,* inquit, *ut oratio, quam scolasticus composuit, super oblationem dicatur, et illa pretermittatur, quam ipsi*[r] *apostoli ex institutione divina eorundem*[s] *sacramentorum usitasse creduntur.* Iste beatus[t] Gregorius papa post epyphaniam et[u] penthecosten ordinare curavit, ut tot officia semper[v] habeamus, quot dominice possunt[w] evenire.* Hic etiam constituit post festum beati[x] Petri[y] festum beati[z] Pauli apostoli[a] in diversis officiis observari[b], quamvis uno die passi fuerint[c]. Hic Gregorius[3] tale constitutum promulgavit dicens: *In die resurrectionis Domini usque ad*[d] *sabbatum in albis et in*[e] *die penthecostes usque in*[f] *sabbatum eiusdem ebdomade tres psalmos ad noc-*

Gilb. Honor. I, 90. Grat.

*) *C* 2 *add.:* Sub hoc sancto Gregorio papa sanctus Goar confessor claruit et sanctus rex Guntrammus similiter. Et tunica Domini inconsutilis ab Antioceno et Constantinopolitano et Iherosolimitano patriarchis ac aliis episcopis in Sophet inventa honorifice in Ierusalem posita est. Sed modo in altari Lateranensi Rome servatur[4]. Ekk.

a) dextra *B* 1. 1a. 2. 2a. 4. 5; dextris *B* 5a. b) ew. — incensetur *om. D.* c) ut *B. C* 2. d) enim *B* 2. 2a. — et cet. *om. A* 2. *C* 2. e) Item sic. *D.* f) *om. D.* g) sicut *add. B* 2. 2a. *C* 2. h) nostri Iesu Christi *add. C* 1. i) papa *add. D.* k) constituit *add. B. D.* l) scilicet *add. B* 3; videlicet *add. D* 2; usque *add. D* 1. 1a. b. m) *om. B* 1a—5a. *C* 2. *D* 1a. 2; et cet. *add. D.* n) Item *D.* o) instituit *B* 1. 1a. 5. 5a. *C* 1. p) *om. B* 3. *D;* Gr. hic dicit *B* 1. 1a. (2). 2a. 5. 5a; hic Gr. d. *B* 4; Gr. d. *D.* q) suo *add. D.* r) *om. B. D.* s) sacr. eor. *D.* t) *om. B* 3. *D.* u) post *add. A* 1. 2. v) *om. B. D.* w) possint *B* 2. 2a. 4. 5. 5a. *D* 1. 1a. — convenire *D.* x) *om. B* 1. 1a. 3. y) apostoli *add. C* 1. 2. z) *om. A* 1 *(adest A* 2*). C* 2. *D* 1. 1a. 2; sanctissimi *B* 5a; beatissimi *B* 5; b. — officiis *om. B* 3. a) *om. B* 1. 1a. *C* 1. — in *om. A* 1. 2. b) off. ab omnibus christianis sollempniter celebrari *B. D.* c) sint *B. D* (sunt *B* 1a. 2a. 5); p. f. die *A* 1. 2. d) in *B* 3. *C* 1. *Grat.;* ad — usque *om. D.* e) *om. A* 1; in — legimus *om. B* 5. 5a; in — sabb. *in marg. suppl. B* 4. f) ad *B* 1. 1a. 2. 2a.

1) *Epistolam infra allatam dicere voluit auctor. Ibi vero non haec verba leguntur, sed:* Orationem . . dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia mos apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. 2) *IX,* 26, *Epist. II, p.* 59 *sq. Sed pleraque verba Gregorii hoc loco mutata sunt.* 3) *Non hic Gregorius, sed septimus, ut dicit Gratianus, Decr. III, dist.* 5, *c.* 15, *ex quo hoc caput descriptum est.* 4) *Cf. supra p.* 564. 589.

Grat. *turnum tantum*[a] *cantamus*[b] *tresque lectiones legimus. Omnibus aliis diebus per totum annum, si festivitas est IX lectionum*[c]*, IX psalmos dicimus*[d]*, aliis autem diebus XII psalmos et tres lectiones recitamus*[e]*. In dominicis diebus XVIII psalmos et IX lectiones dicimus.* Hic etiam Gregorius quadragesimale[f] officium a capite ieiunii incepit[1]. Sic iste sanctus[g] Gregorius papa pene omnia ecclesiastica officia ordinavit. Sed[h] officium et hystoriam *Honor. IV, 117.* de sancta trinitate Stephanus Leodicensis composuit[2]. Magister[i] quoque Karoli Albinus[k] nomine ex rogatu sancti Bonifacii archiepiscopi missam de sancta trinitate composuit. Hoc tamen officium usque adhuc curia[l] non recepit[m]. Hic sanctus[n] Gregorius papa[n] constituit, ut summus pontifex pro rubeis inferioribus indumentis alba ampla, cingulo precincta, continue uteretur[o]; sed postea papa[p] Celestinus II[us] illam albam amplam[q] et longam mutavit in albam strictam, non cinctam[r], qua modo utitur papa[3]. Constituit etiam, ut ordo subdyaconorum[s] sit sacer, et ut *ib. I, 90.* sint casti[4]. Hic[t] Gregorius etiam communionem composuit et dici instituit. Sciscitanti[u] solitario[v] quodam a Domino, cui similis fieret in premio, respondit Dominus dicens: 'Servo meo Gregorio pape[w]'. Qui valde indignatus dixit Domino: 'Cum ⟨dominus[x]⟩ Gregorius papa in gloria et diviciis huius mundi habundet, ego in afflictionibus positus, fame et siti, frigore[y] et nuditate et solitudine cruciatus, non habebo[z] maius premium quam Gregorius papa[a] in deliciis?' Cui Dominus ait: 'Tu cum catta tua[b] maiorem leticiam habes quam servus meus Gregorius papa[c] in omni gloria ⟨sua[d]⟩ et diviciis'[5].

Ekk. Anno Domini DCIIII. Focas imperium adeptus regnavit annis VIII. Hic Romanam ecclesiam preposuit Constantinopoli-

a) *om.* *A* 1. b) dicimus *B* 2. 2^a. — et tres *B. D.* c) lectiones *B* 1. 1^a. 2^a. 3. 5. 5^a; IX lect. est *D;* et *add.* *B* 2^a. 3. d) cantamus *B. D* 1. $1^{a.b}$; recitamus *D* 2. e) dicimus *C* 1. f) XLe *B* 1. 2. 3—5^a. *D* 1. 1^a. 2. g) *om.* *B* 1. 2. 2^a. 3. *C* 2. h) et nota quod *D.* i) Mag. — composuit *om.* *B* 1. 1^a. k) Alcwinus *D.* l) Romana *add.* *D.* m) recipit *B* 2. 4. *C* 1. *D* 2. n) *om.* *B* 2. 2^a. 3. o) utatur *B. D.* p) papa *et* II^{us} *om.* *A* 1; Cel. papa *B* 1 — 4. *D*; papa Cel. postea II^{us} *B* 5. 5^a. q) longam et latam *D.* r) non c. *om.* *B* 2. 2^a. s) *sic* *D* 1. $1^{a.b}$; subdiaconi *B* 2^a; subdyaconatus *B* 3. *D* 2; subdyac^9 *B* 2; subdyac̄ *reliqui.* t) Idem et Gr. *D;* et. *om.* *C* 1. u) *haec* — diviciis *(l. 28) om. D.* v) q. sol. *B* 1. 1^a. *C* 1. — quidam *B* 4. 5. w) *om.* *B.* x) *sic* *A* 1. 2; *deest* *B. C* 1. 2. — p. Gr. *A* 1. 2. y) et fr. et *B* 2. 2^a. z) hēo (habeo) *A* 1. 2. *B* 2^a. 4. 5. 5^a; non h. m. *om.* *B* 2. a) *om.* *B* 1. 1^a. 4. 5. 5^a; p. Gr. *B* 3. b) cum cattania *(vel* cattama, cactama*)* *A* 1. 2. *C* 2; cum cactania *B* 1; cum tata tua *B* 1^a; cum catto uno *B* 2. 2^a. 3. c) *om.* *A* 2. *B* 1. 1^a. *C* 2. d) *sic* *A* 1. 2; *deest* *B. C* 1. 2.

1) *Cf. Grat. Decr. III, dist.* 5, *c.* 16. 2) *Hoc e Sigeberti Chron. a.* 903, *SS. VI, p.* 345, *profectum est, qui hoc ex Anselmi Gest. ep. Leod. c.* 20. 21, *SS. VII, p.* 200, *sumpsit.* 3) *Cf. infra sub Caelestino II.* 4) *Cf. Grat. Decr. I, dist.* 31, *c.* 1; *Decret. Greg. IX. l. I, tit.* 14, *c.* 9; *tit.* 18, *c.* 7. 5) *Haec ex Iohannis Vita Greg. II,* 60. *profecta sunt, sed ab auctore e memoria narrata esse videntur.*

tane[a]. Hic[b] Pantheon dedit ecclesie. Tempore huius imperatoris *Ekk.-Lamp.* Anglici fidem susceperunt ab Augustino archiepiscopo et monachis, quos illuc[c] miserat Gregorius papa. Iste Focas imperator *Ekk.* predecessorem suum[d] Mauricium imperatorem occidit. Mauricius itaque christianus[e] et katholicus imperator mortem suam corde compunctus Domino precibus commendavit, supplicans et eligens puniri pocius et purgari[f] in presenti seculo quam in futuro. Ideoque magno mundi principe, cuius incomprehensibilia sunt iudicia, permittente ipse Mauricius imperator a Foca, qui ei[g] quidem imperio[h] successit, decollatus est[1].

Anno Domini DCVI. Fabianus papa LXVIII. ordinatur[i], *ib.* sedit anno I[k], mensibus V[l].*

Post hunc Bonifacius papa LXIX.[m] ordinatur, sedit annis IX. Bonifacius[n] papa constituit fures ecclesiarum esse[o] ana- *Gilb.* thematizandos[2]; et[p] constituit, ut nullus violenter trahatur de *L.pont.* ecclesia[3].

Post hunc Bonifacium papam anno Domini DCXVIII.[q] iterum alius Bonifacius[r] papa a beato Petro[s] *Ekk.* LXXus ordinatur[i], sedit annis VI[t], mensibus X. Huius rogatu Focas imperator dedit Pantheon, id est[u] templum omnium[v] ydolorum, ecclesie. Hoc templum ipse[w] papa Bonifacius[x] IIII. *Beda H.Angl. II, 4.* a beato Gregorio papa[y] eliminata omni spurcicia ydolorum sollempniter in capite[4] Kalendarum Novembrium[z] dedicavit in honore beate virginis Dei[a] genitricis Marie et omnium[b] martirum.**

*) *C* 2 *add.:* Iste Fabianus papa a sancto Gregorio percussus subito interiit, pro eo quod elemosynas dare noluit et ipsi sancto Gregorio detraxit[5].

**) *C* 2 *add.:* Anno Domini DCXI. Focas imperator occi- *Ekk.* ditur a[c] vulgo et aput Thaurum[d] crematur.

a) constantinopoli *B* 2. 3—5a; constantinopolim *B* 2a. b) sed *B* 2. 2a. c) illic *B* 2. 2a. *D* 1b; ibi *C* 1. d) suum pred. *A* 1. *C* 2; cesarem *add. A* 1. e) imp. chr. et kath. *C* 1; imp. it. chr. et kath. *D.* f) et purg. *om. D;* et purg. poc. *B;* poc. pun. et purg. *C* 1. g) eidem *C* 2. h) in imp. *B* 4. *C* 2. *D.* i) ordinatus *A* 1. k) an. unum *B* 1a. *C* 1; a. I. *om. D.* l) II *A* 1. m) LXIX. — IX *om. A* 1. n) *sic B* 1a. 5. 5a. *C* 1; Fabianus p. *C* 2; Hic const. *A* 2. *B* 1. 2. 2a. 3. 4. *D;* const. etiam f. — anathematiz. *post* de ecclesia *A* 1, *sed hoc loco haec habet A* 2. o) an. esse *B* 2. 2a. 3. p) Item *D.* q) DCXVII. *A* 1; DCIX. *D* 2; DC. *D* 1. 1a. b. — it. *om. B. D.* r) p. B. *A* 1. s) a b. P. *om. B* 3. *D.* t) V *A* 1; *om. D* 1. 2. u) P. et *D.* v) omn. — templum *om. A* 1. w) *om. B* 2. 2a. 3. *C* 1. x) *om. B* 1. 1a. 2a—5a. *D;* Bon. papa *B* 2. *C* 1. y) *om. B* 1. 1a. *C* 2. z) nouembris *B* 2; in kal. nouembris *C* 1. a) Dei gen. *om. A* 1. *B* 2a. 3. *D.* b) sanctorum *add. C* 1. *D.* c) ut *C* 2. d) *e corr. C* 2.

1) *Haec excerpta et immutata sunt ex longa narratione, quam Ekkeh. a.* 583. *ex Iohannis Vita Gregorii et Landulfi Hist. miscella exscriptam habet.* 2) *Gilbert. haec Bonifacio V, non huic III, adscripsit.* 3) *In Libro pontif. haec de Bonifacio V, non de hoc III, dicta sunt.* 4) in cap. — virginis *ex Mirab. Romae c.* 42 *(ed. Parthey) inserta videntur esse.* 5) *Haec ex Pauli Vita Gregorii c.* 29. *profecta sunt.*

Rome DC Iudei conversi ad fidem Christi baptizati sunt. [Obligaverunt[a] enim se sub obtentu omnium[b] rerum suarum ad hoc], ita dumtaxat, si Christus illuminaret cecum quendam litteratum, frequentius disputantem cum ipsis[c] Iudeis de Christo. Cui Christus gloriose lumen[d] oculorum, presente hoc papa[e] Bonifacio, dedit[f] in festo luminum ad Sanctam Mariam Rotundam, id est Pantheon. Qui cecus ut visum recepit, mox illi[g] DC Iudei et eo amplius baptizati sunt; et ipse illuminatus publice coram omnibus statim cantavit hoc responsorium ante[h] nunquam auditum, scilicet[i]: *Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola*[k] *in[teremisti]*. Et tunc[l] idem papa hoc ipsum[m] in ecclesia cantari instituit[n]. [Super[o] omnia Deo[p] sit laus[q]!][1]

Ekk. Anno Domini DCXII.[r] Heraclius regnare[s] cepit et regnavit[s*] annis XXVII, a Cesare Augusto LXI[us]. Iste Heraclius[t] XII. imperii[u] sui anno cum multa milicia per sex annos regnum[v] Persarum vastavit, occiso Cosdra[w] rege Persidis, et occiso filio eius[x] singulari certamine in[y] lapideo ponte Danubii, vivifice crucis lignum in Ierusalem reduxit, quod Cosdras spoliato templo cum multis thesauris[z] asportaverat. Hic Heraclius quando intrare voluit Ierusalem portans crucem Domini[a] cum triumpho victorie et cum magnifica[b] gloria, angelus Domini conclusit ante faciem suam[c] portam civitatis, dicens ei: 'Rex celorum humilis hic intravit'. Qui erubescens, statim depositis insigniis[d] imperialibus et relicta pompa, venit[e] nudatis pedibus humiliter incedens. Angelus namque patefacta porta intromisit eum[a] cum omnibus exercitibus suis. Sicque[f] Heraclius reportavit crucem Domini cum magna[g] *ib.* veneratione in templum[2]. Postea idem Heraclius imperator a Sergio patriarcha Constantinopolitano et[h] ab aliis hereticis

a) *uncis incl. des. A* 1. 2. b) r. s. omn. *D.* c) eisdem *C* 1. d) reddidit *add. h. l. B* 1. 1a. e) *om. D* 1. 2; Bon. p. *B. D* 1a. b. f) *om. h. l. B* 1. 1a. g) *om. D.* h) *pro* ante — scilicet *habent A* 1. 2 quod ante nunquam auditum fuerat *post* interemisti; a. u. aud. *ibid. D.* i) *om. B* 2a. 3. *D.* k) sola int. *habent A* 1. *B* 3, *pro quibus reliqui* et cet. l) ipse *add. B* 1. 1a. m) responsorium *add. D* 1. 1a. b. n) constituit *A* 2. *B* 1a. 5. 5a. *C* 1. 2. *D* 1. o) *uncis incl. des. A* 1. 2. *B* 2a. p) sit deo *B* 2a. 3. *C* 1. q) et gloria *add. D;* Amen *add. B* 2. 2a. 3. r) DCXXII. *B* 2. 3. — Eracl. *semper A* 1. *B* 2. 2a, *saepe D* 1a. 2, *raro B* 5. 5a. s) imperator LXIus a Ces. Aug. regn. *D* 1. 1a. b. s*) imperans *add. A* 1. t) imperator *add. B. D.* u) an. imp. sui *C* 1; an. imp. sui (sui imp. 1a. b.) XII. *D.* v) P. r. *C* 1; regnavit Persam *B* 2; regnavit et Persas vast. *D.* w) cozdra *B* 2a. *C* 1; rege C. *B. D.* x) suo *C* 1. y) *om. D* 1a. b. 2. z) *om. B* 2. 2a. — asportauit *B* 2. 2a. a) *om. B* 1. 1a. b) magna *B* 1. 1a. *D* 1a. b. 2; laude et *add. A* 1. c) ante eum *B. D.* — portas *B* 1. *D* 1b. 2. d) signis *C* 2; insignibus *B* 3. *D* 2. e) *om. C* 1. f) Sic *D.* g) reverentia et *add. D* 1. 1a. b. h) et *om. D.* — ab *om. A* 1. *B* 2. 2a.

1) *Haec narratio ex ea excerpta est, quam nuper edidit V. Rev. A. Poncelet, Analecta Bolland. XVII, p.* 155 *sqq.* (Sermo in purificatione s. Mariae), *praeterquam quod ibi* 500 *Iudaei baptizati esse dicantur.* 2) *Haec ex Exaltatione s. crucis, Mombritius, Vitae sanctorum I, f.* 214.

circumventus[a] in heresim Euticianam lapsus est; que heresis negat in Christo duas[b] esse naturas, sed solam divinam naturam in Christo esse[c] dicit, non[d] humanam.* *Ekk.* *Grat. II, 24, 3, 39.*

*) *C* 2 *add.:* Iste Heraclius imperator iussit baptizari omnes Iudeos in regno suo et a rege Tagoberto id ipsum in suo regno obtinuit. Quod et factum est. Hic Heraclius in ydropisi mortuus est. Tempore[e] huius Heraclii[f] et Bonifacii pape Magumeth[g] surrexit[h] et Sarracenos omnes[i] decepit. Clericus quidam famosus cum in curia Romana honorem, quem cupiebat, assequi non potuisset, indignatus ad partes ultramarinas confugiens sua astucia innumerabiles populos ad se traxit. Inveniensque Magumeth dixit ei, quod ipsum illi populo preficere vellet; nutriens clericus columbam grana et alia huiusmodi in auribus Magumethi ponebat. Columba autem super humerum stans Magumethi[k] de auribus eius cibum sibi sumebat. Sicque columba iam adeo consweta erat, ut, quandocumque Magumethum videbat, protinus super humeros eius prosiliens rostrum in aurem eius ponebat; populum convocans dixit clericus se illum velle eis preficere, quem spiritus sanctus in columbe specie monstraret. Statimque columbam secreto emisit, et illa super humeros Magumeti, qui cum aliis astabat, evolans rostrum in aure eius posuit. Quod populus videns spiritum sanctum esse credidit, qui super eum descenderet ac in eius aure verba Dei inferret; et sic Magumeth Sarracenos decepit. Qui sibi adherentes regnum Persarum et Orientalis imperii fines usque ad Alexandriam invaserunt. Hoc contigit circa annum ab incarnacione Domini DCXX, tempore Deusdedit pape et Bonifacii pape et Heraclii imperatoris. Magumeth igitur proprias leges confingens ipsas a spiritu sancto, qui in specie columbe super eum vidente populo sepe volabat, se recepisse menciebatur. In quibus legibus quedam de utroque testamento Magumeth inseruit. Nam in primeva etate sua cum Christianis et eciam Iudeis aput Egyptum et Palestinam diu et sepe conversatus fuit. Quedam ducissa vidua nomine Cadigam videns Magumetum ipsum in maritum accepit, qui tocius illius provincie, cui preerat Cadigam, obtinuit principatum. Magumeth autem suis prestigiis non solum predictam feminam, sed eciam Iudeos et Sarracenos adeo dementavit, ut se Messyam in lege promissum publice fateretur. Post hec Magumeth cepit frequenter cadere epilentica passione. Quod Cadigam cernens plurimum tristabatur, eo quod inpurissimo homini et epilentico nupsisset. Qui demulcebat[l] dicens: 'Gabrielem archangelum frequenter mecum loquentem contemplor *Ekk.* *Iac. c.* 181.

a) circumvenientibus *D*. b) esse duas nat. *B* 1. 1a. 3. *D* 1a; duas nat. esse *B* 2. *D* 2; esse *om. D* 1b. c) d. esse *D*. d) *om. D*. e) Temp. — decepit *habent etiam B* 4. 5. 5a. *D post l.* 3, *quae in archetypo horum codd. ex cod. quartae recensionis suppleta erant.* f) Eraclii *D* 1a. 2. g) Machometh *D* 1b. 2; Machomet(h)us *D* 1. 1a. h) surr. et *om. B* 4. 5. 5a. *D*. i) *om. B* 4. 5. 5a. *D*. k) magumethi, h *del. corr.* magumeti *C* 2. l) *supple* eam.

Ekk. Deusdedit[a] papa LXXI. ordinatur, sedit annis III, mense uno. Hic[b] constituit, ut Symoniacus non celebret missam[c].

Iac. et non ferens splendorem vultus eius in me deficio et tabesco'. Quod sic esse mulier et ceteri crediderunt ut Iacobite. Sarraceni circumcisionem predicant Christumque non deum, sed hominem tantum iustum et sanctum, de spiritu sancto conceptum et de virgine natum affirmant. Hec omnia Sarraceni credunt. Legitur, quod fuerit quidam monachus apostata et hereticus Nestorianus, qui expulsus a monachis in Arabiam venit, nomine Sergius. Magumeto adhesit et ipsum instruxit et de Novo et de Veteri testamento ipsum plura edocuit. Magumeth multo tempore cum universa gente sua Arabica ydolorum cultui deservivit, quemadmodum in libro suo Alcorano ipse testatur Deum sibi dixisse: 'Orphanus fuisti, et suscepi te; in errore ydolatrie diu mansisti, et inde eduxi te; pauper eras, et locupletavi te'. Universa enim gens Arabum cum Magumetho Venerem pro deo colebat. Et inde est, quod[d] adhuc sexta feria aput Sarracenos in magna reverencia habetur. Magumeth autem predicte Cadigam diviciis locupletatus in tantam prorupit mentis audaciam, ut regnum Arabum usurpare sibi cogitaret, sed quos non poterat subiugare per potenciam, saltem per sanctitatem simulatam sibi attraheret. Prophetam esse se finxit, predicti monachi Sergii consiliis adherebat, qui ipsum abscondite manere faciebat et a Sergio viam[e] requirebat, ac Gabrielem archangelum Sergium nominabat, et sic Magumeth se simulando tocius illius gentis populum[f] obtinuit principatum. Omnesque sponte vel timore gladii Magumeto crediderunt. Voluit, ut multas genuflexiones facerent et orarent, quod adhuc observant. Multas leges Magumeth promulgavit, ut Sergius eum docuit. Sepe namque Sarraceni se lavant et maxime, cum orare debent, faciem et os, manus et brachia et verenda sua et omnia membra corporis sui lavant et abluunt, ut mundius orare possint. Orantes autem unum confitentur Deum, qui nullum equalem vel similem habeat, eiusdemque Magumeth prophetam. In anno quoque integrum mensem ieiunant. Ieiunantes autem nocturno tempore commedunt et bibunt et uxoribus suis utuntur, sed diurno nequaquam tempore; infirmi tamen ad hoc non obligantur. Semel per singulos annos causa recognicionis ad domum Dei, que est in Mecha[g], ire precipiuntur et ibi adorare et inconsutilibus tegumentis circuire et lapides per media femora pro dyabolo lapidando iactare; quam domum dicunt Adam construxisse, omnibus filiis suis et Abraham et Ysmahel locum fuisse oracionis. Magumeth eam domum sibi cunctisque gentibus suis tradidisse affirmant. Omnes carnes preter porcinas commedere possunt.

a) Bohdal *(i. e. lingua tschechica* deus dedit*) add. B* 2[a]; vel alio nomine Bohdal *add. B* 2. — papam LXXI[m] seditque *D.* b) *om. A* 1 *(adest A* 2*). C* 1. c) *om. B* 2. 2[a]. d) *bis scr. C* 2. e) *sic* (viā) *C* 2; omnia *Iac.* f) prophetam *Iac.* g) metha *C* 2.

Constituit etiam[a], quod[b] servi[c] et criminosi et etiam[d] meretrices accusare[e] possunt Symoniacos[1].

Quatuor uxores legittimas et[f] simul eis habere licet et quamlibet usque tercio repudiare et rursus recipere, ita tamen, ut quaternarium numerum uxorum non transcendant. Empticias vero et captivas mulieres quotquot volunt habere licitum est, et eas vendere possunt, nisi earum aliquam inpregnassent. Conceditur eis de propria cognacione habere uxores, ut sangwinis proles accrescat et forcius inter eos vinculum amicicie constringatur; circa possessiones repetendas observant, ut accusator testibus probet et reus iuramento se conprobet innocentem. Cum adultera conprehensus cum ea pariter lapidatur. Cum alia fornicatus, scilicet concubina alterius, LXXX verberibus plectitur. Rursus[g] prima et secunda vice verberibus plectitur; 3a vice conprehensus, manus eius presciditur; 4ta vice pedis truncacione punitur. A vino semper abstinere iubentur. Servantibus hec et alia legis mandata promisit Deus, ut asserunt, paradysum, id est ortum deliciarum aquis preterfluentibus irrigatum, in quo sedes habebunt perpetuas, nec frigore aut estu aliquo affligentur. Omnibus ciborum generibus vescentur. Quicquid appecierint totum coram se statim invenient. Sericis vestimentis omnibus coloribus[h] et virginibus speciosissimis coniungentur, in[i] deliciis accubabunt, quibus angeli pincernarum more cum vasis aureis et argenteis ministrando deambulabunt. In aureis lac, in[i] argenteis vinum afferentes, dicentes: 'Commedite et bibite in leticia!' Non credentibus Deo et Magumeth erit, ut asserunt, infernalis pena sine fine. Quibuscumque peccatis quilibet obligatus fuerit, si in die mortis sue Deo et Magumeto credidit, in die iudicii Magumeth interveniente, ut asserunt, salvus erit. *Iac.*

Finis.

Item incipit disputacio Christiani theologi cum Kemel soldano.

Sicut in Alcorano libro legis Sarracenorum scriptum habent, Sarraceni Christum Iesum dominum nostrum credunt de Maria virgine conceptum et natum, quem sine peccato vixisse, prophetam et plus quam prophetam protestantur, cecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse firmiter asserunt per verbum et spiritum Dei et vivum ad celos ascendisse. Unde, quando tempore treugarum sapientes Sarracenorum Ierosolimam ascendebant, codices ewangeliorum sibi postulabant exhyberi *Oliv. c. 13.*

a) et const. *A* 1; iste papa *add.* *C* 1. b) ut *B* 2. 2a. 3. *C* 1. *D* 2. c) fures *C* 2. d) *om.* *D* 1. 1a-b, *post* acc. *D* 2. e) p. acc. *B. D;* sym. acc. p. *C* 2. f) insimul *Iac.* g) Fur *Iac.* h) induentur *add.* *Iac.* i) In *C* 2.

1) *Haec ex Decr. Greg. IX. l. V, tit.* 3, *c.* 3. 4. 7, *ubi Deodato (Adeodato) haec capita adscripta sunt.*

Ekk. Bonifacius papa LXXII. ordinatur, sedit annis V. Anno Domini DCXXVIII. Honorius papa LXXIII. ordinatur,

---

Oliv. c. 13. et osculabantur et venerabantur propter mundiciam legis, quam Christus docuit, et maxime propter ewangelium Luce: *Missus est Gabriel a Deo,* quod litterati eorum contra ipsos Sarracenos repetunt et tractant. Legem autem eorum dyabolo[a] dictante ministerio Sergii monachi et apostate ac heretici de secta Nestoriani[b] Magumeth Sarracenis dedit Arabice scriptam[c] in libro Alcorano. Magumethus rex Arabum fuit, sed illiteratus, sicut ipse protestatur in Alcorano suo, et que prenominatus hereticus Sergius cum quodam Iudeo dictavit, iste ydolatra Magumeth promulgavit et per gladium ac per conminaciones ad vanitatem legem statuit, quam carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter observant. Et sicut legem Christi veritas et mundicia nutriunt[d], ita errores Sarracenorum timor mundanus et humanus ac *ib. c.* 41. voluptas carnalis firmissime custodiunt. Artam viam et angustam portam demonstrat lex[e] ewangelica, que castitatem docet, nec salus nobis nisi in castitate vel virginali vel coniugali vel viduali. Lex Magumeti plateam habet amplam, portam spaciosam, que ducit ad inferos. Nam contra nupcias, quas Dominus in paradyso fecit, ubi uni viro unicam feminam coniunxit, propheta Magumeth 4or uxores indulget cum solempnitate assumendas et concubinas sine numero. Preterea, quod hiis deterius est, ipsa lex mortis docet neminem in sua re posse peccare. Hec perdicionis doctrina peccatum contra naturam et crudelitatem contra servos et ancillas induxit. Docuit insuper propheta Magumeth, quod, qui inimicum occidunt vel ab inimico occiduntur, paradysum ingrediuntur, iocunditatem paradysi constituens in corporalibus deliciis. Ibi esse tres fluvios vini, lactis et mellis et commixtionem feminarum ibi esse asseruit in Alcorano suo libro legis, quem quidam Iudeus et Sergius monachus apostata dictaverunt. In quo et ipse Magumeth super omnes homines Christum deum, Marie filium, extollit, sed Dei filium eum esse negat[1], sanctissimum virorum Christum et matrem Christi virginem sanctissimam profitetur. Iste Magumeth rex conminatus est contempnentibus legem suam in Alcorano datam, quam celitus missam per Gabrielem archangelum dixit. Contradictores gladio et bello subiugavit. Iste propheta Sarracenorum et seductor eorum dicitur natus fuisse Turcus. Nam et Turci habent litteram Sar- *ib.* racenicam. Magumeth ex orphano et inope sublimatus fuit in regnum per connubium cuiusdam predivitis vidue nomine Cadigam. Quo mortuo dominabatur in regno

a) *sequitur* instigante *del. C* 2. b) *sic C* 2. c) scriptũ *C* 2. d) muniunt *Oliv.* e) lexque ewang. cast. *C* 2.

1) *Cf. infra p.* 599, *l.* 32.

sedit annis XII, mensibus XI.* Tempore huius pape Ysi- *Ekk.* dorus episcopus Hyspalensis et doctor claruit. Et[a] Heraclius imperator[b] victo Cosdra[c] rege Persarum crucem Domini in Ierusalem reduxit. Sub hoc[d] papa Honorio institutum est[e] festum exaltationis sancte crucis[1]. [Hic[f] Honorius papa I[us] fecit *L. pont.* Rome ecclesiam sancti Adriani martiris, in qua sunt XI corpora, scilicet[g] sancti Adriani[h], trium puerorum, Nerei, Achillei et[i] Pancracii, Marii et Marthe, Audifax[k] et Abacuc].

Severinus papa LXXIIII. ordinatur, sedit annis[l] II. *Ekk.*

Anno Domini DCXXXIX.[m] Constantinus filius Heraclii imperium adeptus regnavit mensibus VI. Hic[n] veneno occisus[o] est a germano suo Heraclona[p]. Iste Heraclonas occiso[q] fratre

---

Humar, et tunc inter Romanos et Sarracenos bellum in- *Oliv. c.* 42. placabile surrexit. Sarraceni capta Ierusalem et Antiochia et Damasco et Syria, venientes Romani de Sarracenis ducenta milia peremerunt. Ptholomeus Philadelfus Egypti *ib. c.* 42. rex orator et philosophus studiosus et librorum cupidus erat, per LXXII interpretes transferri fecit legem Domini, scilicet libros Moysi et psalmos et prophetas, de Hebreo in Grecum, has scripturas aput se reposuit et vobis successoribus suis eas reliquit. Ideoque, quas negare non potestis, de scripturis vos convincam; si quas responsiones habetis, contra hec rescribite. Fides Christianorum supra petram fundata est, testimoniis patriarcharum, prophetarum, apostolorum et miraculorum inexpugnabiliter vallatur. Crucifixum credimus et crucifixum predicamus. Crucifixum non erubescimus. In cruce domini nostri Iesu Christi semper et ubique gloriamur. Verbum crucis pereuntibus quidem stulticia est, hiis autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est. Vere vos Sarraceni estis infideles et increduli, qui Iesum Christum de spiritu sancto conceptum et de virgine natum profitemini, et tamen Dei filium eum denegatis propter duriciam vestram. O Kemel rex, augeat dominus Deus bonum, quod in te est, et auferat velamen tenebrarum ab oculis cordis tui, ut plenitudinem veritatis agnoscas. Recte appellatus es Kemel, quod interpretatur consummatus, quia in virtutibus reges antecedis.

*) *C* 2 *h. l. add.:* Hic Honorius papa fecit Rome ecclesiam *L. pont.* sancti Adriani martiris et trium puerorum, Nerei, Audifax et Albani.

a) Item *D.* b) *om. B* 1. 1[a]. c) rege C. *B* 1. 1[a]. *D.* d) isto *D.* — Hon. p. *C* 2. e) instituitur *D* 2; instituit *D* 1. 1[a. b]. f) *uncis incl. des. A* 1. 2. *C* 2 *h. l.* g) *om. B* 1. 1[a]. 2. — sancti *om. B* 4. *D* 2. h) martiris *add. C* 1. i) *om. B* 4. *D* 2. k) audifar *D* 1. 1[a. b]; audifex *D* 2; Audifari *B* 3. l) annos *C* 1. m) DCXXIX. *D.* n) et *D.* o) intoxicatus *A* 1. — est *om. B* 2. 3. p) *sic A* 1. *C* 2; heradona *C* 1; Heracleona *B* 3; heroclano *B* 1. (1[a]); heracliano *B* 4 (*mox* heroclanas *B* 4. 5). 5. 5[a]; Eraclano *B* 2; eracliano *B* 2[a]; heraclio (heraclyo, eraclio) *D.* q) arrepto imperio et occ. fr. suo regn. *C* 1.

1) *Cf. Sigeb. a.* 631; *Ekkeh. a.* 629.

Ekk. suo[a] arripuit imperium et regnavit cum matre sua Martina annis II.

Iohannes papa LXXV. ordinatur, sedit anno uno[b], mensibus VIII. *Gilb.* Hic papa de thesauris[c] ecclesie multos captivos redemit. *Ekk.* Hic etiam omnes fautores hereticorum excommunicavit.

Theodorus papa LXXVI.[1] ordinatur, sedit annis VI[d], mensibus X[2]. *Lamp.* Ab[e] hoc papa Pirrus regie urbis episcopus propter heresim dampnatur. Paulus etiam, Pirri[f] successor, ob eandem vesanam[g] doctrinam dampnatus est.

Ekk. Anno Domini DCXLII. Constans filius Constantini, nepos Heraclii, imperium adeptus regnavit annis XXVIII.*

1) *Auctor erravit. Moguntinum a.* 847, *Triburiense a.* 895. *intellexisse videtur.* 2) *Cf. Grat. Decr. II, C. I, q.* 3, *c.* 7; *supra p.* 552, *n.* 1. 3) *Cf. ibid. I, dist.* 81, *c.* 22; *supra p.* 601, *n.* 1. 4) annis XXXVI *Ekkeh.* 5) *Nescio, unde haec de Stephano rege sumpta sint, quae cum Vitis eius exstantibus nequaquam conveniunt. Ut auctor haec sub Ludewico Germanico acta esse crederet, quae post plus* 150 *annos gesta sunt, loco Ekkeh. a.* 865: Huni christianitatis nomen aggressi sunt *inductus esse videtur. Eodem loco auctor Chron. univ. Saxonici c.* 141, *'D. Chr.' II, p.* 154, *seductus est, ut Stephanum tunc vixisse opinaretur.*

sancti Stephani regis[a] festivitas in Ungaria sollempniter[b] tamquam apostoli celebratur.

Hiisdem[c] temporibus imperator contulit ecclesie Paderburnensi[d] patronum, scilicet sanctum Liborium[e] episcopum et confessorem[1]. Qui dum[f] de Scenomannis apportaretur[g], ubi ipse fuerat episcopus, et[h] venisset aput Thuronum, ipsi Thuronenses cum capsa sancti Martini episcopi pro reverentia eidem sancto Liborio processionaliter occurrerunt. Tunc quidam dives leprosus fiduciam habens tetigit capsam beati Martini, rogans eum[i], ut mundaret ipsum[k] a lepra. Cui sanctus Martinus audientibus circumstantibus de archa[k*] respondit dicens: 'Per medium tocius[l] corporis tui[m] sis mundus a lepra, accede[n] ad fratrem nostrum sanctum[o] Liborium, qui apportatur, rogans[p], ut reliquam partem tue lepre mundare velit, quia sibi ipsam[q] relinquo mundandam. Hospites namque honorandi sunt'. Quod cum[l] homo[r] ille fecisset, statim a[s] reliqua parte mundatus est. Sicque[t] a sanctis totaliter a lepra sua, tactis capsis ipsorum, cunctis videntibus mundatus est.

Anno Domini DCCCXLI, defuncto Gregorio papa *Ekk.*
huius nominis IIII, Sergius papa a beato[u] Petro CV. ordinatur, sedit annis III. Iste vocabatur Os-porci, unde ab isto usque adhuc[v] *Gilb.*
semper mutatur[w] nomen pape. Hic[x] constituit, ut mutari debeat nomen pape, et[y] Dominus Symonem appellavit Petrum, qui fuit primus papa.

Anno Domini DCCCXLIIII. Leo papa CVI. ordinatur, *Ekk.*
sedit annis VIII, mensibus V. Hic constituit, ut octava[z] assumptionis beate[a] virginis Marie sollempniter celebretur; et[b] ut nullus presbiter plures missas in[c] die celebret quam unam tantum, excepto die nativitatis Domini et in dominica[d] presente funere.

a) regis — Hiisdem *om.* *C* 1. b) tanq. ap. soll. *B* 2. 2^{a}. 3; sol. cel. t. ap. *C* 2. c) Isdem *D;* Idem *A* 1; Eisdem *A* 2; Iisdem *B* 3. d) padeburn. *A* 1. *B* 1. 1^{a}. *C* 1; padilburn. *A* 2; Padilborn. *B* 3; paderbrunn. *B* 2. *D* $1^{a.\,b}$. 2; *corruptum* *B* 2^{a}. *D* 1. e) Lib. s. *D* 1. $1^{a.\,b}$. f) cum *B* 1^{a}. 3. *C* 1. *D* 2. — de *om.* *B* 1. 1^{a}. g) asport. *A* 2. *D*. h) et cum *D*. i) ipsum *B* 1^{a}. 2. 3. k) eum *A* 1. 2. *B* 1—3. *D* 1^{b}. k*) de a. *om.* *B* 2. 2^{a}. l) *om.* *C* 1. m) tu *B* 2. 2^{a}. 4. 5. 5^{a}. *D*. n) et acc. *B* 2. 2^{a}. 3. o) *om.* *B* 3. *C* 1. *D*. p) eum *add.* *D*. q) rel. ip. *A* 1. r) h. ille *om.* *D*. s) in *A* 1. 2; *om.* *B* 1^{a}. 2^{a}. 5. 5^{a}. t) sic quod *A* 1. 2; sic quia *B* 1. u) a b. P. *om.* *B* 1. 1^{a}. 3—5^{a}. *D*. v) huc *D;* hunc *B* 2^{a}; nunc *C* 1; Unde adhuc ab isto hucusque *A* 1. — semper *om.* *C* 1. w) mutant *B* 2. 2^{a}. x) Hic — pape *om.* *C* 2. *D*. y) *sic* *A* 1. *B* 1. 1^{a}. 2. 2^{a}. 4. 5. 5^{a}. *C* 1. *D;* ut *bene* *C* 2; quia *B* 3. z) octave .... celebrentur *D*. a) sancte *B* 1. *C* 1 (s. M. virg. ass.); virg. *om.* *B* 1. 1^{a}. *D* 1^{b}; M. v. *B* 2. 2^{a}. 4. *D* 1. 1^{a} (M. *om.* *D* 2). b) Item statuit ut *D*. c) una (uno 2) die pl. m. *D;* cel. in die *B* 5. 5^{a}. *C* 1. d) die *add.* *B* 4; et die dominico *C* 1.

1) *Cf. Transl. S. Liborii, SS. IV, p.* 149 *sqq., sed hanc narratiunculam nusquam inveni.*

Lamp. Anno Domini DCCCLVI. Rabanus Maguntinus[a] archiepiscopus migravit ad Christum[b].

Ekk.; cf. Got. Benedictus papa CVII. ordinatur, sedit annis II.

cf. Got. Gilb. Paulus papa CVIII. ordinatur, sedit annis X, mensibus II.

Stephanus[c] papa CIX. ordinatur, sedit annis IIII[1].

Ekk. Anno Domini DCCCLX.[d] Nicolaus papa CX. ordinatur, *Bonizo.* sedit annis X[e], mense I. Hic excommunicavit duos imperatores, orientalem nomine Michahelem et[f] occidentalem nomine Lotharium[2], filium huius imperatoris[g] Ludewici[3]. Constituit[h] etiam hic papa, ut nullus iudicet *causam pape, nisi ipse papa *p. 184 iudicet[i] se ipsum. D. XXI: *Nunc autem*[4], nisi papa de- *Honor. I, 88.* vius a fide esset[k.5]. D. XL: *Si papa*. Iste Nicolaus papa[l] concessit sequentias pro[m] neumis in missa cantari, quas sequentias Nokerus[n] abbas[o] Sancti Galli composuit. Et[p] constituit Nicolaus[q] papa, ut nullus clericus venationi insistat[6]. Constituit etiam, ut quicumque facto[r] vel dicto aut[s] precepto vel[t] consilio homicidii reus est, irregularis sit et ab omni[u] sacro ordine deiectus[7].

Ekk. Adrianus papa CXI. ordinatur, sedit annis IIII, mensibus XI[v]. Hic papa Adrianus[w] etiam Lotharium dampnavit; et constituit, ut nullus princeps ingerat se electionibus prelatorum[x] vel excommunicetur[y.8].

cf. Got. Iohannes papa CXII. ordinatur, sedit annis X, mense I. Hic[z] constituit, ut nullus comes[a] vel iudex[b] teneat placita secularia, videlicet causas sanguinis, in ecclesia aut[c] in domibus ecclesiarum, quia negocia spiritualia[d] ibi tractari debent.

a) mogunt. *plerumque* B. D 1. $1^{a \cdot b}$. b) A. D. DCCCLVI. *iterum add.* D 1. $1^{a \cdot b}$. (2). c) St. — IIII *om.* B 2. 2^{a}. 3. d) DCCCLXVI. D. e) VI B 5. 5^{a}. — mense *om.* B 1. 1^{a}. f) *om.* A 2. D. g) Lud. imp. A 2. C 2. D. h) Hic p. const. ut B. D; Hic const. ut C 2. i) videlicet D 1. $1^{a \cdot b}$. k) deviet a fide B 1. (1^{a}); ess. a f. B 2. D. l) *om.* B 2. 2^{a}. 5. C 1; p. Nic. seq. conc. D. m) cum D. n) Noegerus D 2; nögerius D 1; Neogerus D 1^{b}; nebgerus D 1^{a}; *corrupt.* B 2^{a}. 3. o) monachus D. p) Item B 3. D. q) N. p. *om.* A 2. B 3. D. r) d. vel f. B 1. C 1. D 1. $1^{a \cdot b}$. s) vel D. t) sive B. D. u) et a sacro B. D. v) IX B 2^{a}. D 1. $1^{a \cdot b}$; VI B 2. D 2. w) *om.* B. D. — etiam *om.* D. x) *om.* D. y) vel exc. *om.* B. D. z) *om.* C 1. a) *om.* D; iud. vel c. C 1. — vel *om.* D $1^{a \cdot b}$. 2. b) secularis *add.* D. c) vel C 1. D 2. d) spiritalia C 1. 2; spālia B 4. 5. 5^{a}.

1) *Hi duo non leguntur in Ekkehardi Chron., quos ex catalogo suo cum Gotifredo et Gilberto conveniente auctor falso inseruit.* 2) *Ex Bonizonis Decr. IV,* 107. *haec etiam in Chron. Basil., SS. XXIV, p.* 144, *et in Catal. Tiburt., SS. XXII, p.* 355, *exscripta sunt.* 3) *Immo filium Lotharii I. imperatoris.* 4) *Grat. Decr. I, dist.* 21, *c.* 7. 5) *Haec sunt verba Decreti I, dist.* 40, *c.* 6: Si papa: nisi deprehendatur *(papa)* a fide devius. 6) *Hoc ex Grat. Decr. I, dist.* 34, *c.* 1. 7) *Ex Grat. Decr. I, dist.* 50, *c.* 39. *hoc auctor effecisse videtur, ubi hoc non dicitur. Cf. supra p.* 600, *l.* 19 *sq.* 8) *Hoc ex Grat. Decr. I, dist.* 63, *c.* 1.

Et[a] constituit, quod ibi non hospitentur quasi[b] ex debito[1], sed possunt[c] ex gracia.

Anno Domini DCCCLXXVII. Karolus filius Ludewici[d] imperium adeptus regnavit annis XI cum fratribus suis Karlomanno[e] et Ludewico. Hic Karolus de regno est eiectus. *Ekk.* *Lamp.*

Martinus papa CXIII. ordinatur, sedit anno I, mensibus III. *cf. Got.*

Adrianus[f] papa CXIIII. ordinatur, sedit anno I, mensibus[g] III. Adrianus[h] papa constituit, ut nullus episcopus vel alius prelatus die dominico causas iudicare presumat[i. 2]. *Grat.*

Stephanus papa CXV. ordinatur, sedit annis IIII[k]. *cf. Got.* Karolus obiit. *Ekk.*

Anno Domini DCCCLXXXVIII.[l] Arnolfus filius Karlomanni imperium adeptus regnavit annis XII, sed tantum V annis imperator fuit. Hic Arnolfus imperator[m] devoratus est[n] a pediculis. Huius temporibus prelium magnum est[o] factum inter Bavaros et Ungaros. *Lamp.* Huni, id est Ungari, vastaverunt Saxoniam. Ungari vastando terram venerunt ad[p] Fuldam. Ungari[q] vastaverunt Franciam. Burchardus[r] dux Thuringorum[s] occisus est ab Ungaris.

Anno Domini DCCCC[t], temporibus Arnolfi imperatoris Formosus papa a beato[u] Petro CXVI. ordinatur, sedit annis IIII, mensibus VII. *Ekk.* Hunc Formosum papam successor ipsius Sergius[v] papa, sed[w] contra ipsum[x] Formosum prius ab aliquibus electus, sepultum[y] extumulari fecit et indutum pontificalibus poni fecit in sede[z] apostolica, et iussit[a] eum in sede apostolica decollari, et tribus digitis sibi[b] amputatis, iussit eum exutum pontificalibus ornamentis in Tyberim fluvium proici, cunctosque, quos ipse Formosus[c] ordinaverat, ipso[d] gradu depositos ipse Sergius papa reordinavit. Qui[e] Formosus papa a piscatoribus inventus et[f] in ecclesiam beati[g] Petri Rome portatus, religiosissimis[h] videntibus, sibi sanctorum ymagines inclinaverunt.

a) Item *D.* b) *om. D;* debite vel *add. C* 1. c) *om. B* 2ª. *D.* d) imperatoris *add. B* 2. 2ª. e) Karolomanno *A* 1. *D* 1. 1ª·ᵇ; Karlmanno *B* 2; Karolmauno *D* 2. f) Adr. — mens. III *om. A* 1. *B* 3. *C* 2. *D* 2. g) m. III *om. B* 2. 2ª. h) Hic p. *B* 4; Hic const. *B* 1; Iste const. *D.* i) audeat *C* 1; pres. c. iud. die dom. *B. D.* k) sub isto (papa 2) *add. D.* l) DCCCLXXXVII. *B. D.* — Arnolphus *(A* 1 *infra l.* 15*). B* 2. 2ª. *C* 1; Arnoldus *D* 1ª·ᵇ. m) rex *C* 1. n) fuit *D.* o) f. est *B* 2. 2ª. 3. *C* 1. *D.* p) in *C* 1. q) Item U. *D.* r) Burkardus *A* 1. *C* 1; Burgardus *B* 1; Burkchardus *B* 1ª; Purchardus *B* 2. (2ª); purkardus *D* 2; Item B. *D.* s) During. *D* 1. 1ª·ᵇ. t) DCCCLXXXX. *D.* u) a b. P. *om. B* 1. 1ª. 3—5ª. *D.* v) Serius *D* 1ª·ᵇ. 2 *plerumque.* w) scilicet eo quod c. .... electus fuerat *B* 2. 2ª. 3; cum fuisset ante ipsum *D.* x) *om. C* 1. — Form. *om. B* 2. 2ª. 3. *D* 2; Form. papam *D* 1. 1ª·ᵇ. y) *om. D* 1. 1ª·ᵇ. z) sedem apostolicam *D.* a) et — apost. *om. B* 1; in s. ap. *om. B* 2ª; in — iussit eum *om. B* 1ª; et eum dec. precepit *D.* b) *om. B* 2ª. *D;* et III digitos sibi amputari iussit *A* 1. c) papa *add. D.* d) ab i. *D.* e) Tandem *D.* f) et *om. B* 2. 2ª. 3. *D.* g) sancti *D* 1. 1ª·ᵇ. h) vid. rel. *B. D.*

1) *Hoc ex Greg. IX. Decret. l. III, tit.* 49, *c.* 1, *ubi hoc in synodo Iohannis IX. papae (falso) statutum esse dicitur, perperam igitur huic Iohanni VIII. attributum est.* 2) *Hoc ex Grat. Decr. II, C. XV, q.* 4, *c.* 3; *quod caput est Adriani I. papae.*

Sergius papa[a], hostis Formosi[b], CXVII.[c] sedit brevi tempore[1].

Fuit et alius pseudopapa, cuius nomen et anni ignorantur. Nam mulier erat, ut fatentur Romani, et elegantis forme, magne scientie et in ypocrisi magne[d] vite. Hec sub virili habitu latuit, quousque in papam eligitur. Et hec in papatu concepit, et cum esset gravida, demon in consistorio publice coram omnibus prodidit[e] factum, clamans ad papam[f] hunc versum:

Papa, pater patrum, papisse pandito partum[2].

Ekk. Arnolfo imperatore turpiter mortuo, Ludewicus filius suus[g] successit ei in[g*] imperio et regnavit annis XII. Hic Ludewicus pugnavit[h] cum Ungaris et victus est[i].*

cf. Got. Huius Ludewici temporibus Bonifacius papa CXVIII.[k] sedit annis XIII[3].

[Anno Domini DCCCCXIIII.[l, 4] Hatto Maguntinus archiepiscopus[m] a demonibus in puteum ignis in monte Sicilie Ethna vivus[n] precipitatur, dicente voce in aere:

Sic peccata lues, sicque ruendo rues.

Nam comitem[o] Albertum de Babenberg dolose tradidit regi[p] occidendum][5].

Ekk. Anno Domini DCCCCXVII.[6] Ludewicus imperator obiit, et successit ei in imperio Conradus[q] et regnavit

Ekk. 917—919. *) *C* 2 *add.:* Huni, id est[r] Ungari, Alemaniam et Lotharingiam igne et bello et gladio invadunt, Basileam destruunt.

a) *om. h. l. B. D* 1. 1[b]. 2. b) pape *add. D.* c) papa *add. h. l. B* 1. 1[a]. 3—5[a]. *D* 1. 1[a. b]; ord[inatur] *add. A* 1. *B* 2. 2[a]. 3. d) v. m. *B* 5. 5[a]. *D.* e) prodit *B* 2. (2[a]). 3. f) ad p. *om. A* 2. *B* 1. 1[a]. g) eius *B* 3. *D.* g*) *om. B* 1[a]. 2[a]; suus imp. succ. *C* 1. h) cum Ung. pugn. *B* 2. 2[a]. 3. i) ab eis *add. D.* k) ord[inatur] *add. B. D* 1. 1[a. b]. l) *uncis incl. desunt A* 1. 2; DCCCC. *B* 5. 5[a]. *D* 2. m) episcopus *B* 2[a]. 3. n) Sic. ethnaus *D.* o) Alb. com. *B* 2. 2[a]. 3. p) *om. B* 2. 2[a]. 3. q) Cunradus *A* 1. *B* 2[a]; Chunradus *B* 4. *D* 2; Ch°nradus *D* 1[b]. r) H. et U. *C* 2.

1) *Hunc auctor falso inseruit, cum ex loco Ekkehardi in praecedentibus exscripto falso concluderet Sergium Formoso successisse. Sergius III, qui infra p.* 621, *l.* 7. *nominatur, ab Ekkeh. illa fecisse dicitur.* 2) *Cf. Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p.* 514, *ubi idem versus duobus verbis mutatis affertur. In illo chronico et in hoc antiquissima forma huius fabulae tradita est, cum nec nomen nec patria papissae, quae iam Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 428, *habet, referantur. Cf. Döllinger, 'Papstfabeln' ed.* 3. *p.* 7 *sqq. Alter versus huic additus est in Flor. temp., SS. XXIV, p.* 243. 3) *Immo diebus XV! Gotifr. habet* annis XII. 4) *Ekkeh. ad a.* 915 *(Lamp. ad a.* 912*):* Hatto archiepiscopus obiit. 5) *Vide quae E. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' ed.* 2. *III, p.* 589, *de hac fabula collegit.* 6) *Ekkeh. a.* 912.

annis VII. In isto Karolorum reges[a] et imperatores defecerunt. Hic Conradus sepultus est in Fulda[b, 1]. *Ekk.*

p. 185. *⟨Huius[c] temporibus Hatto Maguntinus archiepiscopus devoratus est a muribus nec[d] in castris sive in insulis umquam[e] potuit a muribus se defensare⟩[2].

Anno Domini DCCCCXXIIII. Heinricus[f] Saxo, huius nominis primus, filius Ottonis ducis, regnum[g] adeptus regnavit annis XVII. Iste dictus fuit Auceps, quia, dum caperet aviculas, renitens electus est[3]. *Ekk.* 920.

Stephanus papa CXIX. ordinatur, sedit annis VI[h], mense I. *cf. Got.*

Romanus papa CXX. ordinatur, sedit annis[i] XI[4].

Theodorus papa CXXI. ordinatur, sedit annis VIII[5].

Anno Domini DCCCCXL. Otto filius Heinrici[k] imperator factus[l] regnavit annis XXXVIII[m]. Iste[n] dictus fuit Otto Magnus. Hic[o] fundavit archiepiscopatum Magdeburgensem. Uxor huius[p] fuit Adelheidis[q] regina. Hec citra[r] Argentinam in littore Reni in monasterio Else[s, 6] cum magna veneratione ab omni populo terre pro sancta servatur. Hic Otto[t] pugnavit cum Ungaris et magna cede prostravit eos in campo qui dicitur Lechvelt[u]. Tempore illo Hadmarus[v] abbas Fuldensis decessit[w]. Signum crucis in vestibus[x] hominum apparuit. Hic Otto rogatus a Ruthenis[y] misit eis doctorem fidei katholice sanctum Adalbertum[z] episcopum, qui *Ekk.* 937. *Lamp.*

a) r. et *om.* C 2; et principes *add.* A 1. — def. et inp. B 1. 1ª. b) Hic ceperunt Saxones regnare (imperare 2) *add.* D 1. 2 *minio.* c) *uncis incl. h. l. in solo* A 1. d) se *add.* A 1. e) nūquam A 1. f) Henricus A 1. B 1. 2. 2ª. 3; Hainricus B 1ª. C 2. D 1. 1ª. 2; *saepissime abbreviatum in codd. in* H. *et* Hnr. g) regis D. — ad. est imperium et regn. D 1. 1ª· ᵇ; imperium ad. regn. D 2. h) VII C 1. i) annis — sedit *om.* C 2. k) imperatoris *add.* B 1ª. (2ª). 3. D. l) est et *add.* B 4; f. est imp. et D 1. 1ª· ᵇ. m) XXXVII A 1. n) Iste — Magnus *om.* D. o) qui A 1. p) eius B 2. 2ª. 3; huius uxor B 4; f. h. B 5. 5ª. q) adylheydis A 1; adelhaidis B 1ª. C 2; adelhedis B 1; adilheidis B 5; adilheydis B 5ª; adelheydis D 1; alheidis D 2; Alheydis B 2; adledis B 2ª. r) circa C 1. D 1ª· ᵇ. 2. s) *sic* A 1. C 2; elfe B 1. 1ª· ᵇ. 2. 4. 5. 5ª; helse C 1; elphe B 2ª; Selse B 3; quod appellatur Selze D. t) imperator *add.* B. — preliabatur D. u) lechfelt B 1. 1ª. 4. 5. 5ª. D 1ª; lechfeld C 2; lehsuelt D 1. (1ᵇ. 2). v) hademarus D 1. 1ª. 2; adamarus A 1; hodamarus C 2. w) Tunc temporis *add.* D 1. 1ª· ᵇ; Tempore illo *add.* D 2. x) vestimentis B 2. 2ª. 3. y) briteuis D 1ª· ᵇ; britonis D 1. 2. z) adelbert. B 1. 3. 4. C 2. D 1. 1ª· ᵇ; albert. B 1ª. D 2; Ad. ep. sanctum D 1. 1ª· ᵇ.

1) *Verum hoc unde auctor didicerit, ignoro. Cf. E. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' ed.* 2. *III, p.* 616, *n.* 2. 2) *In secunda recensione infra ad a.* 969. *auctor haec, quae in prima recensione de Hattone I. dixerat, de Hattone II. retulit, quia tum iam aliam fabulam supra ad a.* 914. *de morte Hattonis I. compererat ac narraverat.* 3) *Cf. de hoc loco G. Waitz, 'Jahrb. Heinrich I.' ed.* 3. *p.* 209 *sq.* 4) *Immo paucis mensibus; Gotifr. habet* annis IIII. 5) *Immo diebus XX; Gotifr. habet* anno I. 6) *Auctor nomen huius monasterii (Selse, Selz Alsatiae) non recte audivit; quod demum frater Suevicus ordinis Praedicatorum correxit.*

Ekk. postea martirio coronatus est[1]. Huius sancti Adalberti martiris[a] corpus in Praga[b] quiescit.

cf. Got. Iohannes papa CXXII. ordinatur, sedit annis II. Hic[2] *Lamp.* papa Ottonem istum Rome[c] consecravit in[d] imperatorem.

Benedictus papa CXXIII.[e] Hunc[3] deiecit de sede apostolica Otto. Hic[f] Otto vocatus fuit Romam in adiutorium pape Iohannis; qui[g] consecrato Ottone ad[h] imperatorem, magna synodus facta est Rome, cui Otto imperator[i] presidebat[k] cum multitudine episcoporum[l], clericorum et monachorum. Ibique deiectus est Bene- *Grat.* dictus[m] papa a sede apostolica. Attamen ipse idem[n] Otto Magnus imperator iuratus dedit privilegium Iohanni pape, sicut et Karolus Magnus et Ludewicus imperatores dederant[o] ecclesie Romane, ut[p] de electione Romani pontificis et de aliis pertinentibus beato Petro se non intromitteret[q] nisi de consilio pape[4]. D. LXIII: *Tibi domino*[r]. *Sacrorum canonum.* Prius quoque Adrianus CXI.[s] papa constituit, ut nullus princeps de electionibus[t] episcoporum vel prelatorum aliquate- *Lamp.* nus[u] se intromittat[v, 5].* Iste Otto[w] Magnus[x] venit tercia vice *Ekk.* Romam. Postea in Thuringia mortuus[y] est, sepultus autem in[x] Magdeburg[z].

*) *C* 2 *add.:* Boso rex Arelatensis potens et gloriosus, sed heredem non habuit. Iste rex in nocte nativitatis Domini ante altare percussit cum baculo archiepiscopum Arelatensem preparatum ad missam. Unde ipse presul, posito prius interdicto, collegit exercitum et bello vicit Bosonem. Ipse rex sic confusus totum regnum suum et lanceam Domini dedit Ottoni imperatori Magno et fecit se rex monachum[6].

a) episcopi *B. D.* b) pinga *B* 1. 1a. 2. 3—5a; pinguia *D* 1b. 2; pigina *D* 1; pingua *D* 1a. c) *om. B* 2. 2a. 3. *C* 1. d) *om. B* 1. 2—5. *C* 1. *D* 1a. e) ord[inatur] *add. B* 1a. 3. *C* 1. *D*; sedit an[no] I (uno) *add. D.* f) qui voc. *D.* g) *sic omnes codd. (praeter B* 3: quo*).* h) in *A* 1; consecravit Ottonem imp. *D.* i) *om. D.* k) cum m. ep. cl. et mon. pres. *D* 1. 1a. b. l) et *add. C* 1. m) p. Ben. *B* 2. 2a. 3; B. p. est a s. ap. dei. *B* 1; dei. *om. B* 1a; B. p. a s. ap. dei. est *C* 1. n) *om. B. D*; id. ipse O. imp. M. *C* 1; O. id. *A* 1. o) dederunt *B* 2. 2a. *D* 1b. 2. p) quod *D*; nec *B* 5. 5a. q) intromitterent *B* 3. *D* 1. 1a. b. r) domine *B* 3. *D.* s) papa CXI. *B* 2. 2a. (3). *D*; papa *om. B* 1. t) electione *D.* u) se aliq. *A* 1. *B* 2; se *om. B* 2a. 3. v) intromittant *C* 1; intromitteret *B. D.* w) *om. D* 1. 1a. b. x) *om. D.* y) est m. *D* 1. 1a. b. z) magdeburc *B* 1. 2 (-burk 2a); madeburch *B* 4; maydeburg *B* 5. 5a; Maydburg *B* 1a; medeburg(ch) *D* 1. 1b. 2; megdeburch *D* 1a.

1) *Adalbertus Magdeburgensis et Pragensis confusi sunt.* 2) *Non hic Iohannes IX, sed XII. huius nominis.* 3) *Non hunc Benedictum IV, sed V.* 4) *Haec ex laudatis duobus capitibus Decreti Grat. I, dist.* 63, *c.* 33. 34. *et ex c.* 30—32. *eiusdem dist. composita sunt. Sed falso interpretatus quae ipse Gratianus ad c.* 34. *dixit, male Karolum M. privilegium de libera electione papae dedisse addidit.* 5) *Cf. supra p.* 616. 6) *Haec narratio fabulosissima convenit cum Gotifredi Viterb. Pantheon XXVI,* 3, *SS. XXII, p.* 274. *De qua re vide G. Waitz, 'K. Heinrich I.' ed.* 3. *p.* 66, *n.* 5.

[Anno[a] Domini DCCCCLXIX.[1] Hatto Moguntinus[b] archiepiscopus devoratus est a muribus in Reno, quia multitudinem pauperum cremavit in horreo tempore famis[2], sub Iohanne papa IX.[c] et Ottone Magno].

Leo papa CXXIIII. ordinatur, sedit parum[d]. *cf. Gilb.*

Christoforus papa CXXV.[e] ordinatur, sedit menses VI. *cf. Got.*

Sergius papa CXXVI.[f] ordinatur, sedit annis VI, mensibus IIII.

Anastasius papa CXXVII. ordinatur, sedit[g] anno uno, mense I[h].

Mando[3] papa CXXVIII. ordinatur, sedit mensibus II.

Iohannes papa CXXIX. ordinatur, sedit annis IIII, mensibus II.* Hic[4] Iohannes papa rogante Ottone imperatore fecit filium suum[i], scilicet Ottonem secundum, imperatorem Rome; sed prius ipse Otto secundus in regem fuerat[k] Aquisgrani unctus[l]. *Lamp.*

Leo papa CXXX. ordinatur, sedit annis VII[5]. *cf. Got.*

Stephanus papa CXXXI.[m] ordinatur, sedit annis II[n], mense uno.

Iohannes papa CXXXII. ordinatur, sedit annis IIII, mensibus X.

86. *Leo papa CXXXIII. ordinatur, sedit annis III, mensibus VI.

Stephanus[o] papa CXXXIIII. ordinatur, sedit annis III, mens. IIII.

Martinus papa CXXXV. ordinatur, sedit annis III, mens. VI.

Agapitus papa CXXXVI. ordinatur, sedit parum[p]. *cf. Gilb.*

*) *C* 2 *add.:* Eo tempore cruces in vestibus hominum apparuerunt. *Ekk.* 958.

a) *uncis inclusa des. A* 1. 2, *post* Aquisgrani unctus *(l. 17) scripta C* 2. b) magunt. *B* 1ª. 2. 2ª. *C* 2. c) *om. B* 1. 1ª. 3. *D* 2. — et *om. D* 1. 1ª·ᵇ. d) brevi tempore *D;* anno I *B* 2; annis XV *B* 2ª. e) CXXV. — papa *om. A* 1. f) CXXVI. — papa *(l. 9) om. D.* g) sedit — ordinatur *(l. 11) om. A* 1. *D* 2. h) men. II *D* 1. 1ª·ᵇ. i) *om. B* 1. 2. 2ª. 3. 5. 5ª. k) fuit *D.* l) *om. B* 2. 2ª; inunctus *B* 1. 1ª. 3. m) CXXXI. — papa *(l. 21) om. A* 1. n) anno (um) (uno 2ª) *B* 2. 2ª. 3. o) Steph. — mens. VI *(l. 28) om. A* 1. *B. D, hic et sequens papa leguntur igitur tantum in C* 1. 2, *at Agapitum* 136. *numerat A* 1; *B* 1. 1ª *a sequente Iohanne, B* 2. 2ª *a sequente Benedicto, ceteri B* 3. 4. 5. 5ª. *D a Leone verum numerum ordinalem habent, hunc recte* 139, *praecedentem vero Benedictum* 136. *numerantes.* p) parumper *D;* annis III *C* 1.

1) *Lamp. ad a.* 969: Hatto archiepiscopus Mogontiacensis obiit. 2) *Cf. supra p.* 618, *n.* 5; 619, *n.* 2. *Primo huius fabulae mentio de Hattone I. adnotata est in serie archiep. Mogunt. VIII, circa a.* 1230. *scripta, SS. XIII, p.* 315. 3) *Ita pro* Landone. *Gotifr.:* Landus p. s. mens. V. 4) *Non hic X, sed Iohannes XIII.* 5) *Immo mensibus VII.*

Iohannes papa CXXXVII. ordinatur, sedit parumper[a, 1].

cf. Got. Benedictus papa CXXXVIII. ordinatur, sedit anno I, mensibus V. Tempore huius pape[b, 2] primus[c] Otto, qui dicitur Magnus, imperator obiit.

Ekk. 975. Anno Domini DCCCCLXXVIII. Otto secundus, filius Ottonis Magni sive[b] primi, successit patri in[d] imperio et *Lamp. et Ekk. 974.* regnavit annis IX. Huius uxor fuit Theophanu[e] imperatrix, que venit de Grecia. Sanctus[f] Udalricus Augustensis episcopus migravit ad Christum. Iste Udalricus[g] fecit prandium cum[h] Conrado Constantiensi episcopo, et eodem die facto prandio celebravit missam sollempnem coram clero et[i] populo, et[k] de hoc incusatus respondit: 'Ego non comedi, sed caritas'. Isti[l] episcopi ambo sancti sunt, et ipsorum[m] festivitates[n] in Suevia sollempniter cele- *Lamp.* brantur[o, 3]. Hic Otto secundus imperator[p] magnum conflictum habuit cum Sarracenis in Calabria. Ibi de exercitu imperatoris plurimi nobiles[p] occisi sunt, sed[q] ipse imperator vix evasit vita comite. Deinde veniens Romam post male gestas res idem Otto imperator secundus[r] cecidit[s] in languorem et obiit in Roma[t] et ibidem sepultus est.

cf. Got. Leo papa CXXXIX. ordinatur, sedit anno I, mensibus III.

Iohannes papa CXL. ordinatur, sedit annis V, mensibus XI.

Benedictus papa CXLI. ordinatur, sedit anno I, mensibus V[u].

Dominus[v] papa CXLII. ordinatur, sedit anno I, mensibus VI.

Bonifacius papa CXLIII. ordinatur, sedit mense[w] I.

Benedictus papa CXLIIII. ordinatur, sedit annis IX[x]. Tempore huius pape obiit Otto imperator[y] secundus.*

Lamp. *) *C* 2 *add.:* Anno Domini DCCCC82. destruitur episcopatus in Mersburg a paganis, et cecidit edificium magnum,

a) parum *A* 1. 2. *B* 1. 1^a. 2^a. 3. *C* 1. b) *om. D.* c) *om. B* 2^a. *C* 1. d) *om. B* 1^a. 4. *D* 2; patris imp. *B* 2. 2^a. e) theophaym *C* 1; theophana *C* 2; theophania *B* 3. *D* 1. $1^{a \cdot b}$; theophanici *D* 2; Stephani *B* 2. 2^a. f) Sub isto s. *D.* — ŭdalr. *C* 2. *D* 1. 1^a. 2 *(infra).* g) episcopus *add. B. D.* h) sancto *add. D* 1. $1^{a \cdot b}$. i) omni *add. C* 1. k) *om. B* 2. 2^a. 3. *C* 1. l) Ipsi *B* 2. 2^a; Isti — sunt et *om. D.* m) eorum *B;* Istorum *D.* n) festivitas *B* 2. 2^a. (3). *C* 1. *D.* o) celebratur *B* 2. 2^a. 3. *D (non C 1).* p) *om. D.* q) et *D.* r) *om. B. C* 1. *D;* imp. O. sec. *A* 1. s) decidit *D.* t) ob. rome *B* 4. *C* 1; in R. *om. D, ubi* ib. ob. et sep. u) VI *C* 2. v) Benedictus *D; Dom. post sequentem Bonifacium positus C* 2. w) mense — sedit *(l. 30) om. B* 4. *D.* x) XI *D;* anno(um) uno(um) *B* 2. 2^a. 3; mensibus X *add. B* 2. 2^a. y) sec. imp. *B* 2. 2^a. 3. *D;* imp. Otto II[us] *C* 1.

1) *Hi duo non leguntur in Gotifredi catalogo maiore, adsunt cum certis numeris in minore et apud Gilbertum. Cf. supra p.* 493. 2) *Non huius V, sed sequentis Benedicti VI. tempore.* 3) *Haec narratio ex ea orta est, quam habet Berno in Vita Udalr., SS. IV, p.* 390, *n.* 19.

Anno Domini DCCCCLXXXVIII.[a] Otto filius secundi *Ekk.* 984. Ottonis[b] imperium adeptus regnavit annis XVII. Prius tamen fuerat[c, 1] unctus Aquisgrani in regem[d]. Sanctus[e] Wolfgangus *Lamp.* Ratisponensis episcopus migravit ad Christum.

Iohannes[f] papa CXLV. ordinatur, sedit annis[2] VIII[g]. *cf. Got.*

Iohannes papa CXLVI. ordinatur, sedit mensibus IIII.

Iohannes papa CXLVII. ordinatur, sedit annis X, mensibus VI.

Gregorius papa CXLVIII. ordinatur, sedit anno[h] I, mensibus VI. Iste Otto imperator[i] III. contra Crescentium[k] *Lamp.* Romam venit, ubi et[l] Brunonem in sede apostolica constituit, qui et[m] Gregorius papa[n] dictus est. Iste[o] idem Gregorius papa hunc[p] Ottonem III. consecravit in[q] imperatorem. Nam Iohannes Placentinus episcopus[r] invaserat sedem apostolicam et se gessit pro papa consilio Crescentii. Unde Crescentius[s] ab imperatore Ottone III.[t] decollatus[u] cum XII suis ante Urbem suspenditur, et Iohannes pseudopapa, prius Placentinus episcopus, excecatus precipitatur. Idcirco usque[v] adhuc nullus papa venire vult[w] in montem Tarpeium[x] ad arcem urbis Rome, scilicet in Capitolium, ubi iste Iohannes tormenta sustinuit. Ibi itaque[y] semper ferebantur sententie mortis contra sceleratos et contra adversarios Romanorum.

Post hunc papam Iohannem CXLIX, qui sedit menses X, *cf. Got.* et ultimo[z] excecatum et precipitatum Silvester papa CL[us] ordinatur, sedit annis IIII, mensibus V. Iste vocabatur Gerbertus. Iste dicitur fuisse in papatu[a] magus[b] et nigromanticus et dyabolum pro diviciis adorasse[c], et ei[d] a dyabolo fuisse[e] promissum, quod nunquam moreretur, nisi prius veniret in Ierusalem. Hoc intellexit papa de Ierusalem[f] ultra mare et quomodo voluit vixit[g]. Sed

---

scilicet antiquum monasterium, in Magdeburg. Tunc ignee acies vise sunt in celo per totam noctem. *Ekk.* 978.

a) DCCCCLXXXVII. *B. D;* DCCCC89. *C* 2. b) Ott. sec. *A* 1. *B* 3; imperatoris *add.* *B* 2. c) fuit *A* 1. *B* 2. 2^{a}. *D.* d) Huius temp. (T. h. 1^{a}) *add. D.* e) *om.* *D* 1. $1^{a.b}$. f) Ioh. — VIII *om.* *B* 1^{a}. 2^{a}. *D.* g) VIII — sedit *om.* *C* 1. h) annum *C* 1. i) imp. III. *om.* *A* 1; imp. Otto *C* 2. k) criscent. *semper* *D* 1. $1^{a.b}$. — venit R. *D.* l) *om.* *A* 1. m) *om.* *C* 2. n) *om. B. D.* o) Hic *D.* p) *om. D.* q) *om* *B* 1—4. *C* 1. r) *om.* *C* 1. s) *om.* *B* 2. 2^{a}. 3. t) *om. D, ubi* Ott. imp. u) est et *add. D.* v) *deest* *A* 1. 2; Idc. hucusque nullus *C* 1. w) ven. in m. T. vult *A* 1. 2. *C* 2; vult ven. *D* 1. $1^{a.b}$. x) carpeum *A* 1 *(A 2 ut ed.). D;* carpeium *B* 4. 5. 5^{a}; carpeyum *C* 1; carpem̄ *B* 1. 1^{a}; Carpem(i)ni *B* 2. 2^{a}. y) ita *B* 2. 2^{a}. z) ultione *B* 1. 1^{a}. — excecatur et precipitatur *D* 1. $1^{a.b}$; excecatus et precipitatus (*B* 3) est *D* 2. a) in pap. *om.* *B* 2^{a}. *C* 2. *D* 2. b) magnus *B* 1. 1^{a}. 2^{a}. 5. *D, corr. in* magus *B* 1. 5^{a}. *C* 1. — et *om.* *A* 1 *(adest A 2).* *B* 2^{a}. *D.* c) exorasse *D* 1. $1^{a.b}$. d) *om.* *B* 2. 2^{a}. 3. — a *om.* *B* 2. 2^{a}. e) f. pr. *D* 1. $1^{a.b}$. f) de Ier. *om.* *B* 4. 5. 5^{a}; int. quod esset ultra *D.* g) *om. D;* et vixit *B* 4. 5. 5^{a}.

1) *Male haec verba loco Lamperti addita sunt.* 2) mensibus *habent Gotifr. et Gilb.*

cum hic[a] papa quadam die Rome in capella, quam construxit[b] Constantinus et Helena[c·1], ubi et[d] plurimas *reliquias recondiderunt[e], que vocatur Ierusalem, mis- *p. 187. sarum sollempnia celebrasset[f], dixit ei suus[g] dominus dyabolus: 'Ecce in Ierusalem fuisti, nunc morieris tu et non vives'. Quo audito Silvester, qui[h] et Gerbertus, male sibi conscius, ostendens magna signa compunctionis, in quadam capella, que Rome sita est inter Lateranum et Coliseum, iussit se ipsum amputatis manibus suis[i] et pedibus ac[k] aliis menbris enormiter et[l] crudeliter mutilari, et sic vitam Gerbertus[m] in ipsa capella finivit. Unde in eandem[n] capellam, que Gerberti appellatur[o], nullus papa[p] in detestationem illius facti postea intrare voluit nec curavit[q·2]. [Ipsa[r] capella, que Rome dicitur Ierusalem, facta est monasterium regularium, in quam[s] femine non intrant. Ibi servatur tytulus, quem scripsit Pylatus in tabula olive, scilicet: *Iesus Nazarenus rex Iudeorum*[3], sub[t] hoc versu:

Hic crucis est alme tytulus. Crux inclita salve!]

cf. Got. Post istum[u] Silvestrum papam[v] Iohannes papa CLI. ordinatur, sedit mensibus X.

Lamp. Anno[w] Domini M. imperator Otto III. ossa Karoli Magni Aquisgrani a pluribus eousque[x] ignorata invenit.

Anno Domini MI.[y] imperator nativitatem Domini Rome[z] celebravit.

Ekk. Anno Domini MII. Otto III. imperator, dictus Rufus, obiit; cui successit Heinricus[a]. Hic Heinricus dux Bavarie imperium adeptus regnavit annis XXIIII. Huius fuit[b] sponsa sancta[c] Kune-

a) iste *A* 2. *D*. b) *sic omnes libri.* c) fuisset *add.* *D* 1. $1^{a \cdot b}$. d) etiam *B* 5. 5^{a}; *om.* *B* 3. *C* 2; et ubi *D*. e) reconderunt *B* 1^{a}. 2. 4. 5. 5^{a}. *D* 2; rec. rel. *C* 1. f) celebraret *C* 1. g) dom. suus *A* 1. 2. *D* 1. 2. h) *om.* *B* 1. 1^{a}. 2^{a}. 3—5^{a}. *C* 1. 2. i) *om.* *B* 1. 1^{a}. *D* 2; man. et ped. suis *B* 5^{a}. *C* 1; man. s. et ped. suis *A* 1 *(A 2 ut ed.)*. k) et *B* 1^{a}. 2^{a}. 3. *D* 2; *om.* *C* 1. l) ac *A* 1. 2. m) ipse *add.* *D*; in ipsa cap. G. *C* 1. n) eadem (*B* 1) capella *B* 1^{a}. 2^{a}. 3. *C* 1. o) que dicitur Gerb. *D* 1. $1^{a \cdot b}$; que G. app. *om.* *D* 2. p) *om.* *A* 1. 2. q) nec cur. *om.* *B* 2. 2^{a}. 3. r) *uncis incl. desunt A* 1. 2. *C* 1, *post* mens. X *(l. 21) scripta B. D, unde patet haec in margine archetypi A suppleta fuisse.* s) quod *B* 2^{a}. 3. *D*; qua *B* 1^{a}. t) sub hoc v. *om.* *C* 2. u) *om.* *C* 2; illum *B* 2. 2^{a}. *D* 1. $1^{a \cdot b}$; hunc *D* 2. v) *om.* *D*. w) Anno — invenit *om.* *B* $1^{a \cdot b}$. x) *om.* *C* 2. y) Anno — celebravit *om.* *B* 1. $1^{a \cdot b}$. — M. *D*; Otto III. *add.* *B* 2. 2^{a}. 3. z) *om.* *B* 3. 5. 5^{a}. a) Henr. *A* 1. *B* 2. 2^{a}. 3. 5. 5^{a}. *D* 1^{a} (*et* Hanr.); Hainr. *D* 1 (*et* Haynr.). 2, *alibi* *B* 1^{a}. b) sp. f. *D*. c) *om.* *D* 1. $1^{a \cdot b}$; Ch. s. *D* 2.

1) *Cf. supra p.* 563 *(rec. C* 1. 2*)*. 2) *Cf. de hac fabula I. v. Döllinger, 'Papstfabeln' ed.* 3. *p.* 155 *sqq. Cum nemine scriptorum, qui eam antea narraverunt, scilicet Benone, Gesta Rom. eccl. II,* 4, *Libelli II, p.* 377; *Sigeberto a.* 995, *SS. VI, p.* 353; *Will. Malmesbur. c.* 172, *SS. X, p.* 464; *Chron. q. d. Willelmi Godelli, SS. XXVI, p.* 196; *Vinc. Bellovac., Spec. hist. XXIV,* 98. 107 *(ex quo Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 432*) noster plane convenit. Praesertim capellam Gerberti illi non commemoraverunt.* 3) *Cf. Mirabilia Romae add. c.* 84, *ed. Parthey p.* 59.

gundis[a]. Hic Heinricus fuit imperator LXXXVIII.[1] a Cesare *Ekk.* Augusto. Iste[b] construxit et fundavit episcopatum Babenberg[c] et *V. Heinr. c. 3.* similiter Mersiburg[d], Hildensheim, Magdeburg[e], Argentinam et Misnam[f], que barbarica inmanitate vastate fuerant[g], restauravit. In Hildensheim, ubi a puero[h] enutritus et litteras[i] edoctus fuit[k], posuit sanctum Gothardum[l] in episcopum. Hic Gothardus fuerat abbas *Lamp.* in Hersvelt[2]. Summam etenim[m] diligentiam hic imperator in *V. Heinr. c. 3.* amplificando cultu[n] religionis adhibuit. Sedes episcopales et ecclesias per universum regnum possessionibus multis et ornatibus[o] inmensis ditare cepit. Hic amator fuit castitatis. Nam cum *V. Heinr. add.* sponsa sua sibi[p] dilectissima, sancta Kunegunde[q] virgine, ipse virgo permansit, sed hoc de pari consensu et voto communi[r] et voluntario[s]; et quod[t] hominibus occultum foret, in lectulo[u] uno in clauso thalamo pariter dormierunt[3]. Convocatis principibus regni sui in[v] Quitilingeburg curiam celebravit. *V. Heinr. c. 3.* Ibi universis consentientibus in id ipsum, Poloniam[w] et Bohemiam ceterasque[x] Sclavorum, qui pagani erant, adiacentes regiones[x*] debellare disposuit. Congregato itaque exercitu, cum omnes percep- *ib. c. 4.* tione corporis et sanguinis Domini confortati[y] fuissent, venerunt ad locum certaminis, et devotius orante Heinrico[z] imperatore, aperti sunt oculi eius, et vidit gloriosos martires Laurentium, Georgium[a] et Adrianum cum angelo percutiente exercitum suum precedentes et hostes fugantes[b]. Sic victor sine effusione sanguinis sibi subegit illos et gracias egit Deo cum[c] suis.* Apuliam a Grecis diu possessam[d] Romano imperio recuperavit. Pannoniam et *ib. c. 22. 29.* Ungariam necnon et[e] Burgundiam subegit[f] vir iste victoriosus. Cumque[g] rediret de Apulia, cepit infirmitate[h] calculi labo- *ib. c. 23 sq.* rare; qui cum plurimum torqueretur[i], mira pacientia[k] susti-

*) *C 2 add.:* Anno Domini M°IIII. Stella cometes apparuit *Ekk.* longo tempore.

a) *sic A 1. B 1a. 2. 5. 5a. C 1. D 1. 1a. b. 2 semper vel alicubi; occurrunt formae:* Kunigundis (*A 1. B 3. D 1b*), Cunegundis (*B 1. 2. 5. 5a. C 1*), Chunegundis (*B 1a. 4*), Chunigundis (*C 2*), Chůngundis (*D 2*), Kungundis (*B 5*), Konigundis (*B 3*), Gunegundis (*A 1. B 1. 2a*). b) Ipse *B 5. 5a*; Hic *D*. c) ecclesiam in pabinbrg *A 1*; in Bab. *B 2. 2a*. — sim. et *C 1. 2*. d) in M. *B 2. 2a*. e) et M. *B 1a. 2. 2a. 3*. f) misenam *D 1a. b. 2*; basileam *D 1*. g) fuerunt *A 1*. h) puericia *A 1. D 1a. b. 2*; primeuo *C 2*. — nutritus *D*. i) *om. B. D.* — doctus *D*; eruditus *A 1*. k) fuerat *D*. l) Godehard. *B 1*; Godhard. *B 1a*; Gotehard. *B 4*; Gothehard. *B 3. 5. 5a*; Postea s. G. in ep. posuit *A 1*. m) enim *C 2. D 2*. n) cultum *A 1. B 1a. 2a. C 2. D*. o) ornamentis *B 2. 2a. 5. C 1. D*. — inm. *om. B 2. 2a. 3*. p) *om. C 1*. q) Kunegundis virgo sibi copulata fuit, ipse *D*. r) et de comm. voto *C 1*. — et *om. A 1. B 1a. 2. 2a. 4. 5. 5a. D*. s) utriusque *add. D*. t) cum *A 1*; ut *B 2 (ubi* tamen *add.,* et *om.). D;* Quod ut tamen *B 3*; prout cum *B 2a*. — omnibus *C 2*. u) lecto *B 3*; loco *B 2. 2a*. v) *om. B. D.* — qui in Lenburch *D 1a. b*; sui in lenburg (ch) *D 1. 2*; qui tunc ligenburc *B 2*; qui lingeburk *B 2a*. w) Pholoniam *D*. — et *om. D*. — Boemiam *B 1. D 1. 1a. b*. x) et Sclavoniam cet. *B 2. 2a*; cet. reg. Slav. que paganis erant adi. deb. *D*. x*) reg. deb. disp. *om. C 1*. y) f. con. *B 1. 1a. 4. 5. 5a. D;* congregati *B (1a). D 1a. b. 2*; conmuniti *D 1*. z) *om. B 1. 1a. C 2*; H. imp. dev. or. *D*. a) et G. *B 1. 2a*; Georium *A 2. B 1a. 4. 5. D 1a. 2*. — et *om. B 2a. C 1*. b) *sic tantum A 1. B 1. 3*; fugientes *A 2. B 1a. 2. 2a. 4. 5. 5a. C 1. 2. D*. c) c. suis *om. C 2*. d) obsessam *D 1. 1a. 2*. e) etiam *B 5. 5a*; *om. B 2a. 3. D;* U. atque B. *B 4*. f) sibi *add. D*. g) Cum *D*. h) in inf. *A 2. B 5. 5a. D 1. 1a. b*. i) laboraret *C 1. D 2* (cum diu lab.). k) pateria *D 1. 1a. b*.

1) LXXXIIII. *Ekkeh.* 2) *Lamp. a.* 1005. 1022. 3) *Haec aliis multis verbis narrata leguntur in Vitae Heinr. additamento c. 1, SS. IV, p.* 818.

V. Heinr. c. 23. 24. nuit. Ascendit quoque Montem Cassinum petiturus meritis sancti[a] Benedicti[b] et sancte[c] Scolastice virginis sanitatis remedium. Facta vero oratione, et[d] in hospicio obdormiente, vidit sanctum[e] Benedictum dicentem sibi: 'Quia sperasti in Deo et in sanctis suis, ecce missus sum a Deo, ut liberem te ab infirmitate tua'. Hec dicens[f] cum ferro[g] medicinali partem illam corporis, ubi herebat[h] calculus, aperuit, et molliter evulso calculo, hyatum[i] vulneris mox[k] sanavit et calculum in manu[l] imperatoris posuit. Qui evigilans calculum in manu invenit, quem suis ostendens[l*] gracias egit Deo et locum illum multis donis ditavit[m].

Tempore huius imperatoris archiepiscopus[n] fuit in Maguntia[o] Willigis.*) Iste quia humilem progeniem habuit[p] et patrem, qui currus et bigas facere solebat[1], in thalamo ornato grossis litteris scribi iussit, cuius ipse clavem reservans[q] introire solus consuevit et legere scripturam, que talis erat: *Willigis, Willigis, recole, unde veneris.* Hec in lingua Theutonica scripta erant[2]. Appenderat[r] etiam rotas et[s] huiusmodi instrumenta in pariete circumcirca[t], in quibus suam *prosapiam et statum sue paupertatis intente, ut fertur, agnoscebat. Usque adhuc habentur rote due quasi aratri in vexillo ecclesie Maguntine[u]. *Lamp. 1009.* Hic archiepiscopus maiorem in Maguntia ecclesiam et sancti Albani ecclesiam[t. 3] construxit. **p. 18*

cf. Got. Iohannes papa CLII. ordinatur, sedit menses[v] III[4].

Sergius papa CLIII. ordinatur, sedit annis III.

Benedictus papa CLIIII, huius[w] nominis VIII, ordinatur, sedit annis XI[x], mensibus XI. *V. Heinr. c. 25.* Ad hunc papam Heinricus imperator iste[y] venit Romam et fuit ab eo honorifice[z],

Lamp. 1009. *) *C* 2 *add.:* Ecclesia maior Maguncie, quam beatus Willigis construxerat, incendio vastata est ipsa die dedicacionis sue.

a) sanctissimi *B;* s. Ben. mer. *C* 1. b) *om. B* 2. 2a; abbatis *add. B. D.* c) beate *B. D* 1. 1a. b. d) *om. B* 2a. 5. 5a. *D.* e) beatissimum *B* 1—3. 5. 5a; beatum *B* 4. *D (om.* 1b*);* abbatem *add. B* 1a. 2. 2a; Ben. abbatem *B* 4. 5. 5a. f) sanctissimus (sanctus *B* 2. 2a. *D* 1. 1a; beatus *D* 2; *om. D* 1b) Benedictus abbas (a. B. *B* 1) *add. B. D.* g) illo *add. C* 1. h) habebat calculum *A* 1. *B* 5. 5a. *D* 2; habebatur *A* 2. *B* 2; habitabat *B* 3. i) hiarum *B* 4. 5; locum *B* 5a. *D.* k) perfecte *add. D.* l) manum *A* 1. 2. *D* 1a. b; mañ *B* 1. *D* 2. l*) ostendit et *D* 1. 2. — gr. deo egit *D* 1. 1a. 2. m) dotauit *C* 2; m. donauit donis et dit. *A* 1. n) fuit in Mog. episcopus *D.* o) nomine *add. B. D.* p) *om. A* 1; hab. pr. *C* 1. *D* 2. q) cl. sub tali (cl. diligenti 2) custodia servans *D.* r) Appendit *D.* — et *D* 1. 1a. b. s) et h. instr. *om. D.* t) *om. D.* u) maguncie *A* 1. *B* 1a. *C* 2; maguntiñ *A* 2; Moguntine *B* 3—5a. *C* 1. *D* 1; moguncie *D* 1(a). b; Moguntinensis *D* 2. v) an(nis) *B* 1. 1a. w) h. n. VIII. *om. C* 2. x) X *C* 2. y) *om. B* 2a. 5a. *D;* iste imp. H. *C* 1. z) susceptus *add. B* 1; receptus *add. B* 1a.

1) *In serie archiep. Mogunt. VIII, SS. XIII, p.* 315, *circa a.* 1230. *scripta, legitur* filius aurige, *ubi his verbis primo huius fabulae mentio facta est. Illum locum neglexit H. Böhmer, 'Willigis v. Mainz' p.* 1, *n.* 3, *quem ex serie illa archiepiscoporum exscripsit Albricus, SS. XXIII, p.* 778. 2) *Qua lingua hic versus in Flor. temporum, SS. XXIV, p.* 237, *redditus est, ubi huic loco exscripto alia fabulosa addita sunt.* 3) *Hoc falso additum est.* 4) annis III *Gotifr.*

ut decebat, tractatus[a]. Idem papa Benedictus[b] venit ab eodem imperatore invitatus in Babenberg, et ibi eum impe- [*Lamp.* 1019. *V. Heinr. c.* 25 *sq.*] rator sollempnissime[c] suscepit hospicio. Ibi in sancta nocte pasche in matutinali officio sollempni[d] lectionem primam legit patriarcha Aquileiensis[e], secundam archiepiscopus Ravennas[f], terciam papa. Ibi tunc prefatus[g] papa, presentibus LXXII[h] episcopis et principibus aliis, sicut predecessores sui Iohannes et Sergius apostolici[1], ita et ipse dedit privilegium libertatis[i] ecclesie Babenbergensi. Hic papa Benedictus eodem tempore, omnibus civitatibus Alemannie cum[k] suis cardinalibus peragratis, venit in Babenberg, ut predictum est.

Iohannes papa CLV. ordinatur, sedit annis IX[l], men- [*cf. Got. V. Heinr. c.* 10 *sq.*] sibus VI. Hic Iohannes[m] papa etiam privilegium de libertate et rebus ecclesie Babenbergensi dedit[2]. Sub hoc[n] papa Heinricus imperator, servus Dei, feliciter obiit, splen- [*ib. c.* 33—35.] dens miraculis, et sepultus est[m] cum[o] sua sponsa sancta Kunegunde[p] in Babenberg anno sue etatis[q] LII. Tempore eiusdem[r] Heinrici imperatoris[s], cum moreretur, merita anime sue in statera appensa sunt, et peccatis deprimentibus iam[t] pene pars demonum preponderaverat. Tunc subito adustus quidam superveniens calice aureo partis dextre lancem oneravit, moxque ea preponderante victores angeli animam[u] in consortium supernorum[v] civium deduxerunt[w]. Hec dixit unus[x] demon a quodam sancto compulsus. Nam ipse imperator calicem magnum[y] aureum, preciosis gemmis ornatum, obtulit Deo et sancto Laurentio martiri in Merseburg[z], qui adhuc ibi est.

Sub[3] eodem imperatore anno Domini MXX.[4] in villa campestri nomine Colbeke[a] Halberstatensis dyocesis

a) et tr. *B* 1. 1[a]; receptus *D*. b) *om. D*. c) benignissime *C* 1. — recepit in hosp. *A* 1. 2. d) sollempniter *A* 1. 2. *D* 2. — pr. lect. *B*. *D*. e) aquiliensis *B* 2[a]. *C* 1; aquilensis *A* 1. *D*; aquilegiensis *B* 1. (1[a]). f) Rauennis *B* 1. 1[a]; Rauennensis *B* 3. *C* 2. *D*. g) papa pref. *A* 1. 2. *C* 2. h) LXXXII *B* 2. 2[a]. *C* 2. *D*. i) eccl. Bab. lib. *D*. k) venit c. s. card. per. *D*. l) XI, mens. V *D*. m) *om. D* 1. 1[a. b]. n) isto *D*. o) cum — Kuneg. *om. D*. p) Kunegunda *h. l. B* 3. *C* 1. q) et. sue *B* 3. *D*. r) huius *B* 1—3. *D*; huius eiusd. *C* 1; huius eidem *B* 1[a]. s) *om. D*. t) *om. D*; pene iam *C* 1. u) eius *add. D*. v) civ. sup. *A* 1; sup. civ. cons. *B* 1. 1[a]. w) duxerunt *B* 4; adduxerunt *D* 2. x) dem. un. *A* 1. y) aur. m. *B* 1. 1[a]. z) Merseburch *B* 1. 4; Mersburg (-burch) *D* 1. 2; merspurg (-purch) *C* 2. *D* 1[a. b]. a) *sic C* 1; koweke *A* 1; kolleke *A* 2; colbek *C* 2; kolbeke *B* 2. 2[a]; Kolebeke *B* 3; coleberc *B* 1; Colbelit *B* 1[a]; Colbelie *B* 4. 5[a]; colwelie *radendo corr.* cowelie *B* 5; Corbelie *D* 1. 1[a. b]; Corbelei *D* 2.

1) *Haec verba ex ipsa Benedicti bulla Vitae Heinrici inserta, SS. IV, p.* 808, *sumpta sunt.* 2) *Bulla ab Adalberto c.* 11. *recepta non est huius Iohannis XIX, sed XVIII. huius nominis, praedecessoris Benedicti VIII.* 3) *De hac fabula vide E. Schroeder, 'Die Tänzer von Kölbigk' in 'Zeitschr. f. Kirchengesch.' XVII, p.* 94—164, *de hoc loco p.* 109 *sq.; qui maxime convenit cum relatione Otberti edita ib. p.* 101 *sqq., minus cum altera eiusdem relationis forma, quam praebet Will. Malmesb. II, c.* 174, *SS. X, p.* 464 *sq. Sed dubitaverim an ipse auctor illam relationem legerit.* 4) *In relatione Otberti et ab iis, qui eam exscripserunt, ut Albert. Stad., SS. XVI, p.* 313; *Ann. S. Blasii Brunsvic., SS. XXX, p.* 17, *hoc a.* 1021. *factum esse dicitur. Annum* 1020. *aliquis fortasse posuit, qui non nescivit Heribertum archiepiscopum iam a.* 1021. *Mart.* 16. *obiisse.*

quidam rusticus nomine Otpertus[a] duxit coream in sancta[b] nocte nativitatis Domini in cimiterio infra matutinale officium cum XV viris et tribus feminis[c], quarum una vocabatur Merswind[d]. Et rogati a presbitero, ut cessarent, iterumque ammoniti, ut suis dissolutis cantibus divinum officium non inpedirent, nec[e] vellent acquiescere, idem[f] presbiter nomine Rupertus[g] inprecatus est eis et maledicta congessit dicens: 'Velit[h] Deus propter merita sancti Magni martiris, patroni huius nostre[i] ecclesie, ut sic[k] incessanter usque[l] ad annum integrum[m] continue corizetis'! Quod a seculis[n] non est auditum, illi XVIII per annum[o] continue sine cibo et potu, absque tecto[p] et sompno, aliis hominibus[q] ammirantibus et compacientibus, coream duxerunt, saltantes in ipso eodem loco et cantantes incessanter, quousque archiepiscopus Coloniensis nomine Herbertus misericordia motus venit illuc et ipsos in nomine Domini a tali vinculo coree liberavit. Quibus liberatis, IIII^{or} ex ipsis statim[r] mortui sunt[s], alii refocillati resumpserunt vires et egerunt penitentiam.

cf. Got. Benedictus papa CLVI. ordinatur, sedit annis XIIII. [Iste[t] defunctus est[u] et sepultus in Hamburg[v] Bremensis dyocesis[1]].*

Ekk. *Lamp.* Anno Domini MXXV. Conradus[w] Salicus[2] imperium adeptus regnavit annis XV. Huius filius Heinricus in regem ungitur Aquisgrani per Peregrinum[x] Coloniensem archiepiscopum.

cf. Got. Silvester papa CLVII. ordinatur[y], sedit mensibus II.

Gregorius papa CLVIII. ordinatur[z], sedit anno uno, mensibus VI.

Lamp. Sub hoc[a] imperatore sancta[b] Kunegundis obiit. Hec

Lamp. *) *C* 2 *add.:* Anno Domini M°XXI. ingens terremotus factus est in Bawaria.

a) Opertus *A* 2. *B* 3. *D* 2. b) sacra *C* 1. c) mulieribus *D*. d) merswynde *A* 1; merswindis *A* 2; Merswing *C* 1; meiswind *C* 2. e) et cum nollent *B* 2. 2^{a}. f) Item *B* 5^{a}; ipse *D*. g) rův. *C* 2; robertus *B* 1; bobertus *D* 1. 1^{a}. 2; bubertus *D* 1^{b}. h) vellet *B* 1^{a}. 2. 2^{a}. i) *om.* *B* 1. 2; nostri h. *C* 1; eccl. n. *D* 1. $1^{a.b}$. k) *om.* *B* 1. 1^{a}. l) *om.* *A* 1. 2. m) integraliter cor. *C* 1. n) seculo *B* 2. 2^{a}. 3. — aud. non est *A* 1. 2; est inauditum *D* 1. $1^{a.b}$. o) integrum *add.* *B* 2. 2^{a}. p) tectis *D* 1. $1^{a.b}$. q) omnibus *C* 1 (*corr.* hominibus). 2. r) *om.* *B* 1^{a}. *C* 1. s) *om.* *B* 5. 5^{a}. t) *uncis incl. desunt* *A* 1. 2. u) def. sep. est *C* 1; def. et sep. est *C* 2. *D* 2; et sep. *om.* *D* 1. $1^{a.b}$; est et sep. est *B* 2. 2^{a}. v) hainburg *B* 5; haynburg *D* 1; hainburch *D* 1^{a}; heinburg *D* 1^{b}; heīburch *D* 2. w) dux Francorum *add.* *D*. x) Aq. per Egrinum *D*. y) *om.* *A* 1; ord. — ord. *om.* *C* 2, *ubi* Gregorius VI. papa *infra p.* 630, *n.* * *suppl.* z) *om.* *C* 1. a) isto *D*. — papa *C* 2. b) sancta — sancta *om.* *D*.

1) *Non hic Benedictus IX. a.* 1048. *depositus, sed Benedictus V. a.* 966. *Hamburgi mortuus est.* 2) *Hoc cognomen ex versibus, qui in codice S. Petri Erford. Ekkehardi, SS. VI, p.* 175, *leguntur:* Rex oritur Salicus Cůnradus nomine dictus.

sancta Kunegundis Confugiam[a] fundavit et possessionibus *V. Cuneg.* atque ornamentis ipsam[b] dotavit. Ibidem ipsa virgo, dum legeretur in missa hoc[b*] de Zacheo scilicet: *Et precurrens ascendit in arborem sycomorum,* depositis imperialibus indumentis, induit, videntibus[c] nobilibus multis[d], vestes religionis[e]. Huius sancte[f] filia sororis fuit in illo[f*] loco abbatissa; cui epulanti tempore processionis in quadam dominica[g], venit virgo Christi Kunegundis et zelo iusticie et correctionis dedit ei alapam; nam[h] minus religiosa erat, ultima in choro, prima in convivio. Igitur alape illius[d] semper remansit[i] vesti-
189. gium in maxilla *abbatisse, quasi digiti in cera essent pressi[k], propter alias[l] in exemplum. Hec sancta Kunegundis, ut *V. Heinr. add. c. 3.* se expurgaret[m], facta devota oratione, audacter coram imperatore, sponso eius[n], dum adhuc viveret, et coram principibus et multis aliis XII candentes vomeres nudo vestigio calcavit et Domino[o] protegente penitus illesa permansit. Nam auctore dyabolo, qui invidebat eius virginitati, de crimine adulterii vehementer infamata[p] fuit. Callidus namque dyabolus transfigurans se in formam militis speciosi tribus diebus continuis mane videbatur a[q] pluribus de[r] thalamo exire sancte Kunegundis.

Sanctus[s] Gothardus episcopus migravit [ad[t] Christum], *Lamp. 1022. 1038.* qui successerat in episcopatu[u] Hildensheim sancto Berwardo[v].

Anno Domini MXXVIII, temporibus huius imperatoris Conradi, qui Salicus[w] vocabatur, orientalis ecclesia, in Asia fortitudine regnorum, diversitate linguarum, multitudine episcopatuum, grandi spacio terrarum magna valde, recessit ab obedientia sedis apostolice. Aliter enim baptizant, generalia concilia non frequentant, statuta Romanorum pontificum non recipiunt, de fermentato[x] conficiunt, de pane azimo conficere nolunt. Negant spiritum sanctum procedere a filio sicut a patre. Ab ecclesiastica unitate scissi sunt et in statu dampnandorum[y] sunt. Extra[z] *De hereticis: Firmissime.* Extra[a] *De sententia excommunicationis*[b]*: Super eo quod*[1]*;* VII. q. I:

a) Confrigiam *D.* b) *om. B* 2. 2ª. b*) *om. B* 2. 3. *D.* c) nob. vid. *B* 3. *C* 1. *D* 2. d) *om. D.* || e) religiosas *D.* f) Kunegundis *add. D.* — sor. fil. *C* 1. *D* 2. f*) loco illo *D.* g) die *add. B* 1. 1ª. 2. 2ª. 4. 5. 5ª. *D.* — virgo Chr. venit *D.* h) ipsa *add. A* 1. i) mansit *B. D;* vest. s. m. *D.* k) inpressi *C* 1; inpresse *B* 1. 1ª; presse *B* 4. l) pressi aliis *D.* — in *om. C* 1. m) purgaret *B* 2. 2ª. 3. n) suo *B* 1. 1ª; sp. imp. eius *B* 4. 5. 5ª; sp. e. imp. *D.* o) deo *D* 1. 1ª·ᵇ. p) diffamata *C* 1. q) de *B* 1. 4. 5. 5ª; q; *B* 1ª; *om. B* 2. 3. r) ex. de th. *B. D.* s) S. — Berwardo *om. D.* t) ad Chr. *desunt A* 1. *C* 2. u) *om. B* 2. 2ª. 3. v) Bernhardo *A* 1. *B* 2ª. w) voc. Sal. *B. D.* x) fermento *B* 2. 2ª. 4. y) dampnatorum *B* 1. 2. 2ª. 3. — sunt *om. B* 2ª. 3. z) Extra — Denique *om. B* 2. 2ª. 3. a) Extra — Verum *om. A* 1 *(adsunt A* 2*).* b) Cap. XV. *B* 1; Cap. XII. *B* 1ª.

1) *Greg. IX. Decret. l. V, tit.* 7, *c.* 3; *tit.* 39, *c.* 51.

Denique[1]. Verum occidentalis sancta[a] ecclesia katholica, sacrosancte Romane ecclesie subiecta et[b] obediens, habet *Ekk.* circiter episcopatus DCCLXXII. Salicus Conradus imperator[c] obiit, sepultus[d] in Spira.

Anno Domini MXL. Heinricus III, Conradi filius[e], regnavit annis XVII[f].*

1) *Cf. Vita Franc. auct. Thoma de Celano I, pars 1, c.* 13, *ed. Amonio p.* 31. 2) *Decretal. Greg. IX. l. IV, tit.* 14, *c.* 8. 3) *Ibid. l. V, tit.* 39, *c.* 28. 4) *Potius a.* 1204. 5) *Cf. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' V, p.* 306, *n.* 61. 6) *Cf. Gesta episc. Halberstad., SS. XXIII, p.* 120 *sq.* 7) *Haec in libro Mysteriorum missae Innocentii minime inveni.*

tonie ius habent in eligendo regem promovendum[a], si non fuerit hereticus vel[b] stolidus aut[c] perpetuo infirmus, in[d] imperatorem Romanorum. Extra *De electione: Venerabilem*[e, 1]. Hic constituit, quod alter coniugum altero invito ante carnalem copulam potest eligere[f] religionem[2]; et hoc[g] statuit similiter Alexander papa[h] III[3]. Iste papa[i] Innocentius[k] statuit, ut in omni[l] Christianorum provincia notabiliter[m] distinguatur habitus Iudeorum in utroque sexu[4]. Constituit etiam[n], ut nullus clericus in sacris ordinibus[o] habeat uxorem vel concubinam in occidentali ecclesia[5]. Constituit etiam, ut[p] nullus clericus habeat plura beneficia ecclesiastica[q] vel duas dignitates absque dispensatione sedis apostolice[r, 6].*

1212. [Anno[s] Domini MCCXII. per beatum Franciscum et[t] sanctam Claram virginem[u] incepit[v] ordo pauperum dominarum, videlicet[w] post sextum annum[x] conversionis sancti Francisci. Eodem tempore[y] regina Ungarie[7], mater sancte Elizabeth, occisa est; et pueri[z] profecti sunt ultra mare cum multitudine, sed peregrinatio illa[a] adnichilata periit].

1203. *) *C* 2 *add.:* Anno Domini M⁰CCIII. Bohemi vocati a Hermanno lantgravio contra Phylippum regem Thuringiam hostiliter vastaverunt.

1212. Anno Domini M⁰CCXII. cepit ordo sancti Damiani per sanctum Franciscum. Fratres in Marrochium[b]
1220. per sanctam Claram virginem missi et[c] per sanctum Franciscum, quinque ex eis iussu regis martirizati sunt, per quorum reliquias contigerunt plura miracula.

a) et promovendo *D.* b) aut *B. D.* c) vel *B* 1. 2—4. 5^{a}. *D* 1. $1^{a.b}$. d) *om. B* 1. 2. 2^{a}. 3. *C* 1. e) Venerabile *B. C* 2. — Et const. *C* 2. f) intrare *D.* g) rel. quod sim. st. *C* 2. — constituit *B* 2^{a}. 3. *D* 2. h) *om. B* 5. *D* 1. $1^{a.b}$. i) Idem eciam Inn. *C* 2. k) III. *add. B. D.* — st. *om. B* 5. 5^{a}; instituit *D* 2. l) omnium *B* 3. *C* 2. m) dist. not. *B* 2. 2^{a}. 3. n) Item const. *D* 1. $1^{a.b}$; Hic const. *D* 2. — quod *B. C* 2. *D.* o) in s. ord. *om. B* 5. 5^{a}; constitutus *add. D.* p) quod *B* 5. 5^{a}. *D;* eccl. et quod *C* 2. q) *om. D.* r) disp. apostolica *C* 2. s) *uncis incl. desunt A* 1. 2; A. D. — Francisci *habet C* 1 *iam supra post* similiter dedit *(p.* 645, *l.* 5*)*; A. D. — Francisci *om. h. l. C* 2, *vide n.* *. t) per *add. D* 1. $1^{a.b}$. — beatam *D.* u) *om. D.* v) *sic B* 3. *C* 1; cepit *B* 2. 2^{a}, *post* domin. *B* 1; *om. B* 1^{a}. 4. 5. 5^{a}; iniciatur *D* 1. $1^{a.b}$; inicianit *D* 2. w) vid. — Francisci *om. D.* x) VI annos *C* 1. y) *om. B* 1^{a}; anno *B* 1; Anno Domini MCCXII. reg. *C* 1. z) sui *add. D.* a) *om. B* 3. *D* 1. $1^{a.b}$. b) morrachium *corr. eadem manu* marrochium *C* 2, *ubi superscr.* Et *minio del.* c) *eadem manu superscr. C* 2.

1) *Decretal. Greg. IX. l. I, tit.* 6, *c.* 34. 2) *Ibid. l. III, tit.* 32, *c.* 14. 3) *Ibid. c.* 2. 4) *Ibid. l. V, tit.* 6, *c.* 15. 5) *Cf. ibid. l. III, tit.* 3, *c.* 5. 8; *tit.* 2, *c.* 8; *sed cf. supra p.* 642, *n.* 4. 6) *Cf. ibid. l. III, tit.* 6, *c.* 18. 7) *Gertrudis.*

Hic[a] papa Innocentius etiam[b] constituit, ut quilibet adultus ad minus semel in anno plebano[c] suo confiteatur et ad minus in pascha percipiat corpus Domini, nisi de consilio eius[d] abstineat; et[e] constituit, quod confessor nulla ratione prodat peccatum confitentis[f]. Extra *De penitentiis: Omnis*[g] *utriusque*[1]. Et[e] constituit, quod[h] quilibet religiosus ad artiorem ordinem, postulata licentia, etsi[i] non detur licentia, licite possit[k] transire[2]. Et[e] constituit, quod novicii non recipiantur ad professionem nisi finito[l] anno probationis, quamvis novicii renunciare possint[m] iuri suo[3]. Hic papa[n] etiam constituit, ut prelati subditos clericos suos[o] seu presbiteros exactionibus gravare non presumant et visitantes parrochias et[p] ecclesias evectionum[q] numerum non excedant, ita quod episcopi XX vel XXX habeant[r], archidyaconi V vel VII[s], decani sive archipresbiteri[t] II, et quod sine canibus venaticis et avibus proficiscantur, ne graventur ecclesie[u] nimietate expensarum. Extra *De censibus: Cum apostolus*[4]. Et[v] constituit, ut apostolorum vigilie ieiunentur, exceptis Philippi et Iacobi et[w] Iohannis ewangeliste et Barnabe; et[x] quod infirmi in ieiunio possunt[y] comedere carnes, ut maius periculum evitetur, et quando urgens necessitas requirit[5]. Et[v] constituit, ut in ecclesiis[z] doctores et studium gramatice[a] habeantur, et quod metropolitana[b] ecclesia magistrum habeat, qui legat in theologica facultate, et quod illi in expensis provideatur[c. 6]. Et[d] constituit, quod[e] Iudei novas synagogas non faciant, ubi prius non habuerunt, nec ampliores eas faciant; et quod[f] Christiani (Iudeis[g]) in domibus eorum non serviant, et nutrices Christiane Iudeorum[h] infantes non nutriant[7].

a) Item iste *D*. b) *om.* *B* 5. *C* 2. *D*. c) suo pl. *D* 1. 1a·b. d) suo *B* 3; (sui *D* 2) sacerdotis *C* 1. *D* 2; sui confessoris *D* 1. 1a·b. e) Item *B* 1. 1a·b. *D*. f) penitentis *D* 1. 1a·b. g) Omnibus *B* 1. 1a·b; hominis *D* 1. 1a·b. h) ut *A* 2. *B* 2a. *C* 1. i) etsi n. d. lic. *om.* *B* 2. *D* 1. 1a·b. k) potest *D* 1. 1a·b; possunt *C* 1; posset *B* 2a; possint *B* 1a. l) expleto *C* 1. m) possunt *A* 1 *(A* 2 *ut ed.)*. *B* 1a. 4. *C* 1; p. ren. *B* 1. 1a. *D* 1. n) *om.* *B* 1. 2. 2a. 3; Hic p. *om.* *C* 2; et. p. *C* 1; Item const. *D*. o) suos cl. *C* 1. *D* 1. 1a·b. — sive *B* 2. 2a. p) aut *D*. q) certum *C* 2 *e corr., alia voce minio del.* r) ministros *add.* *C* 2, *sed ex cap. laudato patet potius* equos *supplendum esse, quae vox in A. B. C* 1. *D omissa est.* s) VI *C* 1. *D*. — dyaconi *B*. *D*. t) presbiteri *D*. u) *om.* *B* 1. 1a·b. v) Item *B* 1. 1a. *D*. w) *om.* *D*. x) Item *D*. y) possint *B* 1a. 2. 4. 5. 5a. *D* 1. 1a·b. z) ecclesia *D*; ut ecclesie d. et st. gr. habeant *C* 2. a) *om.* *A* 2. *C* 1. — habeatur *B* 1. 1a. b) in m. . . . . habeant *D* 1. 1a. 2. c) prouideant *C* 1; prouideantur *B* 1. d) Item *B* 1. 1a. *D*. e) ut *A* 1. 2. *B* 2. 2a. f) *om.* *D*. g) *in solis* *C* 1. 2. *D* 2 (*pro* in d. eor.). h) pueros eorum non *C* 1.

1) *Decretal. Greg. IX. l. V, tit.* 38, *c.* 12. 2) *Ibid. l. III, tit.* 31, *c.* 18. 3) *Ibid. c.* 16. 4) *Ibid. l. III, tit.* 39, *c.* 6. 5) *Ibid. l. III, tit.* 46, *c.* 2. 6) *Ibid. l. V, tit.* 5, *c.* 4. 7) *Ibid. l. V, tit.* 6, *c.* 7, *quod est Alexandri III, et* 13.

Iste[a] gloriosus papa Innocentius III. mortuo Hein-
1209. rico imperatore Ottonem ducem de Brunswic inunxit
Rome et consecravit in[b] imperatorem. Post parvum[c]
1210. tempus excommunicavit eundem, suscitans sibi adversa-
rium Fridericum, filium Heinrici imperatoris, quem ipse[d]
papa sublimavit ad sceptrum regni.*

1209. *Otto filius Heinrici[e] ducis Bawarie et Saxonie[f] *p. 196.
imperium adeptus regnavit annis IX. Iste Otto[g] impe-
rator a papa Innocentio excommunicatus fuit usque ad
1218. mortem; sed in articulo mortis a prelatis absolutus obiit,
sepultus[h] in Brunswic.

Hic papa Innocentius[i] sicut[k] Alexander papa[l] III.
statuit[m] ferri sententiam interdicti in personas vel in
loca[1]; et[n] quod nullus novus[o] sanctus in veneratione
habeatur nisi auctoritate sedis apostolice, ita quod cano-
nizetur a papa[2]. Hic papa Innocentius III.[p] sanctos
canonizavit, scilicet sanctum Thomam Cantuariensem[q]
et sancti Heinrici imperatoris[r] de Babenberg sponsam,
sanctam[s] Kunegundim virginem. Hic papa[t] Innocen-
1215. tius III. pontificatus sui anno XVIII, anno vero Domini
MCCXIIII. in Lateranensi palacio plurimum sollempne
et[u] isti mundo generale concilium[v] celebravit in festo
Nov. 1. omnium sanctorum. Ibi[w] prelatorum et aliorum multi-

Iac. *) *C* 2 *add.:* Tempore huius imperatoris Heinrici VI. tante pluvie cum tempestatibus et choruscacionibus ac tonitruis facte sunt, quantas non recordabatur tunc ulla hominum antiquitas. Lapides enim ad quantitatem ovorum quadranguli mixti cum pluvia de celo cadentes multos occiderunt et destruxerunt ea que erant in campis. Corvi portantes ignem et alie aves incenderunt domos.

a) Item *D.* b) in — excommunicavit *om. C* 2. c) vero *add. D.* d) *om. C* 2. e) *om. B* 2. 2a. 3; d. H. *A* 2. *B* 1. 1a; ducis H: ducis *B* 5. 5a. f) et Sax. *om. B* 3. *D.* g) imp. Otto *A* 1. h) est *add. B* 1a. b. 4. *D* 1; et sep. *B* 2; et sep. est *A* 2. *B* 2a. 3. *C* 1. i) *om. C* 2; III. *add. B* 2. 2a. 3. *D.* k) et *add. C* 2. l) *om. D.* m) constituit *B. D.* — fieri *B* 1a—5a. *D.* n) Item constituit *B* 3. *D.* o) *om. C* 1; n. s. *om. B* 1a. b; s. n. *B* 1. 2a. *D* 2. p) *om A* 2. *B* 2. 2a. 3; papa eciam *C* 2. q) archiepiscopum *add. B. D;* episcopum *add. A* 2. r) *om. B* 1. 1a. 3. 4. *D* 1. 1a. b. — de B. *om. B. D;* et sanctum H. imperatorem et sp. suam Cun. *C* 1; et s. Kun. virg., s. H. (imp. 2) sp. *D.* s) *om. B* 4. 5. 5a. t) *om. C* 2. u) *om. C* 2; et — generale *om. B* 2. 2a. 3. v) conc. gen. *C* 1; cel. conc. *B* 2. 2a. 3. 4. w) Ibi — fuit *om. B* 2. 2a. 3.

1) *Neque Alexander III. (cf. supra p.* 641, *l.* 11*) neque Innocentius III. hoc statuit, sed cf. Decretal. Greg. IX. l. V, tit.* 40, *c.* 17; *cf. supra p.* 545, *n.* 3. 2) *Decretal. Greg. IX. l. III, tit.* 45, *c.* 2. *statuit Innocentius, ut novae reliquiae inventae non colerentur, nisi a sede apostolica probatae fuerint; cf. supra p.* 641, *l.* 3.

tudo maxima congregata fuit. In quo ipse papa multas 1215.
constitutiones edidit, et inter alias de passagio et cruce signandis in subsidium Terre Sancte maxime mentem posuit, et per ecclesiam universalem orationes ante[a] *Agnus Dei* in missa pro Terra Sancta instituit[b], videlicet psalmum *Deus venerunt gentes* cum precibus et collecta *Deus qui admirabili providentia*.*

[Anno[c.]** Domini MCCXV. obiit Hermannus lan- 1217.
gravius[1]. Sequenti[d] anno confirmatus est ordo[e] fratrum 1216.
Predicatorum[f] a papa Innocentio III].

Igitur post concilium tantum uno anno ipse[g] papa supervixit. Et[2] cum egrotaret ad[h] mortem [in civitate[i]] Perusii, quidam abbas, prout[k] fertur, Cisterciensis, veniens cum suis[l] ad curiam Romanam[m], qui[n] cepit sompnum

*) *C* 2 *add.:* Anno Domini M⁰CCXIII. Heinrici imperatoris 1213.
filius Fridericus contra Ottonem imperatorem in Alemaniam veniens mirifice triumphavit[3].

**) *Uncis incl. recensio D ita ampliata habet:* Eodem tempore 1217.
Hermannus langravius[o] obiit. Anno Domini MCCXV.
beatus Dominicus ut sapiens architectus[4] Deo mise- 1216.
ricorditer disponente iniciavit ordinem fratrum[p] Predicatorum, et[q] tunc ipse papa[5] statim[r], ut vidit et audivit beatum Dominicum, divinitus inspiratus[s] ordinem approbavit, dans beato Dominico et posteris suis mandatum, ut predicarent verbum Dei, et hortans eum, ut regulam aliquam approbatam[t] sibi eligeret et sic ad ipsum rediens confirmationem ad libitum reportaret. Qui[u] invocato spiritu sancto regulam beati Augustini doctoris et predicatoris egregii elegit.

a) *om. B* 2. 2a. b) statuit *B. C* 2. *D;* inst. sancta *A* 1. 2. — scilicet *B* 2. 2a. 3. *D* 1b. c) *uncis incl. desunt A* 1. 2. *C* 1. d) Et conf. *C* 2. e) ille celebris *add. C* 2. f) scilicet *add. B* 2. (2a). 3. g) i. p. *om. B* 1. 1a. 3. h) ad — civitate *om. D.* i) in civ. *deest A* 1. 2. k) ut *A* 1. 2. *B* 1. 1a. *C* 1; pr. — ille abbas *(p.* 650, *l.* 2*) om. D* 2. l) cum s. sociis ven. *D* 1. 1a. b. m) *om. A* 2. *D* 1. 1a. b. n) *sic omnes libri.* o) lantgr. *D* 1. 2. p) *om. D* 2. q) ut *add. h. l. D* 2. r) st. ut *om. D* 2. s) inspiratum *D* 1. 2. t) *om. D* 1b, *ubi* sibi aliq. u) quo *D* 2.

1) *Nota etiam in Cron. S. Petri mod., supra p.* 214, *et in Cron. Reinhardsbr. huius mortem falso ad a.* 1215. *adscriptam esse, qui demum a.* 1217. *Apr.* 25. *obiit.* 2) *Ad sequentem visionem cf. similem narrationem Cronicae S. Petri, supra p.* 215. 3) *Eadem fere verba apud Gilbertum, SS. XXIV, p.* 134, *et Martinum Oppav., SS. XXII, p.* 471. 4) *Frater Suevus ordinis Praedicatorum repetit supra p.* 644 *sq. de s. Francisco dicta, in D omissa.* 5) *Honorius III.*

1216. meridie[a] in prato ante Perusium, viditque visionem hunc habens[b] modum. Vidit[c], inquam, ille abbas in sompno[d] ad orientalem plagam Dominum sedentem in excelso throno, faciem habentem versus[e] occasum, circumstante exercitu angelorum in prato. Viditque ab occidentali parte eiusdem[f] prati hominem toto[g] corpore nudum, sed infula pontificali decoratum, currentem velocissime versus sedentem in throno et alta voce clamantem: 'Miserere michi[h] misero, misericordissime Deus'! Et vidit, quod insequebatur illum[i] currentem magnus draco subito persequens eum[k], ut devoraret ipsum[l], et veniens ante sedentem in throno alta voce draco clamavit: 'Iuste iudica, iustissime[m] iudex'[1]! Et cum hoc[n] abbas vidisset et audisset, protinus evigilavit, et visio disparuit, nec illius disceptationis exitum ullatenus[o] scire potuit. Cumque abbas ascendisset in civitatem Perusii, que in monte sita est, audivit sonitum [quasi[p]] campanarum et luctum plangentium et voces[q] lamentantium et[r] dicentium: 'Heu! dominus papa Innocentius defunctus est'.

(Iul. 16). Anno Domini MCCXVII. Innocentius papa[s] III. in Perusio[t] feliciter[2] obiit et ibidem sepultus est.

1220. Fridericus Heinrici[u] imperatoris filius imperium adeptus regnavit annis XXX, C. imperator[v] a Cesare Augusto.*

1216. Defuncto Innocentio papa[w] III. Honorius papa

1218. *) *C* 2 *add.:* Hoc anno obiit imperator[3]. Anno Domini
1219. MCCXIX. civitas Damiata a Christianis capta
1220. fuit, et in Northusen monialibus canonici successerunt[4].

a) in mer. in *C* 1. *D* 1. $1^{a\cdot b}$. b) *sic A* 1. 2. *B* 1—2^a. 4. 5. 5^a. *C* 1. 2; habentem *B* 3. *D* 1. $1^{a\cdot b}$; hab. hunc *B* 1. 4. *D* 1^b. c) viditque *C* 1. — inq. *om. D* 1. $1^{a\cdot b}$. d) sompnis *C* 1; in s. *om. B. D.* e) adversus *A* 2. *B* 2^a. 3; ad *D* 2. f) *om. D.* g) totum n. corp. *B* 2. 2^a. h) mei *B* 2^a. 4. 5. 5^a. *D* 1^a (*post corr.* michi). — miserere (mei 5^a) *iterum B* 5. 5^a. i) eum *B* 2. 3. k) *om. B* 1. *C* 1. l) illum *B* 2^a. *C* 1; eum *D* 2. m) invictissime *B* 1. $1^{a\cdot b}$. 4. 5. 5^a. *D*; deus *add. B* 1. $1^{a\cdot b}$. 2^a; iudica iudicium summe *C* 2. n) hec *A* 1 (*A* 2 *ut ed.*). *C* 1; *om. B* 2^a. *D* 2; abb. hoc *C* 2. o) *om. C* 1; nullatenus *A* 1. 2. *B* 1^a—3. *D* 2. p) *deest A* 1. 2; q. son. *B* 2. 2^a. 3. q) vocem *B* (2). 2^a—5^a. *D* 1. $1^{a\cdot b}$; et v. lam. *om. D* 2. r) *om. A* 2. *B* $1^{a\cdot b}$. 3. *C* 2. s) *om. C* 2. *D.* t) Parusio *semper B* 2. 2^a. 3, *h. l. B* 5. 5^a. u) fil. H. imp. *B* 4. *D*; imp. H. *B* 1; imp. fil. H. *B* 1^a. v) *om. B* 2^a. *C* 2; a Ces. Aug. imp. *B* 2. 3; C. imp. *post* Fridr. *C* 1, *h. l.* C. w) *om. D.*

1) *Vide quae huic narrationi descriptae hoc loco in Flor. temp., SS. XXIV, p.* 240, *addita sunt.* 2) *Hoc nullo modo convenit cum praecedente narratione, neque annus indicatus cum supra p.* 648, *l.* 21. *p.* 649, *l.* 11. *dictis.* 3) *Scil. Otto.* 4) *Cf. Cron. S. Petri a.* 1220, *supra p.* 225.

CLXXXVII. ordinatur[a], sedit annis XI. Hic[*] papa[a] 1216.
Honorius III.[a*] vitam et regulam sancti[b] Francisci con- 1223.
p. 197. firmavit et in registro posuit[1]. [*]Hoc[c] contigit ad salu-
tem multarum animarum anno Domini MCCXXIIII.[d]
Super omnia benedictus Deus! Hic papa Fridericum
regem[e], filium Heinrici imperatoris, Rome consecravit[f] 1220.
in imperatorem anno Domini MCCXIX.[g] *(Nov. 22).*

Ipso[h] eodem anno beatus[i] Dominicus, iniciator ordi- 1221.
nis fratrum[k] Predicatorum, feliciter migravit ad Christum,
cum[l] non plene IIII[or] annis eidem ordini prefuisset.[**]

[(Anno[m] Domini MCCXXV). Quidam nomine Ber- 1225.
tramus[2], qui fuerat reclusus aput Tornacum, gessit se
cum[n] pompa aliquamdiu pro comite Baldewino[o] Flan-
drie. Propter hoc a rege Francie[3] et a[p] comitissa Flan-
drie[4] suspensus est in patibulo].

Anno[q] Domini MCCXXV. Engilbertus[r] Coloniensis 1225. *(Nov. 7).*

*) *Pro* Hic — benedictus Deus *recensio D habet:* Hic papa[s] Honorius III.[t] ordinem Predicatorum confirmavit et in registro[u] posuit[v]. Hoc contigit ad salutem multarum[w] animarum. Sequenti[x] anno confirmatus est ordo fratrum Minorum.

**) *C* 2 *add.:* Anno Domini M⁰CCXX. Iudei in Erdphor- 1221.
dia circiter XXVI a Frisonibus peregrinis et ab
aliis Christianis orta sedicione subito occisi sunt[5].
Anno Domini M⁰CCXXII. Heinricus prepo-
situs Minnico pro heresi crematus est in Hil- 1225.
desheim[6].
Anno Domini M⁰CCXXIII. beatus Franciscus ab 1223.
Honorio papa regulam accepit ordinis fratrum Mino-
rum bullatam et registratam.

D 1. 1[a. b] *add.:* Nota, quod tantum temporis fuit a Constantino Magno usque ad Karolum Magnum, quantum a Karolo usque ad Fridericum ultimum.

a) *om. C* 2. a*) *om. B* 1. 1[a]. *C* 2. b) beati *B* 1—2[a]. 4. 5. 5[a]. c) Hoc — animarum *om. A* 1; Hoc — Deus *om. B* 2. 2[a]. 3. d) a. D. — imperatorem *om. B* 1[a]; Super — Deus *om. C* 2. e) *om. B. D.* f) cons. Rome *D.* — in *om. B* 1. 2[a]. *D* 1. g) MCCXXIX. *A* 1; MCCXXI. *D;* a. D. MCCXIX. *om. h. l. C* 2. h) *om. D.* i) sanctus *B; om. C* 2. k) *om. B. C* 2. l) cum — prefuisset *om. D.* m) *uncis incl. desunt A* 1. 2. *C* 2; A. D. MCCXXV. *in solo C* 1. n) pro papa et al. *D.* o) *sic B* 2. *D* 1. 1[a]; Balthewino *C* 1; Baldewico *B* 1. 1[a]; paldwiuo *B* 4; blandewino *B* 5. 5[a], *etc.* p) *om. C* 1. q) Tunc Eng. *C* 1. r) Engelb. *B* 2—4. *C* 2. *D* 1. 1[a. b]; Engelpertus *D* 2. s) Hon. p. *D* 1[a]. t) *om. D* 2. u) confirmavit et *iterum add. D* 2. v) couposuit *D* 1. 1[a] (con *eras.*). 1[b]. w) an. mult. *D* 1[b]. x) vero *add. D* 1[b].

1) *Potthast, Reg. pont. nr.* 7108. 2) Bertram de Rais *Reiner Leod., SS. XVI, p.* 679; Bertrandus de Rai, *Chron. S. Martini Turon., SS. XXVI, p.* 471; *cf. ibid. n.* 1. 3) *Ludowico VIII.* 4) *Iohanna.* 5) *Cf. Cron. S. Petri a.* 1221, *supra p.* 225. 6) *Cf. ib. a.* 1222, *p.* 225 *sq.*

1225. archiepiscopus occisus est a comite Friderico de Isinberg[a], qui et[a*] ipse in ultionem fusi sanguinis in Colonia
1226. per iudicialem sententiam crurifragio misere interiit.
1224? Sub[b] hoc[c] papa anno Domini MCCXXIII.[d] fratres Minores mansionem Erfordie[e] receperunt[1, *].

Hic papa[f] Honorius III. constituit sicut[f*] et canon, ut corpus Domini semper in ecclesiis[g] propter infirmos servetur et semper[h] sub sera. Et[i] constituit, ut sacrosanctum corpus Domini semper[k] ad infirmos in habitu decenti portetur[l] cum reverentia et lumine precedente, ut Deus honorificetur[m] et populus edificetur et fides roboretur[2]. Constituit etiam Honorius papa[n], sicut et[o] Innocentius papa[p] III, ut ecclesie metropoles[q] doctores in theologica[r] facultate habeant et ut[s] aliquos ydoneos ad studium generale transmittant, ut postea copiam doctorum habeant, qui alios informent. Et[t] constituit, quod docentes in theologica facultate et similiter studentes in ea in scolis per V annos integre percipiant proventus prebendarum suarum et beneficiorum suorum[u] de gracia sedis apostolice. Extra *De magistris: Super specula*[3]. Hic papa Honorius[v] sortis usum in electionibus perpetuo[w] prohibet et condempnat[x], scilicet ne prelati[y] per sortes eligantur[4]. Hic papa etiam iudicium candentis ferri stricte prohibet, quia in ipso[z] Deus videtur temptari[5]. Iste[a] papa
1227. Honorius III.[b] sanctitate et virtutibus plenus feliciter[c]
(*Mart.* 18). migravit [ad Christum[d]] sepultusque[e] est Rome ad Sanctam Mariam ad Presepe[6] super IIII[or] piramides in rufa

*) *C* 2 *add.:* videlicet extra muros, et in Magdeburg similiter[7].

a) *sic C* 1; Isinberc *B* 1. (1^{a}). 2; Isenberg *C* 2; iseuberch *B* 4; ysinberc *B* 5; ysiuburg *B* 5^{a}; Ysenburg *A* 1. *B* 3. *D* 1. 1^{a}; isenburg *D* 1^{b}; *corrupt.* *B* 2^{a}. *D* 2. a*) etiam *B* 4. 5. 5^{a}. b) Sub — receperunt *om. D.* c) Honorio *add. C* 2. d) MCCXXXVI. *A* 1. e) *om. B* $1^{a.\,b}$; Erf. mans. *A* 1. 2. *B* 2. 2^{a}. 3; rec. in Erf. *B* 1. f) p. H. III. *om. C* 2. f*) s. et c. *om. A* 1; ut c. *A* 2. g) ecclesia *D.* — reservetur pr. inf. *B. D.* h) *om. C* 1. i) Item *B* 1. 1^{a}. *D.* k) *om. B. C* 2. *D.* l) et *add. B. D.* — cum *om. A* 1. m) honoretur, pop. *A* 1. 2. n) H. p. *om. C* 2. *D;* III. *add. B.* — ut *C* 2. o) *om. B* 1. 1^{a}. 4. 5. 5^{a}. *C* 2. *D.* p) *om. B* 3. 4. *C* 2. *D.* — III. *om. B* 1. 1^{a}. *D* 1. $1^{a.\,b}$. q) metropoł *B* 2; metropolitane *B* 2^{a}. *D* 2. r) theoloyca *h. l. et infra l.* 16. *A* 1. *B* 2^{a}. 5. 5^{a}. *C* 2. s) quod *B* 5; et ad st. (gen. *om.*) al. yd. *A* 1. 2. t) Item *B* 1. 1^{a}. *D.* u) *om. B. D* $1^{a.\,b}$. 2. v) *om. B* 2. 2^{a}. 3. w) *om. B* 1. $1^{a.\,b}$. x) et cond. *om. B. D.* y) *om. B* 1. 1^{a}; sc. ut pr. per s. non elig. *A* 1. 2. z) eo *B. D.* a) Hic *D.* — papa *om. C* 2. *D* 1^{b}. b) *om. D* 1. $1^{a.\,b}$. c) migr. fel. *B* 5. 5^{a}. *C* 1. d) ad Chr. *deest A* 1. 2. *C* 1. 2. e) sepultus *B* 1^{a}. 2. 2^{a}. *C* 1; et sepultus *A* 2. *D.* — est *om. C* 2.

1) *Cf. quae ad Ann. Erphord., supra p.* 81, *n.* 1, *adnotavi; Cron. S. Petri, supra p.* 226. 2) *Haec ex Decretal. Greg. IX. l. III, tit.* 41, *c.* 10. 3) *Ibid. V, tit.* 5, *c.* 5. 4) *Ibid. V, tit.* 21, *c.* 3. 5) *Ibid. V, tit.* 35, *c.* 3. 6) *Vel Maiorem dictam.* 7) *Cf. Iordanus de Yano c.* 36, *ed. Voigt p.* 534; *'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Janicke p.* 146.

porfiretica. Illam sepulturam huius pape suus[a] succes-
sor Gregorius papa[b] fecit fieri.*
Anno Domini MCCXXIIII.[c] beatus ille[d] servus 1224.
Dei Franciscus contuens in aere Seraph in[e] cruce posi-
tum, extunc in palmis, latere et pedibus effigiem plaga-
rum Christi tulit usque ad felicem exitum suum, multis
tunc utriusque sexus videntibus illa[f] in eo Christi stig-
mata[1].
Anno Domini MCCXXVI, pontificatus[g] huius Ho- 1226.
norii pape[h] anno X, Friderici imperatoris anno[i] VII.
imperii, ex quo perfectissime adhesit Christo anno[k] XX,
ipse beatus[l] Franciscus aput Assisium feliciter[h] et[m] sicut
stella choruscans migravit ad Christum etatis[n] sue anno (Oct. 4).
XLV.[2] Igitur[o] in statu perfectionis et sancte religionis
X annos sub papa Innocentio III. et alios X annos[p]
sub papa Honorio III. Dei clementia favente perfecit.**
p. 198. *Anno Domini MCCXXVII.[q] defuncto Honorio 1227. (Mart. 18/9).
papa[r] III. Gregorius papa a beato[s] Petro CLXXXVIII.
ordinatur, sedit annis XVI. Eodem anno fuit multa[t]
cruce signatorum turba congregata aput Brandeiz[u], ut
pariter[v] cum Friderico imperatore in Terre Sancte sub-
sidium transfretarent[w]; sed dolo Friderici imperatoris,
ut fertur[x], interveniente illud[y] passagium inpeditum
fuit[z], et magna milicia[a] illa Christianorum, que amplius

*) *B* 4. 5. 5[a]. *D* 1. 1[a.b] *add.:* Anno Domini MCCXIX. in Northusen monialibus canonici successerunt[3]. *Rec. IV (C 2).*

**) *C* 2 *add.:* Hoc anno tempore messis ventus vehemens maturam annonam stantem in agris quasi generaliter excussit, maxime in Thuringia[4]. 1224.

a) succ. eius *B. D.* b) *om.* *B* 1. 1[a]. 2[a]. *D* 2. — fieri fecit *A* 2. *B* 3. *C* 1. *D* 2. c) MCCXXXVII. *A* 1; M°CCXXVIII. *C* 2. d) i. s. D. *om.* *D.* e) *sic* *A* 2. *C* 1; seraphin cr. *B* 1[a]. 2. 2[a]. 4. 5; seraphī cr. *B* 1. 3. 5[a]; seraphim (seraphī *C* 2; seraphȳ *A* 1; seraphym *D* 1) in *A* 1. *C* 2. *D* 1. 1[a.b]; ser. *om.* *D* 2. f) in eo illa *B* 2. 2[a]. 3. g) pont. — ipse *om.* *D.* h) *om.* *B* 2. 2[a]. i) inperii a. VII. *A* 1. 2; anno — ipse *om.* *B* 2. 2[a]. 3; ex — Christo *om.* *A* 1; ex — ipse *om.* *A* 2. k) *om.* *B* 1. l) beatissimus *B* 1. 1[a]. 4. 5. 5[a]; ille *add.* *B* 2. 2[a]. 3. m) et s. st. *om.* *A* 1; et s. st. ch. *om.* *A* 2. *B* 2. 2[a]. 3. *D.* n) an. et. sue *B. D.* o) Ig. — perfecit *om.* *B* 1[a.b]. 2. 2[a]. 3. *D.* p) *om.* *B* 1. 4. 5. 5[a]. q) MCCXXXVII. *A* 1; MCCXXVIII. *B* 2. 2[a]. r) *om.* *C* 1. s) a b. P. *om.* *D.* t) *om.* *B* 1. 1[a]. — turba cr. s. *D.* u) *sic* *A* 2. *B* 1. 2. 4. 5. 5[a]; Brandarz *D* 1. 1[a.b]; *corrupt.* *A* 1. *B* 3. *C* 1. 2. *D* 2. v) *om.* *B* 5. 5[a]. — cum fratre suo (!) Frid. *C* 1. w) transfretaret *C* 2. x) ut f. *om.* *B* 2. 2[a]. 3. y) in (ī) *B* 4. 5. 5[a]. z) est *D.* a) milia (millia) *B* 1. 1[a]. 2. 2[a]. 4. 5. 5[a]. — illorum *B* 2. *C* 1; *om.* *B* 2[a]. *D* 2.

1) *Cf. Vita Franc. auct. Thoma de Celano I, pars II,* c. 3, *ed. Amonio* p. 70. 2) *Cf. ib.* c. 1, *p.* 66, *quo ex loco quaedam verba exscripta sunt.* 3) *Haec vide in* *C* 2 *supra p.* 650, *n.* *, *ex cuius recensionis codice haec in archetypum codicum* *B* 4. 5. 5[a]. *D transscripta sunt.* 4) *Cf. Cron. S. Petri a.* 1224, *supra p.* 226.

1227. quam ad[a] LX milia estimabatur[b], dissipata fuit. Et ille[c] illustris langravius Thuringie Ludewicus, paratus corde et corpore cum omnibus[d] suis armatis transire[e] mare in subsidium Terre Sancte, ibi aput Ortrant[f], ut (Sept. 11). fertur, veneno intoxicatus obiit feliciter, et reductus se- 1228. pultus est in Reinhersburnen[g].

Hic papa Gregorius IX. vocabatur Hugolinus[h]. Iste papa anno Domini MCCXXVIII[i], pontificatus vero[k] sui (Iul. 16). anno II, canonizavit[l] sollempnissime beatum Franciscum* in civitate Assisii[m].** Postea[n] idem venerabilis papa[o] tres sanctos successive canonizavit, videlicet beatum Dominicum[o*] ordinis fratrum Predicatorum et beatum Anthonium ordinis[p] fratrum Minorum et beatam Elizabeth de Marcburg[q. 1], relictam videlicet[r] illustrissimi

*) beatum — Thuringie *recensio D ita mutata habet:* beatum Dominicum de ordine fratrum Predicatorum canonizavit[2]. Postea idem papa[s] tres sanctos successive canonizavit, duos de ordine[t] Minorum, videlicet[u] beatum Franciscum et beatum Anthonium, item beatam Elizabeth[v], relictam Ludewici[w] lantgravii Thuringie.

1224? **) *C* 2 *add.:* Anno Domini M°CCXXIII. fratres predicti locum receperunt Erphordie[3].

1230. Anno Domini M°CCXXX. magnus Syfridus archiepiscopus Maguntinus obiit, sepultus Erphordie[4]. Anno Domini M°CCXXXII.

a) *om.* *B* 2. 2^{a}. — XL *C* 1. *D* 1^{a}. 2. b) estimabantur *B* 2. 2^{a}. 3. *D* 1^{b}. c) *om.* *B.* *D.* d) *om.* *B* 1. 1^{a}. — arm. suis *D* 1. 1$^{a.\,b}$. e) *sic* *A* 1. 2. *C* 1; transiit *B* 1. 1^{a}. 2. 3—5^{a}. *C* 2; transiuit *B* 2^{a}. *D.* f) ortant *D;* orrant *C* 2. g) reinhardisburne *A* 2; Reynhardisburnō *A* 1; *cf. supra p.* 635, *n.* e. h) Hugilinus *B* 1. 1^{a}. 5. 5^{a}. *C* 2; hugelinus *A* 2. *B* 2. (2^{a}). 3. *D* 2; heuglinus *B* 4. i) MCCVIII. *D.* k) *om.* *B* 2. 2^{a}. 3. *D* 2. l) sol. canon. *B* 2. 2^{a}. 3; *om. h. l. D.* m) asisii *A* 1; assissii *C* 1; Assisiorum *B.* n) *om.* *C* 2, *vide n.* **. o) Gregorius IX^{us} *add.* (tres *om.*) *C* 2. o*) iniciatorem *add.* *B* 1. p) ord. fr. Min. *om.* *C* 2. q) *hoc et aliis locis has formas libri habent: sic* *B* 1. 1^{a}. 4. 5. 5^{a}; marcburc *A* 2. *B* 1; marcburch *D* 1^{a}; marcpurg *A* 1; marchburg *B* 4. 5^{a}; marthburg *B* 5; margburg *A* 1; margbur(c)k *B* 2^{a}; marburg *B* 2. *C* 2. *D* 1. 1^{b}; marburc *D* 1; marburch *D* 1^{a}. 2; marpurg *A* 1. *B* 3; marpurk *C* 1. r) vero *B* 1. 1^{a}. 2^{a}. 5. 5^{a}; *om.* *B* 2. 3. 4. s) anno Domini M°CC°XXVIII° *add.* *D* 2. t) fratrum *add.* *D* 2. u) scilicet *D* 1^{b}. v) elyz. *D* 1. w) Ludeuici *D* 1^{b}; lůdwici *D* 2. — langr. *D* 1^{b}. — Tur. *D* 2.

1) *Hanc a.* 1235. *Maii* 25. *canonizavit.* 2) *Frater Suevus ordinis Praedicatorum nolens ordinis sui institutorem post Franciscum canonizatum esse vera adulteravit. Dominicus demum a.* 1234. *Iul.* 3, *etiam post Antonium fratrem ord. Minorum (a.* 1232. *Iun.* 1*), canonizatus est; Potthast, Reg. nr.* 9489. 3) *Eadem iam supra p.* 652, *l.* 4. *etiam in cod.* *C* 2 *exstant.* 4) *Cf. Ann. Erphord. et Cron. S. Petri, supra p.* 81. 228; *Sifr. de Balnhusin c.* 196, *SS. XXV, p.* 703.

principis[a] Ludewici langravii Thuringie. Hic[b] papa Gregorius[c] IX. Rome celebravit sollempniter magnum[d] (1239. *(Maii 14-16)*.) generale capitulum fratrum Minorum, in quo frater[e] Albertus de Pisis electus fuit in aure ipsius Gregorii[f] pape in generalem[g] ministrum eiusdem ordinis fratrum Minorum et mox confirmatus ab ipso papa anno Domini MCCXXXIX[h, 1]. Ipso[i] eodem anno Gregorius papa[k] excommunicavit Fridericum imperatorem, obiciens ei (*(Mart. 20)*.) multos graves[l] et enormes articulos. Hic papa[m] constituit ferri[n] sententiam interdicti[2]. Constituit[o] etiam, quod[p] filius sacerdotis non potest ducere in uxorem[q] puellam, quam pater suus baptizavit[3]; et[r] constituit, quod layci, cuiuscumque sint[s] religionis, predicare non debeant[4]. Hic[t] papa, cum esset cardinalis et episcopus Hostiensis, fovit[u] sanctum Franciscum a principio[v] nascentis ordinis sui, quemadmodum gallina fovet pullos suos[w]. Ipse namque[w*] (*cf. Math.* 23, 37.) ab Honorio papa institutus[x] fuerat protector ordinis novelli[y].*

Anno Domini MCCXXXI. sanctus[z] Anthonius in (1231.) Padua ordinis [fratrum[a]] Minorum et[b] sancta Elizabeth[c] in Marcburg migraverunt[d] ad Christum.**

Anno Domini MCCXXXIII.[e] magister Conradus (1233. *(Iul. 30)*.) de Marcburg, predicator verbi Dei, occisus est.***

*) *B* 4. 5. 5[a]. *D* 1. 1[a. b]. (2) *add.:* Anno Domini MCCXXVIII. fratres[f] Predicatores locum receperunt in Ertfordia[g. 5].

**) *C* 2 *add.*: Ludwicus dux Bawarie hoc anno per (1231.) ensisinos occisus fuit[6].

***) *D add.* (*D* 2 *post* Kal. Maii *p.* 656, *l.* 2): Anno Domini

a) *om. B. C* 2. *D.* b) Hic — ipso papa (*l.* 6) *om. B* 1[a]. 2. 2[a]. 3. *D.* c) Gr. IX. *om. A* 2. *C* 2. d) et *add. B* 1. e) *om. B* 1. 4. 5. 5[a]. — Ailbertus *B* 1. f) p. Gr. *B* 1. g) generale ministerium *C* 1. h) MCCXXIX. *A* 1. *B* 1. 2. 2[a]. 3. *D* 2; a. D. 1239. *om. B* 1[a]. i) I. e. a. *om. B* 2. 2[a]. 3. *C* 2. *D.* k) *om. B* 1. 1[a]. 3—5[a]. *D*; IX. *add. B* 1. 2. 2[a]. 3. *D.* — excommunicaverat *D* 1. 1[a. b]. l) et gr. art. *C* 1. m) *om. D.* n) *om. A* 1. 2. *B* 2. *D*; fieri *B* 2[a]—5[a]. o) et quod *C* 2. p) ut *C* 1. q) in ux. *om. B* 2. 2[a]. 3; p. in ux. *D* 1. 1[a]. 2. r) Iste idem *B* 1. 1[a]; Item *D.* — const. *om. C* 2. *D* 2. s) rel. s. *B* 2. 2[a]. 3. *D* 1. 1[a. b]. t) Hic — novelli (*l.* 18) *om. D.* u) fovit — papa (*l.* 17) *om. B* 2. 2[a]. 3. v) a pr. — novelli *om. A* 1 (a — sui *adest A* 2). w) .f. *B* 1; *om. B* 1[a]. w*) quoque *B* 5. 5[a]. x) constitutus *B.* y) nov. ord. *B* 5. 5[a]; ord. (*om. B* 2[a]) fratrum Minorum *B* 2. 2[a]. 3. z) *om. B* 4. 5. 5[a]. *D.* a) *om. A* 1. 2. *C* 2, *ubi* ord. Min. in P.; ord. fr. Min. *om. D.* b) *om. D* 1. 1[a. b]. — beata *D* 1[a. b]. 2; *om. D* 1. c) lan[t]grauia *add. B* 1. 1[a]. 4. 5. 5[a]. d) migravit *A* 1 (*A* 2 *ut ed.*). *B* 2. 2[a]. 5. 5[a]. *D* 2. e) MCCXXXIIII. *C* 1; Anno — occ. est *om. B* 2. 2[a]. f) fr. — A. D. MCCXXXI. *om. D* 2. g) erfordia *B* 5; erphordia *B* 5[a]; ertfurdia *D* 1[b].

1) *Cf. Salimbene f.* 253[b]. 276[d], *ed. Parm. p.* 50. 410; *Thomas de Eccleston Coll.* 12, *SS. XXVIII, p.* 565. 2) *Cf. supra p.* 648, *n.* 1. 3) *Decretal. Greg. IX. l. IV, tit.* 11, *c.* 8. 4) *Ibid. l. V, tit.* 7, *c.* 14. 5) *Cf. supra p.* 81, *n.* 7. *et p.* 228. 6) *Cf. Sifr. de Balnh. c.* 197, *l. l.*; *Cron. S. Petri a.* 1231, *supra p.* 229.

1236. Anno Domini MCCXXXVI. sancta Elizabeth in
Maii 1. Marcburg translata est [Kal.[a] Maii].

Iste Gregorius papa[b] IX. duos ordines confirmavit, quos sanctus[c] Franciscus ordinavit[d], unum pauperum[e] dominarum sanctimonialium, alterum penitentium[f], qui sexum capit utrumque, scilicet clericos, coniuges, virgines et[g] continentes. Idem papa etiam[g] confirmavit ordinem monialium penitentium[f], scilicet[h] sancte Marie Magdalene.

1237. [Anno[i] Domini MCCXXXVII. frater Iordanus, magister[k] ordinis[l] Predicatorum, submersus[m] est in mari Mediterraneo et sepultus est[n] in Terra Sancta [1]].

Idem[o] Gregorius papa IX.* fecit de extravagantibus** unam compilationem[p] nobilem, quam divisit in V[q] libros; unde[r] versus:

Pars prior officia creat ecclesieque ministros, *p. 1[illegible]
Altera dat testes et reliqua iudiciorum,
Tercia de rebus et vita presbiterorum
Dat formam vite, nubere quarta docet,
Ultima de viciis et penis[s] *tractat eorum.****

1235. MCCXXXV. fratres Predicatores locum receperunt[t] in Constantia.

C 2 *hic add.:* Anno Domini M°CC35. Fridericus imperator filium suum Heinricum regem cepit et eum regno privavit.

1234. Anno Domini M°CC34. Stetingi occisi sunt, scilicet V milia et XXV, in dyocesi Bremensi [2].

*) *B* 4. 5. 5^a. *D add.:* testatur in principio Decretalium [3],
Rec. IV (C 2). quod[u] per fratrem Reimundum[v] ordinis Predicatorum colligi[w].

**) *C* 2 *add.:* per fratrem Reimundum ordinis Predicatorum.

***) *B* 1 *add.:* Eodem anno post fuit eclipsis solis.

a) K. M. *deest A* 1. 2. *C* 1. b) *om. B* 1. 1^a. 2^a. 4. 5. 5^a. *C* 2. *D* 1. $1^{a.b}$. c) beatus *D.* d) ordinaverat *B. D.* e) *om. D.* — dom. *om. C* 2. f) penitentum *A* 1. 2. g) *om. D.* h) *deest A* 1. 2. — sancte *om. B* 1^a. *D.* i) *uncis incl. desunt A* 1. 2. k) *om. C* 2. *D* 1^b; fr. Iord. — Predic. *om. D* 2. l) *om. B* 1. 1^a. 4. 5. 5^a; fratrum *B* 2. 2^a. 3 (*post* Predic.). *D* 1^b; fratrum *add. D* 1. 1^a. m) mersus *B.* n) *om. B* 1. 5. 5^a. *C* 2. o) Et idem *C* 2; Iste *B* 2. 2^a. 3; Item *D* 2. p) conposicionem *B* 5; *om. D* $1^{a.b}$; summam *superscr. D* 1^a, *post* nob. *in textu D* 1. — notabilem *C* 2; nobilissimam *D.* q) lib. quinque *A* 1. 2 (V). *C* 2. r) *om. B* 1^a. 2^a. *C* 2. s) pena *B* 1. 1^a. t) ceperunt *D* 2. u) *om. D* 1^b. v) reym. *B* 5. *D* 1; remundum *D* 1^b. 2; magistrum *add. D;* fratrum *add. D* 1^b. — ord. *om. D* 2. w) collegi *B* 4.

1) *Cf. Ann. Erphord., supra p.* 93. 2) *Cf. infra p.* 657, *n.* 1. 3) *In epistola ad studium Bononiense a.* 1234. *Sept.* 5. *data, Decretalibus plerumque praemissa; Potthast nr.* 9694.

Anno Domini MCCXLI. peregrina turba[a], barbarorum 1241. gens ferocissima[b], ydolorum cultibus dedita, scilicet Tartari, in Ungaria et Polonia Christianorum multa[c] milia occiderunt. Contra illos Gregorius[d] papa fecit crucem predicari; similiter contra Stetingos, de quibus V milia et XXV[e] homines a cruce signatis in ore gladii 1234. occisa[f] sunt[1]. Idem papa constituit[2] festa celebrari, scilicet domini Dei[g] nostri et beate[h] virginis et diem dominicum[i] et apostolorum et martirum et[k] sanctorum de illa dyocesi, ubi quilibet manet, nisi urgens necessitas instet[l] tempore messis vel vindemie, vel nisi ecclesie[m] aut pauperibus in[n] aliquibus subserviant[o]. Idem[p] Gregorius papa statuit[3], ut, si[q] concubinis suis excommunicatis a iudice communicant in crimine[r], ipso facto sint[s] ipsi clerici maiori excommunicatione ligati. Constituit etiam[t. 4], quod[u] tempore interdicti presbiteri semel in ebdomada corpus Domini conficiant submissa voce, clausis[v] ianuis, quod penitentibus in morte detur. Iste[w] papa continue usque ad mortem suam habuit secum in hospicio[x] fratres Minores[y] pro secretariis et specialibus[z] capellanis. Hic papa Gregorius[a] IX. feliciter 1241. defunctus[b] Rome sepultus[c] est in Vaticano iuxta corpus *(Aug. 22).* beati Gregorii pape ante secretarium sancti[d] Petri.*

C 2 add.: Anno Domini M⁰CCXXXVIII. Albertus 1238. in episcopum Magdepurgensem[5] electus *Mart.* 11. occisus est V. Ydus Marcii.

*) *C 2 hoc loco, B 4 infra (p. 658, l. 15) post* tocius ecclesie,

a) *sic A* 1. 2. *C* 1. 2; menia *B* 2. 4. 5. 5^{a}. *D;* mania *B* 3; media *B* 1. $1^{a \cdot b}$; veniens *B* 2^{a}. b) fortissima *A* 1 (2 *ut ed.*). *B* 2. 2^{a}. *C* 1. — cult. yd. *D.* c) plura *B. D* (pl. chr. *D* 1. $1^{a \cdot b}$; pl. m. chr. *D* 2). d) p. Gr. *D.* e) XX *D.* f) *sic A* 2. *C* 1. 2; occisi *A* 1. *B. D;* mortui sunt et occ. *B* 1. $1^{a \cdot b}$. g) *om. B* 2. 2^{a}. 3; dom. n. Iesu Christi *B* 4. *D.* h) Marie *add. B* 1. 1^{a}. 4. *D.* i) dominicam *D* 1. $1^{a \cdot b}$. — item *D.* k) *om. B* 1^{a}. 2^{a}. *C* 2; Item s. qui sunt de *D.* l) videlicet *add. C* 1; et evidens causa scilicet *add. D.* m) ecclesiis *A* 1. 2. — vel *A* 1. 2. *B* 5. *D.* n) *om. B* 3. *C* 1. *D.* o) deserviant *D.* p) Et constituit *B* 2—5^{a}; Item constituit *B* 1. 1^{a}. *D;* Id. Gr. constituit *C* 2. q) qui *D;* clerici *add. C* 2. r) in cr. *om. B* 2. 2^{a}. 3. s) sunt *B* 2^{a}. *C* 1. — ipsi *om. B. D.* t) *om. A* 1; Item const. *A* 2. *D.* u) ut *B* 2. 2^{a}. 3. *C* 1. v) clausisque *C* 1. w) Idem *B* 1. *D* 1^{a}; Item *D* 1; Iste — capellanis *om. A* 2. *B* $1^{a \cdot b}$. 2. 2^{a}. 3. *D* 1^{b}. — papa *om. A* 1. x) domo *D* 1. 1^{a}. y) *ita A* 1. *B* 1. *C* 1. 2; Predicatores *B* 4. *D;* Predicatorum *B* 5. 5^{a}; et *add. B* 1. z) specialissimis *C* 1. a) Gr. IX. *om. C* 2. b) obiit *B* 3. *D.* c) et sep. *D.* d) beati *B. C* 2. *D.* — P. apostoli *D.*

1) *Haec ex iisdem annalibus brevibus sumpta esse apparet, ex quibus haec supra p.* 656, *l.* 26. *in cod. C* 2 *addita sunt.* 2) *Sequentia ex Decretal. Greg. IX. l. II, tit.* 9, *c.* 5; *cuius decreti sententia male reddita est. Dictis diebus quominus quaestiones iudiciariae fiant, papa prohibet.* 3) *Ibid. V, tit.* 39, *c.* 55. 4) *Ibid. c.* 57, *ubi ipsa eadem verba.* 5) *Qui praepositus, non episcopus, electus erat. Cf. Ann. Erphord. et Cron. S. Petri, supra p.* 93 *sq.* 234.

1241. (Oct. 25). Anno Domini MCCXLIII.[a] Celestinus papa CLXXXIX. ordinatur, sedit diebus XVI[1]. Hic vocabatur Iunfridus[b]. Qui cum cardinalis episcopus[c. 2] esset, negocia pauperum clericorum frequenter et diligenter intuitu[d] misericordie promovit aput papam Gregorium[e]. Huic idem papa Gregorius prophetice, ut[f] fertur, predixit dicens: 'Confortare, nam tu post obitum meum sedebis in sede apostolica'. Sicut[g] et beatus Franciscus prefato Gregorio pape[h], cum esset Hostiensis episcopus cardinalis, prophetice[i] predixerat, quod futurus esset ipse papa[3]. (Nov. 10). Hoc[e] Celestino papa IIII.[k] feliciter defuncto cessavit episcopatus[l] fere duobus annis; et cum non essent tunc[m] nisi IX tantum[n] cardinales[4], in electione pape concordare non poterant, et hoc utique[o] in periculum tocius ecclesie.

1243. (Iun. 25). Anno Domini MCCXLV.[p] Innocentius papa CXC.[q] ordinatur, sedit annis XII.* Hic vocabatur Sinebaldus presbiter cardinalis. Hic papa duos sanctos canonizavit, videlicet[r] fratrem[s] Petrum[t] ordinis fratrum[u] Predicatorum, occisum ab hereticis[v] aput Mediolanum, et Lateslaum[w. 5] Cracoviensem episcopum[x]. Iste papa constituit, ut, quicumque prelatus fert[y] sententiam excommunicationis iuris[z] ordine non servato, ab ingressu ecclesie et[a] a divinis[b]

1241. Oct. 6. *B 5ª in infer. marg. add.:* Anno Domini M°CCXLII. eclipsis solis facta est infra octavam[c] sancti Michahelis[6].

*) *C 2 add.:* Sifridus Maguntinus archiepiscopus cum principibus opposuit se Friderico imperatori in favorem Innocencii pape 4[ti].

a) MCCXLIIII. *B* 1ª. 2. 2ª. 3. *D* 1. 1ª· ᵇ; MCCXLIX. *A* 1. b) Irifridus *B* 1; Irmfridus *B* 1ᵇ. 3; hirinfridus *B* 1ª. c) esset ep. *B* 4. 5. 5ª. *D* 2; esset et ep. *D* 1. 1ª· ᵇ. d) divine *add. D.* e) *om. D.* f) proph. predixerat, quod futurus esset (et *add.* 3) ipse papa *pro* ut — apostolica *B* 2. 2ª. 3. g) Sic *D.* h) *om. B* 2. 2ª. 3. i) proph. — papa *om. h. l. B* 2. 2ª. 3. k) *om. B. D.* l) papatus *A* 2. *B* 1. 1ª. m) *om. C* 1. n) *om. B* 2. 2ª. 3. *C* 1. *D* 2; card. t. *A* 1. *D* 1ª. o) *om. B* 1. 1ª· ᵇ. — in *om. B* 2. 4. *D* 1ª· ᵇ. p) MCCXLIII. *B* 1. 1ª. 4. 5. 5ª. *C* 2; MCCXLVI. *B* 2ª. q) IIII. *B* 2. 2ª; *om. B* 3. r) scilicet *D.* s) sanctum *A* 1. 2. *B* 1. 1ª; beatum *D.* t) martirem *add. B* 1. u) *om. B* 2. 2ª. 3. 5. 5ª. *C* 2. *D* 1ᵇ. 2. v) ab her. occ. *D* 1. 1ª· ᵇ. — anno Domini MCC. *add. D.* w) latesianum *A* 1; latessaum *B* 5; Stanizlaum *A* 2; Stanislaum *B* 1ª. 2; Lateranum *D* 1; latellanum *D* 2; lateilan(eñ) *D* 1ª· ᵇ; lacessat *B* 2ª. — exacon[i]ensem *B* 5. 5ª. *D.* x) *om. C* 2. — Hic *C* 2. y) ferret *C* 2; super *B* 2. 2ª. z) ris *e corr. B* 5ª; iux̄ *expunct. B* 5; v̄ro *B* 2ª; *om. D*; inter ordinem *B* 4. a) *om. D.* b) [et] ad minus *B. C* 1. *D.* c) ecc̄a; (ecclesiam) *B* 2.

1) *Cf. supra p.* 237, *n.* 1. 2) *Sabinensis.* 3) *Cf. Vita Franc. auct. Thoma I, pars II, c.* 5, *l. l. p.* 74. 4) *Cf. Reg. Imp. V, p.* 1258, *nr.* 7378ᵇ. 5) *Stanislaum potius, ut in quibusdam codicibus correctum est.* 6) *Cf. Sifr. de Balnh. c.* 199, *l. l. p.* 704.

per unum mensem ipso facto sit suspensus; alioquin[a] irregularitatem incurrit, de[b] qua solus papa dispensare potest et non alius. Extra *De sententia excommunicationis: Cum medicinalis*[1]. Et[c] constituit, ut, quicumque iudex ordinarius vel etiam[d] delegatus contra iusticiam et[e] contra conscientiam[e*] in gravamen alterius partis iniuste iudicaverit, per annum[f] unum ab executione officii sit suspensus, et se[g] si
00. divinis ingesserit, irregularitatem incurrat[h], de *qua solus papa dispensabit[i]. Extra *De sententia et re iudicata: Cum eterni*[k] *tribunal*[2]. Hic[l] papa etiam constituit, ut, quicumque aliquem occidi fecerit vel mandaverit per ensisinos[m], ipso[n] facto sit excommunicatus et ab omni dignitate, ordine[o], officio et beneficio sit depositus. Extra *De homicidio: Pro humani*[3]. Iste papa Innocentius IIII. in civitate Galliarum Lugduno mansit per VIII[p] annos[4].

[Anno[q] Domini MCCXLV]. Hic[r] in concilio Lug- 1245.
dunensi constituit, ut octava nativitatis beate virginis Marie ab omnibus clericis et religiosis annuatim sollempniter celebretur.*

Tempore huius pape Ludewicus rex Francie cum 1248.
Christiano exercitu contra consilium pape transfretavit[s],
et fugientibus barbaris a facie eius cepit et in posses- 1249.
sione pacifica[t] habuit[u] Damiatam. Postea in brevi bello[v] 1250.
ipse idem rex Francie a soldano Babylonie[5], id est[w] a Pharaone rege Egypti, captus est, et suus Christianus exercitus totus dissipatus[x] et occisus est. Rex autem Ludewicus pro redemptione sua dedit soldano C milia

*) *C* 2 *add.:* Hic Innocencius papa confirmavit ordinem Heremitarum.

a) ad *add.* *B* 2. 2a. b) in *D* 2; inc. quam *D* 1. 1a. b. c) Item *B* 1. 1a. *D.* d) *om.* *B* 1a. *C* 1. e) vel etiam *B* 2. 2a. 3; et c. c. *om.* *D.* e*) suam *add.* *B* 2. 2a. 3. f) un. ann. *B* 1—3. g) si se *B* 3. 4. *D;* se si se *A* 2. h) incurrit *A* 2. *D.* i) dispensare potest et non alius *B* 2. 2a. 3. k) iterum *B* 1. 1a. b. 4. 5. 5a. *D* 2; item *B* 3; C. et. tr. *om.* *B* 2a. l) H. p. *om.* *A* 2. *C* 2 (Const. et.); Item const. *D.* m) *sic* *A* 2. *B* 1. 1a. 4. 5. 5a. *C* 1. 2; perensisas *A* 1; per ens. *om.* *B* 2. 2a. 3; assisinos *D* 2; per parasismos *D* 1a. b; per pasytos *D* 1. n) sit i. f. *D.* o) off. ord. *A* 1. 2. p) annos VII *B. D.* q) *uncis incl. desunt* *A* 1. 2; a. D. MCCXLV. *post* Lugdun. *C* 1. r) papa *add.* *B* 1. 1a. *C* 2. *D.* — const. in conc. Lugduno (lugdono 1a; lugdon̄ 2) *D.* s) mare *add.* *D.* t) *om.* *D* 1. 2; hab. pac. *B* 1. 1a. u) ciuitatem *in loco raso add.* *A* 1 *(non A 2).* v) in br. in bello *A* 2. *C* 2. w) Bab. et a *A* 1. 2. x) diss. est et occ. *A* 1 (*A* 2 *ut ed.*); diss. et occ. est totus *B;* diss. est et occ. est totus *D* 1. 1b; occ. est totus et diss. est *D* 1a; totus diss. est et occ. est totus *D* 2.

1) *Decretal. Innoc. IV. in conc. Lugdun. ed. c.* 36. 2) *Ibid. c.* 22. 3) *Ibid. c.* 31. 4) *Tantum per sex annos,* $4^1/_2$ *menses. Hoc in recensione B correctum est.* 5) *Turanschah.*

1250. marcarum argenti et civitatem Damiatam. Verum[a] arma,
tentoria[b], vasa preciosa, equos electos[c], alimenta Chri-
stianorum Sarraceni in illo prelio obtinuerunt.
1251. Anno Domini MCCXLIX, cum rex Ludewicus
esset ultra mare, ubi[d], sicut dictum[e] est, captus[f] et ad
plurima dampna perductus[g] est, venerunt congregati in[h]
regnum Francie plura[i] milia pastorum, dicentes se velle
venire in adiutorium Ludewico regi Francie ultra mare.
Hii unum capitaneum magistrum habuerunt nomine
Iacobum[i*], peritum in pluribus[k] linguis. Hic fuit apo-
stata Cisterciensis[l] et sceleratissimus. Hic in Francia
manus temerarias[m] violenter in clericos iniecit per di-
versa loca. Istum Iacobum facinorosum sequebantur
meretrices, latrones, magi et malefici. Qui Iacobus aput
Bituris[n] civitatem occisus est a Christianis sententialiter.
et omnes, quotquot sequebantur[o] eum, occisi sunt et
dissipati[p. 1].

Iste[q] papa Innocentius IIII. inter omnes aposto-
licos a sancto Petro primo[r] papa ditior fuit, ut fertur[s],
et opulentior in pecunia et thesauris. Hic papa in con-
1245. cilio Lugdunensi[t] sententialiter Fridericum Romanorum[u]
imperatorem propter[v] crimina sua ab omni honore de-
stituit[w] et eum imperiali ac regali dignitate et nomine
penitus[x] privavit anno Domini MCCXLV.[y] et[z] principi-
bus Theutonie, ad quos spectat electio imperatoris, dedit
papa potestatem[a] eligendi libere successorem. Iste Fri-
dericus imperator, sicut prefatus papa in decreto Lugdu-
nensi[b] scribit[2], peieravit[c] multociens, pacem inter ecclesiam et
imperium reformatam temere violavit. Perpetravit etiam[d] sacrilegium,
capi faciens duos cardinales sancte Romane ecclesie[e], Ottonem Por-

a) Verumtamen *B* 3. *C* 1. b) V. armentatoria *B* 1. 1[a. b]. c) el. eq. *B* 1. 3; precio eq. eleccionis *B* 1[a. b]. d) ut *B* 4. 5. 5[a]. e) predictum *D* 1. 1[a. b]. f) fuit *add.* *D* (f. c. *D* 2). g) productus *A* 1. *B* 2[a]; perd. est dampna *B* (1). 1[a]. 4. 5. 5[a]. *D* 1. 1[a. b]; fuit perd. d. *D* 2. h) ad *B* 2. 2[a]. — regno *D*. i) plurima *D* 1. 1[b]; pl'ia *D* 2. i*) iacob *B* 3. 5. 5[a]. *D* 1[a. b]. k) plurimis *A* 1. 2. *B* 1[a]. *D* 1. l) cisterci *B* 4. 5. 5[a]. m) violentas *B*. *D*. — ini. viol. (*om.* *B* 1) in cl. *B*; ini. in cl. viol. (*om.* 1[b]. 2) *D*. n) civ. Bit. *A* 1. 2. o) insequebantur *B* 1[a]—5. *D* 1. 1[a. b]. p) sunt *add.* *D* 1. 1[a. b]; occ. et diss. sunt *A* 2. *B* 1. 1[a]. 3—5[a]. *C* 1. q) Ipse *D*. r) pr. p. *om.* *B* 2. 2[a]. s) ut f. *post* thes. *D* 1. 1[a. b], *post* pecunia *D* 2. t) sent. in conc. Lugduno *D* 1. 1[a. b]; lugdon *D* 2. u) *om.* *B*. *C* 2. *D*. v) ab o. hon. pr. sua cr. *D*. w) destitutum *A* 1. 2. x) *om.* *B* 2. 2[a]. 3. *D* 1. 1[a. b]. y) MCCXLVII. *A* 1. 2. z) *om.* *A* 2. *B* 1. *C* 2. *D*. a) el. pot. *B*. *D*. b) *sic et* *A* 1. 2, *qui addunt* concilii. c) *sic* *A* 2. *C* 1. 2; *om.* *B* 2. 2[a]. 3; peioravit (peyor.) *A* 1. *B* 1. 1[a]. 4. 5. 5[a]. *D* 1. 1[a. b]; peierauerat *D* 2. d) et *B* 4. 5. 5[a]. *D* 1. 1[a. b]. e) scilicet *add.* *A* 1. 2.

1) *De motibus horum pastorellorum cf. R. Röhricht in 'Zeitschr. für Kirchengesch.' VI* (1884), *p.* 1 *sqq.* 2) *Quae sequuntur ex sententia Innocentii IV. contra Fridericum imperatorem prolata, LL. Const. II, p.* 508 *sqq., nr.* 400; *Epp. pont. sel. II, p.* 88 *sqq., nr.* 124.

tuensem[a] et Iacobum Prenestinum episcopos, ac[b] aliarum ecclesiarum prelatos et[c] clericos, religiosos et[d] seculares, venientes ad concilium, quod papa Gregorius IX. Rome[e] duxerat convocandum, quod[f] ipse imperator petiverat[g] convocari. Hos prelatos cum clericis in Sicilia fecit diris carceribus mancipari, quibusdam[h] in mari submersis. Ecclesias XI[i] archiepiscopales et multas episcopales, abbatias quoque ac[k] alias ecclesias[l] prelatorum regimine destituit in regno, in grave ipsarum preiudicium et periculum[m] animarum. Ecclesiarum vero[n] non solum facultates et bona fecit[o], prout voluit, occupari, sed etiam cruces, calices, thuribula et alios sacros earum[p] thesauros et pannos sericos[q] velut cultus divini contemptor auferri iussit. Clericos quippe[r] collectis et taliis[s] multipliciter affligi procuravit, nec[t] solum trahebantur ad iudicium seculare, sed cogebantur subire duella, incarcerabantur, occidebantur et patibulis cruciabantur[u] in confusionem et obprobrium ordinis[v] clericalis. De heresi quoque suspectus habebatur. Nam postquam Gregorius papa[w] IX. ipsum[x] anathematis vinculo innodavit, et post captionem[y] cardinalium, prelatorum et clericorum ad sedem apostolicam venientium claves ecclesie contempsit, sibi faciens celebrari vel pocius[z], quantum in eo est, prophanari divina. Scripsit[w] et asseruit se Gregorii pape sententias non vereri, et coegit alios[a] sententias papales non servare[b]. Preterea coniunctus amicicia detestabili Sarracenis nuncios et munera eorum[c] cum hylaritate et honorificentia recepit et munera eis pluries destinavit; ritus eorum amplectens, illos in cottidianis eius[d] obsequiis secum[c] tenuit. Existens ipse in partibus transmarinis, facta compositione quadam, ymmo[d] collusione verius, cum soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus ac noctibus proclamari permisit[e]. Bacario regi scismatico, Dei[f] et ecclesie inimico et[c] sollempniter excommunicato, filiam suam tradidit in uxorem[g].* Ducem Bawarie fecit per Asisinos[h] occidi. Nec ecclesias nec monasteria nec hospitalia seu[i] alia pia loca construxit, sed destructioni[k] ecclesiarum institit[l]. Religiosas et alias ecclesiasticas personas iugiter attrivit. Manum (suam[m]), sicut decet principem, ad elemosinas[n] non extendit; neglector salutis[o] et fame sue[p], pietatis operibus non intendit. Possessiones Romane[q] ecclesie, videlicet[r] marchiam Anchonetanam, ducatum Spoletanum, nobilem civitatem

*) *B* 1 *add.:* Filium suum Heinricum electum in regem et consecratum in exilium destinavit.

mare a perfidis[d] est proiectus, et ecce duo clara lumi-
naria, omnibus videntibus, tam Christianis quam Sarra-
cenis, stabant in fluctibus maris super eum, videlicet
unum luminare super caput eius et aliud luminare super
corpus eius, quasi per triduum[1]. Ascendentibus quoque
procellis maris in altum luminaria non videbantur, sed
recedentibus procellis iterum[e] ab omnibus in littore
existentibus videbantur. Quo miraculo territi Sarraceni
omnes fugierunt ab illo loco, dicentes: 'Deus Christia-
norum pugnat pro ipsis Christianis'.

Item soldanus Babilonie, scilicet Pharao rex Egypti,
1268. nacione Turcus, nomine Melchasar[2], sevissimus hostis
(Apr. 18). sancte katholice ecclesie, civitatem Antiochiam magnam
et opulentam ac Christiano populo plenam bello ex-
pugnavit et cepit, spolians eam innumeris opibus, ac in-
cendio vastavit[3]; occidit quoque in ea plus quam cen-
tum milia et XXX milia hominum, et hoc maxime in
odium Tartarorum, quia ipsa Antiochia subiecta fuit et
tributaria Tartaris. Soldanus publice apostatantibus et
Christum negantibus multis milibus dedit vitam.

1269. Solempnes nunccii soldani predicte[f] Babilonie et
solempnes nunccii regis Tartarorum missi ad principes
Christianos et maxime ad Ludwicum regem Francie,

a) rex *add. P.* b) terque, *P.* c) *sic P, ubi praecedentia verba mutata sunt;* facientem *c.* d) ꝑfidis *c.* e) vm (verum) *c.* f) predicti sold. Bab. *P.*

1) *Hoc narrat de supra p.* 673. *dictis fratribus Minoribus Iacobo et Ieremia Marinus Sanutus l. l.* 2) *Hoc nomen ortum ex pleno nomine soldani El-Malik ed-Daher Bibars.* 3) *Iam a.* 1268. *Antiochia capta est.*

navigantes per mare Mediterraneum, convenerunt a casu 1269. in civitate Ianuensi[1], et videntes se pugnare[a] ceperunt, pars contra partem, in platea civitatis, ut insimul se occiderent, quia odium inveteratum et rancorem portant ad invicem Sarraceni et Tartari. Quod videntes cives Ianuenses, ut decebat eos, lites interceperunt[b], pugnas sedaverunt eorum. Denique prefati nunccii cum pervenissent ad regem Francie, Sarracenos nunccios soldani nec videre voluit nec audire, nunccios autem regis Tartarorum et Tartaros gloriose ac honorifice suscepit et procuravit et legaciones ipsorum notabiliter[c] et utiliter terminavit ipse illustris Ludwicus rex Francie.

Ista est prophecia Ioachim abbatis[2] missa in Theutoniam a cardinali episcopo Portuensi[3]: *Regnabit*[d] *Menfridus bastardus a flatu mezani usque ad finem regni. Contra quem veniet rex ultramontanus*[4], *leo Francie propter audaciam et severitatem, qui debellabit eum et*[e] *auferet dya-* 1266. *dema de capite suo. Tunc surget filius aquile*[5], *et in volatu suo debilitabitur*[f] *leo, et*[g] *XXI° die post conflictum filius* 1268. (Sept. 12). *aquile incidet *in os*[h] *leonis*[6], *et post hec*[i] *leo modico tempore* *f. 152'. *regnabit. Orietur enim ramus de radice regni Fridericus nomine orientalis*[7], *qui debellabit leonem et ad nichilum rediget, ita ut memoria sua non sit amplius super terram. Cuius potencie brachia extendentur usque ad finem mundi. Ipse enim imperans imperabit, et sub eo summus pontifex capietur. Post hec Theutonici et Hyspani confederabuntur et regnum Francie redigent in nichilum.* Hucusque prophecia Ioachim. Iste idem Ioachim[k] abbas ante inchoa-

a) pugnaverunt *statim corr.* pugnare *c.* b) et *add. P.* c) nobiliter *P.* d) *sic Th.*; Regnauit *c.*; Regnabat *H.* e) *om. H*; auferetque *Th.* f) debilitatur *H. Th.* g) in *add. H. Th.* h) ora *H. Th.* i) hᶜ *c.*; hoc *H. Th.* k) abb. Io. *H. Th.*

1) *Cf. Ann. Ianuens., SS. XVIII, p.* 264, *qui nihil de conflictu legatorum referunt.* 2) *Florensis Calabri, qui obiit a.* 1202. *Sub eius nomine postea multi libelli prophetici, praesertim medio saec. XIII. a fratribus Minoribus Ioachitis Italicis editi sunt. Cf. 'N. Archiv' XV, p.* 144 *sq. Hanc prophetiam paulo post necem Conradini compositam esse patet.* 3) *Iohanne I.* 4) *Karolus.* 5) *Conradinus. Pater eius Conradus aquila dicitur etiam in Sibilla Erithrea, 'N. Archiv' XV, p.* 168. *Primat c.* 22, *SS. XXVI, p.* 665, *Conradinum dicit* chief du lignage de l'aigle. 6) *Bene monuit K. Hampe, 'Gesch. Konradins' p.* 305, *n.* 1. *ex hoc loco patere Conradinum die Sept.* 12. *Karolo traditum esse, qui fuit* 21. *dies a die Aug.* 23, *quo pugna in campo Palentino commissa est.* 7) *Marchio Misnensis, tunc puer, procul dubio dicitur, de quo Gibellini statim post mortem Conradini bonam spem conceperunt.*

cionem ordinis fratrum Minorum et fratrum Predicatorum super Ieremiam in exposicione[1] tradidit de istis eisdem[a] ordinibus. Ipsos quoque ordines nominavit et habitum distinxit et in pictura parietis per manum pictoris ostendit.

1269. Post pascha infra V[b] ebdomadas in mari Adriatico inter Venecias et Anconam L naves cum hominibus et rebus submerse sunt Domino permittente.

In exercitu Gallici Karoli regis Sicilie unus gardianus fratrum Minorum[c], cum ipso X fratres eiusdem ordinis in suo claustro capti et vestibus spoliati ac ducti sic nudi ad vendendum publice sunt[d] per exercitum, ita[e] quousque illos Deus propter suam innocenciam per quendam abbatem ordinis beati[f] Benedicti a vinculis et obprobrio liberavit et dato precio redemit.

Isti sunt versus a prefato cardinali episcopo[2] compositi et transmissi de discordia cardinalium, qui sunt IX[g.3] nec in eleccione pape concordare volunt[4]:

*Versus[h] de discordia eleccionis summi pontificis olim facta[5]. *p. 20

Non concordamus nec concordare putamus,
Et tamen hic stamus, cum nil pietatis agamus,
Ut consumamus nos insimul[i] *et pereamus.*
Sed non curamus de fama, quam lapidamus,
Nec bene pensamus de mundo, quem laniamus.
Ergo cogamus nos ipsos et faciamus,
Quod non perdamus hec[k] *tempora nec repetamus*[l]*,*
Quem formidamus hoc casu preveniamus[m]*,*
Sponsum condamus, quem sponse preficiamus.

a) duobus *add. H. Th.* b) VI *minio corr.* V *c., et ita* (quinque) *H.* c) *sic c. H;* et *add. P.* d) *om. P;* per ex. sunt *H.* e) cum obprobrio quos deus *P. H.* f) sancti *P. H.* g) *sic c. H* (novem); XX *Th.* h) Versus — facta *minio scr.* i) *sic c. H. Th;* ipsos *carmen a Hampe editum.* k) *sic H. Th;* nec *c.* l) *sic c. H. Th;* tepeamus *carmen a Hampe editum.* m) *hunc versum, quem Focke l. l. omisit, etiam Th habet.*

1) *C.* 13. *Qui liber medio saec. XIII. a quodam fratre Minore conscriptus est. Cf. supra p.* 640, *n.* *. 2) *Scil. Iohanne episc. Portuensi.* 3) *Potius XVII. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 9965. *Supra p.* 658. *etiam in electione Caelestini IV. novem cardinales fuisse dicuntur.* 4) *Hinc patet hoc, antequam Gregorius X. papa (*1271. *Sept.* 1*) electus nunciaretur, scriptum esse.* 5) *Sequentes versus, quos Conr. Halberstad. et Theod. Pauli (ed. Focke p.* 79*) ex hac Cronica exscripserunt, cum aliis versibus de eadem re compositis nuper ex codice quodam Oxoniensi K. Hampe, 'N. Archiv' XXII, p.* 613 *sq., edidit.*

Anno Domini M⁰CCLXX⁰ germanus sancte Elyza- 1270. beth de Marcburg, videlicet illustris et potens rex Bela, *(Maii 3)*. in Ungaria feliciter obiit. Hic enim fuit Dei ac divini officii solempnis amator. Paululum post mortem prefati regis regina uxor eius[1] et consors regni, nacione Greca, feliciter obiit. Similiter christianissimus rex Francie Ludwicus in peregrinacione obiit. Filius quoque eius- *(Aug. 25)*. dem nomine Iohannes aput patrem in peregrinacione prope Terram Sanctam in castris, non in bello, sed febre sicut et pater suus obiit super mare aput Tunis. Ibidem *(Aug. 3)*. multi milites in dissenteria mortui sunt, et plura milia peregrinorum submersi[a] sunt in mari. Igitur ossa huius Ludwici regis et filii eius Iohannis solempniter Parisius et honorifice sunt[b] reducta et in sepulchro patrum suorum honorifice sunt sepulta in loco celebri. Iste Ludwicus rex Francie per omnia laudabilis, scilicet in divino cultu, in iudiciis iustis, in operibus pietatis, in domibus religiosorum edificandis ac in plurimis karismatum donis precellens, cruce signatus cum Phylippo et Iohanne filiis suis in commemoracione sancti Pauli ad Aquas- *Iun.* 30. mortuas aput Marsiliam ascendit mare, circiter cum LX milibus armatorum in subsidium Terre Sancte navigans[c]. Qui mare non transivit[2], sed febre mortuus est. Multi alii nobiles et barones de eiusdem regis exercitu in bello mortui sunt.

Item inclita Thuringie lantgravia Margareta, filia *(Aug. 8)*. Friderici imperatoris, feliciter obiit in Franckenfurt. In captura allecum[d] plurimi sunt submersi, scilicet numero quasi mille viri, et una navis portans allecum[d] XL lastones submersa est.

Item rex Arrogonie et rex Navarrie necnon et rex Anglie Odewardus cruce signati cum suis exercitibus in subsidium Terre Sancte per mare cum rege Francie profecti sunt, sed minime pervenerunt[3] et contra Sarrace-

a) *sic c. P.* b) sepulta (?) *add., statim del. c.* c) *sic P;* navigat᷑ *c.* d) allec᷑ *c.*

1) *Maria filia Theodori Lascaris imperatoris Nicaeni.* 2) *Transivit in Tunicium et in castro Carthaginensi obiit. Auctor dicere voluit eum in Terram Sanctam non transivisse.* 3) *Iacobus I. rex Arragoniae classe sua dispersa non transivit (cf. R. Röhricht in 'Mitth. d. Inst. f. Oesterr. Gesch.' XI, p.* 372 *sqq.). Theobaldus rex Navarriae cum rege Franciae in Tunicium profectus est. Edwardus etiam post mortem Ludowici IX. regis in Tunicium advenit, dehinc, postquam in Sicilia*

1270. nos, hostes ecclesie, nichil vel parum utique profecerunt. Rothomagensis archiepiscopus nomine Rigaldus, sed professione et habitu ordinis fratrum Minorum, olim magister et doctor theologie Parisius in kathedra, eciam cum rege Francie cruce signatus in Terre Sancte subsidium navigavit. Frisones cruce signati, sicut estimati sunt, circiter XL milia et amplius, tunc temporis cum suis propriis navibus profecti sunt in subsidium Terre Sancte. Magistri in theologia et confessores et predicatores fratres Minores multi profecti sunt cum prefatis regibus, nobilibus ac exercitibus Christianis; plurimi sacerdotes, capellani et alii clerici necnon religiosi, sed precipue de fratribus Minoribus et Predicatoribus sunt profecti multi ultra mare ad salutem animarum. In illo passagio defuncti sunt XX fratres Minores.

Westphalii[a] missi cum armis a Symone episcopo Paderburnensi spoliis et incendiis ac captivis educendis vastare Hassiam in odium ducis[b] Heinrici eiusdem terre, subito[c] quasi in una hora non longe[d] a Fritslar[1] ex ipsis Westphalis occisi sunt CL viri et V, captivi autem ducti sunt ex eisdem Westphalis CXXX viri, quorum unus de oppido Warberg[e] nomine Cunradus se redemit MD marcis.

Egra civitas exusta est. Quatuor Minores fratres in ecclesia fratrum ibidem et cum ipsis centum[f] et ultra Deo permittente cremati et incinerati sunt.

Hoc eodem anno, postquam illustris rex Francie *f. 153. Ludwicus, Dei cultor ac iusticie amator, *in peregrinacione de terra sua egressus cum glorioso comitatu tam regum quam religiosorum ac magnatorum in copiosa multitudine navium cum centum milibus cruce signatorum et ultra de diversis regnis ascendit mare, ut proficisceretur ad debellandum Sarracenos et barbaras naciones, quoddam mirabile et insolitum, a seculis non audi- Iul. 13. tum, in mense Iulio circa festum sancte Margarete servis suis altissimus ostendere dignabatur in *presagium futu- *p. rorum, secundum quod iudicant sapientes. Nam XIIII° Iul. 19. Kal. Augusti per nunccios in scriptis diligenter et cele-

a) Westfali *P.* b) Heinr. ducis *P.* c) *sic P;* subdito *c.* d) afris *add., statim del. c.* e) barberg *c.;* Warcberch *P; cf. infra p.* 685, *l.* 40. f) homines *add. P.*

hiemavit, vere a. 1271. *in Terram Sanctam profectus est. Quod auctor, cum haec scriberet, nondum audivisse videtur.* 1) *Cf. supra p.* 261.

riter fuit transmissa Parisius magistris et fratribus Minoribus ipsa visio terribilis, que talis est: Frater Iohannes de Prisco et frater Waltherus de Hoio ordinis Minorum de custodia Picardie, sed de conventu Valenzin in custodia Cameracensi, existentes in castro quod dicitur Hapers[a] hora quasi vespertina viderunt oculis corporalibus solem rutilantem absque nubibus claritatem suam in lunarem palledinem subito commutare; quam palledinem tam mirandam quam horrendam dum dicti fratres una cum CL hominibus utriusque sexus, qui ad tam insolitum spectaculum convenerant, cum multa desolacione et terrore respicerent: ecce facta est subito intra solaris corporis extremitates scissio quedam, que in sole in modum spere circulariter girabatur, et parumper post sol est ad integritatem pristinam reformatus, pallorem tamen retinens sicut prius. Cumque circa quartam partem hore de spacio temporis transisset[b], sol visus est scindi recte per medium ex transverso in partes per omnia coequales; et dum hec visio appareret, visus est armatus vir in equo armato ab oriente veniens et per medium solis gradiens paulato incessu divertit ad occidentem. Cumque post modicum iste disparuisset, visus est et alter veniens ab occidente et divertit ad orientem, vir[c] armatus in equo armato via priori omnino contraria per medium solis ire visus est; et parum post, cum hic similiter evanuisset, duo equi armati absque sessoribus in sole sibi occurrentes transierunt; qui cum evanuissent, apparuit homo[d] magne stature ad modum latronis in solis medio suspensus, qui adeo discrete videri poterat, quod funis cingens collum eius et annexus superiori stipiti et manus post tergum ligate satis notabiliter omnibus apparebant. Cumque iste apparere cessaret, sol integritate solita recuperata pallorem in ruborem ad modum cruoris bene rubei commutavit, et post paululum pro rubore sangwineo persicum colorem sumpsit[e], et postremo illum colorem persicum pro colore croceo commutavit; et hunc croceum colorem cum parum tenuisset, visus est sol paulatim ad claritatem propriam devenire. 1270.

a) *sic infra p.* 686, *l.* 8; hͣpers *c.* b) ecce *add. P.* c) alius *superscr. eadem manu c., deest P, ubi* vir — armato *post* contraria.. d) *sic P; om. c.* e) sumpsit — persicum *om. c., oculo scribae a priore* colorem *ad inferius aberrante, suppleta ex P.*

1271. Anno Domini $M^{o}CCLXXI$. Fuldensis abbas Berchtoldus[a], strennuus utique et utilis rector populi sui, cultor et amator pacis, occisus est in Fulda in suo[b] oratorio infra missam in quadragesima. In Bitervio in (Mart. 12). missa, presente Phylippo rege Francie et cardinalibus, in facie Karoli regis Sycilie invidiose occisus est Hainricus filius Richardi regis Anglie.

Inimici crucis Christi pagani cum V milibus* irruerunt in Prusciam, ecclesias et altaria devastantes, unam civitatem Cristisburg[c] ceperunt et occiderunt XIII fratres domus Theutonice et de populo promiscui sexus[d] CL necnon et duo milia, et innumerabilem multitudinem Christianorum utriusque sexus captivantes cum peccoribus et spoliis secum deduxerunt, villas succenderunt et plurimos homines cremaverunt.

In Franconia[e] tam in villis quam in campis lupi homines crudeliter invadentes plures quam XXX homines devoraverunt. Reliquerunt namque oves in campis et invaserunt pastores.

Sevissimus hostis populi Christiani, soldanus Baby- (Mart. 30). lonie expugnavit et cepit fortissimum castrum nomine Crack, munimentum ac refugium Christianorum in Terra Sancta[1]. Hec municio impreciabilis fuerat domus Hospitalis sancti Iohannis baptiste.

Defuncto papa Clemente IIII^{to}, post quem[f] cessavit episcopatus fere tribus annis, cardinales in Bitervio (Sept. 1). concorditer elegerunt in papam quendam canonicum, archidyaconum ecclesie Leodiensis, nomine Theobaldum, existentem ultra mare tunc ipsa hora in peregrinacione, sed de Placencia civitate oriundum[g].

1272. Anno Domini $M^{o}CCLXXII$. Gregorius papa X^{us}, (Mart. 27). sed a beato[h] Petro CXCV. ordinatur[i]. Hic cum solempni (Mart. 13). comitatu intravit urbem Romam et Karolum Gallicum instituit regem Sycilie. Nam ante hunc papam nullus papa per XI[k] annos intraverat urbem Romam propter

*) cum quatuor turmis *P. H et sic infra p.* 686, *l.* 42.

a) Bertous *P;* Bertoldus *H et infra p.* 686, *l.* 35. b) *sic c. H;* proprio *P.* c) eristisburg *c.* d) a l i o s *add. P. H.* e) *sic H. P* (Frankonia); fraucia *c.* f) postquam *Cont. III. et P.* g) *sic Cont. III. et P;* oriundus *c.* h) *sic Cont. III. et P; om. c.;* sancto *S.* i) or. *c.* k) *sic c. P. S. Cont. III; aliter infra p.* 687, *l.* 9.

1) *Cf. R. Röhricht in 'Arch. de l'Orient Latin' II, p.* 398.

discordiam et rebellionem Romanorum. Hic Gregorius 1272.
papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolitanus imperator Baldewinus et Sycilie rex Karolus ambulantes quasi famuli super terram per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et inde per frenum tenendo coram omni multitu-
210. dine usque ad locum debitum *stacionis. Mira res!

Maguntinus archiepiscopus Wernherus suscepit Fuldensem ecclesiam commendatam aliquamdiu gubernandam. In Nussia civitate, que sita est aput Coloniam metropolim Theutonie iuxta Renum, quidam devotus frater Nycolaus de ordine fratrum Minorum feliciter migravit ex hoc seculo, cuius sanctam vitam pater misericordiarum Deus per magna et multa miracula declaravit. Nam febres sedat, cecos illuminat, mortuum unum resuscitat et plura alia signa facit[a].

EXCERPTA GERMANICA EX CONTINUATIONE I.

Ex cod. V. Cl. Haiseri 18.

Noch Cristes gebort tusint jar 267 jar do waz groz sterben zu f. 233'.
Doringen unde in Ytalia der lute unde ouch des vihes.

Noch Cristes gebort tusint jar 268 jar do wart ein groz strit in Ytalia under koning Conrade[b] unde koninge Karle, do worden irslagen sechs tusint mensche. In deme jare do wart margrefe Johannes von Brandenburg zu Merseburg in eime tornei irstochen. An deme selben tage reit von deme tornei Theodericus von Kirchberg, ein amichtman[c], der irtrang mit dren weppenern in der Sale.

Noch Cristes gebort tusint jar 269 jar da gewan der soldan Anthiochiam di stat unde irslug darinne hunderstunt tusint unde driβig tusint cristener lute, unde er bleben dannoch vele tusint lebenig, di do von deme gelouben traten.

Noch Cristes gebort tusint jar zweihundert jar unde sibenzig jar [do starb[d]] sente Elisabethen bruder der koning[e] zu Ungern. Zu den geziten starb di langrefin von Doringen Margareta, dez keiser Frederiches tochter[f], zu Frankenfurt. Zu den geziten worden di Westfalen gesant von Symone deme bischofe von Palborn, daz si verherten Hesselant unde brante do unde namen groβen roub. Do besammente sich lancgrefe Henrich unde streit mit en vor Fritzschelar, unde der Westfelinge worden irslagen[g] funf unde funfzig unde hundert, unde der gefangen waren XXXIIII[h] unde hundert, unde under den gefangen waz einer, der hiez Conradus von Warperg, der loste sich vor anderhalb tusint marg. Zu den geziten wart Egere vorbrant, unde in der Barfoβen kirchen do selbes vorbranten fier bruder unde hundert mensche. Zu den geziten geschach ein groz

a) Finis huius cronice *minio subscr.* b) Conrꝛ *c.* c) anicht (?) man *c.* d) do st. *om. c.* e) kōnig *c.* f) tochte *c.* g) gevangen *del., et superscr.* irslagen. h) XXX *supra p.* 682. *et P.*

wunder, dez glichen vor nymê gehort wart, daz geschach umme sente Margereten tag. Do wolde got sinen knechte zeige ein zeichen der zukunft, noch deme also ez di wisen irteilen. Wan an deme furzenden Kalendas Augusti do wart dit beschreben gesant den meistern zu Pariz. Da stunt also bruder Johannes von Priscou unde bruder Walther von *f. 234. Hoyo, *brudere der Barfußen ordens von der custodien Picardie unde von deme convent Valenzin, di waren in der custodien Cameracensi in[a] eime castel, daz heißet Hapers, umme vesperzit. Do sahen si mit eren liplichen ougen di sunnen schinen ane wulken, unde si vorwandelte ere clarheit unde wart bleich also der mant, unde di bleichikeit di waz winderlich unde grußlich gestalt. Do stunden di vorgenanten bruder mit hunderten unde mit funfzigen beides kunnes, di daz mit en sahen mit großen betrupeniße unde mit forchten. Unde do wart gesehen, daz an den enden der sunnen waz ein bruch, der waz zirkelecht, unde darnach wart si weder ganz unde bleip ummermê dar bleich. Do si also geging[b] wol kegen eime ferteile einer stunde, do wart gesehen, daz di sunne gliche mitten uf spilt; do wart gesehen ein gewoppent man uf eime gewoppenten roße, der quam von oriente unde reit gliche mitten dorch di sunnen meilichens ritens unde reit kegen occidente. Unde darnach ein[c] wenige wile, also der vorswunden waz, do wart ein ander gesehen, der quam von occidente unde reit kegen oriente den selben weg hen weder, den der erste gereten hatte, ouch mitten dorch di sunnen, unde der vorswant ouch. Darnach worden gesehen zwei gewopente phert, do saz nymant uf, di begeineten er ein deme andern in der sunnen. Do di vorswunden, do wart gesehen ein groß man also ein m o r d e r gliche mitten in der sunnen, der waz gehangen. Den sach man bescheidelichen, daz ein strang umme sinen hals ging unde daz der obene an ein holz was gebunden, unde daz eme di hende uf den rucke waren gebunden. Daz irschein den luten merglich gnug. Do der vorging, do wart die sunne weder ganz, unde wandelte ere bleiche in eine rôte also blut, unde wart darnach noch rôter unde wart darnach gel, unde wart darnach gesen, daz si eren schin langsam weder nam, den si vore hatte gehat.

Noch Cristes gebort tusint jar 271 jar do waz ein apt zu Fulde, der hiez Bertoldus, unde her waz ein gestrenge vormunde sines stiftes unde ein nucze[d] vorsteher unde ein lipheler dez fredes, der wart irslagen in der fasten zu Fulde in einer cappellen under meße. Zu der selben zit zu Biternie[e] do wart Henricus, koning[f] Richardes son von Engelant, irslagen[g] under meße, unde do waren keinwerdig der *f. 234'. koning[f] Philippus von Frankerich unde koning[f] Karl von Sicilien unde *z w e n e cardinale. Zu den geziten do quamen di heiden in daz lant zu Prußin m i t v i e r s c h a r e n[1] unde vorstoren unde zubrachen do kirchen unde eltere, unde gewunnen eine stat, di heißet Cristesburg, unde totten do XIII Duczsche herren unde totten darzu hundert unde funfzig mensche unde zwei tusint menschen unde furten mit en eine unzeilliche schar cristener lute unde vihe unde vorbranten ouch vele lute. Zu den geziten *do fraßen die wolfe di lute in *p. 211. deme lande zu Franken uf deme velde unde in den dorfern. Si fraßen

a) uf *corr.* in *c.* b) *ita c.; fortasse* zeging. c) eyn *e corr.* d) nuczce *c.* e) Biterme *c.* f) kon̄ig *c.* g) age *eras.*

1) *Cf. supra p.* 684, *n.* *.

uf einen sommer mer danne driβig mensche unde liβen die schafe gen unde liffen die herten an. Do der babest Clemens der ferde gestarb, do horte daz babistum uf wol dry jar; do koren[a] di kardinal einen tumeherren, der hiez Theobaldus, zu babiste.

Noch Cristes gebort tusint jar 272 jar do wart ein babest, der hiez Gregorius der zende, der waz der hunderste unde der funf unde nuynzigiste noch sente Petir. Deβer babest reit mit groβer erberkeit zu Rome in di stat, wande vor deβeme babeste quam ny kein babest kegen Rome bi nuyn jaren dorch di zweitracht der bebeste unde der Romere. Deβer babest do her kegen Rome quam, unde do man eme mit der processien enkegen ging, do ging eme der keiser Baldewin von Constantinopil zu einer hant unde der koning[b] Karl von Sicilien zu der andern hant also knechte, unde hatten sin phert bi deme zoyme, do der babest uffe saz, unde wiseten ez biz an di stat, do der babest hene solde[c].

CONTINUATIO II.

Ex cod. C 1 *Mellicensi.*

Contra decretum Clementis pape Conradus filius *f.* 63. 1267.
Conradi regis in Ytaliam vocatus magnifice in omnibus prosperatur. Nam civitates Ytalie, videlicet Roma, Bononia[1], Venecia, Verona, Ianua et alie plures rebus et affectibus, grandi milicia et grandi pecunia concorditer eidem Conrado adherent, clamantes et multipliciter acclamantes magno favore[d], personantes: 'Vivat rex Conradus'! Obprobriose eicientes de loco ad locum Karolum Gallicum, quem Clemens papa fecerat regem Sicilie atque presidem ac vicarium imperii Romani. Nam et Romani eundem Conradum in senatorem Urbis[2] invito papa cum 1268.
tripudio elegerunt. Rex Bohemie suffultus auctori- 1267.
tate apostolica proficiscitur in Prusciam.

CONTINUATIO III.

Ex codd. B 5. 5ª. *D.*

[e][Anno[f] Domini M⁰CCLXVI.[3]] Defuncto papa Cle- *Cont. I.*
mente, postquam vacavit sedes fere[g] tribus annis, cardinales in

a) du *add. c.* b) konig *c.* c) *desinit c. media in pagina;* Amen das werde *post add.* d) fouore *c.* e) De Clemente papa *minio praemissum B* 5. 5ª. f) *uncis incl. des. D.* g) pene *B* 5. 5ª.

1) *Bononia Conradino fuit infesta, Ianua et Venetia ei non adhaeserunt.* 2) *Senator Urbis tunc fuit Heinricus de Castellia, qui a parte Conradini stetit, quem imperatorem futurum salutaverunt Romani.* 3) *Haec male inserta esse videntur in codd. B* 5. 5ª. *Clemente enim* 1268. *Nov. defuncto, Gregorius a.* 1271. *demum electus est.*

Cont. I. Viterbio[a] concorditer elegerunt in papam quendam canonicum, archidiaconum ecclesie Leodicensis[b], nomine Theobaldum[c], existentem ultra mare tunc ipsa hora in peregrinatione, sed de civitate Placentia oriundum, et dominus Petrus de Confleto[d] archiepiscopus Corinthi[e] pro ipso[f] mittitur[g] ultra mare.

[h]Anno Domini M°CCLXXII.[i] Gregorius papa X, sed[k] a beato Petro CXCV. ordinatus[l]. Hic cum sollempni comitatu intravit urbem[m] Romam et Karolum[n] Gallicum[m] instituit regem Sicilie. Nam ante hunc papam nullus papa per[o] XI annos intraverat urbem Romam propter discordiam et[p] rebellionem Romanorum. Hic Gregorius[q] papa quando processionaliter transivit per urbem Romam, Constantinopolitanus imperator Baldewinus[r] et Sicilie rex Karolus[s] ambulantes quasi famuli super terram per medium platearum duxerunt equum, cui insedit papa, hinc et[t] inde per frenum tenendo coram omni multitudine usque ad locum debitum stationis. Mira[u] res! Hic papa[v] ordinavit[w],
1273. quod principes Alemannie[x] anno Domini M°CCLXXIII.
Oct. (10). mense[y] Octobre Frankenvort[z] convenientes Rudolfum[a] comitem de Habichisburg[b] in regem Romanorum concor-
1274. diter elegerunt. Idem etiam[c] anno Domini M°CCLXXIIII. Lugduni[d] concilium celebrans, ut vir sanctus et bonus, multas edidit constitutiones ibi[e]. Migravit autem ad[f]
1276. Ian. (1). Christum infra octavam epyphanie Domini[g] anno Domini M°CCLXXVI[h].

---

*CONTINUATIO IV. FRATRUM SUEVORUM ORD. PRAEDICATORUM. *p. 21

Ex codd. D.

PARS I. CONSTANTIENSIS.

1276. Anno Domini M°CCLXXVI. Innocentius V. ord[inatur], sedit mensibus V, diebus VII[1]. Hic prius[i] dictus

a) Biternio *D*. b) Leodinensis *B* 5. 5[a]; arch. leodiceñ *D* 1; Leod' *D* 2. c) thebaldum *B* 5. d) confiero *D* 1. e) chorinti *D* 1. 1[b]. f) pro i. *om. D* 1[b]. g) mittit *B* 5[a]. h) De Gregorio papa, qualiter intravit urbem Romanam *minio praemissum B* 5. 5[a]. i) M°CC°LXXV. *D* 2. k) *erasum D* 1[a]. l) *sic B* 5[a]; ord' (or.) *B* 5. *D* 1. 1[a. b]. 2. m) *om. D* 2. n) Karulum *D* 1[b]; carolum *D* 2 *h. l.* o) papa XXXI a. *D* 2. p) disc. Rom. et reb. *D* 2. q) *om. D* 1[b]. r) Baldwinus *D* 2; Balwinus *D* 1[a. b]. s) Karülus *B* 5[a]; Karulus *D* 1[b]. t) *om. D.* u) M. res *om. D* 2. v) *om. B* 5. 5[a]. w) *om. D* 1. x) Alamanie *D* 1[a. b]. 2. y) mensis *D* 2. — octobri *D* 1. 1[b]; octobris *D* 1[a]. 2. z) vrankinvort *B* 5; conv. vrankenwort *B* 5[a]; Frankenfurt *D* 1[b]; franchenfurt venientes *D* 2. a) Růdolfum *D* 1[a]; Rodolfum *D* 1; Rôdolfum *D* 1[b]; Rudolphum *B* 5[a]. b) habsburg *D* 1; Habsburch *D* 2; Habspurch *D* 1[a]; habspurg *D* 1[b]. c) papa *D.* d) Lugduñ *B* 5. 5[a]; Lugd' *D* 2; Lugdunum *D* 1. 1[a] (*ubi add.* ut). 1[b]. e) ubi *B* 5[a]; *om. D.* f) ad Chr. *om. D* 1. 1[a]. 2. g) Dom. — MCCLXXVI. *om. h. l. D, anno ad sequentem continuationem tracto.* h) *hic sequitur in B* 5. 5[a]: Item de quatuor magnis conciliis celebratis contra quatuor hereticos. Nota, quod quatuor illa magna concilia contra quatuor hereticos sunt celebrata: Nicenum concilium — Anno D. M°CCXIIII. compositum est symbolum *Firmiter credimus* in Lateranensi concilio ab Innocencio papa III°. Extra De fide katholica: *Firmiter credimus* (de summa trinitate canon *Firmiter credimus post. manu in loco raso scr. B* 5[a]). i) Pet. d. pr. *D* 2.

1) *Hic numerus cum diebus electionis et mortis infra recte allatis non convenit.*

Petrus, de Tharantasia[a] extitit[b] oriundus, iuvenis ordi-
nem fratrum[c] Predicatorum ingressus adeo in moribus
et sciencia profecit, ut et[b] prior provincialis in Francia
et magister fieret in theologia[d. 1]. Postillas super quos-
dam libros biblie composuit et super Sententias opera
conpilavit. Idem[e] per Gregorium papam X.[b] assumptus 1272.
est in archiepiscopum Lugdunensem, a quo breviter
per eundem papam absolutus assumitur in cardinalem 1273.
et in[f] episcopum Hostiensem. Electus est in die beate 1276. *Ian.* 21.
Agnetis, obiit[g] in vigilia vigilie beati[b] Iohannis bap- *Iun.* 22.
tiste.

A beato Petro apostolo[b], qui fuit primus papa, usque ad *Rec. IV. (C 2).*
papam Innocentium V. fuerunt CXCVII pape, Lino et Cleto
et femina que fuit papa non computatis[2].

PARS II. ROTWILENSIS.

Post dominum Innocentium fuit papa dominus[b] 1276.
Octavianus[3] et vocatus est[h] Celestinus[4]. Post hunc
Petrus Hyspanus[i] et dictus[k] Iohannes XXI[l]. Hic 1277.
hereticus et nigromanticus[m] oppressus est in palacio *(Maii* 20*)*.
suo Viterbii[n] a dyabolo, benedictus Deus! quia inpug-
navit dicta[o] Thome[5] et Alberti[6] et cet. In cuius collo mo-
rientis inventa est cedula cum karacteribus[p] suspectis.

Post hunc fuit dominus Iohannes[q] et dictus est[r] Nicolaus[s]; qui amator[t] amicorum suorum carnalium[u] construxit eis urbem[v] firmissimam muris et turribus aput Lateranis[w]. Sub isto papa dominus Latinus, frater ordinis[v] Predicatorum, factus est episcopus Hostiensis.

Mortuo Nicolao[s] successit[x] dominus Wilhelmus[y. 7] 1280.

a) taranthasia *D* 1; th'aramusia *D* 2. b) *om. D* 1b. 2. c) *om. D* 1b. 2. d) theologya *D* 1b *semper.* e) Item *D* 2. f) *om. D* 1b. 2. g) ob. — baptiste *om. D* 1b. h) etiam *add. D* 1. 1a. b. i) yspanus *D* 1a; hispanus *D* 1. k) est *add. D* 1. l) XIII. *D* 1. 1a. b. 2. m) nigromantibus *D* 2. n) a dyab. Vit. *D* 1. o) *om. D* 1. 1a *(ubi post. manu superscr.).* 1b, *ubi post* thome *spatium voci inserendae vacuum rel.* p) caract. *D* 2. q) papa *add. D* 2. — et *om. D* 1. r) *om. D* 1. 1b; etiam *add. D* 1. 1a. b. s) Nyc. *D* 1a. 2. t) amic. s. carn. amat. *D* 2; amic. *om. D* 1a. u) cardinalium *D* 1. 1a. b. v) *om. D* 1b. w) Lateranum *D* 2 x) ei *add. D* 2. y) Willhelmus *D* 1.

1) *Cf. Ann. Basil., SS. XVII, p.* 200; *Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 442; *Gilberti Cont. V, SS. XXIV, p.* 138. *In Flor. temp., SS. XXIV, p.* 249, *haec de Innocentio V. exscripta sunt. Cf. praef. p.* 517 *sq.* 2) *Haec in codd. B* 5. 5a *v. supra p.* 670, *n.* **. 3) *Ottobonus.* 4) *Immo Adrianus.* 5) *de Aquino.* 6) *Magni, qui ordinis Praedicatorum fuerunt.* 7) *Simon potius.*

1281. Turonensis et[a] dictus est Martinus[b] anno[c] Domini MCCLXXXI.

1266. Item anno Domini M^{o}CCLXVI. recepta est domus
Oct. 3. fratrum Predicatorum in Rotwil[d] in dominica qua can-
1267. tatur *Adapperiat,* quam in festo epiphanie sequenti rex[e]
Ian. 6. Cůnradus presens ibidem[1] commendavit civibus loci predicti.

Notandum, quod primus fundator et magister ordinis Predicatorum fuit beatus Dominicus Hyspanus; secundus Iordanus Theutonicus[f], sepultus in[g] Achon; tercius magister Reimundus[h] Hyspanus, qui conpilavit librum decretalium, sepultus in Barcinona[i]; quartus Iohannes Theutonicus[f], sepultus in Argentina; quintus Humbertus Burgundus, qui ordinavit divinum officium nostrum sicut est hodie.*

1276. Anno Domini MCCLXXVI. floruit dominus Petrus de Tharantasia de ordine fratrum[k] Predicatorum, qui post[l] factus est papa Innocentius V. Item magister Thomas, clarum[m] Dei organum in theologia et in naturalibus et[n] precipue[o] in moralibus. Hic de novo[p] glosavit ewangelia, fecit[o] et[q] summam theologie incomparabilem. Item[r] dominus Hainbaldus[s] cardinalis de ordine Predicatorum. Item dominus Latinus cardinalis[t] Hostiensis. Item dominus Rupertus[u] cardinalis, ambo magistri in theologia et ambo nutriti in ordine Predicatorum.**

*) *D* 1^a *add.:* Sextus Iohannes Lombardus.
**) *In D* 1 *alia manu saec. XIV. haec addita sunt, maxima ex parte edita 'Archiv' III, p.* 20:

1291. Mortuus[v. 2] est anno milleno C triplicato
Iul. (15). Sex minus atque tribus Iulii rex mense Růdolfus.
1298. Millenis ac trecentis binis minus annis

a) dn̄s est eciam *add. D* 1^a; et est dictus *D* 1. b) papa *add. D* 2. c) anno — Innoc. V. *(l. 18) om. D* 1^b. d) *hic desinit D* 1 *f.* 45'. *media in pagina, eodem et sequente folio vacuis relictis.* e) Ch' rex *D* 2. f) theutunicus *D* 1^a. g) sep. Machon *D* 1^a. h) Remundus *D* 2. i) Barciona *D* 1^a; Baremona *D* 2. k) *om. D* 2. l) prius *D* 2. m) clarion *D* 1^b. n) *om. D* 2. o) *om. D* 1^b. p) Hic denuo *D* 1^b. q) eciam *D* 1^a. r) Item — Predicatorum *om. D* 1^b. s) heimbaldus *D* 2. t) card. Host. Item *om. D* 1^b, *pro quibus* et. u) Bobertus *D* 1^b; Bombertus *D* 1^a. v) *praecedunt* Mortuus est anno M^{o}C^{o}C^{o}C^o *del.*

1) *Die* 9. *Ian. a.* 1267. *Conradinus Rotwilae cartae cuidam sigillum suum affixit; Reg. Imp. V, nr.* 4821. 2) *Versus* 1. 2. 6—14. *habet auctor qui dicitur Martinus Fuld., Eccard., Corpus SS. I, col.* 1715. 1721 *sq.*

CONTINUATIO V. THURINGICA.

Ex codd. B 1. 1[a. (b)].

Anno Domini MCCLXVI. magnum[a] fuit prelium inter regem Boemie[1] et ducem Bawarie[2], ubi[b] Egra[c] civitas regi tradita est. Prinz[d] filius Friderici[e], magnus hostis ecclesie[f], occisus est ab excercitu pape. Multa prelia in diversis locis fuerunt. Herbipolenses fecerunt victoriam iuxta Kizingen[g] cum[h] comite Hermanno de Hennenberc[i] dimicantes, multos in flumine qui Moyn dicitur submergentes, alios occidentes et plures captivantes[3]. *B 1 f. 41.* 1266. *(Febr. 26).* *(Aug. 8).*

*[Anno[k] Domini M⁰CCLXVII. fuit eclipsis solis in die Urbani]. 1267. *Maii 25.*

Anno Domini MCCLXVIII. Marchio iuvenis[4] de Brandeburc[l] in Merseburch in torneamento[m] periit lanceatus[n]. Comes[o. 5] de Kirchberc[p] eodem[q] die in Sala 1268. *(Apr. 19).*

In Iulio mense rex Adolfus cadit ense 1298.
Per manus Austrani, Processi[r] Martiniani[6]. *Iul. 2.*
M semel ac tria C simul octo rex patitur ve 1308.
Al. Rumanorum, qui vi cadit ense suorum
Philippi, Iacobi, rogo, det veniam Deus illi! *Maii 1.*
Cessaris[s] Hainrici mortem plangamus, amici,
Qualiter hic vitam finivit per Iacobitam,
Per corpus Christi venenum tradidit isti. 1313.
Hic in laude Dei moritur die Bartholomei. *Aug. 24.*
Est Pisam latus, ibi cum fletu tumulatus
Anno milleno trecenteno terideno[s].

Annis trecentis transactis omnipotentis 1308.
Octoque floruerat qui benedictus erat.

Anno milleno centeno bis minus uno 1098.
Sub patre Ruperto cepit Zistercius ordo[7].

a) sine *add., sed del.* B 1. b) $\overset{s}{n}$ B 1. c) erga *corr.* egra B 1. d) *sic* (rin *incerta*) B 1; p'us B 1[a]; *nomen Manfredi restituere non licere videtur.* e) Fr. B 1; vel B 1[a]. f) ec̄e *post corr.* ec̄c̄e B 1. g) Nin̄gin B 1[a]; Ringin B 1[b]. h) *om.* B 1[a. b]. i) Hen̄ebrc B 1[a]; Henberch B 1[b]. k) *uncis incl. des.* B 1. 1[b]. l) Brandinburg B 1[a]; Branburch B 1[b]. m) turnamento B 1[a. (b)]. n) lanccatos B 1. o) Comites B 1. p) Kirberc B 1; Ricchiberc B 1[a]; Ringin B 1[b]. q) *sic* B 1. 1[b].; eadem B 1[a]. r) processit *c.* s) *sic c.*

1) *Ottocarum II.* 2) *Ludowicum II. et Heinricum I. fratres.* 3) *Cf. supra p.* 256, *n.* 3. *et p.* 672. 4) *Iohannes III.* 5) *Theodericus.* 6) *Hos duos versus vide supra p.* 318, *n.* *. 7) *Hi versus vulgatissimi sunt.*

1268. submersus est cum XXVIII[a] militibus et servis[1]. Rex Conradus, regis Conradi filius, cum quibusdam nobilibus (Oct. 29). a rege Karolo decollatus est, VI milibus[b] in pugna occisis[c, 2], exceptis multis aliis, qui[d] in diversis locis sigillatim[e] occisi sunt ab exercitu Karoli. Papa Clemens (Nov. 29). in Bitervio mortuus est, in cuius morte terre motus factus est magnus[f, 3].

CONTINUATIO VI.

Ex codd. B 1a. (b).

PARS I. MONACHI CISTERCIENSIS THURINGICI.

1269. f. 47'. Anno Domini M°CCLXIX. in civitate Nusene[g] prope Renum tres mulieres nobiliores civitatis peperierunt[h] tria monstra. Prima peperit caput bovis cum magnis cornibus et mortua est. Secunda eciam peperit caput bovis cum cornibus et postea peperit puerum masculum et non est mortua. Tercia mortua est et incisa, et inventum est caput bovis in ventre eius, cuius cornua creverant per cor eius. Iohannes abbas de Riphenstayn[i] vidit processionem et ieiunium et fletum in ipsa civitate pro hiis plagis.

1270. (Maii 3). Anno Domini M°CC°LXX.[k] Rex Ungarie Bela nomine mortuus est, et Tartari fratrem suum Stephanum in bello vulneraverunt et multa milia in bello occiderunt in Ungaria.

Anno Domini M°CCLXX. Margaretha filia Friderici imperatoris, uxor langravii Alberti, nocte furtive recessit de Varberch cum paucis, et eodem anno in Franchken- (Aug. 8). furt mortua est et sepulta[l]. In Austria sexaginta milia a Comanis et Ungaris interfecta sunt[m].

(Aug. 25. 3). Rex Francie et filius suus[4] sine gladio[n] in quadam [insula[o]] Corit[5] nomine mortui sunt, et exercitus suus[p]

a) XVIIII *corr.* XXVIII *B* 1, *et ita B* 1a. b. b) militibus *B* 1. 1a. b, *post corr.* milibus *B* 1. c) occisus *B* 1a. d) i *e corr. B* 1. e) sigillati *corr. post* sigillatī *B* 1, *et ita B* 1a. b. f) est. Magnus *B* 1, *qui desinit in media pagina folii* 41, *ubi rubro subscriptum est:* Completus est iste liber per manus Iohannis; magnus *deest B* 1a. b, *qui pergunt.* g) misene *ut videtur B* 1a; Nufene *B* 1b; Muscie *Cont. Veterocell.* h) *sic B* 1a *et Cont. Veterocell.;* pepererunt *B* 1b. i) Reyphenstain *B* 1b. k) M°CC°LXI° *B* 1a. l) sepulta in austria. Sexag. *distinguit B* 1a. m) *sic B* 1b; *om. B* 1a. n) *sic B* 1b; gladii *B* 1a. o) *supplevi, om. B* 1a. b. p) sexaginta milia *add. B* 1b.

1) cum tribus armigeris *Cont. I, supra p.* 677. 2) *Cf. supra p.* 676. 3) *Cf. supra p.* 677 *sq.* 4) *Iohannes.* 5) *Carthaginem significare videtur.*

a soldano eiusdem insule occisus est; insuper XL naves 1270.
Karoli cum exercitu reliquo[a] perierunt[1].

Anno Domini M°CCLXXI. Transmarinis partibus 1271.
Starkinberc[b, 2] et Crak castra fortissima soldanus Babilonie expugnavit. Rex Bohemie expedicionem in Ungaria fecit, ubi peditum VI milia occisa[c] sunt. Item tres lune vise sunt a Bertrano monacho in Wolkolderode[d].

Anno Domini MCCLXXII.[e] Electus est papa Gregorius nomine, de Terra Sancta adveniens Rome con- 1272.
sedit, concilium magnum celebravit anno 2°, ubi Rudol- 1274.
fum regem Romanorum confirmavit et alia multa statuit. Idem papa sedit annis IIII^{or} et mortuus est.

Anno Domini M°CCLXXVI. electus papa Innocen- 1276.
cius, qui vix XX septimanis sedit, et eodem anno electus est papa Allexander[3].

PARS II. BAVARICA.

Anno Domini M°CCLXXVIII. Otakerus rex Bohemie ab exer- *Ann. S. Nic. Pat.*
citu domini Rudolfi regis Romanorum bello campestri[f] occiditur.

Anno Domini M°CCLXXXVIII. *sanctus Virgilius Iuvavensis[g] *f. 48.
episcopus transfertur a domino Rudolffo eiusdem ecclesie episcopo.

Anno Domini M°CC°LXXXIX. Heinricus illustris dux Bavarie in Purchkhawsen moritur et apud Lanczhůt decentissime sepelitur.

Anno Domini M°CCLXXXIIII. quidam fascinator[h] se Fridericum imperatorem simulans magnam partem Almanie[i] in errorem duxit. Tandem conpertis prestigiis suis per dominum Rudolfum regem Romanorum crematur.

Anno Domini M°CCLXXXVII. Iudei supra Renum in quadam civitate quendam Deo devotum nomine Wernherum clam abducunt et in die parasceue ad instar salvatoris morte afficiunt. Qui per Dei graciam multis claret miraculis.

Anno Domini M°CCLXXXX.[k] Dominus Rudolfus rex Romanorum moritur et sepultus est in Spira.

PARS III. BOHEMICA.

Anno Domini M°CCLXXXVII. Nicolaus papa huius 1288.
nominis . .[l], quem fama popularis nigromanticum predi-

a) reliq' *B* 1[a]; *om. B* 1[b]. b) starkinbero *B* 1[a]. c) occisi *B* 1[b]. d) Wolkol| *B* 1[a]; a Bertr. — Wolk. *om. B* 1[b]. e) CCLXXII. *B* 1[a]. f) ꝯpestri *B* 1[a], *ubi* occiderunt *add., expunct.* g) Iuuaneñ *B* 1[a]. h) lecator *B* 1[b]. i) Alemonie *B* 1[b]. k) M°CCLXXXI. *B* 1[a]. l) *numerus deest B* 1[a].

1) *In portu Trapani.* 2) *I. e. Mons-fortis, Montfort.* 3) *Adrianus V.*

cavit, dimissis aliis gestibus mirabilibus, quos in vita sua exercuit, qualiter ab hoc seculo migraverit, est dicendum[1]. Cum papa prenominatus opus nigromancie in quodam palacio suo, cappellano presente, voluit exercere, cappellano sursum respiciente videbatur, quod, si ambo non recederent, palacium caderet super eos. Cappellanus dixit pape: 'Domine, si non a loco recedemus, malignis spiritibus efficientibus per pallacium opprimemur'; quem papa redarguens a se longius fecit ire, et cum cappellanus a loco recedens mandatum domini sui adimplevit, palacium ruit super papam horribili sonitu
1292. mediante, et sic Nicolaus papa, ut multi asserunt, exspiravit.

1294. Anno Domini M⁰CC . .[a] Celestinus papa istius nominis . .[a], multa clarens pietate, cum aliquot[b] annos[2] kathedre presedisset, Bonifacius, vir siciens[c] dignitates, cogitavit, qualiter Celestinum aliquibus decepcionibus reiceret a papatu et ipse apostolatui[d] presideret; decepcionis modum sic[e] invenit[f]. Nam ipse[c] Bonifacius per scalas fenestras dormitorii pape Celestini[g] in nocte ascendens formavit quasi vocem angelicam per cannas et dixit viro simplici et omni felle carenti: 'Celestine,
*f. 48'. Celestine[h], *si non apostolatum resignabis, perpetua morte morieris'. Iste credens se[i] alloqui divinitus papatum penitus resignavit.

1294. Anno Domini M⁰CCLXXXVIII.[k] Sub forma decepcionis Bonifacius predictus Celestino successit in papatu, quem postea Bonifacius usque in diem sui obitus carcere reclusit; et dum sic in ergastulo teneretur, accedens eum[l] papa multa plenus astucia et[m] eum alloquitur per hec verba: 'Audivi, Celestine, quod habeas[n] spiritum prophetie. Michi ergo quidquam de futuris prophetizes[o]'. Qui respondit: 'Non licet michi prophe-

a) *numerus deest B* 1a. b) aliq (quod) *B* 1a; ad aliquos *B* 1b. c) *sic B* 1b; sciens *B* 1a. d) *sic B* 1b; aplatu *B* 1a. e) *om. B* 1a. f) *sic B* 1b; inueniret *B* 1a. g) Celestinū *B* 1a. h) *alterum* Cel. *om. B* 1a. i) sibi *B* 1b. k) et sic *pro* A. D. 1288. *B* 1b. l) *om. B* 1b. m) *sic B* 1a. b. n) habes *B* 1a. o) prophetises, es *e corr. B* 1a.

1) *Fabula quae sequitur ad Iohannem XXI. papam (omissum in Cont. VI. part. I. II. cum sequentibus Nicolao III, Martino IV, Honorio IV) referenda est, qui a.* 1277. *palatio Viterbii corruente oppressus est. Qui etiam in Cont. IV, supra p.* 689, *l.* 19, *nigromanticus, in Ann. Colmar., SS. XVII, p.* 202, *magus dicitur. In Chron. pont. et imp. Bavar., SS. XXIV, p.* 225, *Nicolaus III. papa, palatio ab eo constructo fulmine icto, ipse fulmine necatus esse falso dicitur.* 2) *Non pleno dimidio anno.*

tizare, nam peccator ego sum'. Bonifacius[a] multis instetit[b] peticionibus. Tandem Celestinus quasi ore prophetico sibi dixit: 'Apostolicam dignitatem subintrasti sicud vulpis, regnabis ut[c] leo, morieris ut[c] canis'[1]; que in Bonifacio totaliter[d] sunt expleta[e].

Item Bonifacius predictus Alberto duci Austrie voluit complacere sibi[f] dans omnes decimas in suis districtibus ab universo clero; et cum in mane littere deberent sigillari pro[g] decimarum datarum confirmatione, 1303.
tunc antecedente nocte a quodam tyranno[2] fuerat captivatus; (Sept. 7).
et sic illud nephas, quod spiritualia in manus laycorum volebat tradidisse, fuit auxiliante Deo impeditum; et in eadem captivitate[3] quasi rabidus canis se ipsum laniando dentibus Bonifacius[h] exspiravit. (Oct. 11).

Anno Domini M°CCLXXXXI.[i] Benedictus istius 1303.
nominis . .[k], qui in dignitate apostolica Bonifacio successit. Similiter Alberto duci Austrie, ut predictum est, dedit decimas clericorum tam parvas quam magnas in omnibus suis terris[l]; et cum littere in mane pro decimarum efficacia sigillo apostolico[m] deberent roborari, Benedictus tamquam ex ulcione divina morte[n] mirabili 1304. (Iul. 7).
est preventus.

Anno Domini M°CCCIIII.[o] Clemens papa Bene- 1305.
dicto successit, qui Templarios eorum habitu privavit, veluti fama communis volebat[p], eorum merito exigente. Post vero pusillum tempus quidam homines quasi fan- 1308.
tastici crucem ante et retro sibi assumentes, in armis[q] incedentes turbatim[r] per terras iverunt, dicentes[s] se velle sepulchrum Domini expungnare; *et cum in Lam- *f. 49.
bardiam venissent, a Lambardis plurimi eorum sunt occisi, ita tamen quod pauci et quasi nulli, quemadmodum intendebant, ad sepulchrum Domini pervenerunt. Hoc

a) papa *B* 1b. b) *sic B* 1b; insteterit *B* 1a. c) sicut *B* 1b. d) *om. B* 1b. e) impleta *B* 1b. f) *sic B* 1b; si *B* 1a. g) ꝑ (per) *B* 1a. h) supradictus *add. B* 1b. i) M°CCXXXI. *B* 1a; *ann. om. B* 1b. k) *numerus deest B* 1a; IIII. *B* 1b. l) terminis *B* 1b. m) apostolici *B* 1b. n) mirab. morte *B* 1b. o) M°CCIIII. *B* 1a; *ann. om. B* 1b. p) volabat *B* 1b. q) *sic B* 1b; ass. marinis *B* 1a. r) *sic B* 1a. b. s) *om. B* 1a.

1) *Multi referunt hoc dictum, a nonnullis in versum redactum, ut Flores temp., Eccard, Corpus I, c.* 1631; *Martinus Fuld., ib. I, c.* 1720; *Flores hist. et Parker, SS. XXVII, p.* 500; *Henr. de Hervordia ed. Potthast p.* 215. *Sed a Caelestino papa hoc Bonifacio dictum esse sola, quod sciam, Martini Cont. Brabant., SS. XXIV, p.* 261, *tradit.* 2) *Scerra de Columpna. Quod Anagniae factum est.* 3) *Immo liberatus Romae obiit.*

facto Clemens predictus[a] videns devocionem illorum qui[b] ad expungnandum sepulchrum Domini iter arripuerunt, et quod multa pecunia[c] eis fuisset data, et nullam efficaciam bellandi habuerunt, ipse Clemens papa bullatas misit litteras per omnes partes Almanie[d] cum indulgencia[e] et gracia satis magna, ut, si quis votum fecisset ire Romam vel ad partes ultramarinas vel ad alia sanctorum limina, quod idem peccuniam eandem, quam[f] in via consumeret, deberet nunciis pape dare, et deinceps esset solutus[g] ab omni voto; et sic legati pape magnam[h] colligentes peccuniam apostolico adduxerunt[i].

Tempore trium predictorum apostolicorum[1] regnavit rex[k] Romanorum nomine Adolffus, quem Albertus, tunc
1298. temporis dux Austrie, in bello campestri[l] occidit circa Renum. Nam Albertus parvum habuit exercitum, se ad
(Iul. 2). fugam disposuit. Hoc videns Adolffus Albertum cum vehemencia sequebatur, utputa bellicosus. Considerans[2] se insequi inimicos sparsim et divisim, ipse quandam faciens repentinam reciprocacionem, coadunato suo exercitu Adolffo inter duas valles in arta semita obviavit[m]. Et sic Albertus in Adolffum irruens gladio penetravit. Et sic Adolffi regnum habet finem.

Anno Domini M⁰CCLXXXXVIII.[n] Albertus in imperio successit Adolffo; qui cum aliquibus regnasset annis, congregato magno exercitu cum paganis et Ungaris
1305. Bohemiam subintravit, partes Bohemie circumquaque devastando. Rex vero Wenczeslaus racione impotencie cum exercitu suo in campis non apparuit. Et post recessum regis Alberti rex Wenczeslaus, sincerus amator
(Iun. 21). cleri et omnis[o] iusticie, feliciter in Domino obdormivit.

Anno[3] Domini M⁰CC . .[p] Wenczeslaus iuvenis patri successit, qui eciam Ungaris patre[q] vivente datus fuerat pro rege. Et idem propter infidelitatem Un-
**f. 49′.* garorum *Ungariam deserens[r] Bohemiam remeavit; qui

a) papa *B* 1b. b) quia *B* 1b. c) pec. — nullam *om.* *B* 1b. d) Alemonie *B* 1b. e) indulgencie et graciarum *B* 1a. f) ꝙ (quod) *B* 1a. g) absolutus *B* 1b. h) magna *B* 1a. i) duxerunt *B* 1a. k) Ad. rex Rom. *B* 1b, *ubi sequentia om.* l) compestri *B* 1a. m) ouiauit *B* 1a. n) M⁰CCLXXXVIII. *B* 1a. o) iud *add., del.* *B* 1a. p) *ann. om.* *B* 1b, *ubi* Wenzezlaus. q) p. viv. *om.* *B* 1a. r) deseruens *B* 1a.

1) *Minime hic tempore Benedicti XI. et Clementis V. regnavit.* 2) *Scil. Albertus.* 3) *Ex codice B* 1b *sequentia edidit W. Wattenbach, SS. IX, p.* 823, *falso haec Annalibus Matseensibus adscribens.*

cum cepisset in Bohemia regnare mortuo patre, quasi 1305.
maniacos[a] incedens suos ministeriales male tractavit;
ipsi vero nolentes parcere[b] sue vesanie proprium domi-
num in civitate Olmuncz interfeccioni tradiderunt. Ita 1306.
cum rex inclitus in meridie cubaret, duo, qui prius de *(Aug. 4).*
familia eius erant, ex ordinacione dominorum predictorum
pallacium accedentes, arma in clanculo deferentes, regem
non aliqua versucia munitum sub forma pacifica acces-
serunt. Cum rex viros turpissimos pacifice salutasset,
ipsi pro retribucione salutacionis regem plagis cultellinis
horribilibus necaverunt. Quo mortuo Albertus rex Ro-
manorum iterum partes Bohemie cum magno exercitu
hostiliter visitavit, artando Bohemos bellicose, quod
filium suum Rudolffum pro rege Bohemie acciperent[c];
qui cum pauco tempore regnasset[d], viam[e] universe 1307. *(Iul. 4).*
carnis[f] ingressus est. Eodem tempore multi pagani
et Ungari circa Altenburgam sunt occisi.

Rudolfo mortuo dux Karinthie[1] manswetus sibi suc-
cessit in regno, qui numquam dominis et baronibus terre
Bohemie voluit propter suam manswetudinem complacere;
et cum ita debiliter Karinthianus regnaret, Albertus[2]
sepe dictus sibi invidebat et Karinthianum[g] a regno
excludere nitebatur, quod tunc temporis fuit impeditum.
Nam Albertum Renum[h] ascendere oportebat, et Iohannem 1308.
ducem, patruelem suum, cuius ducatum diu tenuerat,
secum duxit, et quando[i] Iohannes, qui vocitabatur[k] dux
sine terra, suam hereditatem exorasset[l], Albertus rex
ambiciosus sine utilitate suo patrueli melliflua dabat[m]
verba. Iohannes vero dictus dux sine terra ira furore-
que incensus[n], qualiter Albertum patruum suum occi-
deret, tempus oportunum cottidie exspectavit; et cum
quadam die circa Renum[3] equitaret, dimisso exercitu
circa unam partem Reni, Albertus cum Iohanne prius
dicto[o] et aliis quinque ad aliam partem transmeavit[p];
et cum Iohannes tempus habile[q] exercendi maliciam sic
vidisset, suum patruum *et proprium dominum gladio *f. 50.

a) moniacus *B* 1b. b) pce *B* 1a. c) acceperunt *B* 1b. d) regisset *B* 1a. e) *supplevit Watt.; om. B* 1a; obiit *pro* viam — est *B* 1b, *ubi sequentia om.* f) carne *B* 1a. g) Karinthiam *B* 1a; Karintheanum *B* 1b. h) *om. B* 1a. i) quoniam *B* 1b. k) vocabatur *B* 1b. l) exorsisset *B* 1b; sibi dari *supplendum videtur.* m) dabat~ (ur) *B* 1a. n) incedens *B* 1b. o) Ioh. predicto *B* 1b. p) transuetauit *B* 1b; *om. B* 1a. q) abile *B* 1a.

1) *Heinricus VI.* 2) *Sequentia W. Wattenbach in Ann. Matseensibus, l. l. p.* 824. *edidit.* 3) *Reuss fluvium potius.*

1308. pluribus vicibus penetravit, et sic[a] mortuus est anno
Maii 1. Domini M⁰CCC⁰IX.[b] Philippi et Iacobi. Homines in exercitu videntes suum dominum in alia parte Reni a propriis interfici et sibı non valentes subvenire, quocumque poterant fugierunt[c]; et in loco interfeccionis in anime sue remedium claustrum monialium[1] est constructum. Et sic[d] Albertus rex Romanorum, persecutor eciam cleri[e], in fine sui obitus gracia caruit clericorum; nam morte repentina absque confessione et omni sacramentorum gracia crudeliter exspiravit. Quia expertum est, quicumque clerum non tenet in reverencia satis digna, eum consecuntur tria mala: Primum malum, nam ab omnibus est infamis. Secundum, quod fortuna sibi novercatur[f] in hoc mundo. Tercium, namque in extremitate sue vite procul dubio carebit gracia clericorum.

Versus[g]: *Non amat hic verum qui persequitur nisi clerum,*
Proditor est rerum, tenet hic finemque severum.

1308. Anno Domini M⁰CC . .[b] Hainricus[h] comes de
(Nov. 27). Luczelburch[i] post obitum Alberti regis Romanorum a debitis electoribus canonice est electus; et cum regnare cepisset Hainricus[h] iam rex Romanorum, filium suum
1310. Iohannem Bohemis pro rege dedit, et Karinthianus[k], de quo prius mencio habita fuit[2], regnum Bohemie deserens ducatum Karinthianorum iterum est ingressus; et cum in[l] Karinthea diu regnasset, filiam suam[3] filio Iohannis
1327. regis Bohemie[4] copulavit, hoc facto anno Domini
1335. M⁰CCCXXXI.[m] viam universe carnis ingressus. Hiis visis de domino Hainrico rege Romanorum et amatore clericorum, phylosophie[n] flosculis illustrato nec non moribus sinceritatis adornato[o] regulisque iusticie decorato, aliquid est memorie revocandum. Cum igitur dominus Hainricus rex Romanorum filium suum, ut prefatum est, Bohemis pro rege dedisset, ipse dominus
1312. Hainricus iure imperiali Romam venit, ubi kathedre[p]
(Iun. 29). presidet[q] et factus est cesar, veluti ius imperiale ex-

a) *om.* *B* 1[b]. b) *ann. om.* *B* 1[b]. c) *sic* *B* 1[a, b]. d) *om.* *B* 1[b]. e) pers. in clerum *B* 1[b]. f) non vertatur *B* 1[a]. g) Unde v. *B* 1[b]. h) Heinricus *B* 1[b] *semper*. i) Luczelburgk *B* 1[a]. k) Karintheanum *B* 1[b]. l) *om.* *B* 1[a]. m) *ann. om.* *B* 1[b]. n) phye *B* 1[a]; prophecie *B* 1[b]. o) adornando *B* 1[a]; adorando *B* 1[b]. p) kathedra *B* 1[a]. q) presedit *B* 1[b].

1) *Königsfelden in pago Aargau.* 2) *P.* 697. 3) *Margaretam.* 4) *Iohanni Heinrico.*

postulat et requirit. Hoc facto cesar Heinricus, *totus *f. 50'. magnanimus, iustus, pius et pacificus, civitates et regiones 1312. contrarias sibi et[a] imperio subiugavit; et cum sic maleficos[b] deprimeret et iustos exaltaret et pacem secundum eius posse per orbem universum ordinaret, cesar Hainricus sepe dictus[c] cum in Florentia[d. 1] corpore Christi deberet 1313. procurari[e], loco vini calici toxicum infuderunt, et cum cesar Hainricus[f] post sacratissimi corporis Christi sumptionem[g] ex calice bibere deberet, ipse in bibendo ex *(Aug. 24).* calice per toxicum est occisus[h].

Anno Domini M⁰ . . . Iohannes papa kathedre 1316. presidet. In tempore illius cisma factum est in ecclesia; et duo Romanorum reges, scilicet Ludwicus dux pala- 1314. tinus et Fridricus filius Alberti[i], dux Austrie, sub discordia sunt electi. Hoc facto horum quisque cum magna milicia in Franchenfurt venit, ut in regem eligeretur; tamen[k] Ludwicus magis in debito loco est electus anno Domini M⁰CCCXIIII. Fridericus vero non *(Oct. 19).* ita in proprio loco extra civitatem[2] et a paucioribus *(Oct. 20).* electoribus iura imperialia sibi sumpsit. Item Fridericus dux Austrie congregato magno exercitu terminos Superioris Bavarie[l] per suum marschalcum[3] iussit devastare[m], Ludwicus vero ex opposito cum sua milicia aciem struens in Gamelstorff anno Domini M⁰CCC⁰XIII. Australes 1313. *(Nov. 9).* bellando vicit et ex eis plurimos captivavit, sed Australes per quedam placita[n] seductoria captivitatem[o] evaserunt.

Iterum Fridericus assumpsit secum Hainricum fra- 1322. trem suum, cum Australibus et Stiriensibus et Ungaris et paganis et cum episcopis, scilicet Salczburgense[4] et Pataviense[5], super Ludwicum ducem palatinum manu bellicosa equitabant. Ludwicus vero se simulans[p] inpotentem cum sua milicia et exercitu regis Bohemie in civitate latitabat. Fridericus vero cum magna pompa et strepitu in campis apparuit et circa civitatem Muldorf[q] cum exercitu moram fecit propter fratrem suum Lupoldum, ducem de Alsaczia, qui cum quadringentis galeatis debuisset *in adiutorium venisse fratri suo pro *f. 51. imperio iam laboranti. Sed in temporis protraccione

a) *om. B* 1a. b) malificos *B* 1a. c) Heinr. predictus *B* 1b. d) florenti *B* 1a. e) curari *B* 1b. f) *om. B* 1b. g) sumptione *B* 1a. h) *desinit B* 1b, *ubi altera manu add.:* per Predicatores MCCCXIII. i) abbati *c.* k) cū *c.* l) *om. c.* m) de austrare *c.* n) placida *c.* o) captiuatem *c.* p) similans *c.* q) muldos *c.*

1) *Cf. supra p.* 345, *n.* 1. 2) *Frankfurt.* 3) *Dietricum de Pilichtorf; Cont. Zwetl. III, SS. IX, p.* 664 *sq.* 4) *Friderico III.* 5) *Alberto.*

1322. Ludwicus ante dictus et rex Bohemie Iohannes contra
Fridericum manu bellica processerunt. Fridericus vero
in quodam prato habitans nomine Emphing inter duas
valles flumine mediante taliter, quod Ludwicus et Io-
hannes principes sepe fati propter flumen quod dicitur
[Ysen[a]] Fridericum accedere non valebant. Iohannes
vero rex bellicosus flumen perlustrans[b] vada propter
transitum exercitus in brevi temporis spacio demon-
strabat, et omnis milicia Ludwici et Iohannis vadum
inventum pertransivit. Iohannes autem rex bellicosus pro
Sept. 28. prima[c] belli congressione in die sancti Wenczeslai aciem
sibi struxit. Cui Hainricus dux Austrie cum Stiriensibus
audacter obviavit, sed ex utraque parte ambo viriliter
pungnaverunt. Statim[d] Ludwicus item[e] bellum contra
Fridericum est ingressus, qui paganos et Ungaros secum
duxit. Sed quia Ludwicus super Fridericum crucem
racione paganorum iussit predicare, et eius armigeri
confessi et contriti et sancta cruce bene muniti erant[f],
imperterriti multos de exercitu Friderici in die sancti
Wenczeslai occiderunt et ducem Hainricum cum multis
aliis ad captivitatem artaverunt. Sed Fridericus quasi
solus pungnans ad primipilum Ludwici[g] venit furendo[h] et
in partes panirium laniavit. Sed tandem Fridericus a
purgravio de Nurenberch[1] est detentus, qui presentavit
eum Ludwico, et Ludwicus ipsum plusquam per trien-
nium tenuit in captivitate in quodam castro quod
Trausenicht[i] nuncupatur. Rex autem Bohemie ducem
Hainricum duxit Pragam. Postea Fridericus coronam
regni lanceamque, quas[a] diu tenuerat, Ludwico resig-
1325. navit, et Fridericus sic a vinculis est ereptus. Hainricus
vero civitates, scilicet Cznoym et Weytra et Lag, regi
Bohemie pro pecunia sue redempcionis obligavit. Post
tempus vero paucum Hainricus Wyenne infirmitate[a] que
1327. *(Febr. 3).* dicitur ethyca[2] ab hoc seculo migravit. Fridericus eciam
**f. 51'.* propter nimiam tristiciam *et dolorem in eandem[k] in-
cidit infirmitatem et in ea[l] longo tempore egrotavit. Sed
Ludwicus, de quo prius mencio habita fuit, senciens
Fridericum esse inpotentem — nam sibi in bello bina
vice triumphavit — in imperio fortiter laboravit. Sed

a) *om. c.* b) plustrans *c.* c) bella *add., del. c.* d) Fri *add., del. c.* e) idem *c.* f) quia *c.* g) primipulum ludwicus *c.* h) *correxit Watt.;* finēdo *c.* i) transenich tunc *c.* k) eadem *c.* l) eo *c.*

1) *Friderico IV. Cf. supra p.* 353. 2) *I. e. hectica febris.*

dominus Iohannes papa predictus propter quosdam excessus, ut dicitur, Ludewicum in sua gracia non habuit, ipsum in diversis provinciis excommunicando ubicumque potuit impedivit, et ambo se invicem vituperantes quasdam litteras cum enormibus articulis sibi mutuo direxerunt.

Item dominus papa quendam episcopum[1] sibi prius 1316.
notum ad se vocavit et illum, ut dicitur, pro suis
excessibus captivavit et excoriando degradavit et ultimo
igne consumavit. Tamen Iohannes papa predictus magnam graciam faciens multos pauperes beneficiis ditavit. Item Ludwicus, qui se regem dicebat Romano-
rum, antipapam[2] minus debite creavit; et cum ille in 1328.
errore per aliquod tempus permansisset, errorem suum
recognovit et ad oscula pedum sanctissimi patris nostri 1330.
se humiliter prostravit, et sic antipapa sponte penitenciam subiit et intravit. Penitet eciam tunc temporis, quod duo fuerunt apostolici et duo reges Romanorum, quorum duo rite et racionabiliter, alii vero minus[a] debite sunt electi. Iste contra voluntatem apostolici
Romam veniens kathedre presedit, tamen in partibus 1328.
Lambardie diu morari non potuit propter aliquos sibi
ex parte apostolici resistentes et partes Almanie iterum 1330.
visitavit. Item Fridericus, de quo prius mencio habita fuit, gravatus infirmitatibus pro regno secundum suum desiderium non valuit laborare et Ludwicum sine sua sponte regnare permisit[b]; et cum in regno proficere non potuit ipse Fridericus, ducatum Austrie sibi voluit reservari. Tunc minor frater suus dictus Otto eciam debitam partem ducatus Austrie et Stirie habere cupiebat, quam frater senior sepe dictus sibi tradere dene-
gabat. Otto non videns se proficere in sue partis ex- 1328.
torsione se regi Ungarie[3] *et regi Bohemie subiugavit, *f. 52.
et illi[c] cum magna potencia Austriam intraverunt, terram Australicam penitus devastantes. Hoc facto Otto prius dictus cum suo fratre antedicto concordavit, sed Fridericus in viribus corporalibus deficiens et in potencia
militari morte est preventus anno Domini $M^{0}CCC^{0}XXIX$. 1330. (Ian. 13).
Friderici regimen taliter habet finem.

Sit laus Deo!

a) nimis *c.* b) pro misit *falso compendio scripto c.* c) illum *c.*

1) *Caturcensem Hugonem Geraldi.* 2) *Petrum de Corvaria, dictum Nicolaum V.* 3) *Karolo Roberto.*

ADDITAMENTUM.

Cod. B 1[a].

Forte tunc sequebatur tunc[a] regimen ipsius Karoli quarti imperatoris, regis Bohemie. Deinde eius filii regis Wenczeslay. Deinde regimen breve margravii Iodoci de Moravia, avunculi priorum regum Bohemie, per resignacionem et eleccionem assecutus[b].

Nunc autem regnat Sigismundus rex Ungarie in nono anno eius eleccionis et pronunc sub anno Domini
1421. *Maii* 1. M⁰CCCC⁰XXI⁰ circa festum ascensionis Domini cum maxima multitudine Ungariorum et Polonorum[c] duos electores imperii et consilia et ambasiatores civitatum regalium in Nůrenbergam ad celebrandum concilium reverenter accessit[1]. Proficiat eis! Interim Hussones in Praga fortiter regnant et plures civitates, opida et castra infinita destruxerunt et montes Kuttnis per fallaciam eis subiugaverunt et plures Polonos[d] armigeros et[e] Christianos heu! conbusserunt etc.

Expliciunt Cronice Romanorum per manus Oswaldi
1426. de S. . . . a[f] anno Domini M⁰CCCC⁰XXVI. in vigilia
Oct. 31. omnium sanctorum[g].

CONTINUATIO VII.

Ex B 3 *(editione Pistorii).*

1270. Anno Domini MCCLXX. incepit esse fames valida
Iul. 25. in festo sancti Iacobi apostoli[2].

1273. Anno Domini MCCLXXIII. creatus est in regem Romanorum comes de Habeschborg in festo sancti
Sept. 29. Michaelis archangeli.

1274. Anno Domini MCCLXXIIII. concilium generale
Maii 1. fuit in Leuno celebratum in festo sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi sub Gregorio decimo papa.

1276. Post hunc papam fuit Innocentius V, post quem Adrianus sequens, post illum Iohannes[h] fuit. Nicolaus III. huic successit, Martinus vero post illum fuit. Huic successit Honorius IIII, sed huic anno Domini
1288. MCCLXXXVIII. Nicolaus IIII. successit.

a) *sic iterum c.* b) *sic c.* c) polorum *c.* d) polones *c.* e) 9 *add., sed del. c.* f) *circ.* 4 *litterae erasae.* g) *sequitur versus:* Tres digiti scribunt, totum corpusque laborat. h) Ioannes *ed.*

1) *Sed ad principes ipsum Nurnbergae expectantes non pervenit.* 2) *Cf. SS. XXX, p.* 626, *n.* 2.

Anno Domini MCCLXXIX. rex Bohemorum dictus 1278.
Octacker victus fuit a Rudolpho rege Romanorum in
prelio III. die post festum Bartholomei apostoli. In *Aug.* 26.
eodem conflictu occisus est rex Bohemus.

Anno Domini MCCXCI. obiit rex Rudolfus in 1291.
divisione apostolorum. Et in eodem anno in Idibus *Iul.* 15.
Septembris per diversa loca terremotus factus. *Sept.* 13.

Anno Domini MCCXCI. capta est civitas Accon a
Sarracenis in die Potentiane virginis[1]. *Maii* 19.

Anno Domini MCCXCII. electus est in regem 1292.
Romanorum comes Adolfus de Nassowe in inventione
sancte crucis[2]. *Maii* 3.

Anno Domini MCCXCVIII. in die Processi et 1298. *Iul.* 2.
Martiniani rex Adolfus Romanorum[a] in prelio occisus
est non longe a Moguntia ab Alberto duce Austrie, filio
quondam Romanorum regis Rudolphi de Habesborch,
ipsum episcopo[b] Moguntino cum aliis baronibus et nobilibus adiuvante. Idem Gerhardus Moguntinensis episcopus, dictus de Eppenstein, cum *aliis electoribus quibusdam regni Romani dictum ducem ante prelium et
mortem regis Adolphi in Romanum regem in Moguntia
elegerunt et, licet non eque, eundem post prelium in
Aquisgrani coronaverunt et regem confirmaverunt, cum *(Aug. 24).*
tamen idem dux ministerialis fuerit regis Adolphi. Et
hec conspiratione pessima sunt acta.

Anno Domini MCCXCIIII. papa Bonifacius nomine[c], 1294.
antea Benedictus, papam Iohannem[d][3], virum sanctum,
concorditer[e] electum, ab officio papali[f] subtiliter amovit, et idem papa permansit, tenensque[g] papam Iohannem[d] in bona custodia usque ad eius mortem. Ab aliquibus in dubium vertitur, quod non potuerit papa Iohannes[h] papale officium resignare. *(Dec. 13).*

Anno[4] Domini MCCC, dum civitas Accon et tota 1300.
Terra Sancta in potestate gentilium steterit VIII annis,
rex Tartarorum nomine Gazan potenter cum suis, rege
Armenie[5] ipsum adiuvante, Terram Sanctam introierunt[i]

a) Romae *ed.* b) episcopum Moguntinum *ed.* c) *fort. corrigendum* nominatus antea. d) Ioannem *c.* e) et conc. *Cron. Reinh.* f) populi *ed.* g) tenens ipsum Ioh. *Cron. Reinh.* h) Ioannes *ed.* i) intr. — Sanctam *ex Cron. Reinh. suppl., quod in ed. omissum est oculo librarii a priore* Sanctam *ad inferius aberrante.*

1) *Potius in vigilia eius (Maii* 18*).* 2) *Potius die Maii* 6. 3) *Caelestinum V. Haec in Cron. Reinhardsbr., SS. XXX, p.* 639, *exscripta sunt, ex ea a Theod. Pauli, Focke p.* 80. 4) *Haec in Cron. Reinhardsbr. p.* 642. *exscripta sunt.* 5) *Haithone II, tunc regnante Leone IV.*

1300. et manu preliosa totam Terram Sanctam usque Damascum
hostiliter acquisierunt, in duobus conflictibus LXX milia[a]
hominum gentilium ad arma valentium occiderunt, preter
reliquum populum, cuius numerus non poterat determi-
Dec. 25. nari. Idem rex Tartarorum a nativitate Domini usque
1301. ad Maium permanens in Damasco potenter, mittens[b]
Maio. suos solemnes nuncios summo pontifici Bonifacio, petens
et desiderans, ut omnes Christiani advenirent Terram
Sanctam accipiendo et possidendo, quam ipsis animo
libenti vellet dare. Et vocavit principaliter III ordines,
Templarios, Hospitalarios et fratres Alemannos, in ipsis
suis literis domino apostolico ad Romanam curiam
destinatis[1].

1298. *Sept. 7.* Anno[2] Domini MCCXCVIII. in vigilia nativitatis
domine nostre Veneti[c] cum nonaginta armatis galeidis
et Ianuenses[d] cum totidem galeidis armatis in mari con-
venerunt, a Venetiis vix quinquaginta miliaria[e] Latina,
et immensum[f] conflictum pariter habuerunt. Sed tamen
Ianuenses[d] prevaluerunt, et Veneti occubuerunt, et quasi
omnes eorum galeidas combusserunt et submerserunt,
populum vero captivum deduxerunt et innumerabiles ex
1299. eis occiderunt. Et ipso anno prenotato[3], cum avidissimi
essent inimici et diu fuissent, perpetua pace sunt re-
conciliati.

APPENDIX.

I. *CONTINUATIO CHRONICI VETEROCELLENSIS.*

In codicis universitatis *Lipsiensis*, *qui Chronicon Veterocellense usque ad a.* 1261. *manu saec. XIII. scriptum continet, supra p.* 498. *A* 2 *dicti, extremo folio* 49, *olim vacuo relicto, continuatio brevis manu saec. XIV. subiuncta est, cuius pars prior a.* 1248—1269. *ex Cronica Minore eiusque Continuationis VI. parte I. monachi Cisterciensis Thuringici*[4] *et Martini Oppaviensis Chronico con-*

a) millia *ed.* b) *sic ed. et Cron. Reinh.* c) et *add. ed.* d) Iannenses *ed.* e) milliaria *ed.* f) et in imm. *ed.; Lat.* in imm. *Cron. Reinh.*

1) *Cf. Potthast, Reg. pont. nr.* 24937. 2) *Haec in Cron. Reinhardsbr. p.* 641. *exscripta sunt.* 3) *A.* 1299. *mense Maio.* 4) *Cf. supra p.* 499 *sq.*

gesta est. Monachus igitur Cisterciensis monasterii Veterocellensis ex quodam coenobio Thuringico sui ordinis codicem nactus erat similem nostrorum B 1.1^{a}, *in quo Continuatio V. et Continuationis VI. narratio anni* 1269, *quae in codice B* 1^{a} *legitur, et fortasse plura usque ad a.* 1276 [1], *sed nondum Continuationes Bavarica et Bohemica additae erant* [2]. *Ipse tunc pauca de regibus usque ad a.* 1314. *regnantibus circa a.* 1320. *adnotavisse videtur. In qua parte eum Annales Veterocellenses exscripsisse non apparet. O. H.-E.*

Wilhelmus XCIII. *f.* 49a.

Wilhelmus comes Hollandie denuo contra ipsum Fridericum electus est regnavitque annis tribus et occisus est a Frisonibus, ambo benediccione inperiali carentes. (*Cr. Minor.* / *Martin. Opp.*)

Huius tempore, anno Domini M^{0}CC^{0}X^{0}LVIII^{0} [3] sanctus Ludwicus rex Francie claruit. (*Cr. Minor.*) Eodem tempore regis Ferrandi in Tholeto Hyspanie quidam Iudeus conminuendo unam rupem pro vinea amplianda in medio lapidis invenit concavitatem unam et nullam divisionem habentem neque scissuram. (*Martin. Opp.*) Et in cavitate [a] illa reperit unum librum quasi folia lignea habentem; qui liber tribus lingwis scriptus erat, Hebrayce, Grece et Latine, et tantum de littera habebat quantum unum psalterium, et loquebatur de triplici mundo ab Adam usque ad Antichristum, proprietates hominum cuiuscumque mundi exprimendo. Principium vero tercii mundi posuit in Christo sic: *In tercio mundo filius Dei ex Maria virgine nascetur et pro salute hominum patietur.* Quod legens Iudeus cum omni domo sua baptizatus est. Erat etiam in libro scriptum, quod tempore Ferrandi regis Castelle liber debeat inveniri.

Circa annum Domini M^{0}CCLXII^{m} Nonas Augusti post horam nonam fuit eclipsis solis generalis, ut videtur, in Teutonica regione. (*Cr. Minor.*) Et in vigilia apostolorum Symonis et Iude ad tria milia circiter prope Hallis Albertus langravius Turingie et germanus suus Theodericus marchio de Landisberc, filii senioris marchionis Misnensis Heinrici, Saxones devastantes in multitudine gravi et manu valida terras eorum et dyocesim Nuwenburg, facientes incendia et asportantes spolia multa, prelio invaserunt. In quo conflictu crudeli et hostili odio fortissime a mane post ortum solis et usque post horam nonam dimicatum est. In hoc bello Albertus dux de Brunswik, strennuus in armis et vir bellator, vulneratus et captus est. Insuper comites de Zwirin et Ebersteyn capti sunt. Preterea et vasalli nobiles et iudices et advocati *circiter XII captivati sunt. (**f.* 49b.) Similiter electa milicia in eodem bello usque ad quingentos quinquaginta et XVI viros in armis plenis permittente Deo cum maximo dampno suo, scilicet equorum et armorum, captivi ducti sunt in vinculis et detenti. Dux Albertus de Brunswik redemit se de captivitate cum VIII^{0} milibus marcarum et VIII^{0} castellis.

a) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 501. 2) *Cf. 'N. Archiv' VI, p.* 408. 3) *Hoc anno Wilhelmum electum esse Cron. Minor refert.*

Cr. Minor. Anno Domini M⁰CC⁰LXV. vel VI⁰ soldanus Babylonie impungnans Christianos in Terra Sancta cepit Azotum castrum fortissimum fratrum domus[a] Hospitalis, quod alio nomine Assur vocatur, in quo habitabant duo milia hominum, quos omnes cepit et occidit. Sed fratres milites domus Hospitalis et domus Templi CLXXX captivos ac stricte vinctos deduxit in Egyptum. Cepit etiam castrum et civitatem Cesaream necnon et civitatem que vocatur Cayphas.

Cr. Minor. Cont. VI. Anno Domini M⁰CC⁰LXIX. in civitate Muscie[b] prope Renum tres mulieres nobiles de civitate peperierunt tria monstra. Prima peperit caput bovis cum magnis cornibus et mortua est. Secunda etiam peperit capud bovis cum cornibus et postea puerum masculum et non est mortua. Tercia mortua est et incisa, et inventum est capud bovis in ventre eius, cuius cornua creverant[c] per cor eius.

Rudolfus XCIIII.

1273. Circa annum Domini MCCLXXIII. Rudolfus eligitur, qui prudens et fortunatus et diu regnans, anno
1278. Domini M⁰CC⁰LXXVIII. regem Bohemie Otakarum aggrediens bello vicit et occidit, fame et mortalitate
1291. maxima in Bohemia subsecutis. Mortuo in pace Rudolfo

Adolfus XCV.

1292. Adolfus comes de Naszwaw[b], vir inclitus in armis et virtuosus, eligitur anno Domini M⁰CC⁰XCII. Et con-
1298. spiracione[d] contra eundem Alberto duce Austrie, predicti Rudolfi filio, regnum de quorundam electorum assensu invadente, in bello quodam, ubi predictus Albertus fugam simulavit, cum quodam nobili viro de Ochsinstein[1] rex Adolfus personaliter congressus se mutuo occiderunt.

Albertus XCVI.

*f. 49c. *Post hec predictus Albertus regnum inopinate
1308. adeptus tandem a filio fratris sui occiditur. Omnesque supradicti a Friderico secundo benedictione inperiali caruerunt.

Heynricus XCVII[us].

Heynricus VIII[us], comes Lucenburgensis, eligitur,
1309. vir virtuosus et devotus, anno Domini M⁰CCC⁰VIII⁰.
1310. Hic de favore pape Clementis V.[e] Ytaliam et Lam-

a) domū hospital' *c.* b) *sic c.* c) creuerat *c.* d) facta *fort. addendum.* e) V^to^ *c.*

1) *Otto de Ochsenstein in proelio suffocatus obiit (cf. Ellenhardi Chron., SS. XVII, p.* 137; *Chron. Saxon. univ. Cont. Bavar. I. c.* 18, *'D. Chr.' II, p.* 331; *Matth. Neuenburg. cod. Vindobon. c.* 13, *cod. Vatic. c.* 33, *ed. Weiland p.* 14. 39*), sed eum ab Adolfo rege occisum esse solus hic, quod sciam, tradit.*

bardiam, fratre[1] occiso, Lateranum potenter ingressus, 1312.
favente papa apud Sanctum Iohannem per Ostiensem[2]
coronam inperialem adeptus est; obsessa Florencia nec
obtenta[a], filio suo[3] rege[b] Bohemie facto, non plene[c]
post coronam supervixit, febre eum veraciter corripiente[d] 1313.
moritur, in civitate Pysana sepelitur. Licet Domino permittente ad probacionem electorum de morte ipsius false religiosi aliqui suspecti habentur.

Ludwicus XCVIII[us].

Post hoc divisis electoribus in contencione duo 1314.
fratrueles eliguntur, scilicet Ludwicus dux Bavarie et
Fridericus dux Austrie, filius Alberti regis Romanorum,
inter quos, tunc vacante sede apostolica per bienium[e]
et domino Iohanne XXII. electo, concertacio longa fuit. 1316.

II. INDICULI ORDINUM RELIGIOSORUM.

I) In codice Monacensi *Lat.* 12260, *qui Cronicam Minorem quartae recensionis continet, supra p.* 511. *dicto C* 2, *eadem manu saec. XV, qua haec Cronica exarata est, f.* 157'. *indiculus ordinum scriptus est simillimus eius, qui ex codicibus Cronicae S. Petri, supra p.* 150 *sq., editus est. Cum in huius Cronicae parte altera Cronica Minor quartae recensionis exscripta sit, iam in codice a monacho S. Petri a.* 1276. *lecto et in archetypo quartae recensionis hic indiculus extitisse videtur, quamvis indiculus supra editus a quodam fratre Minore post a.* 1285. *ampliatus sit. Non dubito, quin auctor Cronicae Minoris similem huius indiculum adhibuerit*[4], *quocum nonnulli eius loci conveniant, sed cum hic in eiusdem codice scriptus sit, ex hac in illo quaedam addi vel mutari potuerunt; quod factum esse etiam mihi persuasum habeo. Sed cum non satis certo cognosci potuerit, quid auctor Cronicae ex indiculo, quid huius scriptor ex Cronica mutuatus sit, satis habui ad illius locos lectorem relegasse. In extrema parte Libri cronicorum Erfordensis infra editi*

a) ob|| *c.* b) rege *corr.* regi *c.* c) *fort.* non pleno anno. d) eum vacit' (*fort.* acriter) correptu *c.* e) *sic c.*

1) *Walramo.* 2) *Nicolaum II. Alberti.* 3) *Iohanne.* 4) *Qui etiam in quarta recensione (C* 2*) iterum exscriptus est, ut maxime patet supra p.* 554, *n.* *.

simillimum horum indiculum exscriptum esse iam supra p. 118. 150, *n.* 5. *adnotavi.*

II) Chronico Theoderici Engelhus in codice civitatis Hannoveranae chart. fol. a. 1436, *qui olim fuit conventus fratrum Minorum Gottingensis, postea ecclesiae S. Crucis Hannoveranae, subiuncti sunt duo indiculi ordinum*[1], *a scriba codicis aliunde descripti, quos ex hoc codice Leibnitius, SS. Brunsvic. II, p.* 87. *edidit, occasione data hoc loco emendatos repetivi. Prior eorum ex diversis indiculis*[2] *compilatus videtur esse, alterius maximam partem ex Indiculi sub I. editi exemplari alio, nonnulla ex Cronica Minore exscripta esse facillime perspicis.* *O. H.-E.*

I.

f. 157'.
CONFIRMACIONES ORDINUM.

Anno ab incarnacione Domini XXXI. in Kal. Maii cepit Christus predicare[3].

Anno ab incarnacione Domini XXXI. Christi ewangelio choruscante cepit regula et vita apostolorum iuxta[a] perfeccionem ewangelicam[4].

Anno Domini CCL. cepit monasticus ordo a beato Anthonio in Thebaida, et Paulus primus heremita claruit ibidem[5].

Anno Domini CCCLXX.[b] per Damasum papam et Ieronimum et Ambrosium cepit divinum officium cantari in ecclesia[6].

De ordine canonicorum regularium.

Anno Domini CCCCXXX. cepit ordo regularium canonicorum et lectio in mensa a beato Augustino Ypponensi episcopo[7].

Sancti Benedicti.

Anno Domini DXXVII. cepit ordo et regula monachorum a beato Benedicto in Monte Cassino in Campania[8].

a) *sic supra p.* 150; uti *c.* b) *sic supra p.* 150. *et infra p.* 710; CCCL. *c.*

1) *Folia codicis numeris non signata sunt. Indiculi post* registrum alphabeticum Cronice precedentis *scripti sunt.* 2) *Multi enim divulgati erant, ut SS. XVII, p.* 1. 722. *XXIV, p.* 43. 3) *Cf. supra p.* 533, *n.* **. 4) *Cf. supra p.* 533. *ad a.* 31. 5) *Cf. supra p.* 554, *n.* * *ad a.* 254. 6) *Cf. supra p.* 567. *ad a.* 368. 7) *Cf. supra p.* 574. *ad a.* 437. 8) *Cf. supra p.* 584.

De processionibus Gregorii.

Anno Domini DXCI. ceperunt processiones Rome a beato Gregorio papa contra pestem ingwinariam, et ab ipso divinum officium, tam diurnum quam nocturnum, in ecclesia ordinatur [1].

Bernhardi.

Anno Domini M^{0}XCVIII. cepit ordo Cisterciencium [a] a beato Bernhardo abbate in Burgundia [2].

Norberti.

Anno Domini M^{0}CXXVI. Norbertus archiepiscopus Magdeburgensis claruit [3], a quo Norbertini canonici.

Templariorum.

Anno Domini M^{0}CXXVIII. Ordo Templariorum a papa Honorio secundo confirmatur [4].

Theuthonicorum.

Anno Domini M^{0}CC. cepit ordo domus Theuthonice ab imperatore Heinrico quinto et Innocencio papa 3^{0} in Achon [5].

Minorum.

Anno Domini M^{0}CCVI. cepit vita sancti Francisci [6].

Predicatorum.

Anno Domini M^{0}CCXVI. confirmatur ordo Predicatorum a papa Innocencio 3^{0} [7].

De regula Minorum.

Anno Domini M^{0}CCXXIII. a papa Honorio 3^{0} datur et registratur regula fratrum Minorum [8].

II.
DE ORDINIBUS ECCLESIE.

Ordines ecclesie, quibus temporibus sint exorti:

Ordo apostolorum cepit circa annum Domini 40.

a) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 589 *sq.* 2) *Cf. supra p.* 635, *infra p.* 711. 3) *Ad a.* 1126. *haec in Cron. Minore, supra p.* 637, *cum Indiculus, supra p.* 151, *et Liber cron. Erford. ad a.* 1121. *haec habeant.* 4) *Cf. supra p.* 637. 5) *Cf. supra p.* 644. 6) *Cf. supra p.* 644 *sq.* 7) *Cf. supra p.* 649. 8) *Cf. supra p.* 651, *n.* *.

Anthonii cepit 250.
Regula, non ordo Basilii 380.
Canonicorum regularium sancti Augustini 430.
Nigrorum monachorum a sancto Benedicto 520.
Dominarum secularium vita cepit sub Lodewico primo 816.
Cluniacensis cepit 900.
Grandimontensis — 1070.
Cartusiensis — 1084.
Cistersiensis[a] — 1098.
Premonstratensis — 1120.
Templariorum — 1125.
Iohannitarum, Wilhelmitarum — 1140.
Teutunicorum, Predicatorum — 1200.
Minorum — 1210.
Sancte Clare — 1217.
Carmelitarum — 1220.
Heremitarum Augustini 1223.
Servorum sancte Marie 1230.
Beatorum martirum — 1250.
Spectancium — 1300.
Paulinorum, Templariorum destruitur — 1300.
De milicia Christi, quem fecit Iohannes 22us anno 1320.
Salvatoris cepit 1365, ab Urbano quinto confirmatus ad instantiam sancte Brigitte. Cuius nunc dicitur ordo.

Item alibi sic legitur:

Ante hominis lapsum Deus in paradiso instituit matrimonium.

Ante incarnacionem Domini institutus est ordo Hospitalentium a Iuda Machabeo. Et ordo Carmelitarum ab Helia in monte Carmeli.

Ind. ord. I. Post incarnacionem Domini anno 250. cepit ordo fratrum heremitarum a beatis Paulo et Anthonio, quorum successoribus in centum cellis regulam dedit beatus Augustinus.

ib. Anno Domini 370. per Damasum, Ieronimum et Ambrosium cepit divinum officium vigere in ecclesia.

Anno 430. cepit ordo regularium canonicorum ab Augustino.

Anno 527. cepit ordo nigrorum monachorum a Benedicto in Monte Cassino in Campania.

Anno 532.[b] ceperunt letanie a beato Gregorio Rome et officium etc.

a) Citersien̄ *post corr.* Cistersien̄ *c.* b) *numerus corruptus.*

Anno 1032.[a] cepit ordo Cistersiensis[b] a beato[c] Roberto abbate in Burgundia. *Ind. ord. I.*

Anno 1126. cepit ordo Premonstratensis[d] a Nortberto episcopo Magdeburgensi[e].

Anno 1128. cepit ordo Templariorum a papa Honorio 2^0 confirmatus.

Anno 1200. cepit ordo Teutunicorum ab imperatore Henrico V^0, ab Innocentio 3^0 confirmatus.

Anno 1206. cepit ordo Predicatorum et Minorum. Tunc fuit et concilium Lateranense sub Innocentio 3^0.

Anno 1216.[f] cepit ordo sancte Clare; tunc mater sancte Elizabeth occiditur. *Cr. Minor.*

Anno 1224. regula Minorum sumpsit inicium sub Honorio papa.

Anno 1228. sanctus Franciscus canonizatur a Gregorio IX^0.

Anno 1230.[g] sancta Elizabet obiit.

Anno 1317. fuit caristia magna et pestilentia. Similiter 1350.

III. DE ORDINATIONE ECCLESIAE ET MISSAE AUCT. MINORITA ERPHORDENSI.

In codice Mellicensi H 59, *supra p.* 508. *descripto, f.* 4^d—11^a. *eadem manu saec. XIV. in., qua Cronica Minor scripta, exaratus est libellus in duas particulas divisus, quo de statutis pontificum Romanorum ad officium ecclesiasticum pertinentibus agitur. Horum pleraque ex Cronica Minore excerpta sunt, nec conici potest hunc libellum potius ab auctore Cronicae Minoris exscriptum esse, cum collato libro Honorii Augustodunensis qui inscribitur Gemma animae invenies Cronicam Minorem magis cum hoc convenire quam libellum istum, in quo loci ex eo transscripti magis mutati sunt. Sed apparet hunc libellum in conventu fratrum Minorum Erphordensi conscriptum esse, cum diversae recensiones Cronicae Minoris in eo descriptae sint, quas in alia ecclesia insimul extitisse non facile credes. Unus enim locus in sola recensione A, alius in B. C. D tantum invenitur, lectio nonnullorum locorum cum solo codice C* 1 *(tertiae recensionis), in quo hic libellus continetur, aliorum cum libris A* 1. 2 *convenit, ut compluries indicavi. Tum iidem libri exscripti sunt, quos auctorem Cronicae Minoris adhibuisse supra vidimus, Gratiani Decretum videlicet et Gregorii IX. Decretales, Honorii Augustodunensis Gemma animae, Bonizonis Decre-*

a) *numerus corruptus.* b) Cistersieñ *c.* c) *sequitur* Roperto *del. c.* d) Premonstrateñ *c.* e) Magdebugeñ *c.* f) *lege* 1212. g) *lege* 1231.

tum[1]. *Innocentii III. papae libri de mysterio missae, quos in quarta recensione adhibitos esse supra p.* 509. *diximus, denique liber ignotus qui inscribitur Ordo Romanus*[2], *qui ter in hoc libello citatur. Ex uno eorum conicere potes locum quendam Cronicae Minoris de Caelestino I. papa ex hoc Ordine Romano sumptum esse, ut supra p.* 573, *n.* 1. *adnotavi, et quodammodo intellegere potes, quid liber ille ignotus continuerit.*

Hinc iam patet sane hunc libellum in codice a. 1272. *aut* 1273. *scripto, ex quo liber Mellicensis descriptus aut profectus est*[3], *extitisse, unde non malo iure conicere potes ipsum auctorem Cronicae Minoris hunc libellum composuisse. Quod etsi demonstrari facile non poterit, tamen eum lectoribus exhibendum esse duxi, ne quid omittam, quo quaestiones criticae ortae vel oriturae solvi possint. Socius Wilhelmus Eberhard libellum in exemplar transscripsit, ipse cum codice contuli.* *O. H.-E.*

**f.* 4d.

*SEQUITUR DE ORDINACIONE ECCLESIE.

*Bonizo, Decr. IV,*112. Postquam Constantinus, qui monarchiam tenebat imperii, a beato Silvestro XXX⁰IIII⁰ papa a sancto Petro baptismi meruit purificari sacramento anno Domini CCC⁰XVIII⁰ [4], tunc primum ab ipso lege promulgata[a] concessum est omnibus sub Romano imperio degentibus **f.* 5a. licite ecclesias fabricare. *Fuerunt tamen ab ipsis apostolorum temporibus loca Deo dicata, que a quibusdam oratoria, a quibusdam vero ecclesie appellabantur, sed non consecrabantur, in quibus populus Christianus conveniebat ad audiendum verbum Dei et percipiendum dominici corporis sacramentum, et ut ibi collecte fierent per unam sabbati[5]. Consecraciones autem altarium et eclesiarum prefatus papa sanctus Silvester primus fieri instituit[6], et ipse *Cr. Minor p.* 562 *sq.* papa basilicam sancti Salvatoris in palacio Constantini piissimi imperatoris et basilicam principis apostolorum[7] Petri Rome sollempniter consecravit.

ib. p. 583 *sq.* Agapitus papa I. instituit, quod nullus debet altaria consecrare nisi episcopus, et quod nullus presbiter dedicacionem ecclesie fingat; et constituit, quod nulla ecclesia, in qua paganus[b] est sepultus, dedicetur.

**f.* 5b. *ib. p.* 557. Felix papa I. instituit missas celebrari *super tumbas sanctorum et recondi reliquias sanctorum in altaribus.

ib. p. 641. 648. Alexander papa III. et Innocentius papa III. instituerunt, quod nullus novus sanctus in veneracione habeatur, nisi prius sit canonizatus a sede apostolica.

a) prouulgata *c.* b) pagagus, *manu s. XV. superscr.* paganus *c.*

1) *Cf. supra p.* 493. 2) *Cf. supra p.* 494. 3) *Cf. supra p.* 508, *n.* 3. 4) *Cf. supra p.* 561. 5) *Una sabbati est dies dominicus.* 6) *Hoc supra p.* 560. *ex Bonizonis Decreto exscriptum est, sed hic locus magis cum illo convenit.* 7) *Nota lectionem recensionum A. C* 1. 2.

Felix papa III. instituit ecclesias ab episcopis, non ab aliis presbiteris consecrari. *Cr. Minor p.* 578.

Melchiades papa constituit die dominico [non[a]] ieiunandum[b]. *ib. p.* 558 *sq.*

Pius papa recipit ab angelo, quod pascha die dominico celebrandum sit. *ib. p.* 550.

Eleuterius[c] papa et Victor papa I. constituerunt diem pasche die dominico celebrandum. *ib. p.* 550 *sq.*

Thelesphorus papa constituit, ut quadragesima fieri deberet ante pascha. *ib. p.* 549.

Martinus papa I. constituit die dominico celebrari et sexta feria ieiunari propter passionem Domini. *ib. p.* 600.

Leo papa I. constituit ieiunia IIII^or^ temporum. *ib. p.* 577.

Innocencius papa III. constituit vigilias apostolorum cum ieiunio servari preter Philippi et *Iacobi et Iohannis ewangeliste[1]. *ib. p.* 647. **f.* 5c.

Gregorius papa I. constituit letaniam maiorem cum ieiunio. *ib. p.* 589.

Leo papa III. constituit rogationes.

Calixtus papa I. constituit ieiunia similiter IIII^or^ temporum, et ipse cimiterium instituit. *ib. p.* 552.

Sixtus papa III.[2] constituit, ut missa celebretur super altare versus orientem et non aliter[3]. *ib. p.* 555.

Eugenius papa II. constituit, ut nullum altare consecretur nisi lapideum; et constituit, quod presbiter non celebret[4] nisi saltem ad minus super tabulam consecratam, scilicet altare portatile, et cum aliis debitis attinenciis. *ib. p.* 614.

Primus papa, princeps apostolorum Petrus ordinavit multos episcopos et presbiteros et dyaconos, Zacheum scilicet, Cornelium, Stephanum, Linum, Cletum, Clementem, Lazarum, Apollinarem, Marcialem, Dyonisium, Maternum et ipsum doctorem gentium sanctum Paulum et multos alios, quos misit Petrus per diversa loca predicare verbum *Dei et plantare ecclesiam. Similiter et alii apostoli, cum essent omnes archiepiscopi, plurimos archiepiscopos et episcopos et presbiteros ordinaverunt. *ib. p.* 543. 545. **f.* 5d.

Anacletus papa post Petrum III. constituit, quod[5] episcopi ieiuni ordinent clericos et cum missa. *ib. p.* 547.

Gayus papa constituit ordines clericorum: hostiarium, lectorem, exorcistam, acolitum, subdyaconum, dyaconum, presbiterum. *ib. p.* 557.

Innocencius papa I. constituit, ut quis carens aliquo menbro clericus non fieret. *ib. p.* 570.

Gelasius papa I. constituit, ut in IIII^or^ temporibus et in sabbato sancto ordines celebrentur; et constituit, quod clerici ordinandi de vita, de etate, de progenie et de scientia iussu episcopi examinentur et intytulentur digni; et constituit, quod servi proprii non ordinentur. *ib. p.* 579.

a) *om. c.* b) ieiunan *eras.* c) Elenterius *c.*

1) *Nota hunc locum propius quam Cron. Minorem ad Decr. Gregorii IX. l. III, tit.* 46, *c.* 2. *accedere, deesse etiam* et Barnabe, *quod supra p.* 647, *l.* 19. 20. *legitur, sed in laudato capite deest.* 2) *Hic tertius dicitur, quia supra p.* 554 *sq. Sixtus II. bis positus est.* 3) *Sic habet solus codex C* 1 *supra p.* 555, *n.* b. 4) *Nota lectionem codicum A. C* 2. 5) *Nota lectionem codicis C* 2.

Cr. Minor p. 583. Hormisda papa constituit, ut, si quis celebraverit missam, nisi prius fuerit presbiter rite[1] ordinatus, quod sit perpetuo a sacris ordinibus depositus ipso facto.

Sother papa constituit, quod mulier non ordinetur, et **f.* 6a. si ordinata fuerit, *non recipit caracterem.

ib. p. 596 *sq.* Deusdedit papa constituit, ut Symoniacus non celebret missam, et quod servi proprii et criminosi et etiam meretrices accusare possunt Symoniacos.

ib. p. 600. Martinus papa I. constituit, ut, quicumque procuraverit sibi virilia amputari, missam non celebret; et constituit, ut, quicumque facto vel dicto aut[2] precepto sive consilio homicidii reus est, missam non celebret.

ib. p. 608. Zacharias papa constituit, ut sacerdos stans cum baculo missam non celebret nec velato capite.

ib. p. 644. Celestinus papa III.[a] constituit, ut nullus duos sacros ordines uno die recipiat[3]; et constituit, ut bigami non ordinentur. Lucius papa similiter hoc ipsum instituit[4].

ib. p. 633. Alexander papa IIus constituit, ut, si ordinatus quis non est baptizatus[5], baptizetur et iterum ordinetur.

ib. p. 555. Stephanus papa I. constituit, ut in episcopum non eligatur aliquis, nisi ad minus sit XXX annorum.

ib. p. 564. Sixtus papa et Marcus papa constituerunt, ut Hostiensis epi- **f.* 6b. scopus *papam consecret et pallio utatur.

ib. p. 616. Nicolaus papa I. constituit, ut nullus iudicet causam pape, sed papa potest iudicare se ipsum, nisi papa esset devius a fide.

ib. p. 547. Anacletus papa constituit, ut episcopus quilibet non minus quam a tribus[6] episcopis ordinetur, sicut habuit a sancto Petro.

ib. p. 558. Marcellus papa constituit primo in urbe Roma XXV cardinales.

ib. p. 549. Iginus papa clerum constituit et gradus distribuit.

ib. p. 555. Dyonisius I.[7] ecclesias primo presbiteris distribuit et parrochias divisit.

ib. p. 548. Euaristus papa in urbe Roma titulos divisit cardinalibus presbiteris et dyaconibus.

ib. p. 573. Sixtus papa IIII.[8] constituit, ut nullus clericus in parrochia alterius presumeret aliquid[9] iudicare.

ib. p. 583. Felix papa IIIIus constituit, ut anniversarius consecracionis ecclesiarum et episcoporum annis singulis sollempniter celebretur.

ib. p. 630. Leo papa IX. constituit, ut iuxta ecclesias fiant claustra ad disciplinam servandam.

ib. p. 616. Iohannes papa VIIIus constituit, ut nullus iudex *vel comes[10] **f.* 6c. tractet causas sanguinis in ecclesia vel placita secularia in domibus ecclesiarum.

a) const. III. *c.*

1) *Nota lectionem codicis C* 1 *supra p.* 583, *n.* c. 2) *Nota lectionem et cum C* 1 *concordantem et ab eo differentem, supra p.* 600, *n.* o. p. 3) *Hoc deest in rec. A.* 4) *Scil. in Decr. Greg. IX. l. I, tit.* 21, *c.* 2. *Quod in Cron. Minore non legitur.* 5) *Cf. p.* 633, *n.* b. 6) *Hoc loco lectio codicis C* 1, *supra p.* 547, *n.* a, *non repetita est.* 7) *Primus hic dicitur, quia duo Dyonisii supra p.* 555 *sq. falso positi sunt.* 8) *III. potius; cf. supra p.* 713, *n.* 2. 9) *Cf. p.* 573, *n.* y. 10) *Nota lectionem codicis C* 1, *supra p.* 616, *n.* a.

Cr. Minor p. 541 sq.
Petrus apostolus a paganis captus et ad ludibrium Christianorum barba est rasus et capite decalvatus et in gyrum attonsus, et hoc ipse Petrus deinceps in ecclesia fieri instituit in mysterio.

ib. p. 550.
Anicetus papa instituit, ut clerici habeant coronam in modum sperule et ut comam non nutriant.

ib. p. 548.
Anacletus papa instituit, ut clericus non comam nutriat nec barbam.

ib. p. 577.
Leo papa I. instituit, ut in picturis ecclesiarum habeantur ymagines sanctorum, et quicumque ipsas ymagines sanctorum[1] inhonestaverit, excommunicetur.

ib. p. 592.
Sanctus Gregorius papa I. et Urbanus papa II.[2] constituerunt, ut ordo subdyaconatus sit sacer, et si contraxerit matrimonium, non tenet.

ib. p. 550.
Sother papa instituit, ut nulla femina ministret presbitero ad altare, et quod nulla femina aput aliquem clericum in hospitio maneat, de qua suspitio haberi[3] possit.

*f. 6d. ib. p. 601.
Concilium *Constantinopolitanum constituit, scilicet sexta synodus, et Gregorius papa I. et Stephanus papa et Urbanus papa II. et Alexander papa II.[4] et Lucius papa III, ut nullus presbiter vel dyaconus sive subdyaconus concubinam habeat vel uxorem in occidentali ecclesia[5].

Sequitur de horis.

ib. p. 589.
Sciendum est, quod olym divinum officium in ecclesia agebatur, prout unicuique[6] bonum videbatur. Unde bone memorie Theodosius imperator anno Domini CCC⁰LXXX⁰IIII⁰ sub Damaso[a] papa I. concilium aput Constantinopolim CL episcoporum[b, 7] congregavit, in quo omnes hereses dampnavit et divinum officium pro tota ecclesia postulavit ordinari. Quod negotium Damasus[c] papa beato Ieronimo (ib. p. 590.) tunc in scripturis[8] eruditissimo iniungere iudicavit. Ieronimus itaque in Bethleem, ubi Dominus nasci voluit, psalmos ad nocturnos et ad reliquas horas distribuit. Ad misse[d] vero officium lectiones *et ewan- (*f. 7a.) gelia ex Novo et Veteri[9] testamento collegit, prout tempori et stacioni congruere vidit. Hoc officium concilium[e] et cum[f] papa Damaso cantari instituit. Damasus vero papa psalmos die noctuque in ec- (ib. p. 567.) clesia tam a clericis quam a religiosis cantari instituit. *Gloria patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum Amen* (ib. p. 561.) synodus[g] Nycena composuit[10], sed Ieronimus apposuit: *Sicut erat in principio et nunc et*

a) damasio, i *eras. c.* b) epos *c.* c) damasius *c.* d) missam *c.* e) *supple* collegit. f) tum *c.* g) amen. Synodus *distinctum in c.*

1) *Hoc verbum deest C* 1. 2) *Cf. Grat. Decr. I, dist.* 32, *c.* 10. 3) *Neque hoc loco lectio falsa codicis C* 1 fieri *repetita est.* 4) *Vide supra p.* 633. 5) *Hoc de Eugenio I. et II. et Benedicto X. dicitur supra p.* 600 *sq.* 614. 633. 6) *Nota lectionem codicum A* 1. 2. 7) *Duo loci Cron. Minoris, supra p.* 568. *et p.* 589, *hoc loco coniuncti sunt.* 8) *Nota haec duo verba in C* 1 *supra (p.* 590, *n.* a*) omissa esse.* 9) Novo et Veteri *habet etiam solus codex C* 1, *quod supra p.* 590. *non adnotavi.* 10) *Haec verba magis conveniunt cum Honorii Gemma animae I*, 87. *quam cum locis Cronicae Minoris p.* 561. *et* 567, *qui hoc loco coniuncti sunt.*

Cr. Minor p. 567. 590. *semper.* Et hoc Damasus[a] papa cantari constituit. Postea Gelasius papa et Gregorius papa maxime collectas[1], secretum et com- *ib. p.* 570. 590. plendas et cantum[b] addiderunt. Ambrosius Mediolanensis ymnos composuit, sed Gregorius sanctus papa ipsos cantari instituit[2]. *ib. p.* 570. Ambrosius et Augustinus episcopi *Te Deum laudamus* compo- *ib. p.* 592. suerunt, sed Gregorius papa cantari instituit. Sanctus Gre- *ib. p.* 591. gorius papa officium quadragesimale a capite ieiunii incepit. Post epyphaniam et post[3] penthecosten ipse Gregorius papa ordinare **f.* 7b. curavit, *ut tot officia semper habeamus, quod[c] dominice possunt evenire; et constituit post tempus beati Petri apostoli[4] festum sancti Pauli apostoli in diversis officiis observari, quamvis uno die *ib. p.* 592. passi fuerint. Sic iste sanctus Gregorius papa pene omnia officia ecclesiastica ordinavit. Sed hystoriam de sancta trinitate Stephanus Leodensis[c] apposuit. Magister quoque Karuli Magni regis Albinus nomine ex rogatu sancti Bonifacii archiepiscopi missam de sancta *ib. p.* 543. trinitate composuit. Antiphone autem in Antiochia per angelorum cantum et per sanctum Ignatium patriarcham, quem Petrus apostolus ordinavit ibi, inicium habuerunt, et exinde ad cunctas transivit ecclesias cantare antiphonas. Sanctus Gregorius papa similiter anthiphonas cantari instituit[5]. Nam antiphonarium ipse fecit[6] et de sanctis et de defunctis officia ipse ordinavit. *ib. p.* 590. Sanctus Gregorius papa de martiribus et de confessoribus **f.* 7c. atque de sancta Dei genitrice, *de dominicis et de feriis et letaniam[7] de diversis conciliis et apostolicis in unum collegit et divinum officium ordinavit et cantari instituit. Unde ipse Gregorius fuit et vocatur divini officii ordinator.

ib. p. 604. Gregorius papa III. festum[8] omnium sanctorum instituit celebrari in Kal. Novembris, quod prius Bonifacius papa IIII. in Pantheon constituerat festum omnium martirum. Iste Gregorius papa III. ordinavit sanctum Bonifacium archiepiscopum in *ib. p.* 634. Moguntia et pallium ei dedit. Insuper Gregorius papa VIIus, ut sanctorum martirum et sanctorum Romanorum pontificum sollempnitates cum pleno officio celebrentur[d], instituit.

EXPLICIT DE ORDINACIONE ECCLESIE.

INCIPIT DE ORDINACIONE MISSE.

ib. p. 543. Per Clementem papam ipse beatus Petrus ornamenta altaris *ib. p.* 546. et pontificalia et sacerdotalia ordinavit, et ita Clemens tradente Petro apostolo usum sacrarum vestium ex lege sumpsit ad celebrandum **f.* 7d. *missas, scilicet baculum pontificalem, anulum, pallium et ceterarum

a) damasius *c.* b) cant *c.* c) *sic c.* d) celebrare *c.*

1) *Cf. supra p.* 579. 590. 2) *Iterum duo loci, p.* 570. *et p.* 590, *coniuncti sunt.* 3) *Nota lectionem codicum A* 1. 2. 4) *Nota lectionem codicum C* 1. 2, *in sequentibus eam recensionum A. C* 1. 2. 5) *Cf. Honorii Gemma animae I,* 87. 6) *Cf. Iohannis diac. Vita Greg. I,* 6: Antiphonarium . . . compilavit. 7) *Hoc verbum ex p.* 589. *Sequentia verba in recensione A non exstant.* 8) *Nota lectionem codicis C* 1.

vestium formam dedit et servari censuit. Toletanum concilium id ipsum statuit.

Stephanus papa I. constituit in sacris vestibus missas celebrari, et quod vestes sacre ad cottidianum usum non habeantur. *Cr. Minor p.* 555.

Alexander papa I. constituit salem et aquam aspersionis fieri in dominicis diebus. *ib. p.* 548 *sq.*

Toletanum concilium et Ordo Romanus constituerunt[a] sacras vestes et lampades oley haberi et lumina de cera in ecclesia et lampades.

Thelesphorus papa et concilium Agathense constituerunt[a], ut, antequam presbiter missam celebret, matutinam[b] et primam dicat.

Sanctus Gregorius papa et Innocentius papa III. constituerunt[a] ante missam dici psalmum: *Quam dilecta* cum orationibus.

Christus dominus noster corpus suum et sanguinem sub speciebus panis et vini dedit discipulis suis et tunc missam instituit[1]. Matheus*: *Cenantibus autem illis* ***accepit Iesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait: 'Accipite et comedite, hoc est corpus meum'. Et accipiens calicem gracias egit et dedit illis dicens: 'Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti'.* Et Lucas* ait: *Hoc facite in meam commemoracionem.* Ieronimus dicit in glosa[2]: *Postquam typicum pascha fuerat inpletum*[c]*, id est postquam agni carnes cum apostolis commederat,* corpus suum dedit, quia necesse fuit pascha typicum prius consummari et sic veri pasche sacramenta substitui. *26, 26—28. ***f.* 8a. *22, 19. *Grat.*

Petrus apostolus primam missam in Antiochia celebravit cum tribus orationibus, scilicet cum illa que dicitur super panem et cum illa que dicitur super vinum[3] et *Pater noster*. *Cr. Minor. p.* 541.

Thelesphorus papa constituit tres missas in nativitate Domini. *ib. p.* 549.

Leo papa IIII. et Innocencius III.[4] constituerunt[a], ut nullus presbiter cantet plus quam unam missam in die, nisi festum haberet aut[d] funus; tunc *liceret dicere duas vel pro infirmis vel pro hospite sublimi. *ib. p.* 615. **f.* 8b.

Zozimus papa constituit cereum benedici in sabbato sancto. *ib. p.* 572.

Sub Pelagio papa I. constitutum est[e] festum purificacionis beate virginis et benediccio[f] cereorum. *ib. p.* 585 *sq.*

a) ꝯstit' *semper fere c.* b) Mat' *c.* c) completum et agni *Hier. et Grat.* d) an *c.* e) constit' ēē (esse) *c.* f) benediccōm *c.*

1) *Hoc loco auctor Honorii Gemmam animae I,* 86. *secutus esse videtur.* 2) *Super Matthaeum IV,* 26, *v.* 26—28, *Opera ed. Dom. Vallarsius VII, p.* 216, *sed auctor haec procul dubio exscripsit ex Grat. Decr. III, dist.* 2, *c.* 88. 3) *Cf. Honorii Gemma animae I,* 86: dum (apostoli) super panem et vinum verba quae Dominus dixit et dominicam orationem dixerunt. 4) *Cf. Decr. Gregorii IX. l. III, tit.* 41, *c.* 3.

Gregorius papa I. constituit benediccionem cinerum et psalmorum ante missam.

[*Cr. Minor p.* 572.] Celestinus papa I. constituit ante missam psalmum: *Iudica me, Deus,* quia ex hoc psalmo colligitur confessio generalis, quam Ordo Romanus habet.

[*ib. p.* 590.] Sanctus Gregorius papa I. introitum constituit et versum[a] de psalmo[1] et dici instituit.

[*ib. p.* 561. 567.] Nicenum concilium et sanctus Ieronimus composuerunt *Gloria patri.* Hoc Damasus[b] papa ad horas post psalmos [cantari[c]] constituit, sed sanctus Gregorius dici in missa *Gloria patri* constituit.

[*ib. p.* 560.] Silvester papa I. de Greco[2] sumpsit *Kyrieleison*[d], *Christeleison, Kyrieleison* et in missa dici constituit, sed sanctus Gregorius papa ad horas et ad missam *Kyrieleison*[e] dici constituit[3].

[*ib. p.* 549.] Thelesphorus papa *Gloria in excelsis* in nativitate Domini dici constituit, sed Hylarius Pictaviensis episcopus ab eo loco: *Laudamus* [*f. 8c.] *te* usque in finem *Gloria in excelsis* perfecit *et composuit[4].

[*ib. p.* 582.] Anastasius papa IIus[5] *Gloria in excelsis* in dominicis et in festis cantari constituit.

[*ib. p.* 579.] Gelasius papa I. et Ambrosius collectas composuerunt, ex [*ib. p.* 590.] illis quasdam sanctus Gregorius accepit, alias ipse composuit et dici in horis et in missa constituit.

[*ib. p.* 547.] Anacletus papa *Pax vobis* et *Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo, Amen* dici constituit.

[*ib. p.* 590.] Et sic Gregorius papa ecclesiastica officia ordinavit, ut prima oratio in missa cum epistola et ewangelio concordet. Ambrosius prophetias[f] et Ieronimus collegerunt, sed sanctus Gregorius papa legi constituit. Ieronimus epistolas collegit, sed Damasus[b] [*ib. p.* 590.] papa I. et sanctus Gregorius legi constituerunt. Ambrosius graduale composuit, sed Gregorius papa cantari instituit. Ambrosius Alleluia composuit, sed Gregorius papa aliquod Alleluia [*ib. p.* 601.] eciam composuit et cantari constituit. Vitalianus papa et Gelasius papa I. et Ambrosius aliqua de cantu composuerunt, sed Gregorius papa I. aliqua de illis recepit et per se composuit et cantari instituit.

[*ib. p.* 633.] Alexander papa IIus dimitti *Alleluia* a *septuagesima usque [*f. 8d.] ad pascha constituit.

a) v̓ *c.* b) damasius *c.* c) *om. c.* d) Ky. X. K. *c.* e) Ky. *c.* f) *corruptum; legendumne* psalmos?

1) *Cf. Iacobi Leg. Aurea, SS. XXIV, p.* 169; *Honorii Gemma animae I,* 87. 2) *Haec lectio solius codicis C* 1 *est.* 3) *Cf. Ioh. diac. Vita Gregorii II,* 20: Kyrieleison cantari precepit; *Innoc. III, Myster. missae II,* 19, *Opera Innoc. I, p.* 342: Beatus Gregorius Kyrieleison ad missam cantari precepit a clero; *Bonizo, Decr. IV,* 102, *p.* 42; *Sigeb. a.* 688, *p.* 327. 4) *Haec in sola rec. A Cron. Minoris leguntur.* 5) *Symachus potius hoc constituisse dicitur in Cron. Minore.*

Nicolaus papa I. sequencias cantari concessit, sed Nocerius *Cr. Minor p.* 616. abbas Sancti Galli sequencias composuit.

Ieronimus ewangelia, prout festis et stacionibus congruere *ib. p.* 590. vidit, collegit, sed Damasus[a] papa I. et sanctus Gregorius papa legi in missa constituerunt.

Sanctus Gregorius papa ewangelium legi ad aquilonem constituit.

Sanctus Gregorius papa et Innocencius papa III^us benediccionem et osculum ad ewangelium fieri constituerunt.

Anastasius papa I. constituit, ut nullus sedeat ad ewangelium *ib. p.* 572. in missa.

Zozimus papa constituit, ut dyaconus levam[b] tegat, quando legit ewangelium; et constituit, ut omnes stando cum reverencia ewangelium audiant.

Damasus[a] papa I. constituit cantari in missa *Credo in unum* *ib. p.* 568. *Deum.* Hoc symbolum sedi apostolice in thabula erea transmissum Damasus[a] papa congregato particulari concilio examinavit, et inveniens in eo defectum apposuit cum concilio hoc verbum *filioque,* et sic correctum tradidit ecclesie et in missa cantari *constituit certis diebus. **f.* 9[a]. Hoc ipsum symbolum, scilicet *Credo in unum Deum,* secundum symbolum apostolorum dividitur in XII portiunculas sive articulos[1], quamvis magis diffusi sint et amplius dilatati.

Sanctus Gregorius papa offertorium et versus offertoriorum *ib. p.* 590. composuit et cantari in missa constituit.

Zozimus papa constituit, ut ad offertorium in missa aliquid *ib. p.* 572. Deo offerat Christianus.

Sanctus Gregorius papa constituit offerri et incensari *ib. p.* 590 *sq.* sacrificium in altari et poni calicem in latere hostye et numquam ante[c]. Innocencius papa III.[2] et Ordo Romanus hoc idem dicit.

Zepherinus papa constituit, ut vasa vitrea essent altaris. *ib. p.* 551.

Urbanus papa I.[d] postea constituit, ut vasa essent[e] aurea *ib. p.* 552. vel argentea vel saltem stagnea[f].

Silvester papa I. constituit, ut calix consecretur et crismate *ib. p.* 560. ungatur[3]; et constituit ipse idem sanctus Silvester papa, ut in panno lineo mundo, scilicet corporali, sacrificium altaris tantummodo celebretur, *quia Yoseph corpus Domini involvit syndone. **f.* 9[b].

Petrus apostolus constituit hostiam de azimo, non de *ib. p.* 545. fermentato pane [conficie], sic invariabiliter tenuit sedes apostolica. Nam et ipse dominus noster Iesus Christus de

a) damasius *c.* b) *seq.* tangat *del. c.* c) aū *c.* d) postea I. *c.* e) *om. c.* f) stagneū *c.*

1) *Ut exponit Innoc. III, Myster. missae II,* 49. 50, *l. l. I, p.* 354 *sq. Et ex his capitibus quae de divisione symboli apostolorum Innoc. III. dicit post hunc tractatum in codice Mellicensi f.* 11. *descripta sunt.* 2) *Myster. missae II,* 58, *l. l. I, p.* 359. 3) *Hoc tantum in rec. B. C* 1. 2. *D Cronicae Minoris legitur.*

azimo pane confecit et dedit discipulis suis, sicut dicit Innocentius papa III[1].

Iulyus papa constituit, ut, si necesse sit, botrus in calice comprimatur et aqua misceatur[2].

Cr. Minor p. 548. Alexander papa I. constituit vinum misceri cum aqua in calice.

ib. p. 577. Leo papa I. constituit dici ad populum in missa *Orate pro me.*

Sanctus Gregorius secreta quedam recepit ab Ambrosio et Gelasio papa, quedam ipse composuit et in missa dici constituit.

ib. p. 585. Pelagius papa I. IX prefationes in missa [dici[a] constituit], videlicet de sancta trinitate, de nativitate Domini, de epyphania, de quadragesima, de sancta cruce, de pascha, de ascensione, de sancto spiritu, de apostolis[3]. Leo papa I. sive Ambrosius[4] composuit prephacionem cottidianam et in missa dici constituit. Urbanus **f. 9c.* *ib. p.* 634 *sq.* papa II. domine *nostre prephacionem, videlicet *Et te in*[b] *veneracione* vel *assumptione* beate Marie, composuit et in missa dici constituit.

ib. p. 555. Sixtus papa IIus *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus* in missa constituit dici.

ib. p. 579. Gelasius papa I. canonem in missa dici constituit[5], sed quidam scolasticus composuit, ut dicit sanctus Gregorius papa in Registro.

ib. p. 549. Alexander papa I. dominice passionis[c] commemoracionem in missa fieri constituit.

Innocentius papa III. dicit[6], quod in principio canonis ponitur T, quasi Tau[d], in memoriam dominice passionis. Crux ergo ante oculos celebrantis erit in altari.

Versus: *Assistens are dum conficis, hec meditare:*
Quis, quantum, quare sit passus, et hunc imitare.

ib. p. 581. Sanctus Gregorius dicit in Registro et constituit, quod nulla nomina sanctorum in canone preter illa, que antiquitus ibi posita sunt, poni debent, sed nomina vivorum ibi: *Memento, Domine* poni possunt, et nomina mortuorum **f. 9d.* ibi: *Memento, Domine, *etiam* memorari[e] possunt[7].

ib. p. 581. Vigilius papa et concilium Constantinopolitanum, scilicet quinta synodus[8], tempore Iustiniani imperatoris sub anathemathe precipiendo constituerunt, ut nullus dicat canonem nisi in libro et in sacris vestibus et super altare et super sacrificium. *ib. p.* 580 *sq.* Canon sub silencio dicitur, ne tam sancta verba tanti mysterii vilescant,

a) d. const. *om. c.* b) vid. Ecce in ī *c.* c) compassionis *c.* d) *post mutatum in* Tam *c.* e) in nuari *c.*

1) *Myster. missae IV,* 4, *l. l. I, p.* 374. 2) *Hoc ad verbum ex Grat. Decr. l. III, dist.* 2, *c.* 7. *exscriptum est.* 3) *Haec cum rec. B. C* 1. 2. *D, non cum A conveniunt.* 4) *Cf. supra p.* 577. 581. 5) *Quod supra p.* 579. *coniectatum, hoc loco ut supra p.* 580. *affirmatum est.* 6) *Myster. missae III,* 2, *l. l. I, p.* 364. 7) *Cf. Innoc. III. Myster. missae III,* 6. *V,* 7, *l. l. I, p.* 367. 401; *Honorii Augustodun. Gemma animae I,* 103. 107. 8) *Iterum quod supra p.* 581. *coniectatum, hoc loco affirmatum est.*

dum ea vulgus per cottidianum sciens usum in locis inconvenienti- *Cr. Minor.* bus dicat.

Sanctus Gregorius papa I. *Diesque nostros in tua pace* et *ib. p.* 591. cet.[a] usque *per Christum* composuit in canone et dici constituit.

Alexander papa I. *Qui pridie quam* addidit et dici constituit. *ib. p.* 548.

Iulius papa dicit, quod pura conscientia offerenda est hec oblatio et ab omnibus veneranda, sic enim ait Iulius papa[1]: *Nichil in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis* *Grat.* *Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed hec omnes precellit; que pura conscientia Domino offerenda* **est et pura mente summenda*[b] *et ab* **f.* 10[a]. *omnibus veneranda.*

Innocentius papa III. pulsari campanam ad elevationem hostie instituit.

Leo papa addidit in canone *Sanctum sacrificium* et *inmaculatam* *Cr. Minor. p.* 577. *hostiam.*

Sanctus Gregorius papa I. in missa constituit dici *Oremus:* *ib. p.* 591. *Preceptis salutaribus* et *Pater noster* et *Oremus: Libera nos, quesumus* et cetera usque *per omnia secula seculorum. Amen.*

Innocentius papa I. constituit in missa dici *Pax Domini sit* *ib. p.* 570. *semper vobiscum* et *cum spiritu tuo;* et ipse idem papa constituit pacem dari in missa[2], exceptis certis missis.

Sergius papa I. composuit *Agnus Dei* et in missa cantari *ib. p.* 602. constituit[3].

Innocentius papa II. constituit, ut presbiter qui celebrat *ib. p.* 637. omnibus modis corpus et sanguinem Domini in missa summere[b] debeat.

Petrus[4] et apostoli et concilium Remense[c] constituerunt, ut ieiuni, non pransi, sumant corpus Domini; excipiuntur infirmi et sani in articulo mortis. Nam quod non est licitum in lege, in *tempore necessitatis licitum fiat[5]. **f.* 10[b].

Martinus papa I. in suo concilio constituit, ut quilibet katholicus ter in anno suscipiat corpus Christi[6].

Innocentius papa I.[7] constituit, ut saltem ad minus semel in *ib. p.* 647. anno sumat corpus Christi quilibet Christianus, prius confessus.

Innocentius papa III[8]: *totus in parvo, totus in magno, totus in fracto, totus in integro.* Nota, quod totus deus et

a) cū *c.* b) *sic c.* c) Remēs constit *c.*

1) *Non Iulius, sed Alexander I. papa in Grat. Decr. III, dist.* 2, *c.* 8, *sed ibi praecedit c.* 7. *epistola Iulio papae attributa.* 2) in missa *habet solus codex A* 1 *(supra p.* 570, *n.* 1*).* 3) *Haec verba magis cum Honorii Gemma animae I,* 90. *quam cum Cron. Minore conveniunt.* 4) *Cf. supra p.* 543. 5) *Cf. Decret. Gregorii IX. l. V, tit.* 41, *c.* 4: Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. 6) *Hoc legitur in Grat. Decr. l. III, dist.* 2, *c.* 16 (Fabianus papa). 19 (Ex concilio Agathensi). *C.* 18. *eiusdem distinctionis inscriptum est:* Ex concilio Martini Bracharensis, *in quo aliud constitutum est.* 7) *III. potius.* 8) *Myster. missae IV,* 8, *l. l. I, p.* 379.

totus homo Christus est[a] in qualibet portione sacramenti. Grat. Hylarius papa [1]: *Ubi pars est corporis Christi, et totus est. Ea quidem ratio in corpore Domini est, que in manna, quod*[b] *in [eius*[c]*] figura precessit, de quo dicitur: 'Qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus paraverat, non*[d] *habuit minus'. Non est quantitas invisibilis*[e] *in hoc mysterio estimanda. Singuli*[2] *accipiunt Christum dominum, in singulis portionibus totus est, nec minuitur, sed integrum se prestat in singulis.*

Cr. Minor. p. 652. Honorius papa III. constituit, ut corpus Domini in ecclesiis cum multa diligencia pro infirmis sub sera servetur; et con- *f. 10c. stituit, ut corpus Christi in habitu decenti et *precedenti lumine cum multa reverencia ad infirmos portetur, et quod presbiteri in ecclesiis populum sepe instruant, ut debeant corpus Christi adorare et in reverencia habere [3].

ib. p. 592. Sanctus Gregorius papa communionem composuit et cantari constituit. Ipse etiam complendas dici in missa et *Ite, missa est* et *Benedicamus Domino* constituit [4]. Innocentius papa III. *Ite, missa est* asseruit[f, 5].

ib. p. 577. Leo papa I. *Deo gracias* dici instituit.

ib. p. 580. Summus pontifex dat semper benediccionem post missam, que talis est: *Benedicat et custodiat*[g] *vos omnipotens Deus pater et filius et spiritus sanctus. Amen*[6].

ib. p. 577. Leo papa I. constituit, ut presbiter post missam populum ib. p. 580. benedicat. Gelasius papa I. etiam constituit, ut presbiter populum benedicat. De hoc sanctus Ieronimus scribens ait: *Si presbiter Christum consecrat, cum in altari sacramenta Dei benedicit*[h], *benedicere populum non debet, qui corpus Christi meruit consecrare?* Sed Damasus[i] papa *f. 10d. prohibet presbiteris[k] dare benediccionem post missam *presente episcopo. Tempore Zozimi pape et Theodosii imperatoris Toletanum concilium, cui interfuit sanctus Augustinus, constituit, quod solis episcopis in missa [7] ante communionem licet benedicere populum.

Beatus Marcialis episcopus, apostolorum discipulus, ex magisterio apostolorum tradidit benediccionem episcopalem. Hanc sanctus Ambrosius episcopus cum orationibus apositis cepit dicere; isque[l] ex eo mos usquequaque convaluit.

Sub Zozimo papa per Toletanum concilium et per sanctum Augustinum constitutum est, ut nullus presbiter negligat dicere post missam ymnum trium puerorum.

a) *om. c.* b) que *c.* c) *om. c.* d) *dele* non. e) *lege* visibilis. f) *quaedam omissa esse videntur.* g) custod. *c.* — vos *habet C* 1 *etiam supra p.* 580, *n.* w. h) *sic c.* i) damasius *c.* k) ppl'is *c.* l) usque *c.*

1) *Grat. Decr. l. III, dist.* 2, *c.* 78, *quod non est Hilarii papae.* 2) *Ibid. c.* 77. 3) *Hoc ex Decret. Gregorii IX. l. III, tit.* 41, *c.* 10, *quod et praecedente loco Cronicae Minoris exscriptum est.* 4) *Hoc auctor ex Honorii Gemma animae I*, 90, *eius verba male interpretatus, sumpsisse videtur, ex quo capite et locus praecedens Cronicae Minoris sumptus est.* 5) *De* Ite missa est *scripsit Innoc., Myster. missae VI*, 12, *l. l. I, p.* 416. 6) *Haec tantum in B. C* 1. *D leguntur.* 7) in missa *deest in codice C* 1 *(supra p.* 580, *n.* 1*).*

Martinus papa I. constituit, ut tam clerici quam religiosi *Cr. Minor. p.* 600. cibum suum in nomine Domini benedicant et post cibum gracias Deo solvant.

Sanctus Augustinus Ypponensis episcopus primo con- *ib. p.* 574. stituit haberi lectionem in mensa.

Ita in predictis statutis Romanorum pontificum et aliorum sanctorum patrum et in reliquis cultibus magis *ac **f.* 11a. magis per incrementa temporum decus succrevit ecclesiarum, secundum quod quisque dilexit decorem domus Dei [1]. *Ps.* 25, 8.

EXPLICIT DE ORDINACIONE MISSE.

1) *Cf. Honorii Gemma animae I,* 86.

LIBER CRONICORUM
SIVE ANNALIS ERFORDENSIS.

Karolus Wenck V. Cl. optime de hoc libro meritus est, qui primus de iis quae illo continentur, de codicibus eius, de patria ac consilio auctoris et de fontibus eius egregie disserens lucem ei attulit magnasque eius partes in lucem vocavit[1], *aptum etiam titulum ei indidit.*

Erfordiae auctorem vixisse[2] *iam patet, cum in clausula capitis de origine Saxonum dixerit se volumini finem imposuisse, ut plura scripturus aliquis* ab exordio regni Thuringorum . . . et de situ et condicione urbis Erfordensis congruum scribendi principium faciat. *Quod sane nemo nisi Erfordensis scripsisset. Qui etiam cum in capite de origine Francorum de civitate Erfordensi fundata et de monasterio Montis S. Petri ibi constructo, sub a.* 1270. *de monstris Erfordiae natis retulerit, quorum unum suis temporibus vixisse dixerit, huius urbis incola agnoscitur. Maxime vero idem probatur ex annalibus libro subnexis, in quibus non modo de multis ecclesiis Erfordensibus relatum est, sed etiam auctorem easdem ecclesias vidisse apparet, ut cum sub a.* 1154. *dixerit ecclesiam S. Mariae novam* ut iam cernitur *aedificatam esse, vel sub a.* 1224. *antiquum conventum fratrum Minorum olim situm fuisse* ubi nunc manent infirmi leprosi[3]. *Certissime patebit aucto-*

1) *'Zeitschr. des Vereins für Thüring. Gesch. N. F.' IV, p.* 187—251. 2) *Quod cum recte statuisset K. Herrmann, Bibl. Erfurtina p.* 61 *sq., K. Wenck, 'Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' p.* 52. *negavit, Isenaci potius auctorem scripsisse coniciens, sed postea ipse 'Zeitschrift d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p.* 189. 197. *Herrmanno assensus est.* 3) *Sub a.* 1123. *etiam dixit moniales in montem S. Cyriaci translatas esse* ubi nunc sunt. *Collatis his locis cum Cronicis Erfordensibus Engelhusianis, in quibus iidem leguntur, perspicis haec, quibus probatur hunc auctorem ecclesias has Erfordenses vidisse, ab ipso esse addita.*

rem Erfordiae scripsisse, cum infra viderimus eum eosdem duos libros Montis S. Petri Erfordensis adhibuisse, quos et auctor Cronicae Minoris exscripsit[1], *et hoc confirmatur eo, quod infra videbimus sex librorum manu scriptorum huius operis, quos habemus, tres Erfordiae scriptos esse*[2].

Cuiusdam collegii monachorum vel fratrum mendicantium vel etiam clericorum regularium membrum fuisse apparet auctorem, qui in clausula libri consilio et assensu praelatorum *suorum hunc se edidisse dixerit, neque tamen satis patet, cuius religionis vel ordinis fuerit. Fratrem ordinis Praedicatorum eum fuisse primus K. Herrmann*[3] *censuit, cui omnes qui de hoc opere scripserunt assensi sunt*[4]. *Quod ut probaret, attulit in annalibus libro subnexis de ordine Praedicatorum fundato et confirmato, de conventu eorum Erfordiae constructo relatum esse, sed eadem ibidem de fratribus Minoribus adnotata sunt, neque tamen auctorem huius ordinis fratrem fuisse*[5] *iure censebis. Aliquantulum maioris momenti est, quod Herrmann attulit ad opinionem suam probandam, in extrema parte libri multa de haereticis narrata esse, et quod K. Wenck ostendit haec omnia ex Libro de rebus memorabilioribus Heinrici de Hervordia fratris ordinis Praedicatorum exscripta esse, maxime cum haec ex libro Heinrici excerpta esse videantur, antequam hic liber ederetur*[6]. *Neque tamen hoc constat nec, si constaret, tantam vim haberet, ut inde auctorem fuisse fratrem Praedicatorem certo concludi posset. Immo iam aliquando monui*[7] *neutiquam fratrem ordinis Praedicatorum haberi posse virum, qui sub a.* 1247. *scripserit* in die s. Bonifacii *pro* in die s. Dominici, *ut habet Cronica Reinhardsbr. illo loco exscripta. Nec sane suppetit ratio, unde certo statuere possis, cuius ordinis fuerit auctor, sed si coniecturae indulgere vis, a vero non nimis abhorrere opinor eum inter servos sanctae Mariae Erfordenses fuisse. Cum enim de reliquis omnibus ordinibus religiosis Erfordiae residentibus in annalibus subnexis ea sola retulerit quae iam scripta invenit, addidit a.* 1310. *monialibus apud portam Kramphentor eousque residentibus atque inde transpositis fratres Marianos succes-*

1) *Cf. supra p.* 487. 489 *sq.* 2) *Quod K. Wenck, 'Zeitschr.' p.* 197. *observavit.* 3) *Bibl. Erfurtina p.* 61. 4) *O. Posse, 'Die Reinhardtsbr. Geschichtsbücher' p.* 13; *Ott. Lorenz, 'GQ. der Provinz Sachsen' I,* 1, *p.* 198; *K. Wenck, 'Entstehung' p.* 52 *sq. et 'Zeitschr.' p.* 189 *sq.* 5) *Qui ordinem Praedicatorum ante ordinem Minorum fundatum esse dixerit, quod fratres Minores negaverunt.* 6) *De qua quaestione vide infra p.* 728 *sq.* 7) *'N. Archiv' XXI, p.* 268, *n.* 3.

sisse. Coniecturam habes, qua si meliorem protuleris, facile ei accedam, si caves, ne auctorem fratrem Minorem vel Praedicatorem fuisse contendas neve eum monachum ordinis S. Benedicti neu canonicum ecclesiae S. Mariae sanctive Severi dicas.

Miro modo compositum est hoc opus leve vani inanisque auctoris, cuius longe maximam partem occupat historia antiqua ab origine mundi usque ad nativitatem Domini. Pleraque huius partis ex Chronicis Frutolfi vel Ekkehardi exscripta sunt, intermixtis multis mythologicis. Sed hanc partem penitus neglexi, ut nihil de ea dicere ausim nisi quod K. Wenck exposuit[1]. *Tantum fere septimam partem libri occupant res a Christo nato usque ad auctoris tempora gestae. Praeter pauca enim alia auctor tantum Frutolfi-Ekkehardi partes de origine Francorum et Saxonum breviatas exscripsit, caput de ortu Thuringorum ex diversis particulis libri Gotifredi Viterbiensis qui inscribitur Pantheon composuit*[2], *paucis aliis his partibus insertis ex hoc libro Pantheon et Ekkehardi Chronico, ex Lamperti Annalibus et Cronica Minore, tum etiam ex Origine civitatis Erfordensis, supra p.* 415 *sq. edita, et ex Genealogia principum Reinhardsbrunnensi, SS. XXX, p.* 657 *sq. edita, sumptis vel suis commentis, quae maxime in capite de ortu Thuringorum fabuloso, ex commentis Gotifredi composito, inveniuntur, ubi locum Genealogiae Reinhardsbr. exscribens auctor in alium sensum fraudulenter convertit. Chronici Ekkehardi et Annalium Lamperti codices*[3] *Montis S. Petri Erfordensis eum legisse patet, cum etiam ex auctario Ekkehardiano*[4] *vel additamentis ad Lamperti Annales Montis S. Petri*

1) *'Zeitschr.'* p. 195. 219 *sq.* 2) *Huius libri posterior tantum pars edita est SS. XXII, prioris partis excerptis datis, prior pars, ex qua auctor noster nonnulla exscripsit, tantum in Pistorii-Struvii SS. R. Germ. t. II. legitur. Utriusque editionis divisio particularum inter se differt, quod monui, cum modo huius modo illius particulas ut citarem coactus essem.* 3) *Ekkehardi eum qui nunc in bibliotheca Gothana exstat* (5), *Lamperti codicem antiquum deperditum (B). Cf. supra p.* 23. 489 *sq. Monendum est neque hunc chronistam neque auctorem Cronicae Minoris, qui eosdem duos codices Montis S. Petri exscripsit, Cronicam S. Petri Erfordensem legisse. Quam monachi S. Petri quidem monachis ordinis S. Benedicti Reinhardsbrunnensibus communicarunt, sed cavisse videntur, ne fratribus mendicantibus traderetur. Etiam exemplar libri Pantheon Gotifredi Erfordiae extitisse supra p.* 207, *n.* * *patet.* 4) *Quod iam K. Wenck perspexit 'Zeitschr.' p.* 220, *monens additamentum cod.* 5. *ad Ekkehardi Chron., SS. VI, p.* 75, *n.* * *editum, in hoc libro repetitum esse.*

horum librorum quaedam exscripserit[1], *nonnusquam lectionem solius codicis Gothani Ekkehardi repetiverit*[2].

Praedictis capitibus de origine Thuringorum atque duorum populorum his vicinorum finitis, quorum in extremis partibus rerum gestarum narrationem usque ad Karolum Magnum se quasi produxisse finxit[3], *sequentium saeculorum historiam omnino praetermisit, quamvis multa haberet subsidia, quibus usus eam componere potuisset. Thuringus enim solius Thuringiae historiae curiosus erat, regum imperatorumve res gestas omnino non curavit, neque etiam illius ita studiosus, ut diligenter accurateque colligeret quae in libris adhibitis de rebus in Thuringia gestis tradita erant. Immo, cum omnes fere medii aevi scriptores rerum studerent, ut quae pluribus chronicis vel annalibus tradita inveniebant congererent coniungerentque, hic ignavus inersque unum librum post unum obiter legit, ut pauca ex iis selecta continuaret, non coniungeret, rarissime loco unius libri relationi alius inserto. Itaque a saec. XI. usque ad saec. XIII. ex. solam fere Cronicam Reinhardsbrunnensem exscripsit*[4], *ut historiam inprimis comitum provincialium Thuringiae componeret, inserto uno loco ex Caesarii Heisterbacensis Dialogo miraculorum, alio ex Genealogia Reinhardsbrunnensi, citataque Vita Elisabeth auctore Theoderico de Apolda. Unde sumpta sint paucissima, quae praeter haec in hac parte addita*[5] *sunt, non certo statui potest. Quamvis Cronica Reinhardsbrunnensis usque ad a.* 1338. *producta esset, tamen auctor Erfordensis post a.* 1307. *nihil ex ea exscripsit, cum historiam novissimi temporis parum curasse videatur*[6]. *Sed ad alium librum vel potius ad alios libellos ignotos se convertens ad a.* 1291. 1294. 1280. *(hoc ordine!) partim fabulas, partim vera atque utilia retulit. Tum demum ex Hein-*

1) *Additamenta Erphesfurtensia codicis Annalium Lamperti Erphesfurtensis quaedam quidem etiam in Auctarium Ekkehardi Montis S. Petri transierunt, supra p.* 25 *sqq., sed auctorem nostrum ipsos Annales Lamperti legisse cum aliis locis tum maxime patet in extrema parte capitis de origine Saxonum, ubi clausulam Annalium Lamperti furatus furtivis coloribus se ornavit. Eodem modo p.* 727, *l.* 21 *sq. verba Cronicae Minoris usurpavit, cuius unum tantum locum in reliquis partibus exscriptum inveni, plura fortasse in omissis partibus ex ea mutuatus est.* 2) *Cf. infra p.* 741, *n.* 2. 3) *Re vera paucissimis res saec. VII. tetigit, addita una notula a.* 776. 4) *Vide quae de hac parte exposui 'N. Archiv' XXI, p.* 253—261, *et de codice Cronicae Reinhardsbr. ab hoc auctore exscripto ib. p.* 289—291. 5) *Praesertim sub a.* 1165. 1248. 1270. 6) *Post a.* 1269. *etiam tantum ad a.* 1277. 1287. 1291. 1300. 1307. *pauca ex ea transscripsit.*

rici de Hervordia Libro de rebus memorabilioribus ad a. 1281. 1282. 1227. 1303. 1327. 1330. *exscripsit, quae in illo ad a.* 1247. 1218. 1210. 1215. 1218. 1304. 1326. 1332. 1333. *leguntur. Quare hic, qui etiam in excerptis Cronicae Reinhardsbrunnensis nonnullos annorum numeros ex arbitrio mutasse videtur, tam inepte deformavit veros annos? Non aliam rationem huius facti excogitare possum, nisi ut tegeret furtum. Heinricus de Hervordia, qui a.* 1355. *librum suum edidit, in epilogo*[1]*:* Nec satis moveor, *inquit,* quod hec ipsa, priusquam in publicum ea legenda contraderem, fuerint per magistrum quendam in theologya ruditer extracta verecundeque corrupta, reputans apud me, quod forte tandem 'movebit cornicula risum furtivis nudata coloribus', ut dicit Horatius epistola tertia. *Sane verisimile videtur auctorem nostrum fuisse illum magistrum theologiae, qui schedas Heinrici quodammodo nactus furtive exscripserit*[2].

Qui, ut ipse dicit, anno 1345. *hunc librum incepit. Mirum, quod dixerit, quando inceperit, non, ut moris est, quando finiverit atque ediderit librum. Cur hoc dixit? Ignoro, sed conicere posset aliquis eum hoc scripsisse, ut tegeret furtum Heinrico factum. Sane non omnino negari potest eum anno* 1345. *librum suum incepisse, cum hoc anno omnes reliquos libros, quos adhibuit, iam exscribere potuerit. Cronicam enim Reinhardsbrunnensem aliquanto tempore post a.* 1340. *finitam esse tantum scimus, negari non potest eam iam a.* 1345. *legi potuisse. Genealogiam principum Reinhardsbrunnensem eodem fere tempore, quo Cronica finita sit, compositam esse longe verisimillimum opinor, nec tamen facere potui, quin conicerem hoc demum post a.* 1349. *factum esse, quamvis hoc probari non posse concesserim*[3]*. Sed iure contendere mihi videor ea quae Heinricus sub a.* 1326. 1332. 1333. *habet non multo ante a.* 1355, *quo librum suum ediderit, conscripta esse, ideoque non paulo post a.* 1345. *ab Erfordensi nostro exscribi potuisse. Num censebis eum octo pluresque annos in hoc libro conscribendo consumpsisse?*

1) *Ed. Potthast p.* 289. 2) *Etiam quidem Conradus Halberstadensis librum Heinrici, antequam ederetur, exscripsisse videtur. Sed paucissima sunt haec exscripta, neque Heinricus hunc virum sui ordinis insignem, provincialem magistrum Saxoniae, talibus conviciis affecisset. Etiam ipse Heinricus ex Conradi Cronologia quaedam mutuatus videtur esse. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 462 *sq.* 3) *'N. Archiv' XXI, p.* 257 *sq.; SS. XXX, p.* 657.

Mirum, quod hic loco supra p. 724. *laudato verbis Lampertinis usurpatis dixerit se volumini finem imposuisse, cum certe capite de origine Saxonum scripto finem libro non imposuerit, sed libris antea exscriptis usus reliqua omnia scripserit. Ignoro, cur hoc fecerit, sed aliquis conicere posset ideo eum hoc scripsisse, ut extrema pars operis, qua Heinricum expilaverit, longo tempore post priorem scripta esse videretur. Quocumque modo res se habet, concedes non sine iure me in dubium revocasse id quod auctor dixit se librum a.* 1345. *incepisse. Nam quid fidei dandum est huic plagiario, qui res ab Heinrico ad a.* 1247. 1218. 1210. *narratas annis* 1281. 1282. *adscripserit? Quamvis igitur multa dubia incertaque sint de auctore libroque eius, constat eum librum suum circa a.* 1350. *vel paulo post finivisse.*

Particulis ex libro Heinrici de Hervordia excerptis auctor subiunxit appendicem, qua de ordinibus religiosis fundatis, de monasteriis quibusdam Thuringicis et ecclesiis Erfordensibus retulit. Haec ex duobus potissimum fontibus hausit. Alter est indiculus ordinum religiosorum simillimus eorum, qui supra p. 158 *sq. et p.* 708 *sq. editi sunt et eius qui in Cronica Minore exscriptus est. Pleraque reliqua ex annalibus vel potius notis Erfordensibus deperditis a.* 438—1285. *a canonico S. Mariae Erfordensi compositis transscripta sunt, quae omnia fere in Cronicis Erfordensibus Engelhusianis infra editis recurrunt, a nostro nonnullis locis mutata vel ampliata*[1]. *Pauca alia his addidit auctor ex Auctario Ekkehardiano Montis S. Petri vel Lamperti Annalibus eiusque additamentis S. Petri Erfordensibus profecta et unum locum ex Cronica Minore, ut videtur, sumptum.*

Codices huius libri, quos habemus, sex in tres classes dividendi sunt. Quorum prima complectitur libros 1. 1[a], *altera* 2. 2[a. b], *tertiae solus est codex* 3. *Omnibus libris communia sunt quaedam menda graviora*[2], *quibus probatur tres codices, ex quibus hi profecti sunt, omnes ex eodem archetypo descriptos esse, atque infra patebit hoc ipsius auctoris fuisse archetypum, non quidem, ut videtur, ipsius manu, sed eius iussu ex ipsius schedis transscriptum.*

Codicum primae classis proprium est, quod hi soli extremum locum ex Heinrici de Hervordia libro exscriptum de Thoma Waleiz fratre ordinis Minorum praebeant; qui sunt:

1) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 505—508. 2) *Ut iam in prologo p.* 739, *n.* o est dare, *quod tolerari non potest, ibid. p.* 740, *l.* 8. *pronomen relativum omissum.*

1) *bibliothecae universitatis Lugdunensis Batav., Bibl. publicae Latinae nr.* 31, *chart. fol.,* 306 *(olim* 307*) foliorum, diversis manibus annorum* 1456. *et* 1457. *Erfordiae scriptus*[1]. *F.* 187—306. *una manu, quae in praecedentibus libris non occurrit, Liber cronicorum satis pro tempore accurate scriptus est, sententiis satis bene signis paucis distinctis*[2]. *Folia* 302. 303. *et extremum* 307. *excisa sunt, quocum folio extremo etiam subscriptio scribae periit, sed dubitari nequit, quin liber eodem omnino tempore quo praecedentes libri Erfordiae scriptus sit. Hoc codice K. Wenck usus est ad partes libri quasdam edendas, sed raram lectionem eius attulit*[3].

1[a]) *bibliothecae universitatis Wratislaviensis I. Fol.* 121, *chart. fol.,* 519 *foliorum, quorum f.* 1—139. *Librum cronicorum una manu saec. XV, foliis in binas columnas divisis, nimis mendose scriptum continent, dictum* Chronicon Eusebii. *Scriba non pauca ex arbitrio mutavit vel, ut sibi videbatur, correxit. Quo loco liber recenti tempore compactus scriptus sit, non patet*[4].

Codices secundae classis sunt:

2) *bibliothecae ducalis Guelferbytanae Helmstad.*

1) *Nam f.* 66[a]. *libro praecedenti subscriptum est:* Explicit liber nonus et ultimus Iohannis Bocacii de Certaldo, nacione Florentini, de casibus virorum illustrium. Completusque est liber iste per me Gotfridum Walack de Bercka ad Portam-celi in Errfordia Collegiatum Amplonianum anno Christi 1456. in vigilia Bartholomei apostoli. *F.* 151[b]. *hoc subscriptum legitur historiae excidii urbis Constantinopolitanae auctore Gotfrido Langhe de Luneburg, quem scripsit ad Gotschalcum de Meschede, professorem theologiae Erfordensem:* Scriptum per Heinricum Erwini de Budign̄ anno Domini 1457. Errfordie.

Huic sis propicia scriptori, queso, Maria,
Natum posce tuum, ferat hunc ad regna polorum.

F. 171[c]. *haec subscriptio legitur:* Explicit liber Cyrilli, secundum alios Gwidrini, qui intitulatur quadripertitum morale, liber utique egregius atque rarus. In Errfordia per Iohannem de Lynss scriptus anno 1456. *Reliqua quae liber contineat adnotavit K. Wenck, 'Zeitschr.' p.* 192 *sq. Brevis et mala primo notitia data est huius libri 'Archiv' VII, p.* 134, *tum aliquanto melior ib. VIII, p.* 572. 2) *In marginibus foliorum saepe adscripta sunt argumenta eorum quae in textu leguntur, sed et alia nonnusquam, ut f.* 297[c]. *ad nomen oppidi Albi-lacus:* Hic lacus dicitur Wizense et est opidum adiunctum lacui. *Haec omnia silentio praetermisi.* 3) *Ex hoc codice E. Jacobs locum capitis de origine Saxonum, quo de monte Brocken traditur, edidit in 'Zeitschrift des Harz-Vereins' XI* (1878), *p.* 469. 4) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 699; *Ott. Lorenz. 'Deutschlands GQ.' ed.* 2. *II, p.* 102, *n.* 1. *Reliqua quae liber continet, post Librum cronicorum quinque foliis vacuis relictis, aliis manibus scripta sunt, inter quae* Descriptio totius orbis, *Ciceronis libri* de amicitia, de senectute, Paradoxa, Nova rethorica *etc.*

nr. 329, *chart. fol.,* 128 *foliorum, quorum f.* 1—115'. *in binas columnas plerumque divisa, diversis manibus saec. XV. per vices sibi succedentibus non nimis mendose scriptum Librum cronicorum continent. Omnes litterae initiales et rubricae minio inserendae desunt, sed harum quaedam iam nigro atramento praescriptae sunt, partim in textu, partim in margine positae, quarum particulae a bibliopego abscisae sunt*[1]. *Omnes fere numeri signis Arabicis scripti sunt, in quibus zero saepe omissum, ut scriberetur* 167 *pro* 1067.

2[a]) *bibliothecae palatinae Vindobonensis nr.* 3375. *(Hist. prof.* 479*)*[2], *chart. fol.,* 26 *foliorum, foede et mendosius saec. XV. una manu scriptus, est fragmentum sextam partem libri tantum continens, incipit in historia Octaviani Augusti*[3]. *Longo tempore hic codex unicus Libri cronicorum habebatur. Cum Lambecius, Comment. I, p.* 54 *(ed. Kollar I, p.* 511. 578*) huius codicis primo mentionem fecisset, et I. M. Gudenus, Hist. Erfurtensis praef. f.* 2. *ex eo quaedam exscripta a fratre suo Christophoro, legato archiepiscopi Moguntini in curia Vindobonensi, historiae scribendae adhibuisset, hoc opus ab I. Chr. Adelung in Directorio p.* 148. *Chronicon Thuringiae Viennense dictum viris doctis innotuit. Et cum W. Wattenbach, 'Archiv' X, p.* 470, *hunc codicem descripsisset, L. F. Hesse in 'Zeitschrift d. V. f. Thüring. Gesch.' IV, p.* 433—446, *quosdam locos ex eo edidit variamque lectionem eius comparati cum Annalibus Reinhardsbrunnensibus qui dicebantur dedit. Tum optimus ille K. Herrmann, Bibl. Erfurtina p.* 59—62. *de eo accurate retulit. Denique Ott. Lorenz partem a.* 1015—1259. *ex eodem solo edidit a.* 1870. *in 'GQ. der Provinz Sachsen' I,* 1, *p.* 197—214[4], *nesciens alios codices huius libri exstare*[5], *quamvis K. Herrmann l. l. p.* 451 *sqq. iam sequentem codicem* 2[b] *accurate descripsisset*[6].

1) *Misero modo de hoc codice relatum est 'Archiv' VI, p.* 13. *Quid liber contineat, indicavit demum O. v. Heinemann, 'Die Hss. der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel* 1. *Abth.' I, p.* 272. *Cf. 'N. Archiv' XI, p.* 419. 2) *Olim signatus XII. F* 44. *Tegumento recentiori impressum est:* Anonymi chronicon Thuringiae. 3) *His verbis:* elatus factus est de pecunia illa et bellum Cesari Octaviano indixit et Octavie sorori Cesaris repudium denuncciavit = *Ekkeh. p.* 92, *l.* 32. 4) *Cuius editio inscribitur* Annales Reinhardsbrunnenses. Chronicon Thuringicum Cod. Vindob. nr. 3375. *Hanc partem tantum edidit, cum nulla ratione sibi persuasisset antiquos Annales Reinhardsbrunnenses extitisse, qui a.* 1259. *desiissent, hos in hoc libro exscriptos esse. Ideoque Annales Reinhardsbrunnenses se edidisse perperam opinatus est.* 5) *Qui adeo ignarus fuit libri, cuius partem ediderat, ut, cum loco supra p.* 730, *n.* 4. *lau-*

2[b]) *Codex bibliothecae Maihingensis serenissimi principis de Oettingen-Wallerstein, quo benignissime concedente Berolinum mihi precanti transmissus est, signatus I.* 2 *(Lat.) fol.* 32[1], *chart. fol.*, 122 *foliorum, a.* 1458. *mendosissime scriptus*[2], *cum Libro cronicorum, qui solus hoc codice continetur, subscriptum sit:* Explicit hystoria Eusebii per me Iohannem Stirner de Nova-civitate, Studens(!) alme universitatis Erffordensis, sexta feria post omnium sanctorum. Anno Domini M⁰CCCC⁰ quinquagesimo octavo[3].

Unicus qui exstat codex tertiae classis eo cum altera classe convenit, quod non habet extremam particulam ex Heinrici de Hervordia libro descriptam a. 1330, *sed ab hac et prima classe multis aliis differt. Solus habet notam, qua auctor dicit se hunc librum a.* 1345. *incepisse. Haud pauci loci in hoc solo codice leguntur, quorum nonnulli ex libris ab auctore exscriptis sumpti sunt, ut locus a.* 461. *ex Ekkehardi Chronico, a.* 634. (134) *ex Gotifredi Pantheon. Hos certe ab ipso auctore scriptos esse censebis. Alii multi a.* 1203. 1204. 1208. 1212. 1214. 1216. 1240. 1246. 1250. 1266. 1270. *inter excerpta Cronicae Reinhardsbrunnensis secundum ordinem annorum inserti inveniuntur. Quorum nonnulli cum Cronicis Erfordensibus Engelhusianis infra editis ut permulti loci appendicis Libri cronicorum, alii cum Annalibus brevibus Wormatiensibus (Moguntinis), quibuscum etiam unus locus a.* 1165, *qui in omnibus codicibus Libri cronicorum legitur, consentit*[4], *et cum Sifrido de Balnhusin conveniunt, ut exposui 'N. Archiv' XXI, p.* 504—513.

dato de codice 1[a] *referret, epilogum, ab L. F. Hesse et K. Herrmann iam ex codice Vindobonensi editum, proprium esse illius codicis* 1[a] *opinaretur. Cf. Wenck, 'Entstehung' p.* 51, *n.* 1. 6) *Qui quidem erravit, cum p.* 453. *opinaretur Cronicam Minorem (cod. D* 1[a]*) hoc libro retractatam esse. Cuius erroris facilis venia ei danda est, cum eo tempore (a.* 1863*) parum de his chronicis constaret.*

1) *Prima huius codicis notitia data est a Th. de Kern in 'Nachrichten von der Hist. Kommission' III,* 4 (1862), *p.* 135. *Qui liber recenti tempore compactus, in scheda tegumento agglutinata signatus est:* Ekkehardus Uraugiensis, Chronicon universale cum additamentis historiam Thuringicam complectentibus. 2) *Quod O. Posse, 'Die Reinhardtsbr. Geschichtsbücher' p.* 12. *dixit, hunc codicem longe meliorem textum praebere quam* 2[a], *approbare non possum. Non quidem habet multa menda huius libri, sed innumera alia. Plurimi numeri annorum in hoc libro litteris perscripti sunt.* 3) *Idem Ioh. Stirner eodem a.* 1458. *post Sept.* 29. *exemplar Chronici Martini Oppaviensis continuati usque ad a.* 1453. *scripsit, quod in eadem bibliotheca Maihingensi servatur. Cf. 'N. Archiv' VII, p.* 174. *Cf. Wenck, 'Zeitschr.' p.* 194, *n.* 1. 4) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 512 *sq.*

527 *sq.*, *alii in hoc solo libro inveniuntur. Loci cum Cronicis Erfordensibus Engelhusianis convenientes quin ex annalibus Erfordensibus deperditis proveniant, dubitari nequit*[1], *hos annales in ecclesia S. Mariae scriptos fuisse cum K. Wenck non sine iure conicere potes, ex iisdem annalibus omnes reliquos locos in tertia classe Libri cronicorum additos profectos esse, ut K. Wenck, 'Zeitschr.' p.* 198 *sqq. censuit, affirmare non ausim. Sed omnino consentio eidem ibidem censenti hos locos omnes ab ipso auctore additos esse*[2], *cum viderimus alios locos procul dubio ab ipso postea esse adiectos. Cum igitur tertiae classis codicem ex archetypo duarum priorum profectum esse appareat, qui menda quaedam gravia earum habeat, patet auctoris archetypum in duo exemplaria, archetypa primae et secundae classis, transscriptum esse, antequam hic in marginibus foliorum locos dictos omnes adderet, ex archetypo aucto his additamentis tertiae classis primum codicem esse descriptum.*

Aliter iudicandum est de duobus locis a. 1248. 1291. *codicis* 3, *quibus lector ad sequens quoddam chronicon relegatur, in codice* 3 *non descriptum, in quo de bello inter Rudolfum de Varila et comites Thuringiae a.* 1248. *gesto et de expugnatione urbis Acconensis a.* 1291. *quaedam relata essent. Quae cum in Cronica Montis S. Petri moderna legantur, hanc Cronicam in archetypo codicis* 3 *post Librum cronicorum scriptam fuisse coniecit K. Wenck*[3]. *Quod sane verisimillimum est, cum frater ordinis Praedicatorum Isenacensis a.* 1395. *et Librum cronicorum cum additamentis tertiae classis et Cronicam S. Petri Erfordensem exscripserit. Sed penitus reiciendum esse mihi persuasum habeo, quod K. Wenck loco laudato censuit, chronicon illud ab ipso auctore Libri cronicorum operi suo subiunctum fuisse, quod ut probetur, nulla iusta ratio afferri posset*[4]. *Potius statuendum est in solo codice, ex quo noster tertius exscriptus*

1) *Cf. quae ad excerpta Conradi Stolle, in quibus tria horum additamentorum recurrunt, in praefatione eorum exposui.* 2) *Ab initio eos in archetypo auctoris extitisse, in codicibus archetypis classium primae et secundae omissos esse sanus nemo coniciet, praesertim cum classes I. et II. pura fere excerpta Cronicae Reinhardsbr. praebeant, quibus locos annalium deperditorum postea insertos esse patet, ut K. Wenck bene adnotavit.* 3) *'Zeitschr.' p.* 196 *sq.* 4) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 261, *n.* 1. *Auctorem Libri cronicorum nec Cronicam S. Petri nec chronicon E dictum legisse constat, cum nihil ex his descriptum praebeat. Nullo enim modo facere possum, ut approbem quod K. Wenck coniecit, ideo ex hoc chronico auctorem nihil exscripsisse, quod hoc libro suo subiungere sibi proposuisset. Ubinam terrarum tale quidquam medio aevo factum esse probari posset?*

est, aliud chronicon Librum secutum fuisse, locos illos duos, quibus lector ad hoc relegatur, a scriba vel a lectore quodam in margine illius libri adnotatos fuisse.

3*) Unus liber tertiae classis est bibliothecae regiae* *W i e s b a d e n s i s nr.* 53, *chart. fol.*, 81 *foliorum non in columnas divisorum, quorum f.* 1—80. *Librum cronicorum saec. XV, f.* 1—39. *pluribus manibus, a f.* 39'. *una manu, litteris perparvis ac concinnis bene ac satis accurate scriptum continent*[1]. *Hunc librum, qui recenti tempore compactus et signatus est* Liber annalis s. Chronicorum anonymi auctoris ab initio mundi usque ad med. saec. XIV. *primus Widmann descripsit 'N. Archiv' VII, p.* 391—395. *Quem librum Erfordiae scriptum et ibi post a.* 1472. *extitisse patet. Nam f.* 80. *versus et f.* 80. 81'. *epistola de incendio civitatis Erfordensis a.* 1472. *et relatio de poena auctoris incendii scripti sunt*[2]. *Circa annum vero* 1500. *liber in Nassoviam delatus esse videtur, cum f.* 80. *a latere versuum dictorum paulo post a.* 1500. *genealogica Hassiaca, f.* 81'. *Coloniensia et Nassoica a.* 1512. 1513. *scripta sint*[3]. *In hoc codice Libri cronicorum extrema pars ita disposita est, ut post a.* 1287. *(vere* 1291*) Cronicae Reinhardsbr. sequantur primo longae narrationes anni* 1281. *ex ignoto libro profectae, tum loci ex libro Heinrici de Hervordia descripti a.* 1281. 1282. 1227. *(vere a.* 1247. 1218. 1210. 1215*), tum loci Cronicae Reinhardsbr. a.* 1300. 1307, *deinde narratio Acconensis a.* 1291. *ex ignoto fonte hausta, cuius initium ex Cronica Reinhardsbr. exscrip-*

1) *Sed sententiae signis non distinctae sunt. Saepe in initiis sententiarum litterae minutae scriptae, sed multa verba, plurima nomina propria litteris maiusculis ornata sunt.* 2) *Sequuntur f.* 81. *alia praecedente manu saec. XV. ex. scripta, quae Widmann l. l. p.* 392. *indicavit.* 3) *Hac extrema manu neglegentissime scripta sunt haec:* Ecce crucem domini Ihesu Christi (*quod si omisso* domini *scribis* eCCe CrVCeM IhesV ChrIstI, *habes annum* MDXIII.) invenies an. domini; quo in consolatu Coloniensi circa decem decapitati in foro feni de optimis (?) consolatii et officialibus propter centum milia et ultra florenorum, quos defraudaverunt in thesauro civitatem, et propter traditionem, ut fertur, faciendam. Item eodem anno, scilicet mille quingentesimo XIII, in vigilia Egidii subitus tonitrus instabat quasi ad spacium rosarii. Im Eynrich in vineis omnia pira et poma, omnem avenam excussit in tanta magnitudine ut nuces, et in VII diebus non fuit grando in terra. Item a. D. MDXII. fuit inventa (inventꝯ *scriptum videtur*) tunica inconsultilis (!) domini. Item XIII. In Eynrich taberſ'rē *(? an legendum* cobereren = zoubererere *?)* conbusti *(corr. ex* conbuste*)* quasi ad XX viri et mulieres, et multe non fatentes dimisse. *Hinc non recte Widmann l. l. p.* 393. *coniecit in pago Einrich vel haud procul ab eo, fortasse in coenobio Arnstein, hunc librum s c r i p t u m esse, cum his notis tantum probetur eum ante a.* 1512. *in pagum Einrich delatum esse.*

tum est, denique particulae Heinrici de Hervordia a. 1303. 1327. *(vere a.* 1304. 1326*), cum in reliquis codicibus hae partes ita dispositae sint, ut praecedant omnia ex Cronica Reinhardsbr. descripta, sequantur narrationes ignoti libri a.* 1291. 1280, *tum demum excerpta ex libro Heinrici de Hervordia. Quem verum et primum ordinem fuisse nemo non videt, ideoque hunc secuti sumus, quamvis non sine iure conici posset ipsum auctorem, cum archetypum tertii libri scriberetur, ordinasse, ut extrema pars illo modo disponeretur.*

*Ex libro Wiesbadensi (*3*) collato codice Lugdunensi (*1*) K. Wenck prologum Libri cronicorum, particulas quasdam, posteriorem partem ab a.* 1260, *additamenta edidit, menda editionis Lorenzianae nonnulla correxit in 'Zeitschrift d. V. für Thüring. Gesch. N. F.' IV, p.* 216—248[1]. *Quae K. Wenck edidit omnia fere, paucis omissis additisve*[2], *ab Ottacaro Lorenz edita omnia exhibui, omnibus sex codicibus a me collatis*[3], *quorum menda innumera ut adnotarem, difficillime animum induxi. Cum diu haesitassem, quae adnotanda eligerem, tamen non omnia quae ex libris exscripseram adnotavi, sed leviora menda non pauca*[4], *verba bis scripta, quae falso scripta ab ipsis scribis statim correcta sint, silentio praetermisi, orthographica ad sola nomina propria adnotavi*[5]. *Cum tres classes librorum ex archetypo profectorum exstent, ut exposuimus, patet fieri oportere, ut veram lectionem habeamus, ubi duae classes contra tertiam conveniunt, praeter quam quod, ut iam diximus, omnes tres classes menda quaedam habeant, quae iam in archetypo fuisse censeamus oportet. Ac re vera plerumque veram lectionem esse apparet, quam* 1. 1^{a} *cum* 3 *contra* 2. $2^{a.b}$ *vel* 2. $2^{a.b}$ *cum* 3 *contra* 1. 1^{a} *vel* 1. 1^{a}. 2. $2^{a.b}$ *contra* 3 *habent, sed nonnunquam casu factum est, ut idem mendum in duas classes irrepserit*[6], *quod eo facilius fieri potuit, cum tertiae*

1) *Ubi lector lectionem horum duorum codicum ab hac editione differentem a me aut in textum receptam aut adnotatam invenerit, rogo, ut credat me veram lectionem exhibuisse, cum, ubicumque a me ex his codicibus exscripta ab illa editione differentia deprehendi, iterum iterumque illos duos libros inspexi, ne falsa adnotarem.* 2) *Partes ex libro Heinrici de Hervordia exscriptas integras repetere nolui.* 3) *Duos locos a me praetermissos Lechner socius me precante cum codice* 2^{a} *contulit.* 4) *Ut* aplius *pro* amplius, sctus *pro* sanctus, *ubi signum compendii a scriba omissum erat.* 5) *Sed in his etiam neglexi* c *pro* t *et* t *pro* c *scriptum, quas litteras saec. XIV. et XV. simillimas saepissime scribae permutaverunt.* 6) *Velut* 1. 1^{a}. 2. $2^{a.b}$ *habent:* ego c u m maximis diviciis . . . cumulabo, 3 *solus recte* eum *pro* cum. *Ubi perspicis sequente ablativo librarios archetyporum codicum classis* 1 *et* 2 *motos esse, ut in*

classis unum tantum librum habeamus, lectionem igitur archetypi eius ubique percipere non valeamus. Vix monendum est, immo nemo non videt fieri oportuisse, ut casu etiam in codicibus diversarum classium librarii eadem peccarent.

Karolum Wenck secuti titulum libro indidimus quem solus codex 3 *praebet, addito nomine loci, quo librum scriptum esse constat. Hunc titulum ab ipso auctore datum esse iure conicere potes, cum alia additamenta huius libri eiusdem esse viderimus. Quam vero reliqui libri habent inscriptionem, a Frutolfo-Ekkehardo receptam,* Cronicam Eusebii, *non esse aptam ad librum inscribendum cunctis patet.*

Sane paucissima sunt, quae hic liber ab ignotis auctoribus tradita habet, attamen eum emendatum in hanc collectionem recipiendum esse duxi, cum maior eorum quae edidimus pars haud parvi momenti sit ad Cronicam Reinhardsbrunnensem restituendam[1]. *Constat quidem ipsam quam habemus Cronicam Reinhardsbrunnensem, non annales antiquiores, ut Ott. Lorenz somniatus est*[2], *hunc auctorem exscripsisse, sed cum illa mutila, lacera, perquam corrupta unico qui exstat codice nobis tradita sit, oportuit, ut hic liber omnibus subsidiis adhibitis emendatus haberetur, ut illa quantum fieri potuit restitueretur. Tum vero fragmenta annalium Erfordensium vel aliorum deperditorum, quae partim in textu, partim in appendice libri habentur et in codice* 3 *addita leguntur, aliquantum pretium huic libro afferunt.*

Liber cronicorum in Germania septentrionali et praesertim in Thuringia haud parum vulgatus erat, sicut enim haud paucos eius codices habemus, ita a pluribus scriptoribus exscriptus est, ac primo a fratre ordinis Praedicatorum Isenacensi a. 1395. *in Cronica Thuringorum, ut O. Posse*

falsam lectionem inciderent. Nonnunquam fortasse etiam mendum archetypi in duabus classibus repetitum in una recte correctum est. 1) *Ad quam edendam eum adhibui SS. XXX, p.* 510. *Cum tunc libros Lugdunensem* (1) *et Wiesbadensem* (3) *nondum contulissem, nonnusquam Libri cronicorum lectionem attuli, quam nunc reiciendam esse intellexi, perspiciens eam aliquorum codicum esse, non ab ipso auctore scriptam.* 2) *'GQ. der Provinz Sachsen' I,* 1, *p.* 197—200. *et 'Zeitschrift für die österreich. Gymnasien' I, p.* 1—16. *Cuius errores reiecerunt G. Waitz, 'Nachrichten von der Kgl. Gesellschaft der Wiss. zu Göttingen'* 1870. *p.* 481—489. *et 'Gött. gelehrte Anzeigen'* 1871. *p.* 171—181; *O. Posse, 'Die Reinhardtsbrunner Geschichtsbücher' (Leipzig* 1872*) p.* 13 *sq.; C. Wenck, 'Die Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' (Halle* 1878*) p.* 49 *sq. et 'Zeitschrift d. V. f. Thüring. Gesch. N. F.' IV, p.* 191; *ego ipse 'N. Archiv' XXI, p.* 254 *sq.*

perspexit[1], *et ab eodem in Legenda de s. patribus ord. Praedicatorum conventus Isenacensis*[2], *et ipse ostendi*[3] *hunc auctorem codicem tertiae classis cum additamentis codicis* 3 *habuisse. Tum etiam hunc librum exscripsit frater ordinis Minorum Isenacensis, qui circa a.* 1410. *Cronicam Thuringorum ampliavit*[4], *deinde auctor cronicae quae vulgo vocatur Historia de landgraviis Eccardiana circa a.* 1415.[5] *Postea Conradus Stolle haud pauca ex hoc Libro excerpsit, qui codicem classis secundae habuisse videtur*[6]. *Denique Hartmannus Schedel inter excerpta Cronicae Reinhardsbr.*[7] *etiam nonnullos locos Libri cronicorum exscripsit, usus codice Maihingensi (nostro* 2[b]*) proximo, ut ostendi 'N. Archiv' XXI, p.* 262—267. *Lectionem eius signatam* Sch. *aliquoties adnotavi.*

Berolini a. d. III. Kal. Novembr. a. 1898.

O. Holder-Egger.

[INCIPIT[a] PROLOGUS IN CRONICAM EUSEBII CESARIENSIS].

Cronicam[b] Eusebii Cesariensis hic in isto libro conscriptam[c] atque eiusdem Historie ecclesiastice libros autenticos[d] affirmant omnes ecclesie doctores, atque sacrosancta Romana ecclesia consentit[e] in eosdem, quamvis narracionis sue primo libro tepuerit[f] et post in laudibus Origenis atque excusacione[g] scismatici unum conscripserit[h] librum, propter rerum tamen[i] singularem noticiam, que[k] ad instructionem pertinent, non usquequam ecclesia catholica refutat dicta sua.

[l]Cum pia intencione pertractarem in corde meo et diligenti consideracione in mente revolverem, quo-

a) *hanc rubr. habet* 1 *solum; prior pars operis — p.* 740, *l.* 35 *periit in* 2[a]. b) Cronica 2[b]; Cr. Eus. Ces. *om.* 2, *quae minio scribenda erant, et incipit* Ec in, *littera initiali vacante.* c) conscripta 2. 2[b]. d) auctent. 3. — affirmat 2. e) sentit 2[b]. f) depuerit 2[b]. g) in exc. cismat. 2; excusacō; cismat. 2[b]. h) conscripsit 3. i) tā 2. k) qua ad i. pertinet 3. l) Prologus *minio scr. praemittit h. l.* 3.

1) *'Die Reinhardtsbr. Gesch.' p.* 26 *sq.* 2) *'Zeitschrift d. V. f. Thüring. Gesch.' IV, p.* 370. 3) *'N. Archiv' XX, p.* 399—406. *In hac Cronica ita mutata sunt verba Libri cron., ut nihil fere afferat ad textum eius constituendum.* 4) *Cf. 'N. Archiv' XX, p.* 408—410. *XXI, p.* 260. 5) *Cf. ib. XX, p.* 415, *n.* 1. *XXI, p.* 259, *n.* 3. 6) *Cf. infra excerpta eius edita. Haud raro lectionem eius attuli signatam* Stolle *vel* St. 7) *Edita a C. Wenck, 'Entst.' p.* 85—115. *Loci Libri cron. exscripti sunt sub annis* 1063 (1040). 1165. 1193. 1222. 1224. 1232. 1241. 1248. 1280. 1287. 1294.

modo et qualiter pro communi usu legentium atque utilitate librum preassumptum ad integrum[a] compilarem, tandem animadverti, et pro certo constat hoc cuilibet[b] intuenti, quod liber iste in eternum non consummabitur nec usque ad novissimum diem perficietur[c], quia, quamdiu mundus stat et durat, tunc interim multa mira magnaliaque facta in futurum contingunt crebro et eveniunt, atque[d] merito et iuste conscribi et annotari[e] possunt huic opusculo[f] causa deductionis temporis et solacii[g] sub cronicorum[h] titulis. Idcirco labor meus nunc[i] cessat, et cor meum amplius conquiescat, quia futura contingencia, que incerta sunt, conscribere non presumo nec[k] narrare audeo, que michi ignota fore conspicio, sed contentus sto in hiis que breviter comprehensa sunt in hoc libro. Ideoque[l] qui post me vivet[m] et adveniet quicquid libet et sibi[n] placeat veraci stilo conscribat et mendacia procul abiciat. Nam nuge sunt moleste omni virtuoso viro Deo[o] teste. Idcirco nugas caveat[p] enarrare et[q] hic conscribere, que ruinam fidei Christiane[r] possint generare[s] et animam[t] in infernum demergant[u], sicut[v] omnes ewangelici doctores clamant. Sicque prologus iste terminetur, laus quoque et honor summe trinitati detur, cuius instinctu[w] incepi hunc librum atque perfeci. Per cuncta semper secula nos collocet in celesti gloria! Amen.

[Anno[x] Domini M°CCCXLV. hunc librum incepi].

[Descripcio[y] septem mirabilium[z] rerum mundi].

Descriptio rerum mirabilium, que in hoc libro continetur[a], specialiter consistit in septem, quarum prima res[b] est Capitolium Rome — — finem faciunt tam admirabilis et prestantis edificii[1]. Preter hec autem multa alia admiranda[c] ad audiendum patebunt cuilibet legenti in hoc libro.

a) integram 2. — conpilatorem 2b. b) quilibet 2b. c) cō|perficiatur 2. d) que 3. e) connotari 1a. f) epostulo 2. g) solarii 2b. h) sol. succronicorum 2. — titulo 3. i) non 2. — cesset 3. k) *om.* 1a. l) Ideo quia 1a. m) veniet 3. n) si 2b. o) teste deo 2. p) caueas 2b. q) *om.* 1. 2. 2b. r) *om.* 3. — possunt 2. 3; *legi nequit* 1a. s) onerare 3. t) aniȝ 3; et — terminetur *deleta* 1a. u) dimergant 3. v) ut 2. w) instructu 2b. x) *uncis incl. habet* 3 *solum.* y) *hanc rubr. habent* 1. 1a *sola.* z) rerum mir. 1a. a) continentur 1. 1a. b) *om.* 1a. c) miranda 2.

1) *Haec exscripta videntur ex capite inedito Gotifredi Pantheon XXIX,* 11; *vide SS. XXII, p.* 303.

[EPYTOMUM[a] EUSEBII CESARIENSIS IN CONSEQUENTIA][1].

Moysen gentis Hebraice ductorem, qui primus omnium pro- *Ekk. p.* 33 *sq.*
phetarum — — cum[b] summa brevitate ponemus. Insuper fabulas quorundam poetarum interserui ea de causa, ut plerumque ex eisdem aliquis moralis sensus extrahatur et[c] eciam falsitas veritati famulari[d] cogatur. Sic enim sacra scriptura in pluribus[e] passibus videtur fecisse, ubi ad alicuius[f] veritatis ostensionem fabulas dinoscitur confecisse, sicut apparet in libro Iudicum* de fabulis[g] *9, 8–15.
arborum volencium regem sibi eligere et in Ezechiele* *17, 3–6.
de aquila, que[h] cedri medullam ficta[i] est transportare. Sacra enim[k] scriptura hiis et similibus fabulis[l] solet uti, ut exinde possit aliqua veritas extrahi vel includi. Simili modo fecerunt[m] poete, qui in principio fabulas finxerunt, quia per huiusmodi figmenta semper aliquam veritatem intelligere voluerunt. Constat enim libros poetarum transcurrenti, quod vix[n] aut nunquam condidere[o] fabulam, quin aliquam aut naturalem aut historialem contineat veritatem. Unde Rabanus de naturis[p] rerum libro XVI. dicit[2], quod *officium poete est que gesta sunt in alias species obliquis figuracionibus cum aliquo decore convertere.* Quapropter[q] idem[r] dicit[3] Lucanum non fuisse poetam, quia, ut videtur[s], visus est historias pocius quam poetica confecisse[t]. Latet igitur quandoque[u] sub fabulis veritas naturalis, sicut exempli gracia patet de Vulcano[v], qui a Iunone dicitur genitus et de paradiso in terram proiectus[w], et quia de alto cecidit, fingitur claudus factus. Iuno enim aerem signat, qui re vera Vulcanum, id est istum ignem, quem hic habemus, generat et eum per elisionem[x] nubium de

a) *haec habet* 3 *(ubi* Epyconium *legi potest); om.* 2. 2^b; Incipit Cronica Eusebii Cesariensis 1. 1^a. b) in 3. c) ut 1. 3. d) familiari 3. e) pluris 2^b. f) ver. al. 1^a. g) fauobilibus 2^b. — crebrorum 1^a. h) qui 3; qui *statim corr. in* que 1. i) dicta, *superscr.* ficta 2. k) eciam 3. l) fauolis 2^b. m) fecere 1^a. — prophete 2^b. n) fix 2^b. o) *emendavi;* est (ē) dare *omnes codd.* p) natura 2; natur̄ rebus 3. q) Quia propter 1. r) ibidem 3; idem 1; dicit idem 2. s) quia videlicet 3; (ut *post superscr.*) vide 1. t) conficisse 3. u) qnque (quinque) 1^a. v) fulc. *h. l. et l.* 30. 1^a. 2^b. w) proiectatus 1^a. x) elizionem 2^b; elusionem 3.

1) *Cf. inscriptionem Chronici Ekkehardi:* Epithome Eusebii de sequenti opere. 2) *De universo l. XV, c.* 2, *Hrabani Mauri Opera omnia ed. Colvenerius (Coloniae Agripp.* 1627*) I, p.* 203. 3) *Ibid. Sed in capite* 6. *eiusdem libri Hrabani* de diis gentium *cum sequentibus nihil convenit, quamvis de Vulcano et Iunone ibi quaedam haud dissimilia legantur.*

alto eicit; qui propterea claudus dicitur, quia flamma semper tortuose incedit[a]. Quod eciam in fabulis lateat veritas historialis[b], patet in fabula Persei et Atlantis[c]. Perseus enim dicitur Gorgonem occidisse et cum eius capite Atlantem maximum gigantem in montem qui Atlas[d] dicitur convertisse. Quod sic intelligitur, quia Perseus vir[e] strennuus erat, qui Gorgonem filiam Phorci regis, [qui[f]] in insulis meridionalibus que Gorgonice dicuntur regnabat, occidit et vicit et caput eius, id est divicias, regnum et substantiam[g] eius, tulit; cum quo exercitum congregavit, ita quod Atlantem regem Affrice superavit et ipsum in[h] montem fugere coegit, et sic eum in montem mutatum poetica garrulitas dixit. Quia igitur video, quod scriptura utitur fabulis ad alicuius veritatis ostensionem, et quod eciam poete fabulas confinxerunt[i] ad veritatis tam naturalis[k] quam historice designationem, congruum michi visum est, quod[l] antiqui plures deos posuerunt et quasdam rerum virtutes deos crediderunt et appellaverunt, utpute[m] quia tempus intellexerunt per Saturnum, ethera per Iovem, aerem per Iunonem, aquam per Cererem, mare per Neptunum, terram[n] per Sebelem, solem per Appollinem, lunam per Dyanam, et sic de aliis[o], ut de diversis partibus traham[p] figuram et ymaginem, quam diis[q] istis ficticiis attribuere voluerunt, ut sic per fictiones hominum possint mores et fidei misteria confirmari. Licitum est enim, quod homo, si possit, de spinis uvas colligat, *mel de petra sugat oleumque de saxo durissimo* sumat sibi et quasi de thesauris Egiptiorum tabernaculum federis edificet et componat, in quo in eternum Deo serviat.

Math. 7, 16. *Deut.* 32, 13.

[INCIPIT[r] VERA CRONICA EUSEBII CESARIENSIS].

[INCIPIT[s] LIBER QUI DICITUR CRONICORUM SIVE ANNALIS].

Ekk. Sex diebus rerum creaturam Deus formavit . . . .
. . . .[t]

Cron. Minor. Anno Domini XXXVII.[u] Rome amphiteatri pars populo spectante gladiatorum congressum collapsa est et plus quam XX milia hominum occidit.

a) incendit 1ª. 2. 2ᵇ. — Quoteciam 2. b) hystoriaca (hist.) 1ª. 2; hystorica (hist.) 1. 2ᵇ. c) athlant. 1ª *semper;* adlant. 2ᵇ *semper.* d) dic. Atlas 3. e) str. vir 3. f) *deest omnibus codd.* g) subās 2. h) fug. coegit in m. 3. i) finxerunt 1ª. k) historialis quam nat. 3. l) qua 3. m) utpote 1. n) per Seb. terram 2. o) et clis 2. 2ᵇ. p) trahant 1ª. q) dn̄s, *in marg. corr.* homines 3. r) *haec habent* 1. 1ª *sola;* Hic inc. 1; *in* 2 *spatium vacuum rubricae inserendae rel.* s) *hanc rubr.* 3 *solum habet.* t) *in praecedentibus omissis incipit* 2ª. u) *om.* 2ª.

Anno Domini XXVIII.[a] Saxones a Macedonia venientes Thuringiam intraverunt et Thuringos expulerunt[1].

De[b] origine Francorum[c].

Francorum generis exordia de antiqua Troyanorum prosapia prodierunt[d]. *Ekk. p.* 115. Nam eodem tempore, quo[e] post excidium Troye Eneas in[f] Ytaliam venit, quidam[g] ex eisdem Troyanis[h] simili modo profugi[i] circa Meotidas paludes applicuerunt ibique habitantes terminos suos usque in[k] Pannoniam dilataverunt. Construxerunt autem civitatem Sicambriam[l] ibique per multos annos residentes in populum multum creverunt et Sicambri primum dicti sunt usque ad tempora Valentiniani, qui multa prelia cum diversis gentibus commisit[m]. Inter quas et Alamani[n] rebellaverunt Romanis. Contra quos cum Valentinianus Romanum direxit exercitum, et ex eis plurimi occisi sunt; reliqui vero Meotidas paludes intraverunt. Tunc Valentinianus dixit exercitibus suis, quod, si qui ex[m] eis Meotidas paludes intrarent et Alanos[o] inde expellerent[p], per decem annos absque tributo eos permitteret. Tunc quidam[q] de Sicambria ingressi sunt et pugnaverunt contra Alanos[r]. Factaque victoria eiecerunt eos[m]. Quo facto Valentinianus appellavit eos Actica lingwa Francos, hoc est feroces[s] et duros ac fortes, et per decennium pro hac victoria remissione tributorum donati sunt. Decennio vero peracto misit Valentinianus ad[t] eos quendam ducem pro exigendis tributis, sed illi, sicut erant feroces, tributis ulterius[u] subiacere dedignati sunt nunciosque ad se[v] missos interfecerunt. Fuerunt autem tunc principes inter eos antiquorum vocabulorum preferentes insignia, scilicet Priamus et Anthenor. Audiens itaque imperator eorum factionem iratus est nimis et misit omnem Romanum exercitum cum plurimis ceteris[2] gentibus pugnare contra eos. Pugnaque commissa cum ex utraque[w] parte multi caderent, tandem Franci tantam multitudinem sustinere non valentes fugierunt[x], ibique mortuus est Priamus rex eorum. Egressi autem de Sicambria venerunt in terram Germanie, ad gentem scilicet Romanis infestissimam, habitaveruntque[y] aliquanto tempore in Thuringia[z] cum Marcomede filio Priami et Sunnone filio Anthenoris[a]. Omnes autem populi ex illa parte Reni habitantes Germani dicti sunt ex eo[b], quia corpora magna habebant et fortissimi semper et indomiti erant. Inter hec defuncto Sunnone[c] rege Thuringorum Franci habuerunt consilium inter se, ut unum regem haberent sicut et cetere gentes, acceptoque consilio a Marcomede Saramundum[d] ipsius filium regem constituerunt, et ex eodem tempore leges habere ceperunt,

a) XXXVIII. 2a; XXXVIII. *corr.* XXVIII. 1. b) Sequitur de or. 2; Sequitur de orto Fr. 2a; Sequitur rubrum de or. 2b. c) regum *add.* 1. 1a. d) prodigerunt 2. e) *om.* 2. 2a. b. f) *sequentia — p.* 744, *l.* 8. *cum codd.* 1a. 2b *non collata sunt, cum cod.* 2a *contulit Lechner socius.* g) quod 2a. h) Troianis *h. l.* 3. i) profigi 2. k) ad 2. l) Syc. 3 *semper.* m) *om.* 2a. n) *sic h. l.* 3; almani 1; alamanni 2. 2a. o) *sic h. l.* 1; Alamanos 3; Alamannos 2. 2a. p) excellerent 2. q) quidʀ 2. r) *sic h. l.* 1. 3; Alamannos 2. 2a. s) fcōres dures 2. t) q. ducem ad eos 2. u) ultra 2. v) eos 2. 2a; Nunccios (!) ad — interfecerunt *iterum post duas lineas vacuas scr.* 2. w) utroque 2a. x) fugerunt 2. 3. y) habitauerunt 3. z) Tur. 2 *semper, raro* 2b. a) antenoris *h. l.* 2. b) eos 2a. c) suminone r. thuringiorum 1a. d) *sic* 1. 1a. 2. 2b. 3; Sarcamundum 2a; *p.* 742, *l.* 4. sarcimundo 1a.

1) *Cf. Ekkeh. p.* 176. 2) *Hoc loco habet lectionem codicis Montis S. Petri Erford.* (5).

Ekk. p. 116. quas gentiles eorum consiliarii Wisogast[a] et Salegast fecerunt; a quo Salegast eciam[b] lex Salica inventa[c] dicitur et nominata[d]. Erant autem[e] Franci pagani.

[f]Deinde mortuo Saramundo Clodius filius eius crinitus successit, a quo Francorum reges Criniti appellati sunt. Ultra Renum vero usque ad Ligerim[g] fluvium habitabant Romani. Ultra Ligerim[h] vero dominabantur[i] Gothi. Burgundiones autem habitabant iuxta Rodanum, ubi[k] postea facta est civitas Leudunum[l]. Franci itaque de Thuringia Renum transgressi sunt[b] et Romanos, qui tunc temporis per suos magistratus Gallie imperabant, adorsi sunt bello et usque in Carbonariam silvam eos fugant, fundunt, occidunt. Sicque illatam sibi a Romanis iniuriam, per Valentinianum[m] imperatorem factam, acriter nunc vindicant. Ingressi autem Tornacum[n] et Cameracum civitates Gallie primo universa maritima[o], que inter Scaldum[p] et Sunnam fluvios iacent, violenter obtinent. Sicque paulatim progredientes[q] et regredientes Remos, Suessonam[r], Aureliam et Agrippinam ac Treverim, postremo omnem Galliam sive Germaniam ab Aquitania usque Bavariam sibi subiugant. Et hii quidem, qui Theutonicis[s] commixti sunt, proprio vocabulo Franci, qui autem per connubia a Gallis sunt progeniti, Francigene[t] sunt appellati. Clodius[u] itaque, cum regnaret super Francos annis XX, mortuus est; cui successit Merwigis[v], a quo reges Francorum Merowigi[w] vocati sunt.
Or. civ. Erf. Hic fuit[x] filius Merwigis regis Thuringorum. Huius quoque tempore Erphesfort[y] inicium fuit. Idem autem Merwigis primo urbem in monte eiusdem loci construxit, in qua patris sui domus venacionis fuit; ex quo et nomen, videlicet Urbs[z] Merwigis, sumpsit. Sed postea Tagebertus[a] rex eiusdem generis monasterium in prefata urbe in honorem[b] beati Petri apostoli construxit. Et exinde paganico nomine eiusdem urbis deleto, Mons Sancti Petri nomen obtinuit. Post
Ekk. p. 116. Merwigum[c] regnavit Hildericus[d] filius eius pro eo, quem luxuriose viventem et cum filiabus populi fornicantem interficere
Gotifr. XXII, 40. noluerunt[e], sed eum[f] a regno abiecerunt. Sed ille ad regem
Ekk. p. 116. Thuringorum Bissinum[g] secessit. Interea[h] Franci Egidium[i] quendam Romanum super se posuerunt. Sed post octo annos penitentes super hac re Hildericum[k] revocaverunt. Factusque est rex virtute magnus super omnes priores Francorum[l] reges. Agrippinam namque civitatem[m] temporibus eius, occisis de parte Egidii multis Romanis, Franci ceperunt[n] eamque Coloniam[o] appellaverunt. Treverim quoque apprehenderunt et incenderunt totamque terram illam vastaverunt[p].

ib. p. 137. [Anno[q] Domini CCCCLXI. Hyldericus filius Merwigi regnavit in Francia annis XXIIII].

a) Visogast 2; Wisegast 3. b) *om.* 3. c) dic. inv. 1. d) nominatur 2. e) *om.* 2. f) Saramunt *minio praescr.* 3. g) ligerium *h. l.* 2; logerim 3. h) ligarim *h. l.* 3. i) habitabant 1. — Soti 2^{a}. k) Ybi 2. l) Leudunium 2^{a}. m) valenciānum 1; valentianā 2. n) Toronacum et Cemeracum 3. o) marittim 2^{a}. p) Schaldum 3. q) pergred. 3. r) Swessonam 2. 2^{a}. s) teutunicis 2. t) francioni 2. u) *om.* 1^{a}. v) merwiis 2^{b} *semper.* w) merwigi 2. 2^{a}; merwii 2^{b}. x) *om.* 2^{a}. y) eruesfort 2; erphesford 2^{b}; Erfurt 1^{a}; ₹ (etiam) *add.* 2^{a}. z) urƀ 2^{a}. a) tagaberthus 1^{a}; dagabertus 2. 2^{a}; dagaberthus 2^{b}. b) honore 1^{a}. c) merwigium 2^{b}. d) hyld. 1; hilderich 1^{a}. e) voluerunt 1^{a}. f) cum 2^{b}. g) byssinum 1. h) In terra 2^{a}; in terram 1. 1^{a}. i) Egydium 3 *h. l.* k) Hyld. *h. l.* 3; hyldelricum 1. l) franckorum 2 *saepe.* m) *om.* 2^{a}. n) ceperuntque 1. o) Colloniam 2^{a}. p) deuastauerunt 1; etc. *add.* 2. q) *uncis incl. solum* 3 *habet.*

Mortuo autem Egidio Sigehardus[1] filius eius successit in locum eius seditque in civitate Suessonum[a], ubi sedes regni erat, sed Hyldericus[b] cum[c] exercitu superveniens omnem terram illam predatus est et Aurelianensem[d] et Andegavensem civitatem[e] regno suo adiecit. Qui cum regnasset XXIIII annis, mortuus[f] est, et Clodoveus filius eius suscepit regnum. Hic cum Sigihardo bellum commisit fugientemque ad Eldelricum[g] regem Gothorum missa legacione repostulat; quem redditum interfecit, totumque regnum eius sibi subiciens, Romanos in tantum delevit, ut nulla eorum vestigia hodie[h] repperiantur in Gallia. Accepit autem uxorem neptem regis Burgundiorum, puellam Christianam, propter eius miram pulchritudinem. Que cum ei Christum sepe predicaret, illeque[i] credere rennueret, XV. anno regni sui suscipiens bellum contra Alamanos[k], cum pene[l] vinceretur, hortatu Aureliani[m] se crediturum spopondit[n], si Dei adiutorio Alamanos vinceret. Moxque illos superavit et omnem[o] terram eorum sibi subiugavit ac deinde per sanctum Remigium Remorum episcopum instructus cum omni gente sua baptizatus est. Post hanc victoriam anno quinto Clodoveus mortuus est anno regni sui[p] XXX, a transitu vero sancti Martini anno centesimo XII. Habebat autem idem Clodoveus rex[p] quatuor filios, qui inter se equaliter regnum diviserunt. Istis autem mortuis filii eorum quatuor iterum[q] regnum inter se diviserunt, quorum unus, scilicet Heribertus, sedem regni sui constituit Parisius, 2us vero Gunthramus[r] Aurelianis sedem regni sui constituit, 3us vero Hilpericus Suessionis[s] sedem constituit, 4tus vero Theodericus nomine[2] Austrasiam sortitus apud Metensem civitatem sedem regni locavit. Ex quibus Gunthramus[t] rex pacificus et[u] omni bonitate laudabilis erat vitamque in conversacione sancta ducebat. Cuius unum factum mirabile huic operi placet inserere. Quodam tempore dum venatum iret — — iussit illud poni supra corpus beati Marcelli martiris in Cabillona civitate sepulti. Diciturque aliud huic simile non inveniri[v].

Ekk. p. 116 sq.

Eodem tempore Iustinianus imperator apud Constantinopolim obiit. Iustinus[w] vero imperium ambivit. Eodem tempore beatus Germanus Parisiorum episcopus plenus virtutibus magnis migravit ad Dominum[x]. Mortui sunt autem et[y] filii Hilperici omnes, quos habebat. Sed ad ultimum genuit Clotharium[z], qui postea factus est rex magnus, et iste genuit Dagabertum[a]. Eodemque tempore mortuus est bone memorie Gunthramus[b] rex inclitus, frater Hilperici, cum regnasset annis XXXI. Cuius regnum, scilicet Burgundiam, Hildebertus fratruelis eius accepit. Clotharius[c] itaque filius Hilperici collecto exercitu fines regni qui sue dicioni[d] debebantur cum conabatur recipere, Sigebertus[e] rex ei cum exercitu[f] occurrit; quem ille captum occidit et quinque fratres eius, filios Theoderici, similiter interemit.

a) Swessonum 2. 2^a. b) Hild. 2. 2^a. c) omni *add.* 1. d) aumelian. 2. e) ciuitates 3. f) m. est *om.* 3. g) *sic* 1. 2; Eldericum 2^a; Eldenricum 3. h) *om.* 1. 3. i) ille 2^a. k) Alamannos 2. 2^a, *infra l.* 15. *etiam* 3. l) sepe 2. 2^a. m) aureliā 1. n) sposponadit 3. o) eque 2^a. p) *om.* 3. q) r. it. 2. 2^a. r) Gunthranus 2^a. s) Swessionis 2; Swesionis 2^a. t) guutramus 1; Guntranius 2^a; rex G. rex 2. u) in 2; *om.* 2^a. v) invenire 2^a. w) Iustinius 2^a. x) ad D. *om.* 2^a. y) *om.* 2^a. z) Clotarium 2; Chlothorium 2^a. a) m. qui genuit Tagabertum 3. b) guntramus 1. c) Clotarius 2. 2^a. d) dicione 2^a. e) Sicbertus 2. f) exercitui 2^a.

1) Siagrius *Ekkeh.* 2) Sigibertus autem regnum Theoderici scilicet Austr. *Ekkeh.*

Ekk. p. 118. Post hec[a] Burgundiones et Austrasii facta pace cum Francis Clotharium[b] in monarchia tocius regni regem sublimaverunt. Qui cum regnaret annis XLIIII, plenus dierum mortuus est, et Tagobertus[c] filius eius, puer efficax et strennuus et ad omnia solertissimus, monarchiam in tribus regnis solus[d] obtinuit, fuitque fortissimus et Francorum nutricius, in iudiciis ecclesiasticis severissimus, largitor elemosinarum precipuus, pacem in toto regno suo statuens et timorem gentibus in circuitu incuciens. Ipseque velud Salomon pacificus regnum *Lamp. add.* obtinuit quietus. Hic eciam construxit monasterium monachorum ordinis sancti Benedicti in Monte Sancti Petri[e] in Er- *Ekk. p. 118.* phesfort[f] anno Domini septingentesimo[g] VI. Cumque idem Tagobertus[h] regnasset annis XXXIIII, mortuus est, et[e] Clodoveus[i] filius eius regnavit[e] pro eo super Francos. Hiis de gente[k] regibusque Francorum noticie[l] causa sive per repeticionem precedencium[m] sive per anticipacionem sequencium dictis sufficiat[n] pro presenti libro[o].

ib. p. 135 sq. Anno Domini CCCCXXVI.[p] Saramundus filius Marcomedis[q] regis Thuringorum regnavit primus[r] in Francia.

Anno Domini CCCCXXXI.[s] Clodius Saramundi filius regnavit in Francia annis XX.

ib. 451. Anno Domini CCCCLII. Merwicus Clodii filius regnavit in Francia annis X.

De[t] origine Saxonum.

Ekk. p. 176 sqq. Super origine[u] Saxonum varia opinio est, aliis estimantibus

. . . .

Coluerunt[v] enim ydola varia et maxime Mercurium; cui[w] certis diebus humanis quoque hostiis litabant[x]. Deos vero suos neque templis includere neque ulli speciei aut ymagini humane assimilare volebant propter magnitudinem et dignitatem divinitatis, sed lucos et nemora consecraverunt[y] deorumque nominibus appellantes secretum illud sola reverencia contemplabantur. Auspicia quoque et sortes permaxime observabant, avium voces volatusque investigare proprium gentis illius erat[z], equorum quoque presagia atque motus eorum experiri hinnitusque atque fremitus eorum observare, nec ulli auspicio maior fides adhibebatur, non solum apud plebem, sed eciam apud nobiles. Erat et alia observacio auspiciorum, quo[a] solebant eventus gravium bellorum explorare, videlicet illius gentis, cum qua bellandum fuit, unum captivum quocumque modo poterant accipiebant et adiunxerunt ei[b] unum electum de tota plebe sua et quemlibet cum armis ad alium in pugnam ire et[c] per victoriam huius vel illius previdenciam habuerunt. Quomodo eciam certis diebus, cum aut[d] luna inchoatur aut impletur, in agendis[e] rebus crediderunt[f] inicium,

a) hoc 2ª. b) Clotarium 1. 2; Clotorium 2ª. c) Tagebertus 3. d) *om.* 3. e) *om.* 2ª. f) Erphersfort 3; erphesford 2ᵇ; Erfordia 1ª. g) septuagesimo 1ª; CCCCCCCVI. 2; DCCVI. 2ª. h) Tagebertus 3; tagabertus 1ª. 2ᵇ; tagarbertus 2ª. i) clodopheus 2ᵇ. k) genere 1ª. l) noticia 1ª. m) pr. s. per ant. *om.* 1ª. n) sufficit 1ª. o) pro presentibus 3; etc. *add.* 2. p) quadringentesimo vicesimo 2ᵇ. q) marcomodis 2ª. r) prius 1ª. s) CCCC⁰XXVI. 1ª. t) De — Sa *absc.* 2; Sequitur origo Sax. 2ᵇ; Sequitur consequenter historia de or. S. 1; Sequitur hystoria de or. S. etc. 1ª. u) originē 1ª. v) *sequentia — p.* 745, *l.* 16. *cum codd.* 1ª. 2ᵇ *non collata sunt, cum* 2 *contulit socius A. Werminghoff, cum* 2ª *Lechner socius.* w) qui 3. x) *post corr.* libabant 1. y) consueuerunt 3. z) que atque fremitus — nec ulli *iam h. l. add., cancellata* 3. a) qua 1. b) *om.* 2ª. c) *om.* 1. d) autem 3. e) augendis 2. f) crediderint 2ª. *Ekkeh.*

et quomodo frondosis arboribus fontibusque et altis[a] montibus *Ekk. p.* 178. veneracionem exhibebant, truncum quoque ligni non parve[b] magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, appellantes eum patria lingua Irmensul[c], quod Latine dicitur universalis columpna, quasi sustinens omnia, et quomodo vetule mulieres[d] et matrone per varias illusiones demonum decepte putabant se equitare vel scandere in scampnis vel scopis[e] aut[f] aliis utensilibus in montes Brockensberg[g, 1] et ibidem concertantes, atque alia innume- *ib.* rabilia genera vanarum supersticionum, quibus inpliciti[h] tenebantur, observabant, ego pro nunc pretereo. Sed hec supradicta ideo commemoravi, ut prudens lector agnoscat, a quantis errorum tenebris per Dei graciam sint liberati, qui erant olim sicut omnes naciones Germaniam inhabitantes quasi eciam natura feroces et cultui demonum dediti vereque religioni contrarii neque divina neque humana iura transgredi illicitum vel inhonestum aut peccatum putantes. Unde factum est[i], quod cum finitimis suis et maxime cum Thuringis et Francis lites atque discordias habebant. . . . . . Sed sicut ad hec facienda aliquociens proni fuerunt, sic[k] eciam ad hec eadem pervertenda semper precipites fuerunt usque ad tempora Karoli[l] Magni. Sed iste Theodericus rex Francorum, qui hoc malum magnum Thuringis induxit, quod Saxones incolas huius terre fecit, non transivit inpune. Nam cum reverteretur a cede fraterna facta cum Colo- *Ekk. p.* 117*sq.* niensibus[m] et fratrem suum ibidem Theodebertum[n] trucidasset et perveniret in civitatem Metensem, divino igni[o] crematus fuit[2] anno Domini quingentesimo XXXVII.

[Anno Domini DCXXXIIII.[p] Dagabertus in Francia *Gotifr.* solus regnavit ab Hyspania usque Pannoniam, ab Acquitania usque *XXII,* 28. Bavariam et usque Ungariam, Bawaris quoque leges dedit, Saxoniam quoque sibi subiugavit].

Anno Domini septingentesimo LXXVI.[q] Saxones Christiani *Lamp.* effecti[r] sunt.

[s]Porro de origine Longobardorum[t], qualiter ex gente[u] Thuringorum procreati sunt[3], item de origine Huno- *Ekk. p.* 123. rum, quomodo illinati sunt de mulieribus magis, que Alrune vocantur[u], ab exercitu regis Gothorum[v] seu Schitarum[w] inpregnatis[x], cum per solitudinem transiret versus paludes

a) aliis 2. b) parvi 2^a. c) Irmensol 2. d) mul. *et* matr. *om.* 2, *spatio vacuo rel.;* Nota ridiculosa *in marg.* 1. e) scobis 2. f) vel 1. g) Brockensbergh 2; Brogkensberg 3. h) īplicati 1. i) *om.* 2. k) sic — fuerunt *om.* 2^b. l) caroli 2. m) collon. 2^b. n) theodobertum 1. 1^a; theodericum 2^b. o) igne 1^a. 2. 2^b. p) *uncis incl.* 3 *solum habet;* C. XXXIIII. 3. q) dom. CCLXXVI. 2; dom. septuagesimo sexto 2^b. r) facti 2^b. 3. s) De origine Longobardorum *rubr. praemissa* 2^a. t) langobard. 2; longebard. 1^a. 2^b. u) *om.* 2^a. v) *om.* 2^a; Gottorum 3. w) schytarum 2^b; scitharum 2^a. x) *emendavi;* inpregnatas 1. 2. $2^{a.\,b}$. 3; impregnantes 1^a.

1) *In margine codicis* 1 *adnotatum est:* Hic mons est prope Wernichrode altissimus, habens fontem in sui cacumine. 2) *Theodericos I. et II. auctor confudit, a.* 537. *illum defunctum esse in Ekkehardi Chron. p.* 140. *legit.* 3) *Ekkeh. p.* 142. *in cap.* Hystoria Langobardorum *Agelmundum regem Langobardorum* de gente Thuringorum *ortum fuisse secutus Pauli Hist. Langob. dixit; unde auctor haec scripsisse videtur.*

Meotidas[a] in Almaniam[b][1], vel secundum alios, qui dicunt, quod[c] silvestres homines, quos Faunos ficarios[d] vocamus, dum quasdam mulieres per desertum errare viderent, earum[e] complexibus se in coytu[f] miscuerunt et genus hoc ferocissimum ediderint[g]. Tali ergo stirpe Huni[h] creati[i] qualiter ad terram[k] hanc advenerunt atque de origine aliarum nacionum finitimarum[l] per Germaniam atque Almaniam[m] commorantium, qualiter regna eorum destructa et in provincias redacta et divisa sint[n], ego pro nunc per- *Lamp. p. 303 sq.* transeo et pretermitto more[2] inertis[o] poete extremo iam in opere langwescente[p] ingentisque materie [mole[q]] superatus[r], in longum satis, ut videtis, protracto volumini[s] hic tandem finem imposuit[t], ut, si alicui forte post me ad describendam reliquam partem huius hystorie manum mittere libuerit, ab exordio regni Thurin- *Ekk. p. 142.* gorum atque eiusdem gentis, que antiquitus[u] apud omnes naciones nobilior et fortior esse dicebatur[3], et de situ et *Lamp.* condicione urbis Erfordensis[v] congruum scribendi[w] principium faciat[x].

De ortu[y] Thuringorum.

Gotifr. XXXII, 9. Nemroth[z] primus rex huius mundi in[a] Babilone genuit octo filios, quorum primus vocatus est[b] Cres, a quo Creta[c] insula nomen accepit. Cres itaque primus rex Cretensium[d] genuit Celium. Celius *ib. part. IV.* genuit Saturnum. Saturnus genuit Iovem[e]. Rex[4] Iupiter erat prudentissimus et ingeniosus, rebus et[f] potencia precellens omnes. Qui Athenis natus[g] septem artes liberales adinvenit, quas uxor sua Nyobes[h] descripsit. Hic eciam leges et iura composuit, et ideo recte terrestris deus dici[i] potuit. De cuius semine Magnus Allexander[k], Troyani, Greci, Romani, Franconici reges prodierunt. Hic regnans Athenis et in Creta patrem suum Saturnum expulit a regno. Qui veniens in Yta-

a) meothidas 2. b) almanniam 1. 1^{a}. 2. c) ut 2^{a}. d) vicarios 2^{b}. e) earumque 2^{a}. f) cogitu 2. g) ediderunt 1^{a}. 2. h) hunni 1^{a} *semper*. i) sunt *add.* 2. 2^{b}. 3. k) h. t. 2^{b}. l) *sic* 2 *solum;* finitimorum 1. 1^{a}. $2^{a.b}$. 3. m) almanniam 2; alamaniam 2^{a}. 3; alemanniam 1. n) sunt 2. 2^{b}. o) martis 2^{b}. p) *sic omnes codd.* (laguesc. 1^{a}; lagwesc. 3). — ingentis quod 1^{a}; regentisque 2^{a}. q) *deest in omnibus codd.* r) laceratus 3. s) volumine 1^{a}. $2^{a.b}$. — hīc 2^{a}. t) imposuit 2^{a}. u) apud omnes nac. ant. 2. v) errford. *plerumque* 1. 2. 2^{b}. 3; Erfurd. *h. l.* 2^{a}, *alibi plerumque* erford. *ut* 1^{a} *et rarius* 3. w) scribende 2^{b}; prebendi 2^{a}. x) faciat princ. 3; 2 *add.:* Explicit historia Saxonum, et historia Thuringorum incipit. y) *sic* 1. 1^{a}. 2^{a}, *ubi* Sequitur de o.; origine (2). 2^{b} (*ubi* Sequitur de or.). 3; *in* 2 *lemmate in marg. absciso, superest tantum* — ne turingorum. z) Nemrot 2^{a}. a) *om.* 3. b) *om.* 2. c) cretha 2. 2^{b} *h. l. et infra.* d) crethensium 2; Cretē 3. e) youem 2. f) in 3. g) erat *add.* 1^{a}. h) niobes 2; uioles 2^{a}. i) *om.* 2^{a}. k) alex. 2. 2^{a}.

1) *Cf. infra p.* 747, *l.* 19. 20. 2) *Sequentia ex epilogo Annalium Lamperti auctor furatus est.* 3) *Ekkeh. gentem Thuringorum (vere* Gugingorum*) Langobardicam in hoc populo meliorem et fortiorem fuisse Pauli Hist. Langob. I,* 14. *secutus dixit.* 4) *Gotifr. Viterb. particulas, ex quibus haec excerpta sunt, vide editas a Pistorio-Struve, SS. II, p.* 64 *sqq.*

liam secundus post regem Ianum[a] regnum Ytalie[b] obtinuit. Post *Gotifr. part. III.* Nemroth Belus regnavit in Babilone, post Belum[c] Ninus filius eius regnum obtinuit. Qui Ninus genuit Crebotam[d], qui post mortem patris fugiens[e] novercam Semiramidem venit in[f] Germaniam, que[g] prius vocabatur Dardania a Dardano rege, qui eam primo[h] condidit[1], filio Iovis regis Grecie[2], postea nuncupata est Germania a duobus fratribus, scilicet Anthenore et Priamo, qui primo ibidem regnaverunt[3]. Ibique edificavit civitatem Treverim[i]·[*]. Rex namque *ib. VII, 20. ib. XXXII, 9.* Iupiter genuit Dardanum et Troyum. Rex autem Troyus edificavit Troyam nomine suo et genuit Laodemon[k]. Rex[l] Laodemon genuit Priamum et Anchisem[m]. Rex Anchises[n] genuit Eneam, a quo omnis[o] nobilitas Romanorum descendit. Rex Priamus maior habuit ex sorore sua[p] nepotem Priamum minorem[q]; qui Priamus et Anthenor cum Enea post Troye destructionem transierunt navigio per mare Illiricum[q*] cum[r] trecentis[s] navibus et XIII milibus armatorum per Venecias ibique civitatem Paduam edificaverunt. In qua eciam Anthenor habet honorabilem sepulturam. Deinde transierunt in[r] Meothidas[t] paludes et ibi edificaverunt Sycambriam[u], a quo ipsi vocati sunt Sycambri. Deinde processu temporum obtinuerunt Germaniam, a quo vocati sunt Germani. Unde factum est, ut[v] illi tres dividerentur per tres regiones, scilicet Eneas in Ytaliam, Anthenor in[w] Germaniam, Priamus in Franciam[4]. Postmodum vero ab imperatore Valentiniano vocati sunt Franci, id est feroces. In[x] Germania igitur regnantes primum regem[y] habuerunt filium Priami supra memorati nomine Priamum, quem imperio Romano rebellem Romani occiderunt. Tunc remansit filius Priami, quem vocabant Marcomedem[z]; cuius filium Pharamundum Germani sibi regem creaverunt. Leges eciam tunc per suos actores[a] Wesegast et Salegast[b] compositas habuerunt. Ab illo itaque Salegasto lex Salica nomen accepit. Qua quidem lege Salica usque hodie usi sunt Franci,

*) *in marg. alio atram. add.* 3: [Civ]itas Treverensis fuit constructa per [Trebet]as[c] filium Semiramidis[d] regine Babi[loni]e anno ab inicio mundi MCCCCLIII, ante urbem Romanam VI^C annis[5].

a) yanum 2b. b) ital. 2b *saepe.* c) bellum 1a. 2b. — nynus 2. d) *sic* 1. 2a. b. 3; crebotham 2; trebecam 1a. e) fugens 2. f) *om.* 2b. g) qui 1a. h) primus 1. 1a. i) Trev. — edificavit *om.* 2b. k) Loadenton 3. l) *om.* 3. — Loademon 3. m) anchisen 2a. b; anchysem 1. 1a. n) Enchises *h. l.* 1. 2a. 3. o) omnino (1 ?). 1a. p) suo 1. q) iuniorem 1. 1a; Wunorem 2b. q*) in liricum 2b. r) *om.* 1a. s) CCCC 2a. t) meotidas 2a. b. u) sicambr. *h. l.* 2. 2b, *infra* 2b. v) quod 1. 1a. w) *om.* 2a. x) In — regnantes *om.* 1a. y) regnum hab. pro rege 2b. z) merchomedem 2b. a) auctores 1a. — wesogast 1; Wisegast 3. b) salogast 1. — compositos 1a. 2; pompositos 2b. c) . . . cbas *potius legere mihi videor.* d) Semiradis *c.*

1) *Hoc in Gotifredi Pantheon non inveni, fortasse legitur in alia eius recensione, cuius prior pars nondum edita est. Cf. Gotifr. Spec. regum, SS. XXII, p.* 41, *n.* *. 2) *Cf. Gotifr. Pantheon part. IV, Pistorius-Struve II, p.* 78. 3) *Cf. ib. XIV,* 20. 21 *(= Pist.-Struve part. VIII, p.* 123*). XXXII,* 9, *SS. XXII, p.* 139. 301. 4) *Cf. ib. XIV,* 20. 21, *l. l.; XXII,* 48, *p.* 206 *sq.* 5) *Cf. Gesta Trever. c.* 1. 2, *SS. VIII, p.* 130.

unde et ipsi Franci Salici nuncupantur. Item nota, quod tempore Iosue[a] filii Nun[b] constructa est Troya[1].

[Gotifr. part. VI.] Anno vero a divisione linguarum MCC primo destructa est Troya. Eo[b*] tempore terra, que dicitur Ytalia Maior, Grecia vocabatur. [In[c] hiis eciam temporibus Germania divisa est in quatuor regna, videlicet in Almaniam et Theuthoniam, et procedente tempore ex eisdem regnis alia duo prodierunt, videlicet Thuringia et Lothoringia].

[ib.] In diebus illis regnum Laurentum, id est Sabinorum, cessit in Lacium regnante Latinio[d] Silvio[e], cuius mater nomine Carmentis[f] nimpha litteras Latinas invenit. Latinus autem publicavit eas. Post quem[g], ut dictum est, Eneas[h] regnum Ytalie [ib. XXXII, 1.] obtinuit. Post quem Ascanius filius eius[2]. Post[i] quem Postumus Silvius Lavinie[k]. Post quem Eneas Silvius rex[l]. Post quem Silvius Latinus[m]. Post quem Egiptus Silvius[n]. Post[o] quem Capis Silvius. Post quem Carpenates Silvius[p]. Post[q] quem Tiberius[r] Silvius. Post[s] quem Agrippa Silvius. Post quem Aventinus Silvius. Post[t] quem Procax Silvius. Post quem Amulius[u] Silvius. In Lacio vero Numitore[v] fratre suo ex- [Ekk. p. 50.] pulso, deinde[w] per nepotes in regnum restituto[x], ultimus regnavit in Lacio. Hiis temporibus Thuringia fortitudine populi in regno suo, diversitate linguarum atque multitudine, grandi spacio terrarum[3] dilatata[y] est. Regnumque eius inconcussum stetit usque ad tempora[z] Iulii Cesaris, qui in Theutoniam[a] veniens multa regna per X annos continue[b] perdomuit et Romano imperio subegit. Insuper terram Thuringie a Reno usque in[c] Britaniam sibi subdidit atque in eisdem diversis in locis multa castra atque municiones plurimas erexit, e[d] quibus totam terram circumvallavit, et suos iudices constituit in eisdem et reversus [Ekk. p. 96.] est Romam. Postea[e] tempore Tyberii[f] Cesaris ipse Tyberius multos reges de Almania[g], de Swevia, Bawaria[h], Thuringia atque de diversis aliis[i] terrarum locis ad se per blandicias vocavit, quos nunquam[k] revocavit et in exilium [Gotifr. XXXII, 9.] misit, regnaque eorum in provincias redegit. Dehinc[l] Franci

a) yosue 2. b) nini 1a. b*) Eodem 2a; Hoc 2b. c) *uncis incl. 3 solum habet.* d) latino 1a. e) *om.* 2a. f) Armentis 1a; karmentis 2; carmenthis 2b. g) quam 1a. h) *om.* 1. 1a. i) Post — Lavinie *om.* 1a. k) laphinie 2a. l) *om.* 1a. 2a. m) siluius *iterum add.* 2. 2a. n) egyptus silinius *(plerumque)* 1a. o) P. q. C. S. *om.* 1; Post — Carpenates Silvius *om.* 1a. p) Post quem Aventinus Silvius *add.* 3. q) P. q. T. S. *om.* 2a. r) tyb. 1. 1a; Tiberiis 3. s) P. q. A. S. *om.* 1a. t) P. q. Pr. S. *om.* 1a. u) amulus 2a. v) mumicore 2b. w) Dein 2b. x) restitutus 1a. y) dilata 2b. z) tempus 1a. a) teutoniam 2a. b; tautoniam 2; Theuthoniam 3. b) continuit 2a. c) ad 2. 2a. b. — brithaniam 1a; britanniam 2a. d) Ex 2b. e) post 2b. f) tib. *h. l.* 1. 2. 2b, *infra* 2. 2b. g) almannia 1. 2b; alemannia 2. 2a. h) bauaria *saepe* 1. 1a. 2b; et b. 2b. i) terr. al. 1a. k) inquam 1a. l) Deinde 2.

1) *Cf. Gotifr. Spec. regum c.* 10, *l. l. p.* 41, *n.* *. 2) *Sequentia ex catalogo regum Italicorum, Gotifr. Pantheon XXXII,* 1, *qui editus est a Pistorio-Struve, SS. R. Germ. II, p.* 375; *cf. part. X, ibid. p.* 157. 3) *Haec verba auctor ex Cronica Minore a.* 1028, *supra p.* 629, *l.* 26 *sq. furatus est.*

crescere ceperunt, Romani vero minui. Gentes enim, que fuerant[a] subiecte, per se ipsas multiplicate regnare ceperunt, Romani econtra gentibus servire cogebantur. Nam Franci in Thuringiam *Gotifr. XXII, 40.* venerunt[b] et ibi plurimam partem[c] terre Thuringie occupabant[d. 1] atque Romanos, qui tunc iuxta fluvium Renum habitabant, fugaverunt. Insuper Saxones terram[e] Thuringie perlustrantes inquirendis[f] sedibus, magna vi et potencia intrantes, cede et incendio omnia devastantes, Thuringos expulerunt et[g] in locum eorum insurrexerunt[h. 2]. Tempore quoque Karoli[i] [et[k]] Tagoberti[l] atque[m] per antecessores[n] suos, qui[o] regnabant in Francia, terra ista tributaria facta est. Nam omnia regna[p] istarum terrarum, videlicet Francorum, Germanorum[q], Pannoniorum, Thuringorum[r], per imperatores Romanorum destructa sunt et in provincias redacta; unde Tagobertus[s] rex et[t] Karolus Magnus[u] imperator Romanorum[v] statuit principes[3] et duces atque comites istarum provinciarum, *Gen. Reinh. c. 4.* scilicet in Thuringia, in Bawaria, in Franconia, in Pannonia[w], in Carinthia[x], in Moravia[y], in Swevia, in Saxonia, in Frisia[z], in Lothoringia[a], in tota Alemannia[b], quas quidem[c] naciones per intervalla omnes sibi subpeditavit.

De[d] ortu comitum provincialium in Thuringia.

Anno vero ab incarnacione Domini MXV. Conradus *Cr. Reinh. 1025.* dictus Salicus[e] imperator Romanorum factus est. Hic habebat duos consangwineos, Hugonem[f] comitem et Ludewicum[g] fratrem suum, iuxta Renum habitantes, ex Francis oriundi et ex stirpe regum Francorum progeniti[h]. Hic Ludewicus Cumbarba[i], eo quod faciem barbatam et comam nutriebat, vocatus[k] est. Hugo autem comes tantis diviciis redundabat[l], quod nulli hominum umquam[m] servire voluit nisi Fuldensi et Maguntinensi[n]

a) fuerunt 2[a. b]. b) ven. et ibi plur. *om.* 1[a]. c) parte 2[a]. d) occupebant 1[a]. e) littora 1[a]. f) in querendis 1. — cedibus 2[b]. g) et — insurrex. *om.* 1[a]. h) surrexerunt 2[b]. i) caroli *h. l.* 2. 2[b]. k) *deest* 1. 1[a]. 3. l) *sic* 1. 2 *et infra l.* 15. 2[b]; Tagebert. 3; tagabert. 1[a]; thagobert. *h. l.* 2[b]; dagabert. 2[a]. m) *om.* 2[a]; et *add.* 3. n) ācessores 2[a]. o) que 2. 2[b]. p) *om.* 1[a], *ubi* terr. ist. q) et G. 2[b]; germaniorum. panoniorum 1[a]. r) *om.* 2[a]. s) et Tag. 2[b]. t) atque car. 2[b]. u) factus est *add.* 1[a]. v) et *add.* 1[a]. w) panonia 1[a]; in P. *om.* 2[a]. x) karinthia 1. 1[a]; carintea 2; carithia 2[a]. y) morabia 2. 2[b]. z) frisea 2. a) lotor. 2. 2[a. b]. b) *sic h. l.* 1. 2. 2[a]. 3; almannia 2[b]; almania 1[a]. c) Alm. quasdam 2[a]. d) *rubr. om.* 1. 1[a]. e) salicius 1[a]. f) hugone 2[a]. g) *sic semper fere* 1. 1[a], *saepe* 2[a], *raro* 3; ludowic. *vel* ludouic. *semper fere* 3; lodewic. *semper* 2. 2[b], *raro* 1[a]. 2[a]; ludwic. *nonnunquam* 2[a], *raro* 1. 1[a]. h) progenitos 1; geniti regum Fr. 2[b]. i) dictus est *add. h. l.* 1[a]. k) voc. est *om. h. l.* 1[a]. l) redundat 1[a]. m) Nūquam 2[b]. n) moguntinensi *h. l.* 1. 3.

1) *Cf. supra p.* 741, *l.* 34; *Ekkeh. p.* 176, *l.* 24 *sq.* 2) *Aliis verbis hoc loco repetita videntur esse, quae auctor in capite de origine Saxonum ex Ekkeh. p.* 176. *descripsit, ibi a nobis omissa.* 3) *Fraudulenter auctor hunc locum Genealogiae Reinhardsbr. commentis suis aptavit.*

Cr. Reinh. principibus. Quo mortuo filius eius Wigmannus[a] in hereditate[b] sibi successit. Qui, ut aiunt, propter suam[c] rusticitatem et ingenii parvitatem a sede Maguntina[d] privatus est hereditario iure et paterno, et[e] in alterum translatum[f]. Quo audito idem Wigmannus assumptis comitibus Magunciam[g] devenit[h] ibique invasorem suorum beneficiorum in presencia episcopi et omnium in consistorio existencium crudeliter interemit. Cumque exilire vellet idem Wigmannus, detentus est et sentencialiter[i] mortis supplicio in eodem consistorio penas[k] solvens miserabiliter occubuit. Cuius omnis hereditas et beneficia prenominata ad Ludewicum Cum-barba devoluta sunt. Post hec[l] idem Ludewicus ad[m] curiam imperatoris Conradi Salici[n] venit, ibique propter suam sagacitatem summus et prepotens in aula regia effectus est.

ib. 1034. Anno autem[o] Domini MXXXV. idem Ludewicus Cum-barba ab imperatore[p] Conrado missus est[q] in Magunciam[r] ad episcopum Bardonem[s], mandans ei, ut eidem Ludewico beneficia aliqua citra[t] Renum in feodum[u] conferret. Tunc episcopus ei[v] in Thuringia feodum[u] contulit et beneficia plurima alia[w] concessit. Qui veniens in Thuringiam cum XII militibus seu[x] militaribus viris in confinio silve Loybe[y] inter montem Kathenberg[z] et Aldenberg[a] et Cornberg[b] indutus melotis quasi peregrinus habitare cepit. Qui contentus habitacione loci illius ab incolis terre, scilicet Bisone[c] de Glichen[d] et923 Canthero[e] de Kevernberg[f] comitibus aliisque nobilibus viris et liberis, predia multa emit, villam quoque[g] Aldenberg, alia quoque adiacencia, culta et inculta et arbusta, in campi planiciem[h] coequans, viculos statuit, quorum unum Frederichrode[i], alterum Reynhersborn[k], aliosque[l] aliis nominibus appellavit. Edificato igitur predio in Aldenberg ditari et multiplicari cepit in eodem loco, ita ut omnibus vicinis suis nobilibus et comitibus carus esset et honorabilis[m]. Ex quo accidit, ut permissione[n] regis et principum, quibus id iuris erat concedere, in Scowenberg[o] monte castrum inexpugnabile erigeret et constitueret.

Anno vero MXL. incarnacionis[p] Domini[1] idem Ludewicus Cum-barba diviciis[q] proficiens accepit in coniugium quandam nobilem[r] matronam de Saxonia, Ceciliam nomine de Sanger-

Anno Domini octingentesimo cepit in heremo Wilhelmitarum ordo sub Wilhelmo duce in Aquitania[c] ad regulam beati Benedicti. *cf. supra p.* 151.

Anno Domini MXCVIII. cepit ordo[d] Cisterciensium griseorum extractus et assumptus a regula[e] beati[f] Benedicti a Ruperto[g] abbate in Burgundia. *cf. ib. et p.* 709.

Anno Domini MCXXI.[2] Nortpertus[h] archiepiscopus Magdeburgensis[i] claruit, a quo Nortpertini[k] canonici prodierunt[l]. *cf. ib.*

a) incepit 3. b) Antonio 3. *Stolle;* anthono 2^b. c) thebaia 2^a. d) multi 1^a. 2. $2^{a \cdot b}$. *St.* e) *sic omnes codd. et St.; cf. supra p.* 772, *l.* 5. f) yppon. 2^a. g) hysp. 1. 1^a. 2^b. h) DCXLII. 2^a. — ge||mbilione 2; gewilonie 2^b. i) Moguntin. 1. 3. k) *om.* 2. $2^{a \cdot b}$ *(adest St.).* l) wimfridus 2; Wynfridus 3. m) roracia 1^a. n) moguncia m 1. 2. *St.* o) sacharie papa 2^b. p) Eod. — Theutonia *om.* 1. 1^a; item eod. *St.* q) Canonistarum 3. r) theuthonia 2; teutonia 2^b. s) Hersv. — monasterium *om.* 3; hirßfledens. 1^a; hersfeld. 2. 2^a. *St.;* herstbeldense 2^b; etc. *add.* 2. t) DCCXV. iniatum 2^a. u) etc. *add.* 2. v) moguntin. 1. 2. — edificavit 1^a. w) odorff 1^a; Ordorff 2. $2^{a \cdot b}$. 3. *St.* x) honorem 2. $2^{a \cdot b}$. 3. *St.;* sanctorum *add.* 2^a; sancti *add.* 3; beatorum *add. St.* y) *sic* 1. 1^a. 2. 2^b. 3. *St.* (*pro* septingent.); DCCLXXXII. 2^a. z) Carolus 2. 2^b. a) in 3. b) saxoniā 2^b. c) acquitania 1^a; aquitonia 2. d) cepit ordo *om.* 2. — cistersien. 2^b. e) terra 2^b. f) *om.* 1. 1^a, *in marg. eadem manu suppl.* 2. g) a Rup. — Burg. *om.* 2^b. h) nortpartus 2^b. i) magduburg. 2. k) nortbertini $2^{a \cdot b}$. l) prodiderunt 2; *desinit* 1, *extremo folio* 307. *exciso.*

1) *Cf. supra p.* 151, *n.* 1. 2) *Sic supra p.* 151; MCXXVI. *p.* 709.

cf. supra p. 151. 709. *Cr. Minor.* Anno Domini MCXXVIII. ordo Templariorum ab[a] Honorio papa secundo confirmatur, et eodem anno claustrum Griseorum[b] in Walkenrede[c] fundatur[d].

Anno Domini MCXXXVIII. cenobium in Volkolderode[e] iniciatum est.

Anno Domini[f] MCXLVII. cenobium in Valle Sancti Georgii[g] iniciatum est[1].

cf. Eng. Anno Domini CCCCXXXVIII. tempore Clodii regis Francorum et tempore Marcomedis[h] regis Thuringorum[2] civitas Erfordensis inicium sumpsit[i·3].

Ekk. Auct. cf. Eng. Anno Domini DCCVII. monasterium sancti Petri[k] fundatum[l] est a Tagaberto[m] rege Francorum, deleto[n] prius castro ibidem posito, Merwigis regis nuncupato.

cf. ib. Anno Domini DCCCXLII. ossa sancti Severi episcopi[o] Ravennensis translata sunt in Erfordiam per dominum Ocgarum[p] archiepiscopum Maguntinensem[q] et collata[r] sunt in[s] capella sancti Pauli in Alto[t]-monte sita.

cf. ib. Anno Domini DCCLII. monasterium sancte Marie virginis in Erfordia constructum est[u] per beatum Bonifacium primum archiepiscopum Maguntinensem[v].

Lamp. add. Anno Domini MXXXVI.[w] monasterium Scotorum[x] in Erfordia edificatum est per dominum Waltherum[y] de Glisberg[z·4].

cf. Eng. Anno Domini MLXVI. civitas Erfordensis primo circumcincta est muro lapideo[5], propugnaculis[a] in circuitu positis.

cf. ib. Anno Domini MCXXIII. moniales ordinis[b] sancti Benedicti translate[c] sunt de monte Sancti Severi episcopi in montem Sancti Ciriaci[d], ubi nunc sunt, per do-

a) ab H. p. sec. *om.* 1^a *h. l. (cf. n.* e*)*; conf. ab Hon. p. V^0 (5to 2; quinto 2^b. *St.*) 2. $2^{a \cdot b}$. *St.* b) grisceorum 2^b. c) Walkemrde 1^a; walkenrode 2. *St.;* Walckenrode 2^a. d) fund. — Volkold. *om.* 2^a. e) volkenrode 1^a; walkolderode 2; walkenrode 2^b: Walkenrede *St.;* ab Honorio papa III. (!) *add. h. l.* 1^a. f) *om.* 3. g) georgi 2^b; georii 2. 2^a. h) Marchomedis 3; Marckomedis *St.* i) cepit 1^a. k) in Erffordia *add.* 2. *St.* l) est fund. 1^a; fund. fuit *St.* — ab 2^b. m) *sic* 1^a. *St.;* Tageberto 3; togoberto 2; dagaberto $2^{a \cdot b}$. n) de loco 1^a. o) epo 2^b. — ramnensis 1^a; rabennensis 2. p) Argarum 1^a; Othgarium *St.* q) moguntin. 2. r) collocata 1^a. s) ad 2^a. — capellam 1^a. 2^a. 3 *(ut videtur).* t) alta 2^a. u) *om.* 2^b. 3; fuit *St.* v) moguntin. 2; maguntinum 1^a. w) M^0XXX. 1^a. x) schottorum 2^b. y) walterum 2^b. *St.;* baltherum 2. z) glisbergk 1^a. *St.;* gli?bergh 2; glisberch 2^b. a) propugnaculo in c. posito 2^b. b) *om.* 2^b. c) translati 1^a. 2^a. 3. *St.* — sunt *om.* 2. d) Cyr. 1^a. 2^b.

1) *Cf. Cron. Minor. a.* 1142, *supra p.* 638. 2) *Cf. supra p.* 744, *l.* 18. 3) *Cf. etiam supra p.* 399. 742. *Ad ea quae cum Cronicis Erford. Engelhusianis conveniunt vide quae ad has adnotavi.* 4) *Nota haec in Engelhusianae Cronicae I. parte priore, non in secunda legi ibique ex Cronicae S. Petri excerpto E descripta esse.* 5) *Cf. etiam supra p.* 399.

minum Adilbertum[a] archiepiscopum Maguntinum[b], et castrum munitissimum idem episcopus in monte Sancti Severi sibi[c] construxit. *cf. Eng.*

Anno Domini MCXXXI. instaurata est ecclesia sancti Augustini in Erfordia per dominum Adilbertum[a] archiepiscopum supradictum[1]. *cf. Eng. II. a.* 1135.

Anno Domini MCLIIII. corpora sanctorum episcoporum[d] Adelarii et Eobani[e] in Erfordia sepulta in monasterio beate Marie virginis inventa sunt et cum magna gloria translata, et non longe post nova ecclesia cum turribus[f] munitissimis, ut iam cernitur, fabricata est de oblacionibus sanctorum predictorum[g. 2].

Anno Domini MCLXXXII.[h] civitas Erfordensis distributa est in diversas parrochias. Nam antea sola ecclesia sancte Marie fuit caput omnium ecclesiarum et parrochia generalis tocius civitatis. Alie vero capelle sanctorum edificate sunt per intervalla temporum a nobilibus terre[i], qui de precepto Maguntinensis[k] archiepiscopi ob tuicionem[l] predicte civitatis ibidem habitabant[m]. *cf. Eng.*

Anno[n] Domini MCC. cepit ordo domus Theutonice[o] [beate[p] Marie virginis] ab imperatore Heinrico sexto in Accon, sed confirmatus est anno MCCXX. *cf. supra p.* 151. *et* 709.

Anno Domini MCCVII. cepit ordo Predicatorum a beato Dominico in Hyspania[q]. Anno Domini MCCXVI. confirmatus est ordo Predicatorum a domino papa Honorio. *cf. ib.*

Anno[r] Domini MCCX. cepit ordo Minorum fratrum a sancto Francisco[s] in valle Spoletana[t]. Sed predictus ordo confirmatus est[u] a domino papa Honorio anno Domini[v] MCCXXII[3]. *cf. ib.*

Anno Domini MCCXXI. Minores fratres primo venerunt Erfordiam et extra muros civitatis, ubi nunc

a) albertum 1^a. b) Maguntiñ 3; moguntinum 2. c) *om.* 3. d) *om.* 2^a. — Adultirii 3. e) eoboni 2^a. f) tribus 1^a. — minutissimis 3. g) episcoporum *add.* 2^b. h) MCLXXXIII. 3; 1183. 2^b; M^oCLXXXVII. 1^a. i) *om.* 1^a. — que 2^a. 3. k) maguntini 1^a. l) tucō̄ʒ 1^a; tuciorem 3. m) etc. *add.* 1^a. n) Anno — MCCXX. *post* inhabitant *(p.* 780, *l.* 3*)* 1^a. o) theutunice 1^a; teuthonice 2; teutonice 2^b; theotonice *Stolle;* Theutonicorum 3. p) *uncis incl.* 3 *solum habet.* q) hisp. 2^b. *St.* r) Anno — MCCXXII. *om.* 1^a. s) franscisco 2. t) Spoletano 3. u) est conf. 3. v) *om.* 2. 2^b; a. D. *om.* 2^a.

1) *Nic. de Siegen ed. Wegele p.* 311. *hunc locum huius libri exscripsisse videtur. Ad a.* 1126. *falso haec habet Hist. Eccard. col.* 368, *ex Libro cron. procul dubio sumpta.* 2) *Haec in Cronicis Erford. Engelhusianis omissa sunt, cum ibi de his sanctis inventis descripta sint quae in Cron. S. Petri E leguntur.* 3) *Cf. supra p.* 709. *a.* 1223.

manent infirmi leprosi[1], Kramphentore[a] per XI annos habitabant. Anno[b] vero[c] MCCXXXII. intraverunt[d] et construxerunt claustrum, quod nunc[e] inhabitant[f, 2].

Anno Domini MCCXXIX. Predicatores cenobium Erfordie construxerunt in predio dominorum de Honstein[g, 3].

cf. Eng. II. Anno Domini MCCLXXXIII.[h] fratres Heremitarum sancti Augustini Erfordie cenobium construxerunt.

cf. ib. Anno Domini MCCLXXXV. claustrum Novi-operis iniciatum est.

Anno Domini MCCCX. Monialibus[i] extra[k] portam Kramphentore[l] residentibus[i], transposite sunt[m] extra valvam in[m] Plurali[n, 4], quibus fratres Mariani[o] successerunt[p].

Sufficere iam credimus nec ultra procedere volumus in hoc libro, licet multa addere possemus, sed ne

a) krafentore 1^a; kramphendor 2; krampfendor 2^a; cramffendor 2^b; Kranphentore 3. b) Item a. 2^b, *ubi haec* — inhabitant *post* Hansteyn *(l. 6)*. c) Domini 2. $2^{a.b}$. d) Minores *add.* 2^b. e) *om.* 2^a. f) etc. *add.* 2. g) hanstein 2^a; hansteyn 2. 2^b; hansteñ 1^a. h) M⁰CCLXXXIIII. 1^a. i) *sic* 1^a. 3; Moniales . . . residentes 2. $2^{a.b}$. k) ex porta 2^b. l) *sic h. l.* 1^a; 2^a. 3 *ut supra n.* a; kramphentor 2; crempffendor 2^b. m) *om.* 2^b. n) prurala 2, *ubi add.* wor deme prul; blurali 2^a; bruel 2^b. o) margiani 1^a; margiania 2; manani 2^b; margraui successerant 2^a. p) etc. *add.* 1^a. 2.

1) *A.* 1224. *Nov. fratres Minores Erfordiam venientes* collocati sunt . . in curia sacerdotis leprosorum extra muros, *ut tradit Iordanus de Yano c.* 39, *ed. G. Voigt p.* 534, *sed iam a.* 1225. *ecclesiam s. Spiritus hospitali leprosorum prope adiacentem receperunt, ubi usque ad a.* 1231. *habitaverunt, ut idem Iordanus c.* 43. 46, *p.* 535. 537. *tradit.* — Ante valvam Spasmi *fratres Minores tunc resedisse etiam Varil. ant. Erphurd. loco ex Cronica S. Petri sumpto a.* 1232. *addidit, quod supra p.* 448. *etiam additum est.* 2) *Cf. supra p.* 81. 83. 226. 229. 652. 654, *n.* **. *et quae ibi adnotata sunt et Cronicae Erford. Engelhusianae infra editae. I. F. Möller, 'Beiträge zur Geschichte der Barfüsser-Kirche zu Erfurt' (Erfurt* 1832*) p.* 8. *e plagula foliorum, saec. XIV, ut opinabatur, scripta, in qua catalogus conventuum fratrum Minorum scriptus erat, haec edidit:* Anno Domini MCCXXV. datus est locus fratribus in Erfordia extra muros iuxta valvam quae dicitur Cramphitor, et ibi morabantur usque ad tertium annum, et tunc vicedomini de Appoldia dederunt fratribus locum iuxta Geram, ubi modo resident. *Idem p.* 10. *ex eadem plagula haec dedit:* Anno Domini MCCCXVI. confectus est chorus iste novus in honorem sancti Ioannis baptistae, sancti Michaelis et omnium angelorum, sancti Stephani et sanctae Catharinae virginis. 3) *Eos a.* 1229, *non a.* 1228, *Erfordiam venisse patet e litteris Sigefridi archiepiscopi datis a.* 1229. *Iun.* 24, *editis in 'Zeitschr. d. Harzvereins' XIII, p.* 29. *Cf. supra p.* 81. 228. 655, *n.* *. *Primus prior conventus Erfordensis Elgerus de Honstein fuisse dicitur in Leg. de s. patr. conv. Isenac. c.* 3. 6, *'Zeitschr. d. V. f. Thür. Gesch.' IV, p.* 369 *sq.* 4) *Sed iam cartae a.* 1309. *Dec.* 1. *subscripsit* Kirstanus prepositus sanctimonialium in Brulo sive Sancti Martini extra muros Erfordenses; *C. Beyer, 'UB. d. Stadt Erfurt' I, p.* 387, *nr.* 554.

ipsa prolixitate aut[a] multiplicitate in fastidium legentibus, quod absit, liber iste[b] vertatur. Tanta autem tunc[c] pretermisimus, quod hec, que scripta sunt, pauca respectu eorum que obmisimus videantur[1]. Hec autem ad Dei gloriam solius[d] et legencium utilitatem protulimus, nequaquam propria deliberacione et presumpcione, sed consilio et assensu prelatorum meorum[e].

Laus[f] et gloria sit Ihesu Christo!

a) ac 2. b) est 1[a]. c) *om.* 1[a]. d) solus 2[b]. e) eorum 2[b]; etc. *add.* 2[a]. f) *sic* 1[a]; Deo laus et cet. 3; In nomine domini. Amen. Et sic est finis 2; *quae in* 2[b] *subscripta sint, vide p.* 732.

1) *Haec e Vita cuiusdam sancti transscripta esse suspicor. Cf. Sulp. Sev. Vita Martini c.* 1: quia sufficere credimus, si tantum excellentiora notarentur. Simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium.

NOTAE ERFORDENSES.

Ex codice illustrissimi comitis de Schoenborn-Wiesentheid Pommersfeldensi nr. 2930, mbr. saec. XIV, Ph. Jaffé olim sequentes notas a. 1374. 1375. exscripsit[1], *non indicans, qua in parte libri eae scriptae sint, nec quid codex contineat*[2]*; quem, cum multi alii codices bibliothecae Pommersfeldensis Erfordiae et praesertim in monasterio Montis S. Petri Erfordensis scripti sint, in eadem civitate scriptum esse pro certo habebis.* *O. H.-E.*

1374. Anno Domini MCCCLXXIIII. translatus est Lodewicus marchio Misznensis[3] de episcopatu Babinbergensi ad Mag[untinum[a] archiepiscopatum su]per Adolfum de Naszaw, episcopum Spirensem, postulatum; cui postulato totum capitulum et civitates Mog. adheserant et Erfordenses similiter.

1375. Anno sequenti, scilicet LXXV, circa festum nati-
Iun. 24. vitas[b] Io[hannis Erfordenses][a] diffidarunt[4] marchiones[c]

a) *uncis inclusa supplevi, lacuna in apographo Iaffeano indicata est.* b) *sic apogr. Iaffeanum.* c) march *c.*

1) *Qui ex eodem libro hos versus exscripsit, e quibus apparet hunc librum monasterii Montis S. Petri non fuisse:*

O monachi, quorum stomachi sunt amphora Bachi,
Vos estis, Deus est testis, turpissima pestis.

2) *W. Schum, qui codices Erfordenses bibliothecae Pommersfeldensis recensuit in 'Mitth. d. V. für die Gesch. u. Alt. v. Erfurt' VI, p.* 270 *sqq., hunc librum non descripsit.* 3) *Frater Friderici, Balthasari, Wilhelmi marchionum Misnensium.* 4) *A.* 1375. *Iun.* 15. *datae sunt litterae diffidationis, Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 552 *sq., nr.* 755.

et maximas [depopulati]ones[a] eis intulerunt in Thuringia; quam civitatem idem marchiones eodem anno quatuor ebdomadis[1] et plus obsederunt una cum imperatore[2], rege Bohemie[3] et pluribus aliis principibus et dominis.

a) *uncis inclusa supplevi, lacuna in apographo Iaffeano indicata est.*

1) *Cron. Thur. c.* 23, § 16 *(Pistorius-Struve, SS. I, p.* 1352, *c.* 120*):* circuibant civitatem Erfordensem cum exercitu suo per quindenam . . .; quo facto civitatem obsederunt per VI ebdomadas; *'Limb. Chr.' c.* 105, *'D. Chr.' IV, p.* 67: lagen alda ganze echte wochen; *Chron. episc. Merseb., SS. X, p.* 200: cum . . . duobus mensibus et aliquibus diebus potenter circumvalassent eandem. 2) *Qui demum mense Augusto advenit, die Sept.* 6. *pacem inter partes composuit; Böhmer-Huber, Reg. Imp. VIII, nr.* 5505. 3) *Wenceslao.*

CRONICAE ERFORDENSES ENGELHUSIANAE.

In codicibus Speculi vel Imaginis mundi Theoderici Engelhusii duae inveniuntur Cronicae Erfordenses proximae sibi ac simillimae.

I) Ea, quam numero I. signavi, exstat in

1) *codice bibliothecae regiae* D r e s d e n s i s, *signato I* 47, *membranaceo fol., foliorum in binas columnas divisorum* 88, *quorum extremum vacuum est; qui quodammodo liber archetypus Engelhusii dicendus est, cum non quidem ipsius manu, sed hoc, qui se dicit collectorem libri, ordinante et curante a quodam H. scriptore anno* 1423. *scriptus sit*[1]. *In primo folio vacuo relicto manu saec. XV. scriptum est:* I XIII. pertinet iste liber ad librariam universitatis Erff[ordensis] apud Sanctum Michaelem[2]. *Inter appendices*

1) *F.* 69b. *hic epilogus legitur Speculi mundi:* Venerabilis Beda in prologo scilicet Cronice de gestis Angulorum inter cetera dicit: 'Lectorem suppliciter obsecro, ut, si qua in hiis — — literis mandare; preterea omnes, ad quos hec historia pervenerit, suppliciter precor, ut pro meis infirmitatibus (anime *in marg. suppl.*) et corporis apud supernam clementiam sepius intervenire meminerint'. Hec iste. Et nos amplius T. et H., collector et scriptor, idem exoptamus, et si iuxta quorundam opinionem mundus iste prescise legionem an[norum] inplebit, quod soli Deo notum est, restabant paucissimi anni, ut patet iuxta numerum maiorem supra scriptum: anno enim Domini 1423. erat numerus magnus 6622, quibus si adduntur 44, erit legio predicta, videlicet 6666. 2) *Ibidem posteriore manu saec. XV. scriptum est:* Presentis cronice Engelhusen prologus est sumptus de Speculo hystoriali, et inde eciam multa huius cronice collector recepit, et conpilator sine dubio fuit supradictus magister Theodericus de Engelhusen, qui vixit adhuc anno Domini 1440. et complevit hanc cronicam anno 1423, ut patet in particula finali huius libri. *Tum sequitur manu nostri saeculi scriptum:* Codex e tabulario Regio *(Dresdensi)* in Bibliothecam Regiam delatus m. Oct. a. 1832. *Cf. 'Archiv' VI, p.* 224 *sq., ubi in archivo*

libri a Theoderico Engelhusio collectas non H. scriptoris, sed alia, ut videtur, manu saec. XV. f. 79^{c}—80^{c} *annales scripti sunt a.* 1036—1351, *qui inscribuntur* Cronica Errfordensis, *excerpti ex chronico Erfordensi a.* 1036—1353. *ex Cronica S. Petri Erfordensi excerpto et additamentis aucto, quod supra p.* 141. *littera E signavi. Tum alio atramento et alia, ut videtur, manu, certe paulo posteriore tempore f.* 79^{b}. *his annalibus praescripti sunt annales a.* 438. 707. 842. 752, *qui iterum inscribuntur* Cronica Errfordensis, *et f.* 80^{c}. *illis eadem manu subiuncti annales a.* 1066—1213, *qui omnes paucis mutatis vel additis leguntur partim in appendice (supra p.* 778 *sqq.), partim inter additamenta codicis tertii (supra p.* 757 *sq.) Libri cronicorum Erfordensis, unde statuamus oportet hos ex annalibus sive notis S. Mariae Erfordensibus deperditis excerptos esse*[1]. *De his duabus cronicis huius codicis egi 'N. Archiv' XXI, p.* 483—501, *ubi eas ab auctore Variloqui antiquitatum Erphurdiani*[2] *hoc ipso codice uso exscriptas esse ostendi. Cronicam a.* 1036—1351. *A vocatam in anteriore columna, eam a.* 438—1213. *B dictam*[3] *in posteriore columna posui, ut serie annorum servata cum altera Cronica Engelhusiana componi possent. Numeri annorum Cronicae A in margine signis Arabicis ac saepe ita scripti sunt, ut praecedente numero plene scripto sequens numerus eiusdem decadis quarto tantum numero exprimeretur, quod ut indicarem, tres priores numeros uncis inclusi*[4].

Codicis Dresdensis (1) *exemplar est*

1^{a}) *codex bibliothecae regiae Hannoveranae XI.* 673, *chart. fol., saec. XV*[5], *in quo f.* 74^{d}—75^{d}. *hae Cronicae eodem ordine atque in libro Dresdensi scriptae sunt.*

Atque eaedem eodem ordine dispositae, haud paucis omissis, multis mutatis, permultis verbis transpositis habentur in

regio hunc codicem servari relatum est, unde Potthast, Bibl. hist. medii aevi ed. 2. *I, p.* 266, *etiamnunc eum ibi exstare falso dixit. Cf. Schnorr v. Carolsfeld, 'Katalog der Hss. der Kgl. öffentl. Bibl. zu Dresden' II, p.* 27 *sq.* 1) *Cf. supra p.* 729. 732 *sq.* 2) *Menckenii SS. R. Germ. II, col.* 475 *sqq. Nec dubito, quin etiam Nic. de Siegen hunc codicem vel eius apographon exscripserit. Cf. praesertim ed. Wegele p.* 293 *sq.* 303. 335 *sq.* 3) *Quas 'N. Archiv' XXI, p.* 485. *Eng. I. II. dixi.* 4) *Compluries addito* Vide supra *lector ad Speculum mundi Engelhusii eiusdem codicis relegatur, posteriore manu post* supra *additi sunt annorum numeri falsi.* 5) *Cf. E. Bodemann, 'Die Handschriften der Kgl. Bibl. zu Hannover' p.* 115 *sqq.; 'Archiv' XI, p.* 408.

2) *codice bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr.* 24163 *(ZZ* 1163*), chart. fol. max., saec. XVI in., f.* 225—228, *qui inter collectionem historicam continet Chronicon Moguntinum, accurate descriptus in editione eius a V. Cl. C. Hegel p.* V *sqq.* [1] *In hoc exemplari pauca aliunde sumpta addita sunt, quorum unus locus ex Annalibus Stadensibus, alter ex Cronica S. Petri Erfordensi exscriptus est. Compluries lector ad chronicon quoddam supra scriptum relegatur, minime vero ad Chronicon Moguntinum eiusdem codicis neque ad Speculum mundi Theoderici Engelhusii, sed ad ignotum quoddam breve* [2]*, quo excerpta Cronicae S. Petri Erford. cum annalibus Erfordensibus congesta fuisse videntur. Quamvis igitur in hoc codice haec Cronica descripta sit ex alio, in quo non Engelhusii, sed aliud chronicon Erfordense ei praecesserit, tamen dubitari nequit, quin ex codice quodam Engelhusii profecta sit, ac mihi persuasum est librum Dresdensem* (1) *eius archetypum fuisse* [3]*, licet sint quae huic opinioni repugnare videantur, quorum gravissimum hoc est. In Cronica A inter excerpta ex chronico E dicto locus a.* 1164. 1169. *de muro Erfordensi constructo, destructo, reparato in hoc solo codice legitur ad verbum fere conveniens cum Cronica Reinhardsbrunnensi, unde coniciendum est ex Annalibus Erfordensibus eum sumptum esse, qui non quidem inter excerpta chronici E, sed in Cronica B inter excerpta Annalium S. Mariae legi debuisset; unde aliquis conicere posset eum in hoc codice aliunde additum esse, praesertim cum ad similem locum in chronico brevi Erfordensi, quod in codice antiquiore huic praecessit, lector in hoc relegatur; sed eadem fere de muro Erfordensi in Cronica II. mox dicenda eodem loco breviata leguntur, et alius locus a.* 1204. *procul dubio ex Annalibus S. Mariae profectus etiam in codice* 1 *inter excerpta chronici E dicti legitur. Quae cum ita sint, archetypum codicis* 2 *ex codice* 1 *quidem descriptum fuisse opinor, sed hoc etiam ordinante et curante Theoderico Engelhusio scriptum et ab ipso vel scriptore eius H. dicto loco auctum esse. Ideo*

1) *Et iam antea 'Chroniken der deutschen Städte' XVIII, Mainz II, p.* 1 *sqq.* 2) *Folia* 13. 18. 19. 20. *eius afferuntur.* 3) *Vide praesertim p.* 794, *n.* **, *ubi nota, quae in Cronica II. ad a.* 1285. *recte adscripta est, ad Cronicam A in margine ea manu, ut videtur, quae Cronicam B scripsit, falso loco (ad a.* 1185. *eam scriba ponere voluisse videtur) suppleta et in cod.* 2 *eodem loco repetita est, die a.* 1184. *ad hanc falso tracto, qui in* 1 *ita scriptus est, ut facile cum hoc loco coniungi posset. Aliunde sumpta, quae supra dixi, postea addita esse patet, nescio an ex chronico brevi, quod olim huic Cronicae praecessit.*

variam lectionem codicis 2 *omnem praeter multa menda eius puerilia et praeter orthographica adnotavi.*

II) Altera quae inscribitur Cronica Erfordensis civitatis *Engelhusiana exstat in codice civitatis Hannoveranae non signato, chart. fol., qui olim fuit* Liber conventus fratrum Minorum in Gottingen H 5[1], *tum ecclesiae s. Crucis Hannoveranae*[2], *ante medium saec. XV. una manu, foliis in binas columnas divisis, pulchre scripto, inter appendices Speculi vel Ymaginis mundi Theoderici Engelhus ab hoc ipso subiunctas*[3], *cuius prologum anno* 1429. *scriptum esse auctor dicit, sed liber ipse usque ad a.* 1433. *protenditur. In hac Cronica excerpta chronici E dicti et annalium deperditorum, in altera Cronica separata, inter se mixta sunt, ac plerumque quidem magis breviata quam in illa, attamen etiam in hac sola exstant nonnulla in illa omissa, quae ex chronico E descripta sunt, et non raro huius verba magis cum chronico E conveniunt quam prioris Cronicae. Et cum in illa annales deperditi, in Libro cronicorum etiam exscripti, iam a.* 1213. *desinant, in hac etiam sub a.* 1283. 1285. *loci in Libro cronicorum repetiti leguntur. Patet igitur utramque Cronicam ex eodem exscriptam esse libello, qui excerpta chronici E dicti usque ad a.* 1351. *et annales deperditos vel fragmenta eorum a.* 438. *usque ad a.* 1285. *separatim scripta continuerit, ut 'N. Archiv' XXI, p.* 482 *sqq. exposui. Theodericus Engelhus igitur earum quidem auctor habendus est*[4], *sed ita tantum, ut antiquiorem libellum exscribens vel exscribendum curans modo in hac, modo in illa quaedam ipse vel scriba eius mutaverit vel omiserit. Sed in Cronica civitatis Erfordensis ad a.* 1363. *de campana Erfordensi, ad a.* 1397. 1413. 1416. 1422. *de incendiis Erfordensibus quaedam addidit. Ex hac Cronica multa descripta sunt ordine chronologico non servato in codice autographo chronici Conradi Stolle*[5] *bibliothecae universitatis*

1) *Ut manu saec. XV. ex. vel XVI. in. in primo folio scriptum est.* 2) *Cuius cum esset, a Leibnitio, SS. R. Brunsvic. II, p.* 54, *ad edendum chronicon Theoderici Engelhus adhibitus est.* 3) *Huius codicis folia numeris non signata sunt.* 4) *Quod quidem locis a Lothario de Heinemann 'N. Archiv' XIII, p.* 183. *allatis non comprobatum est. Theodericus Engelhus in chronici sui universalis recensionibus diversis ipsum chronicon E et alterum chronicon exscripsit, in quo nonnulla ex Cronica S. Petri excerpta legebantur, ut alio loco demonstrabo. Quae K. Herrmann, Bibl. Erfurtina p.* 64 *sq., de hac Cronica disseruit, diligenter quidem scripta sunt, sed cum hic neque alteram Engelhusii Cronicam Erfordensem nec chronicon E legisset, vera invenire non potuit.* 5) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 501 *sq.*

Ienensis, Sagitt. in 4° *nr.* 3, *f.* 150—151′, *cuius variam lectionem signatam* St. *attuli. Ex codice Hannoverano, tum ecclesiae S. Crucis, Cronicam Erfordensis civitatis male edidit Io. B. Menckenius, SS. rerum Germ. II, col.* 561—566, *usus apographo ab Io. G. ab Eckhart scripto. Hoc apographum Eckhartianum vel exemplar eius servatur in collectione Cerroniana a.* 11. *archivi provincialis Brunnensis* [1], *quod ante quinquaginta fere annos descripsit W. Wattenbach b. m.*

Librum Monacensem (I, 2*) socius Paulus de Winterfeld, reliquos (I,* 1. 1[a]. *II) ipse exscripsimus. O. H.-E.*

I.

f. 79[b].

Cronica Errfordensis[a].

A. — *B.*

cf. L. cron. Erf.

Civitas Errfordensis[b] habuit inicium tempore Clodii regis Francorum et Marcomedis regis Thuringorum, anno siquidem[c] Domini 438.[d]

cf. ib. Ekk. Auct.

Monasterium autem[e] sancti Petri fundatum est ibidem a Dagoberto[f] rege Francorum, destructo prius castro ibi[g] posito, Merevingi[h] regis nuncupato, et[i] hoc anno Domini 707°.*) [2]

cf. L. cron. Erf.

Anno[k] Domini 842. Ossa sancti Severi etc.[l] translata sunt in[m] ca-

*) 2 *add.:* In alia Clo. (*lege* Cronica) dicitur: Anno 632 [3].

a) *haec — p.* 790, *l.* 7 (Moguntinum) *eodem atramento scripta, quo infra f.* 80[c]. *annales a.* 1066—1213. *(in altera columna positi) exarati sunt* 1; De Errfordia 2. b) Errfurdeñ 2. c) siq. Dom. *om.* 2. d) 436. 2. e) *om.* 2; a. s. P. *om.* 1[a]. f) Dageberto 2. g) ibidem 1[a]. h) Meruigis 2. i) et hoc *om.* 2. k) A. D. 842. *post* Alto monte *(p.* 790, *l.* 2*)* 2. l) *om.* 2. m) ad 2.

1) *Cf. 'Archiv' IV, p.* 264. *Quod provenit ex bibliotheca comitis Giannini. Hoc omnia fere menda, sed non omnia editionis Menckenianae, etiam lacunam a.* 1213. 1216. *ut illa praebet. (Sed sub a.* 1162. *habet recte* sequenti, *ubi editio* set.*). Corrigas precor quae supra p.* 144, *n.* 3. *et 'N. Archiv' XXI, p.* 483, *n.* 2. *non recte dixi, Eckhartum non ipsum codicem olim Gottingensem, tum ecclesiae S. Crucis Hannoveranae, sed exemplar eius descripsisse, qui procul dubio hunc ipsum librum habuit, sed Cronicam Erford. civ. mendose in exemplar transscripsit.* 2) *A.* 706. *monasterium S. Petri fundatum esse tradunt Lamperti add., Opera p.* 10, *et Ekk. Auct. S. Petri, supra p.* 25. *Ad a.* 438—1066. *cf. etiam Addit. Pistor., supra p.* 399. 3) *Quod sciam, non exstat cronica, in qua hoc relatum sit.*

II.
Cronica Erfordensis civitatis.

Anno Domini 438. Erfordia[a] cepit primo[b] fundari. *cf. L. cron. Erf.*

Monasterium sancti Petri in Monte fundatum est a rege Dagaberto anno Domini 707. *cf. ib. Ekk. Auct.*

Item[c] anno Domini 842. ossa sancta Severi allata sunt Erfordie. *cf. L. Cron. Erf.*

a) Effordia *c.* b) primitus *St.* c) *haec nota post sequentem a.* 752. *in c.*

A. | *B.*

pellam sancti Pauli sitam in Altomonte.*[, 1]

cf. L. cron. Erf. Anno[a] 752. monasterium sancte Marie constructum est Erffordie[b] per Bonifacium primum archiepiscopum Moguntinum[c, 2].

**f. 79c.* *Cronica Erffordensis[d].

Cr. S. Petri E. 1036.[e] Anno Domini M°XXX°VI° constructum est monasterium Scotorum sancti Iacobi Erffordie.

f. 80c. cf. L. cron. Erf.* *1066.[f] Civitas Erffordensis circumdata est muro lapideo.

Cr. S. Petri E. 1116.[g] Burchardus[h] abbas Sancti Petri privatur abbatia ab Adilberto[i] archiepiscopo Maguntino[k], et[l] Rupertus subrogatur.

cf. L. cron. Erf. 1123.[m] Moniales ordinis[n] sancti Benedicti translate sunt de Monte Sancti[n] Severi in[o] Montem Sancti Ciriaci per Adelbertum archiepiscopum[p].

Cr. S. Petri E. Sub[q] abbate Wernhero 1130. Ducta est aqua in Montem Sancti Petri.

Versus: *Constat aqueductus patris istius ope ductus.*

*) 2 *add.:* In alia habetur: anno 836. Per Otgarium archiepiscopum Moguntiñ.

**) 2 *add.:* vide supra f. 13. Ibi dicitur, quod anno 1164.[3]

a) *haec nota ante praecedentem a.* 842. *litteris* b. a *adscriptis transposita est* 1, *ubi scripta est* 1a; anno etc. 752. *post* Moguntinum *in fine notae* 2. b) Erffr 1. 2 *saepe; om.* 1a; Erff. constr. est 2. c) Moguñ 1; magm̄ 1a; Mogr 2. d) Cronicr Erfforden̄ 1. 1a; Cr. Erff. *om.* 2. e) *quae in hac columna posita sunt et omnia ab a.* 1216. *altera manu, ut videtur, certe alio atram. scripta sunt* 1; *omnes numeri annorum Arabici in marg. (alio atram.* 1*) scripti* 1. 1a; *nota a.* 1036. *om.* 2. f) Anno dñi 1066. Erffordr circ. 2. g) Anno *praemittit* 2 *omnibus numeris annorum huius columnae.* h) Burgardus 1a; Burckardus 2. i) Adelberto 2. k) Magunt 1. 1a; Moguntiñ 2. l) et R. subr. *om.* 2. m) Anno 1123. 2. n) *om.* 2. o) ad 2. p) Mogr *add.* 2. q) S. abb. W. *om.* 2, *quae in* 1 *in praecedenti linea post* subrogatur *scripta sunt.*

1) *Ad a.* 836. *hoc relatum est in Lamperti addit. cod. Pistorii, Opera p.* 24. (358), *et in Ekk. Auct. S. Petri, supra p.* 28. *(unde et in Cron. Minore, supra p.* 614*), ad a.* 845. *in Lamperti cod. B* 2. *Sed hoc loco etiam Transl. S. Severi c.* 4, *SS. XV*, 1, *p.* 293, *exscripta est, ubi ossa S. Severi in ecclesiam S. Pauli translata esse dicuntur.* 2) *Cf. supra p.* 399. 3) *Vide infra p.* 792. *ad a.* 1164.

Monasterium sancte Marie constructum est per sanctum Bonifacium anno Domini 752. *cf. L. cron. Erf.*

Monasterium Scotorum anno Domini 1036. *Cr. S. Petri E.*

Erfordia circumdatur muro lapideo anno[a] Domini 1066. *cf. L. cron. Erf.*

Erfordia exuritur ab exercitu Henrici 4^{i} [b] cum ecclesia sancti Severi et monasterio sancti Petri cum multitudine populi anno[c] Domini 1079. *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1116. Burchardus abbas Sancti Petri privatur abbatia per Adelbertum archiepiscopum Moguntinum[d], et Rupertus subrogatur[e].

Moniales ordinis[b] sancti Benedicti translate sunt de Monte Sancti Severi ad Montem Sancti Cyriaci[f] anno[g] Domini 1123. *cf. L. cron. Erf.*

Anno Domini 1130. ducta est aqua in Montem Sancti Petri sub abbate Wernhero. *Cr. S. Petri E.*

Versus: *Constat aqueductus patris istius ope ductus.*

a) A. D. 166. *ante* Erffꝛ *St.* b) *om. St.* c) Item a. D. 179. *ante* Erffꝛ *St.* d) Mog̃ *c.* e) 1123. *add., sed del. c.* f) Ciriaci *St.* g) A. D. 123. *ante* moniales *St.*

A. | *B.*

Cr. S. Petri E. 1141. Magna concertatio facta est Errfordie[a] IIII° Kal. Septembr. inter cives et famulos archiepiscopi. Quidam occisi sunt[b], multi utrimque vulnerati. Et VII° Kal. Maii civitas Errffordie[a] igne[b] cremata est.

1153.[c] Ecclesia beate[d] virginis corruit[e] vetustate, et inventum est corpus sancti Adelarii XII.[f] Kal. Maii. Et VII° Kal. Aug. inventum[g] est corpus sancti Eobani.

cf. Cron. Reinh. [Anno[h] 1164. Errffordia industria archiepiscopi Moguntinensis[i] Conradi muro lapideo circumdatur, qui a Ludovico 2° lantgravio destruitur. Sed postea 1169. a Cristiano archiepiscopo Maguntinensi[k] permissu imperatoris denuo reparatur].*[1]

Cr. S. Petri E. 1170. Imperator Fredericus[l] primus in nativitate sancti Iohannis baptiste habito generali conventu pacificavit Errffordie Heinricum[m] ducem Saxonie aliosque principes.

1174. Idem[n] concilium celebravit Errffordie, ubi[b] Wilmaro Brandenburgensi[o] episcopo defuncto Siffridum filium Alberti marchionis substituit.

cf. L. cron. Erf. (B.) 1182.[p] Civitas Errffordensis[q] distributa est in diversas parrochias; nam antea sola ecclesia sancte[r] Marie fuit caput et parrochia generalis tocius civitatis; alie vero capelle edificate sunt per intervalla temporum a nobilibus terre, qui de precepto Moguntini[s] archiepiscopi ob tuicionem predicte[b] civitatis ibidem habitabant[2].

*) 2 *add.:* Vide supra folio XIII.

a) Erffꝛ 1. 1ª; Errffordꝛ 2. b) *om.* 2. c) Anno dn̄i 1153. 2. d) Marie *add.* 1ª. 2. e) vet. corr. 2. f) VII. 1ª. g) c. s. Eob. inv. est 2. h) *uncis incl. solum 2 habet, om.* 1. 1ª. i) Moguntin̄ 2. k) Maguntin̄ 2. l) Fridꝛ 2. m) et Henricum 2. n) Frid[ericus] imperator *add.* 2, *ubi* cel. conc. o) ep. Brand. 2. p) Item 1182. 2. q) Erffꝛ 1; erfordꝛ 1ª. r) beate 2. s) Mogun̄ 1; arch. Mogꝛ 2.

1) *Cf. de locis Cronicae Reinhardsbr. a.* 1163. 1164. 1169, *SS. XXX*, 1, *p.* 537 *sq., cum his ad verbum fere convenientibus 'N. Archiv' XXI, p.* 510—513, *ubi de his disserui, cum hunc locum codicis Monacensis nondum haberem, et Ann. S. Petri mai. a.* 1165. 1168, *supra p.* 59 *sq.* 2) *Cf. cartam spuriam Christiani archiep. Mogunt., Beyer, 'UB. d. Stadt Erfurt' I, p.* 19, *nr.* 45, *ubi:* Erfurtensi municipio, postquam . . . muro munitum fuerat.

Anno Domini 1135. Cepit ecclesia sancti Augustini canonicorum regularium, unde valva nominatur[1]. *cf. L. cron. Erf.* 1131.

Anno Domini 1141. magna concertacio facta est inter cives et familiares archiepiscopi; quidam occisi sunt, utrimque vulnerati. Et eodem anno civitas pro magna parte combusta est. *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1153. Corruit ecclesia beate virginis, et inventa sunt corpora beatorum Adelarii et Eobani[a].

Anno Domini 1162. Lodewicus lantgravius Thuringie destruxit murum civitatis, et VII. anno sequenti reformatur iussu imperatoris a Moguntino archiepiscopo, cui nomen Christianus. *cf. Cron. Reinh.*

Anno Domini 1170. Fredericus imperator habuit concilium Erfordie, ubi multos principes pacificavit. *Cr. S. Petri E.*

Item anno 1174. Idem Fredericus imperator habuit concilium Erfordie, ubi Wilmaro Brandeburgensi episcopo defuncto substituit Syfridum filium marchionis Alberti.

Anno Domini 1182. Civitas Erfordensis[b] distributa est in parrochias. Antea enim tantum fuit ecclesia beate virginis unica parrochia civitatis. *cf. L. cron. Erf.*

a) Teobani *c* b) Erfordꝭ *c.*

1) *In Hist. landgr. Eccard., Eccard. Hist. geneal. princ. Sax. super. p.* 368, *hoc ad a.* 1136. *relatum est, sed ibi procul dubio ex Libro cron. Erford., ubi hoc ad a.* 1131.

A. | *B.*

Cr. S. Petri E. 1184.[a] Inperatore[1] residente[b] ibidem cum multis, rupto pavimento plures ceciderunt in cloacam subtus latitantem[c], quorum multi sunt suffocati*, videlicet comes Thuringie, comes Hassie, comes[d] de Kirchberg, VII° Kal. Aug.**

1198.[e] Predones spoliaverunt[f] monasterium sancti Petri[2].

cf. L. cron. Erf. cod. 3. (B.) 1203.[g] Bohemi intraverunt Thuringiam cum magno[h] exercitu totam terram devastantes usque in Salvelt. Sequenti[i] anno redeuntes, per regem[k] Romanorum Philippum repulsi, reversi sunt retrorsum[3].

1204.[l] Dormitorium beate virginis cecidit[4].

Cr. S. Petri E. 1213.[m] Incendium magnum fuit, et pons mercatorum consumitur.

cf. L. cron. Erf. cod. 3. (B.) 1213. Canonici beate[n] virginis Erffordie[o] primo ceperunt processionem habere ad Montem Sancti Petri ex[p] ordinacione plebani Sancti[q] Pauli[5] die purificacionis beate[r] virginis[6].

Ann. Stad. *) 2 *add.:* Imperatore se vix in quadam fenestra salvante, nullo tamen episcopo vel clerico periclitante. Comes Henricus de Suartzpurg ibi profundius corruit, quia assidue iuravit: 'Si hoc non fecero, submergar in cloaca'. Unde fuerunt ibi octo principes et multi comites et centum milites. Aliqui dicunt, quod ibi sunt submersi, *omisso* videlicet, *sequitur* comes Thur. *etc.*

**) *In marg. manu Cronicae B adscriptum est* 1: Claustrum Novi-operis iniciatur[7]; 2 *habet* Eodem tempore VII. Kal. Augusti claustrum Novi-operis incipit edificari.

a) *numerus om.* 2. b) ib. res. 2. c) latentem 2. d) et c. de Kirchperg 2; kirchberch 1a. e) Anno 1188. 2. f) spoliarunt 1; spoliarunt 2. g) Anno dni 1203. 2. h) ex. m. 2. i) Et seq. 2. k) Phil. reg. (*om.* Rom.) 2. l) Item (*om. anno*) dorm. sancte Marie cec. 2. m) Anno 1204. 2. n) Marie *add.* 2. o) Erff. 1. 1a; *om.* 2. p) in die pur. ex ord. pleb. ecclesie s. Pauli 2. q) S. P. *om.* 1a. r) Marie *add.* 1a; b. v. *om.* 2.

1) *Potius Heinrico rege.* 2) *Is qui haec primo ex Cron. S. Petri E excerpsit hoc monasterium Erfordense esse opinatus est, quod est Salveldense.* 3) *Cf. de his locis 'N. Archiv' XXI, p.* 506. 526 *sqq., et Cron. Minoris add. C* 2, *supra p.* 646. 4) *Hoc nusquam alibi relatum est, quod nota inter excerpta Cronicae E, non inter excerpta Annalium S. Mariae Erford. in I. scriptum esse.* 5) *Gerwici.* 6) *De hoc loco, qui in addit. cod. Wiesbad. ad Librum cron. Erford. ad a.* 1208, *supra p.* 758, *in excerptis Conradi Stolle (infra) ad a.* 1216. *legitur, vide 'N. Archiv' XXI, p.* 504 *sq., et infra II. a.* 1226. 7) *Hoc in II. (non in I) ad a.* 1285. *legitur. Falso igitur in codice* 1 *hoc loco (ad*

Anno Domini 1184.* Imperatore residente cum[a] multis, pavimento rupto plures ceciderunt in cloacam, quorum multi in ceno sunt[b] suffocati. Inter quos erant[c] comes Thuringie, comes de Kirkberch[d], comes Hassie, VII.[e] Kals. Augusti. *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1198.[f] Predones spoliaverunt monasterium sancti Petri.

Anno 1203.[g] Bohemi vastaverunt Thuringiam, quos imperator abigebat. *cf. L. cron. Erf. cod.* 3.

Anno Domini 1204. cecidit dormitorium beate virginis.

Anno 1213.[h] Incendium magnum[i] consumpsit pontem mercatorum cum aliis. *Cr. S. Petri E.*

*) *St. add.*: Fridericus imperator habuit consilium Erffordie, ubi multos principes concordavit[1].

a) aliis *add. St.* b) suff. sunt *St.* c) nobiles sive nobiliores scilicet *add. St.* d) Kirchbergk *St.* e) XII. *St.* f) Item, *numero* 1198. *in marg. alio atram. scripto St., ubi hic locus post* Turingiam *a.* 1203. g) A. domini 12. *St.* h) 1216. *St., ubi locus a.* 1216. *omissus.* i) errfordie *add. St.*

1) *Locus a.* 1170, *p.* 793, *a St. supra omissus, insertus est.*

A.

Cr. S. Petri E. 1216.[a] Incendium magnum usque ad temnis[b].*

1221. Iudei[c] quasi LXXVI a peregrinis occiduntur; eodem anno archiepiscopus Moguntinus[d] celebravit ordines apud Sanctum Petrum. Eodem anno orta sedicione[e] inter cives occisi[f] sunt quam plures. et incendium magnum plateam Latam et cetera consumpsit.**

Cr. S. Petri. 1226. Organa ad Sanctum Petrum[1] facta sunt[g].

Cr. S. Petri E. [122]7.[h] Ordines celebraverunt Erffordie[i] dominus Maguntinus[k] ad Sanctum Petrum, Halberstadensis[l] ad Sanctam[m] Mariam et episcopus[n] Livoniensis[o] in capella sancte[p] Marie Magdalene. Qui omnes simul electum Pragensem in ecclesia[q] sancti Petri consecraverunt.

[122]8.[r] Wilhelmus Havelbergensis episcopus ordines celebravit Erffordie vigilia pasche[s].

Predicatores[t] venerunt Erffordiam et ceperunt cenobium edificare[u].

**f. 79d.* *1230.[v] Siffridus archiepiscopus Moguntinus obiit Erffordie, sepultus in choro[w] beate virginis[x]; cui successit Siffridus ipsius patruelis.

[123]1. Comes Albertus de Wic[y] abstulit Erffordensibus predam[z] innumerabilem iumentorum.

[123]2. Fratres[a] Minores ceperunt infra muros Erffordenses[b] habitare, qui prius extra murum[c] XI an. resederunt.***

*) 1. 1[a] *add.:* vide supra[2].

**) 1. 1[a] *add.:* Vide supra [1223[d]][3].

***) 1. 1[a] *add.:* Vide supra [1238.[d] et 1240][4].

a) Similiter 1297. 2. b) Temnitz 2. c) q. 76 Iudei 2. d) Mog˙ 1; magūm 1[a]; Moguntin 2. e) est seditio 2. f) et pl. sunt occ. 2. g) facta fuit ad S. P. 2. h) *ubi priores tres numeri uncis inclusi sunt, solus extremus in marg. adscriptus est* 1. 1[a]; *num. om.* 2. i) *om.* 2. k) Magunt˜ 1. 1[a]; ad S. P. dom. Maguntiñ 2. l) halbr˜ 1. 1[a]. m) beatam 2. n) et ep. *om.* 2. o) *sic* 2; lisoniens. 1. 1[a]. p) beate 2. q) in e. s. P. *om.* 2. r) *num. om.* 1[a]; Anno 1228. in vig. p. W. ep. Hav. cel. ord. Erff. 2. s) p̄ *ex sequente linea add.* 1. 1[a]. t) Anno 1230. *praemittit* 2. u) ed. cen. 2; edificari 1[a]. v) Eodem anno moritur S. arch. Moguntiñ et sep. 2. w) ecclesie *add.* 2. x) Marie 2. y) Wyhe 2. z) inn. pr. 2. a) *om.* 2. b) Erff˜ 1. 1[a]. 2. c) muros annis XI 2. d) *num. alio atram. suppl.* 1.

a. 1185) *adscriptum est. Dies falso cum hac nota coniunctus est a scriba codicis* 2, *ut et in Varil. hic dies falso ad a.* 1198. *tractus est. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 487 *sq.* 1) *Haec in cod. E Cronicae S. Petri non leguntur. Quae in II. de organis S. Mariae leguntur, in E et Cron. S. Petri ad a.* 1225. *habentur.* 2) *Non de hoc incendio, sed de eo a.* 1222. *in Chron. Engelhusii cod. Dresdensis f.* 58[d]. *ex Cron. S. Petri E relatum, ubi in marg. anni numerus* 1218. *adscriptus est.* 3) *F.* 58[d]. *cod. Dresdensis, ubi non ad a.* 1223, *sed tertio loco post a.* 1220, *ubi* Et sequenti anno, *de quo loco iam n.* 2. *dictum est.* 4) *F.* 58[d]. 59[b]. *cod. Dresdensis, ubi potius numeri* 1223. 1232. *in marg. adscripti sunt.*

Anno 1216. Incendium magnum usque ad tempnis[1]. *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1221. Iudei[a] 76 occiduntur a peregrinis. Eodem anno archiepiscopus Moguntinus[b] celebravit ordines apud Sanctum Petrum. Eodem[c] anno orta sedicione inter cives occisi sunt quam[d] plures. Eodem[e] anno incendium magnum Latam[f] plateam consumpsit et omnes sanctos[g, 2].

Anno 1226. facta sunt organa in ecclesia beate virginis. Et canonici ceperunt facere processionem ad Montem Sancti Petri[3]. *ib. 1225.*

Anno[h] 1227. Erfordie celebraverunt ordines simul una die dominus archiepiscopus Moguntinus[i] ad Sanctum Petrum, episcopus Halberstadensis ad Sanctam Mariam[k] et Livoniensis in cappella sancte Marie Magdalene; qui simul electum[l] Pragensem consecraverunt in ecclesia sancti Petri.

Anno Domini 1228. Wilhelmus episcopus[m] Havelbergensis celebravit ibi ordines. Eodem anno Predicatores venerunt Erfordiam ceperuntque cenobium edificare.

Anno 1230. Sifridus archiepiscopus obiit Erfordie, sepultus in choro beate virginis. Cui successit Sifridus patruelis ipsius.

Anno Domini 1231. Comes Adelbertus de Wie predam innumerabilem iumentorum abstulit Erfordensibus.

Anno Domini 1232. fratres Minores ceperunt infra muros habitare, qui prius extra muros XI annis resederunt.

Anno 1238. Episcopi Hildensheimensis[n] in ecclesia sancti Petri, Herbipolensis in ecclesia sancte Marie ac Havelbergensis in

a) Item eodem anno occisi sunt septuaginta sex Iudei a per. — plures *(l. 5) post l. 6. St.* b) Mog̃ *c.;* Eod. — Petrum *om. h. l. St.* c) Item eod. *St.* d) *om. St., ubi* pl. occ. sunt. e) Erff̃ inc. *etc. post* 1221. *St.* f) pl. l. *St.* g) et ecclesiam omnium sanctorum *St.* h) Item eodem anno arch. Mag. celebravit ord. ad S. P. *St. ad a.* 1221, *ubi locus l.* 3. 4. *coniunctus est cum sequente.* i) Mog̃ *c.* k) ad beatam virginem et Lyvon. *St.* l) episcopum *add. St.* m) hab *add., del. c.* n) hildeñ *c.*

1) Die temenicz (*vel* temlitz) *dicitur carcer in praetorio Erford. (cf. C. Beyer, 'UB. d. St. Erfurt' II, p.* 758, *nr.* 1056*). Nescio an auctor hanc dicere voluerit pro* temes. 2) *Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 502 *sq.* 3) *Cf. I. supra a.* 1213, *p.* 794.

A.

Cr. S. Petri E. 1245.[a] Incendium çirca pontem mercatorum a media nocte usque ad meridiem, de[b] quo incendio dixerunt seniores tam[c] sevum se non vidisse.

[124]8. Marchio Misnensis obsedit Erffordiam.

1255. Incendium, quod[d] simile vel maius dicitur fuisse precedenti; eodem anno cives Erffordenses qui dicuntur summi burgenses statuerunt, ut singulis annis eligerentur XII ex populo, qui consules nominarentur, et super illos duos[e] seniores.

[125]7.[f] Abbates ordinis sancti Benedicti celebraverunt capitulum apud Sanctum Petrum.

[125]8. Gerhardus archiepiscopus Moguntinus[g] obiit Erffordie, apud[h] Minores sepultus, quorum fuit professionis.*

1268.[i] Stuternhem castrum firmissimum destruxerunt Erffordenses.

Cr. S. Petri. 1273.[k] Domum fratrum Augustinensium[l] similiter fregerunt, expellentes ipsos a[m] civitate[1].**

Cr. S. Petri E. [127]5.[n] Erffordenses[o] a vicinis provocati tribulaverunt nobiles circumquaque conductis armatis CCC, quos iuvit archiepiscopus per IIIIor ebdomadas[p] apud Sanctum Petrum hospitatus; ubi et[q] ordines celebravit *Sicientes*.

[127]9.[r] Wernherus archiepiscopus Moguntinus[s] posuit interdictum Erffordie usque in[t] tercium annum, quod

1282.[u] conposicione facta relaxatum est, solutis episcopo pro[v] emenda M marcis et CCC marcis clero pro eorum damno.***

1283.[w] Volradus de Gata[x] civis Erffordensis[y] sedicionem[z] suscitavit[a] inter cives cum infinita populi multitudine, quam at-

Cr. S. Petri 1259. *) 2 *add.:* Cui Wernerus prepositus maioris ecclesie successit. Vide supra fo. 18.

**) 2 *add.:* vide supra folio XVIII.

***) 2 *add.:* vide supra fo. 19, ubi dicitur: Anno 1299[2].

a) 4 *incertum e corr.* 1; 1242. 2. b) de q. inc. *om.* 2. c) se tam sevum 2. d) qui *del., et eadem manu superscr.* quod 1. e) *sic* 1. 1ª. 2 *ut E.* f) *nota a.* 1257. *om.* 2. g) Mogꝰ 1. 1ª. 2. h) sep. ap. Min. 1ª. 2. i) *num. om.* 1ª; Eodem anno Erffurdeñ destr. c. in Stotternheim 2. k) *num. om.* 1ª; Anno 1273. Erffurdeñ freg. d. fr. Aug. 2. l) Augustiñ 1. 1ª. 2. m) ex 2. n) *num. om.* 1ª. o) Erffꝰ 1. 1ª; Erffurdeñ 2. p) septimañ 2. q) *om.* 2. r) 1282. *iam h. l.* 1ª. — Wernerus 2. s) Mogꝰ 1; moguntꝰ 1ª; Magꝰ 2. t) ad 2. u) *num. in marg. scr.* 1, *om. h. l.* 1ª. 2. v) pro em. *om.* 2. w) Anno 1285. 2. x) Gotha 2. y) Erffꝰ 1. 1ª. z) sedicione 1. a) excitavit 2.

1) *Haec in cod. nostro E non leguntur. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 484, *n.* 3. 2) *Ad a.* 1299. *in Cron. S. Petri, supra p.* 320, *de compositione litis inter Gerhardum II. archiepiscopum et Erfordenses dicitur. Cf. infra a.* 1298.

ecclesia sancti Augustini regularium canonicorum ordines celebraverunt *Sicientes* ex mandato domini archiepiscopi Maguntini[a]. *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1240. Archiepiscopus Moguntinus[b] a qualibet ecclesia Erfordensi recepit unam campanam vel valorem eius. Idem posuit ibidem interdictum usque in 3m annum.

Anno Domini 1245. Incendium circa pontem mercatorum a media nocte usque ad medium diem. De quo incendio dixerunt seniores tam sevum se numquam vidisse.

Anno Domini 1248. Marchio Missenensis[c] obsedit Erffordiam.

Anno 1255. Incendium simile vel maius precedenti. Tunc ibi summi burgenses statuerunt, ut singulis annis XII eligantur ex omni societate, qui consules nominentur, et super illos duo sint seniores.

Anno 1257. Abbates ordinis sancti Benedicti celebraverunt capitulum eorum apud Sanctum Petrum Erfordie[d].

Anno Domini 1258. Gerhardus archiepiscopus Moguntinus[b] obiit Erfordie, apud Minores sepultus, quorum erat professionis.

Anno 1268. firmissimum castrum Stuternheim prope Erfordiam ab ipsis Erfordensibus destructum est.

Anno 1273. Consules Erfordie fregerunt domum fratrum Augustinensium, non permittentes ipsos Erfordie habitare. *Cr. S. Petri.*

Anno 1275. Cives Erfordenses provocati a nobilibus[e] vicinis tribulaverunt comites et alios armatis aliunde conductis usque ad CCC. Archiepiscopus eciam Moguntinus[f] iuvit cives Erfordenses per 4 ebdomadas apud Sanctum Petrum hospitatus. Qui et ibidem ordines celebravit *Sicientes.* *Cr. S. Petri E.*

Anno Domini 1279. Wernherus archiepiscopus posuit interdictum in tercium annum.

Anno Domini 1282. Composicione facta inter archiepiscopum et cives Erfordenses[d] relaxatum est interdictum, solutis pro emenda mille marcis a civibus episcopo et CCC marcis clero pro eorum dampno.

